IAC. GOTHOFREDI ... OPUSCULA HISTORICA, POLITICA, IURIDICA: IN...

Jacques Godefroy, Valenti Gonzaga

Digitized by Google

XIV. 11. 18

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 H
20

Y. s.



13-12. e 40

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Nouv.VI.558.

IAC. GOTHOFREDI IC.
V. COS.

OPVSCVLA
HISTORICA, POLITICA, IVRIDICA:

Jn quibus quatuor

VETERVM AVCTORVM monumenta, ab ipſo primùm edita, continentur:

Quorum omnium Elenchum continet pagina VI. & VII.



GENEVÆ,
Apud PETRVM CHOVËT.
M. DC. XLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

TYPOGRAPHVS LECTORI.

EORVM qui in publicum rei literariæ bonum nati ſunt commune quoddam fatum eſt, vti prout ſeſe tantum res dare ſolent, vel bona etiam ſcæua affulget, ita quoque pectoris ſui arcana effundant, ſuamque eò operam publicitus conferant: Eſt enim vbi nil tale quale antea cogitauerant pro re nata ad curam ſuam reuocare fas putent, eſt vbi præter ſpem & expectationem nonnullis potiti ſibi ea ſeruare ac non in commune conferre nefas ducant. Inde igitur non ſuccisiua magis quàm ſucceſſiua horum Opuſcula, & eorum potiſſimùm qui in rerum actu verſantur, à quibus haud ita ſpiſsè ſperes ſemper maioris abollæ vel hiatus opera, niſi ſi fauentem aliquam Lucinam extra ordinem exorent, Typographos etiam, non vbique faciles. Et tamen vt hæc ſint, tumultuaria hæc

Opuſcula non perire publicè intereſt, quando ſæpe euenit, vt non alio temere argumenti genere felicius vtiliúſque quippiam exeat, neque aliâ re magis cuiuſque genius & character exprimatur. Et ea tamen intercidere ſæpe ſolere compertum eſt, dum ſolitaria & ſine aliorum comitatu procedunt: quæ ſi longo ſufflamine fulta incederent, per ſe ſatis ad ſui æternitatem valerent: nunc cum breuibus Gyaris coërcentur, vitam & ſalutem quam ex ſeſe ſperare haud æque poſſunt, ex integrâ eiuſdem domini familiâ, & aliorum coaſſatione ſibi ſæpe polliceri audent. Quo quidem ipſo non ſcriptorum ipſorum modò famæ ad poſteritatem conſulitur, verùm & curioſitatem ſuam explere cupientibus litatur: quandoquidem, nonnullis penitus fermè diſtractis, aliis per diuerſas officinas ſparſis, quibuſdam non eundem pro cuiuſque guſtu Genium habentibus, nonnulla neceſſe eſt velut ſolſticiales herbas intermori, alia verò ærumnabili labore conquiri. Quare factu optimum in vnum ea corpus compellere. Id quòd cum feliciter in aliorum clarorum virorum ſcriptis eueniſſe viderem, id ipſum & in opuſculis Nob. V. D. Iacobi Gothofredi I C. & V. COS. faciendum credidi; intereà dum alia iuſta opera per ſe ambu-

latura,

latura, quæ nos proximè ſperare iubet eduntur: quorum prima erunt *Philoſtorgij Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Libri XII.* & commentarius nouus & accuratus ad Tit. Pandectarum de *Regulis Iuris.* His interim fruere & vale.

Digitized by Google

POLITICA OPVSCVLA.

ORATIONES POLITICÆ *tres: puta*

I. VLPIANVS: *ſeu de Maieſtate Principis Romani legibus ſoluta.*

II. IVLIANVS: *ſeu de Arcanis Iuliani Imp. artibus, ad profligandam religionem Chriſtianam.*

III. ACHAICA: *ſeu, de Cauſis interitus Reipublicæ Achæorum.*

DE FACTIONIBVS *in præcipua poſt Principem Reipublicæ capita Diſcurſus Hiſtoricus Ad Legem Quiſquis Cod ad L. Iul. Maieſtatis.*

DE IMPERIO MARIS, *deq́ꝫ Iure* NAVFRAGII *colligendi* ὑπόμνημα *ex iure Romano ad L.* Ἀξίωσις *ſeu legem Deprecatio 9. Digeſtis de L. Rhodia de iactu.*

VETERES AVCTORES ECCLESIASTICI, HISTORICI.

TERTVLIANI *Ad Nationes libri duo antea inediti, ad exemplar Manuſcriptum Agobardi Lugdunenſis Epiſcopi, cum notis.*

VETVS ORBIS DESCRIPTIO *Græci ſcriptoris ſub Conſtantio & Conſtante Imp. antea ineditus cum duplici verſione & Notis.*

LIBANII *ſophiſtæ ſeu Oratoris Antiocheni Orarum,*

Digitized by Google

tiones quatuor, conſtitutionum Imperatoriarum, cuiuſmodi vtroq; Codice, Theodoſiano & Iuſtinianeo, occurrũt, ſuper Magiſtratuum officio, ſuaſoria ſub Theodoſio M. conſcripta, antehac inedita, cum verſione & Notis: quibus propter argumenti ſimilitudinem adiuncta & Quinta oratio antea edita cum nouâ verſione & Notis.

LIBANII *eiuſdem pro Templis Gentilium non exſcindendis ad Theodoſium M. Imp. Oratio antea inedita, cum verſione & Notis.*

IVRIDICI.

ANIMADVERSIONVM *Iuris Ciuilis liber pro vero nonnullarum Legum intellectu, & genuinâ earundem Lectione Ad Anteceſſores Bituricenſes.*

DE CENOTAPHIO, *deq; diuerſis ſuper eius religione Vlpiani & Marciani ſententiis Diatriba.*

IAC. GOTHOFREDI IC.

ORATIONES POLITICAE TRES:

puta,

I. VLPIANVS: Seu, de Maieſtate Principis Romani legibus ſoluta.

II. IVLIANVS: Seu, de Arcanis Iuliani Imp. artibus, ad profligandam religionem Chriſtianam.

III. ACHAICA: Seu, de cauſis interitus Reipublicæ Achæorum.

Geneuæ.

M. DC. XXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO D.

D. GEORGIO LVDOVICO COMITI NASSOVICO,

CATTIMELIBOCI, VIANDAE,
Dietzij, Beilſteinij Dynaſtæ,

IACOBVS GOTHOFREDVS I C. S.

DIV eſt, ILLVSTR. COMES, ex quo luctuoſiſſimum beatæ olim Germaniæ veſtræ ſtatum ingenti dolore proſequimur: Eò acriore etiamnum ſenſu, quòd neque poſt tot demùm annos, poſt tot florentiſſimarum prouinciarum ciuitatúmque excidia, vllum adhuc malo iſti exitum exodiúmve ſatis proſpicimus. Adeò ſcilicet eadem illa omnia nunc quoque ſuperant, quæ flammam iſtam dedêre primùm, vt noua quoque deinceps acceſſerint alia, quæ incendium in maius auctum

Digitized by Google

irent: aliúd que ex alio iam ortum ſit. Ea porrò dum animo meo ipſe voluto, ſimul & veteris memoriæ exempla, quæ ſimiles olim cauſas exitúſve habuêre repeto, Tria admodum, in illuſtri maximè loco poſita, ſeſe mihi, duodecim fermè ante annos, dedêre, quæ breuibus Orationibus includi, publicóq; proſcenio ad exemplum proponi poſſe haud abſurdè putarem. In eas verò cùm pronuper incidiſſet ſingulari iudicio atq; eruditione vir, D. HEIDFELDIVS noſter, Ephorus tuus ſpectatiſſimus, idémque Amicus meus certiſſimus, ad edendas eas hortari me ſeriò cœpit: quaſi neque his hodie moribus, iſtáq; rerum ſcenâ prorſus alienas. Id vt mihi tandem perſuaſit, ita tu ſtatim, ILL. DOMINE, occurriſti, cui eas potiſſimùm inſcriptas vellẽ, cui deberem: Ipſa quoque argumenti dignitate inuitâte: quod profectò non aliò pertinet, quàm quò cura Principibus viris à Deo delegata, ad publicam videlicet ſummæq; rei ſalutem felicitatémq; procurandam tuendámve. Quod quidem Rectori adſequi procliue, ſi & ipſe legitimæ poteſtatis ſuæ memor, omni Licentiâ procul, ciuilitatis modũ teneat, qui *prioris* Orationis ſcopus eſt: ad cúmque ſeſe morem componat, vt ſit contra hęc quę Reipublicæ ſtatum permouent ſemper armatus, quò reſpiciunt *duæ poſteriores*. Digna proinde

Digitized by Google

materies hæc cognitione tuâ: Etſi eò alioquin domeſtica te jam exempla ſatis abūdéq; prouocent. Nam, vt omittam cætera NASSOVICAE gētis veſtræ, vt Antiquiſſimæ ita Illuſtriſſimę, decora, quę potioribus aliis iam memorata, inq; omne deinceps æuum memoranda: hæc ipſa certe iamdudum in gēte veſtra præcipua cura, imò adorea cenſetur, exinde vt impotenti alicubi Licentię modum ponere cœpit, vt exoticis vafriſq; hinc nō minus artibus quàm armis, inde inteſtinis in Republicâ malis morbiſque profligandis, fauente Cœlo, totóq; orbe plaudente, validè cōtrà eat. Neque aliud nunc quoque Illuſtriſſimo PARENTI tuo propoſitū, inſigni iſtâ animi fortitudine, ſingularíque publicum in bonum propenſione, quâ ſui commodi ſemper-neſcius ſpretórq; egregius, priuatam inſuper ſalutem in diſcrimen ſubinde darę intrepidus ſolet: quod vel *Braunfelſij*, cuius Tu quoq; iam pars fuiſti, *Benfeldijq*; obſidione cōpertum, atque earum exinde deditione, mox & *Seleſtadij, Colmariæque*.

Verùm, quid ego nūc iſta commemorem, quę quantūuis domeſtica, aliena tamē ipſe putare ſoles, & cùm ipſe tu mihi nunc occurras, Nouæ cuiuſdā & inuſitatæ gloriæ famam quæritans? Scis, ILL. C. quàm ipſe procul ab omni adulandi ſtudio ſim, vt nimiæ contra ſæpè libertatis lingua-

rium tibi debeam: verùm patere me, cuius & aliàs libertate non offenderis, ea te coràm nunc efferre, per quæ ſpes nobis certiſſima affulget, eximiæ alicuius per te olim propitio Numine per Germaniam veſtram felicitatis. Enimuerò ea tibi naturæ bonitas à Deo contigit, cum *Pietate*, quæ omnis boni fons & caput eſt, cúmque *Modeſtia* & *Facilitate*, quâ tibi bonos omnes adiugas, coniuncta: ea *Iudicij firmitas*, vt falli nos omninò putemus, quotiens ætatis tuæ annos, plenâ nondum pubertate, nobis computas. Nam quò quæſo non hæc acies tua iam penetrat, dum hinc ſingula quæ memorantur, diſcuſsâ erroris nebulâ, ad veræ rationis obruſſam reuocare ſemper ſoles, neque manum ante præbere ſuſtines, quàm vi veritatis adductus: inde verò, cùm de publicis ſermo eſt, inanes obtentus, caſsáſque rerum imagines & ſimulacra tam feliciter dinoſcere vales? Vt iam metus nullus ſit, ne te olim fallere poſſint illa, quæ per aulas nimio plus exitioſè habentur, imò ſæpè coluntur, *picta tectoria linguæ*: Quod quidèm in vitâ Principum virorum vt rariſſimum, ita beatiſſimum deputo. Neque eo etiam contentus, quò natura tua aurigatur, omni inſuper ſcientiarum inſtrumento, quo nataliũ bona adornentur, conquirendo tam indefeſſo ſtudio incumbis, vt tantarum ſimul re-

rum

rum capacem animum ſubinde mirari vel ipſis qui edocent contingat, qui per ſingula illa, non deſultoriâ leuitate, verùm ingenij felicitate, dum alij voluptatibus obſequuntur ſuis, penè tranſuoles, pectúſque his impleas.

Dixi hactenus, ILLVST. COMES, quæ alij pariter in te prædicare ſolent: quâ causâ noſtra quoq; hæc Reſpublica in commune gratiorem nunquam hoſpitem ſeſe expertam profitetur.

Ad me verò quod attinet, ego certè, vt inter proſpera mea principe iam iſtud loco numero, quòd tu mihi talis tantúſque conuictor obtigeris, ita quãta vis indolis tuæ ſit vel inde experior, quod de tui veneratione aſſidua illa tecum toto iam anno quódque excurrit familiaritas, nihil detriuerit: contra, quò bona tua propiùs æſtimo, eo magis eam adauxerit. Vice verſa eo mihi nomine gratulandum ipſe habeo, quòd neque inſubidum tibi me viſum hactenus ſentiam, fauorémque tuum mihi conſtitiſſe ſemper certo ſciam, quem & deinceps ſpondere ſoles. Pro quo, ILLVSTR. COMES, ne te pluribus nunc morer, DEVM oro, vt ætatis tuæ annos in immenſum prorogaſſe velit, eámque tibi felicitatem det, gloriámque tribuat, quam non votis modo concipio, verùm certâ iam ipſe ſpe præ-

Digitized by Google

ſumo. Inter hæc libellum hunc deuotionis meæ teſtem, & nunc & deinceps habere Te enixè cupio: Qui ſi prætereà, non eloquentiæ alicuius (quod nimium eſt, neq; etiam ipſe captem) verùm opportunæ ſi quando in tempore ſuggeſtionis, & *prudentiæ* cuiuſdam *Politicæ*, teſtimonium referat, finem meum vndiquaque aſſecutus videbor. Dab. VIII. Kal. Decem. Ann. M. DC. XXXIV.

Digitized by Google

VLPIANVS:

SEV,

DE

Maieſtate Principis Romani Legibus ſoluta.

ORATIO I.

itized by Google

AVDITORES,

SI quæ fuit vnquam ætas, exitioſè Principibus adſentantium ferax, ſi quod ſæculum immodicâ alicubi LICENTIA ferox, ea demùm eſt ætas noſtra: Ætas, ſicut ſerie temporum ad finem vltimans, ita vitiorum (quod fatendum ſimul & dolendum) fœcundiſſima. Parte vnâ quippe, pleriſque eorum qui Principum latera claudunt, vel ad ipſorum aures ambiunt, mos hic inoleuit, vt (quod dici ſolet) *Placentini*, *Fauentini*, *Laudenſes*, *quàm Veronenſes* eſſe malint: vel, vt Pontifex quidam dixiſſe fertur, *inter Laudem & Placentiam*, *non autem Veronam verſus ambulare ſoleant*: iúſque adeò poteſtatémque Principum vehant in immenſum. Eapropter, paſſim apud aures Dominantium perſonare audias illud, *Si libet, licet*: vel vt Tragœdus effert, *cùm liceat vnâ voce ſuſpectos tibi Mori iubere*: vel etiam iſtud, *Grandis es auctoritatis*, *& regnum benè regis*. At quotuſquiſque, qui Principem conditionis ſuæ ſeriò commonefaciat, quíque diuinum illud, quia acerbum, occentare aliquandò ſuſtineat, NON LICET TIBI? Parte alterâ, Rectorũ ipſorummet haud rarò ea quoque conditio eſt, id ingenium, vt Principem in Re-

Digitized by Google

publicâ locum vix obtinere ſe, quin potius Imperij ſui aciem hebetari, precariò denique regnare ſeſe, autument, niſi ad proiectam omnis omnis iniuriæ patientiam ſubditos à naturâ factos habeant. Quare & atrox illud paſſim horrendúmque carmen, rebus ipſis, intonare audias, *Oderint dùm metuant* : dùm fortunam videlicet ipſi ſuam capere neſcij, ſubditorum ſeruitutem non tutelam demandatam ſibi à Deo reputant.

Atenim hoc illud eſt monſtrum (inflectere ſic liceat) horrendum, ingens, informe, cui lumen æqui boníque ademptum: ſoluta, inquam, hæc omnibus omnium Legum, omníſque iuris repagulis, non iam Maieſtas aut Poteſtas, verùm tempeſtas, atque exlex Licentia, malorum complurium illex, quæ ſicut extra Eccleſiam, veritatis amantium iudicio, *Idololatriam Politicam* inuehit, ita fœdam in Eccleſiâ tot iam annos glomerat tempeſtatem, porróque niſi Deus auertat, glomeratura eſt. Adeò verum eſt effatum iſtud, *Æternam*, inciuilis ſcil. *dominationis, & obſequij pugnam eſſe.* Hoc proinde monſtrum eſt, cui profligando quotquot maiorum ſcientiarum clauam tenent, atque, vt verbo dicam, legitimi Theologiæ & Iuriſprudentiæ ſectatores ſunt, omni laterum contentione anniti par eſt. Hæ ſcilicet duæ ſcientiarum Metropoles ſunt, quæ iuſtam, velut ab arce quadam ſeu ſpeculâ, in mortales, maximos minimos, dominationem exercentes, procurrenti quoque Regnantium Licentiæ fibulam imponunt: Quandoquidem illæ ſunt, quæ certâ regulâ iuſtum ab iniuſto, licitum

Digitized by Google

citum ab illicito ſecernunt: & (quod Ambroſius de Iuſtitiâ dicebat) in alto quodam ſuggeſtu locatæ vident explorántque omnia; aliíſque natæ publica emolumenta rimantur. Ab Hiſtoria verò certum auxilium hanc ad rem haud æquè ſperes: quandoquidem ea nil aliud eſt, quàm exemplorum & euentuum ſylua, & adhuc in vtramque partem: Eſt enim vbi ciuilis Rectoris ſeu Principis exemplum occurrit, diſpari tamen rerum ſuarum exitu: eſt viceuerſa, vbi impotentis ſæuíque, proſpero inter hæc euentu: Atquin *Nil* Hor. Sat. II. III. 103.
agit exemplum, litem quod lite reſoluit.

Et tamen (quis credat?) ſua etiam, imò ſumma, in duabus illis Principibus ſcientiis præſidia, neque alibi temerè maiora, abſoluta hæc Principum Licentia, vulgò habere creditur: *Peſtis hæc blanda, cui vires dedit roburq́ longum tempus, atque error grauis.* Eaq́; re factum, vt Iuriſprudentia, & Romana quidem, in inuidiam hodie venerit ſummam, quaſi gnathonica ea ars ſit. Rem verò incredibilem, *Inde iniuriæ occaſionem enaſci poſſe, vnde iura enaſcuntur?* Et ſanè, AVDITORES, quemadmodum feliciter iam id, quod ex Sacrâ Scripturâ improbè petebatur, firmamentum, concidit, dùm à viris claris oſtenſum eſt, voce *Miſchpat* non ius propriè ſeu legitimam poteſtatem ſignificari, verùm vim, vſurpationem, morem, conſuetudinemq́;, ſic vt eo loco non *Lex imperandi*, verùm *parendi* contineatur: vel, vt alij loquuntur, *ius in impunitate delicti, & in non reſiſtendi obligatione* ibi verſetur, effectumq́; adeò iuris hoc ſenſu habeat, quod aliàs ius propriè nõ eſt: quomodo etiam Prætor ius reddere dicitur,

by Google

cùm iniquè decernit: Ita nihil eſt quoque, credite mihi, vel minimum, in Ciuili ſapientiâ, ſeu Iuriſprudentiâ, quod effreni Dominantium Licentiæ manum ſupponat. Ea propter conſilium mihi hodie apud VOS eſt; Togatam Romanamq; Iuriſprudentiam, illam-illam, quæ etiam quà Romanum nomen non audit, neque vnquam audiit, ſummâ ſeſe tamen æquabilitate dudùm vbiq; ferme commendauit, ab hoc exitioſæ adulationis crimine liberare (eò ſcilicet deuentum eſt, *vt ſuo etiam patrono Ius ipſum egeat.*)

Neceſſario, ſi quod aliud, hodie inſtituto: quando Eccleſiæ, quæ maior eſt parens noſtra, iugulum hoc alicubi telo peti, pacémq; publicam hoc tumultu turbari nimio plus videmus: vt criminis iſtius infamiâ, maliq; omnis inuidiâ, per fœdam ſui adulationem, Iuriſprudentia meritò laboratura ſit apud omnes, niſi & ipſa periclitantem rem communem voce ſaltem ſalutari erigere ſategerit. Et alioquin, cur in hoc communi incendio ſoli Iuriſprudentiæ ſilere fas putemus, quæ cæteroquin in concionibus dominatur, & Conſiſtoria Principum occupat, foraq; Iudiciorum perſonat? Ac maximè, cùm ipſamet huius incendij rea iam peragatur. Edicat igitur illa hodie claris literis, vnde de plano legi poſſit, quidnam ea de ſoluta Principum Legibus Maieſtate, vel, vt loqui malunt, Poteſtate, cenſeat: imò edat illa hodie priſcos Sacerdotes myſtaſq; ſuos Principali Licentiæ, quâ ſcriptis, quâ rebus ipſis, propalàm aduerſantes. Et hæc certè ſunt, atque huiuſcemodi inſtituta, AVDITORES: quibus animos hodie cumprimis noſtros firmare, & per quæ otia noſtra

ſtra producere addecet: ne alioquin in rerum actu occupatos, vel ſecuros nimium, hæc Abſolutæ Licentiæ Siren in abrupta trahat.

Neque eſt, cur inſtitutæ diſquiſitionis huius nomine à quoquam arguamur, quaſi mens ea nobis ſit aduerſus Sacra Principum capita argutari, *humiliq́ læſiſſe veneno ſumma*: Quomodo olim Antiſtij Labeonis Iuriſconſulti incorrupta libertas veſaniæ & contumaciæ, imò inſaniæ ab adulatoribus nonnullis adſcripta fuit. Id enim veſaniæ crimen à nobis procul eſſe nouit DEVS, cordium inſpector. Verùm ita rectè ſentire nos putamus: Quemadmodum *ſacrilegij inſtar eſt, de Legitima Principum auctoritate diſputare*, ita contrà, vanos honores nec-honores iis induere, non iam ſacrilegij inſtar, verùm ſacrilegium omninò eſſe. Immò illud iure contendimus, nullam maiorem in Principes deuotionem dari poſſe, quàm cùm ad terminos iure ſibi poſitos ſalutari voce reuocantur: *Vbi veritas, ibi vera proculdubio deuotio eſt*: vt quæ hinc ius ſuum DEO tribuat, inde verò Principes ab abrupto impiorũ & ſceleſtorum in eos conatuum periculo piaculoq; retrahat. Contrà, ita fermè euenit, vt ij in adulationem maximè vertantur, qui Principes perditos volunt, atque vbi periêre, nulli iactantiùs mœrent. Sic enim mecum aduortite: vnde, quæſo, parricidalia monſtra illa, quæ ſacra Principum capita cùm lubet diris deuouent mox deuota, per ſacerrimos mortalium, cœlorum, vti volunt, auctoramento mactant? Vnde, qui Magos & ſpiritus mendaces de Principis ſalute fineque & Reipublicæ ſtatu conſultant? Vnde

Digitized by Google

qui ſceleſtarum externarúmque partium ſocij vel plauſores quotidie reuelantur? De illis, opinor, Abſolutæ Licentiæ Principalis in ſpeciem præconibus, at reuera publicis prædonibus, & externæ tantumnon alicuius potentiæ mancipiis: non de veris Chriſtianis, Qui ſupremas poteſtates omnibus maiores, ſolo DEO cœlóque minores, ſed minores, cenſemus, fidiſſimamq; adeò Principis ac reuerentiæ Principalis cuſtodiam putamus, iuſtam legitimamq; poteſtatem: vti contra, *Inſtabile id regnum eſſe, vbi non eſt cura iuris, non pudor, non ſanctitas, pietas, fides*, exiſtimamus. Nunc quod agimus, agamus.

EXSTAT in libris Pandectarum, Iuſtiniani Imperatoris auctoritate atque auſpiciis, è veterum Iuriſconſultorum centonibus concinnatarum, breuis admodum ſententia, à corpore ſuo diuulſa, ſub titulo de Legibus: *Princeps Legibus ſolutus eſt.* Hoc eſt illud, AVDITORES, abſolutæ hodie Principum Licentiæ firmamentum vnicum, hoc fulmen decretorium, hæc Lex legum: in quâ ſumma totius Principalis libidinis, velut in Palladio atque anciliis cœlo delapſis, collocatur. Id verò, ſi rectè probéque fit, de huius ſententiæ auctore iam fidenter dicamus, quod de altero quodam Iuriſconſulto (Ateius is Capito) non malus auctor, *eum humani iuris ſcientem egregium publicum, bonáſque domi artes dehoneſtaſſe*: Si ita eſt, iam ille per me Caij (cui Caligulæ cognomentum) qui poſt impia in Rempub. vota vltimùm Senatui ſeſe nec ciuem nec Principem amplius fore apertè teſtatus fuerat,

Digitized by Google

rat, defenſoribus accedat: iam ille per me Neroniani parricidij atque incendij patronis accenſeatur. Si ita eſt, exclamare libet, *ô Edictum, cui adſcribi non poterit*, BONVM FACTVM. Quid enim? minorémne nobis, in hæc verba erumpendi anſam cauſámve nunc putabimus, quàm Tertulliano pridem fuit, cùm audiſſet is, Edictum peremptorium ab Epiſcoporum tùm Principe Zephirino propoſitum, quo, adſumptis quoque titulis nonnullis, vt ipſe quidem volebat, ambitioſis, *Mœchiæ & fornicationis delicta, pœnitentiâ functis dimiſſurum ſeſe edixerat?* Non minorem opinor: imò maiorem multo: Non enim hæc iuris ſententia, ſi cum aſſentatoribus Palatinis exauditur, delictorum, imò ſcelerum omnium, nedum fornicationis, aut mœchiæ, Principibus commeatum facit? Sicubi enim Princeps conſcientiam ſuam in Maieſtatem diuinam ſuperbè animare inſtituerit: ſi parricidali furore ſanguine proprio manum tinguere, ſi cuiuſque præterea hominis cæde ſeſe maculare, ſi tectis ignem iniicere, ſi aratrum vrbibus inducere, ſi popularium res fortunaſq; deprædari Principis animo ſemel ſederit, paratam eſſe ſacram aram atque anchoram omni iſti ludo iocóque, imò tumultui & Licentiæ, ab hac ſententia, *Princeps ſolutus eſt legibus:*

----Nihil eſt, quod de ſe credere Princeps
Non poſsit, cùm laudatur Dîs æqua poteſtas.

Et habet tamen hæc ſententia auctorem IVRISCONSVLTVM DOMITIVM VLPIANVM? Ille ille τῶν νομικῶν κορυφαῖος tam cruda dicta, quomodo iſtud nunc ac-

cipitur, è pectore euomuerit ſuo? Id non ferat Ciuilis prudentia, quam ipſe *rem ſanctiſſimam* vocabat: quæ non magis, opinor, fœdo obſequio, quàm pretio nummario vnquam addicenda venit: contra, quæ præceptorum ſuorum ſanctimoniâ omnium mortalium mores ad ciuilitatis modum tam apertè vbiq; componit: tandem, quæ Legitimam poteſtatem à Licentiâ paſſim tam exactè diſterminat.

Id non ferat *Papinianus*, è cuius ſcholâ atque adſeſſurâ Vlpianus iſte prodiit: Papinianus, inquam, aſylum iuris, & doctrinæ legalis theſaurus. Quid? non eſt Papinianus ille, qui non tantùm auream & ſanctiſſimam hanc regulam in commune fundauit, *Ea quæ facta lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & vt generaliter dixerim, contra bonos mores fiunt,* NEC FACERE NOS POSSE *credendum eſt*, verùm & qui nominatim admiſſum ab Antonino Caracallâ Imp. in Getâ fratre, eodémque Imperij conſorte, parricidium, in Senatu atque ad populum excuſare, ſeu diluere, iuſſus, inſtante quamlibet Principe, mente ſolidâ atque immotâ reſpondit, *haudquaquam pari facilitate velari, ſeu excuſari, parricidium quàm fieri*: item, *defendere parricidium,* etiam ab Imperatore admiſſum, *& accuſare innocentem* ab eo *occiſum, alterum parricidium videri*, ſeu eſſe. Neque putetis, AVDITORES, bonum Papinianum, intra inanem ſententiarum iſtarum bracteam ſtetiſſe (vt *ſunt nonnulli verbis factioſi, re autem inertes*, vel vt alius dicebat, *vt quiſque eſt animo ignauus, ita eſt ore procax*: imò, vt tertius, *multi ſunt Philoſophâ ſententiâ, ignauâ operâ*)

etiam

etiam morte ſuâ dias has ſententias Papinianus obſignauit, eam excipere paratior, quàm bonas artes corruptâ libertate, atque obſequio, dehoneſtaret. Sic deinde eiuſdem ſceleris Principiſq; fuit, fratrem Imperij conſortem, mox Iuriſconſultum Papinianum Licentiæ aduerſantem è medio tollere. Hæc igitur exceperit, dixerit, fecerítque Papinianus: atque alia omnia ſenſerit, qui ex eius ſinu ſcholaque prodiit Domitius Vlpianus? Non fiet cuiuſquam opinor animo veroſimile.

Iam ſi, mutatis partibus, ab Vlpiani Magiſtro, ad eiuſdem diſcipulum delabamur, neque *Alexander Seuerus Imp.* Vlpiani pupillus & diſcipulus, ferat, tam inſignitam hanc Vlpiano maculam labémque adſpergi, quaſi is ſæuitiam & Licentiam Principum, hoc ferali dicto, imò Edicto armauerit. Non enim eſt Alexander ille, qui tantum abeſt, omni iure ſolutum Principem crediderit, vt etiam illis ipſis Legibus, quibus alioquin ſolutum cum mero Maieſtatis iure fatendum eſt, vltrò ſeſe ſubmiſerit, aurea illa, quæ etiamnum extat conſtitutione *l. 3. C. de teſtamentis?* Non eſt Alexander ille, quem *Leges in annos firmaſſe, eáſque etiam ipſum diligentiſſimè ſeruaſſe*, vitæ ipſius ſcriptor memoriæ prodidit? Non eſt tandem Alexander ille, qui cùm à matre atque vxore (impotenti videlicet ſexu, & Licentiæ cumprimis amico) ciuilitate ſuâ molliorem ſibi poteſtatem & contemptibiliorem feciſſe identidem diceretur, reſpondit, *ſed ſecuriorem atque diuturniorem.* Hæc igitur, atque his ſimilia complura Alexander, in ſe quoque

Digitized by Google

Seuerus, dixerit feceritve, qui nihil ſerij abſque Vlpiano fecit, qui Vlpiano intimæ admiſſionis amico & conſiliario, Magiſtróque ſcriniorum, id eſt Cancellario, legúmque promulgandarum tractatore rogatoréque vſus fuit, & alia omnia ſenſerit Vlpianus ipſe? Id nemo opinor ſibi perſuaderi patietur.

Iam ſi collegas & coætaneos Vlpiani, ſi cæteram Iuriſconſultorum turbam, & ſingulos tamen ordine ſententiam perrogemus: ſi aliorum pariter Principum conſtitutiones excutiamus, ecce, *Omnes, omnes*, abſolutæ iſti Principum Licentiæ obloquuntur: Non enim illi, non tantùm, *decere tantæ Maieſtati eas ſeruare Leges, quibus ipſe Princeps ſolutus videtur*, item, *licet Legibus ſoluti ſint, attamen Legibus viuere ſe*: Rurſùm, *Dignam eſſe vocem regnantis, legibus alligatum ſe profiteri, déque auctoritate iuris Principis pendere auctoritatem, Et reuera maius Imperio eſſe, ſubmittere Legibus Principatum*, aliáque ſimilia verecundiæ atque honeſtatis, &, vt proprio verbo vtar, *pudoris* plena ſcripſêre: verùm diſertè Principes, Pius, Pertinax, Gordianus, Diocletianus ipſe, & Valens reſcripſêre, *Lites donatas ſe non ſuſcipere, & qui id fecit, dignum fuiſſe puniri pro tam turpi támque inuidioſo commento: eámque rem à ſæculo ſuo abhorrere, contráque ſæculi ſui tranquillitatem eſſe*: tandem *temporum ſuorum diſciplinam id non pati*: paríque modo, *non admiſſuros ſe hæreditatem eius qui litis cauſa Principem reliquerit hæredem*, &c. Tandem, *cùm hæres inſtituitur Imperator*, IVS COMMVNE *cum cæteris habere*? Et hæc quidem Principes ipſi. Quid Iuriſconſulti? Paulus certè Vlpiani in adſeſſurâ collega, ne de aliis nunc memo-

Digitized by Google

memorem, apertè, neque vnâ tantum ſententia, definiuit, NON POSSE *fiſcum* (*ſeu Principem*) *hæreditatem eius vindicare, qui nullo condito teſtamento, nudo tantum ſermone nudâque pollicitatione iactauerat, ſeſe facturum Imperatorem hæredem.* Item, *Litem in perniciem priuatorum fiſco* (ſeu Principi) *donari* NON OPORTERE, *nec ab eo donatum ſuſcipi.* Denique, *Imperatorem litis cauſa hæredem inſtitui inuidioſum eſſe*: ſubiectâ generali ſententiâ: *Nec enim calumniandi facultatem ex Principali Maieſtate capi oportere.* En itaque varias iuris ſpecies, en Leges, quibus Principes ipſi, quibus Vlpiani collega Paulus, Principem ſolutum non eſſe clarè prodidêre, & aduerſus quas nihil poſſet Princeps: nullo, vt hodie ab aſſentatoribus fit, ordinariæ & extraordinariæ, vel vt alij loquuntur, abſolutæ Principalis poteſtatis, diſcrimine.

Quando igitur ferali huic ſententiæ, tota Vlpianei ſœculi Iuriſprudentia obuerſâ fronte aduerſatur, num vnus ſolúſque è Iuriſconſultis fuerit Domitius Vlpianus, Capitonis illius hâc parte ſubæmulus, in eâ hæreſi abruptaq; ſententiâ, Principem omnibus omnium Legum omniſq; Iuris repagulis ſolutum, liberúmque adeò eius vndiq; arbitrium, eſſe? Ita quis fortè cenſere poſſet, & verò cenſentes iam deprehendo nonnullos de Vlpiano, quaſi is in adulationem compoſitus hæc ſub Antonino Caracalla (error enim eſt eorum qui libros ad L. Iul. & Papiam Vlpianum ſub Alexandro Seuero ſcripſiſſe autumant) ſcripſerit: qui, vt antea quoque monui, parricidium in fratre, adde & inceſtum in nouercâ admiſerat, & à

quâ etiam illud audierat, *ſi libet, licet:* item, *an neſcis te Imperatorem eſſe, & Leges dare non recipere?* Rurſum,ita quis forte cenſere poſſet, Vlpianum Syriâ ſuperſtitione virum, Chriſtianíque nominis oſorem, hoc abſolutæ Licentiæ telo velóque Principis ſui mentémque manúſque in Chriſtianos animaſſe armaſſéque: Quando ita fermè euenit, *vt ij vel maximè Principum poteſtatem vehant in immenſum, qui perſecutionum in Chriſtianos faculæ ſunt*: Quod luctuoſiſſimis documentis atque experimentis palàm eſt: Scilicet, vela Principali Licentiæ prius laxari oportet, ſic deinde hoc veluti vento eà quà lubet rapitur cunq;: atque vt tauros panno rubro obiecto efferari aiunt, ita cruento hoc non potentiæ verùm impotentiæ ſigno prælato ſemel, Principes exaſperare promptum. An igitur ab hac alterutra mente ſteterit Vlpianus, cùm ſcripſit is, *Principem ſolutum eſſe Legibus?* Nil minùs: Nam vt omittam Vlpiani in Chriſtianos odium, ſi quod odium illi peculiare fuit, non aliunde certè id profectum, quàm quia in SC[a] Mandataq; Principum, quibus factiones, ſodalitia, ἑταιρίαι, illicitaq; collegia prohibebantur, Chriſtiani etiam apud eos qui minus iniqui his erant, admittere videbantur: Certè coniecturæ ſuperiori, de adulandi ſtudio, reclamant ſanctiſſimi Vlpiani mores, illaq; viri boni exiſtimatio, quam ipſe præ cæteris æui ſui collegerat, & quia collegerat, ab immaniſſimo poſteà illo abſolutæ Licentiæ vindice Heliogabalo, palatio atque amicorum numero abiectus memoratur. Sed quid vltrà moramur? Si Vlpianum cum Vlpiano committimus, id eſt, ſi alias eius ſententias

tentias cum hac componimus, res erit confecta: quæ certiſſima omnium ſentētiæ ſcriptoris alicuius eruendæ ratio eſt, quando verborum ſuorum caſtiſſimus Interpres quiſque eſt. Quid enim? Non hic Domitius noſter eſt, qui diſertè ſcripſit, POSSE *liberos à parentibus iniquè exhæredatos Principi hæredi inſtituto, paternam hæreditatem* (per querelam ſcil. inoſſicioſi) *eripere*: Sic quidem, vt fœdam quorundam contrà cenſentium & adulantium ſententiam variis ipſorummet Principum Reſcriptis damnatam ipſe referat?

At inquies, hunc ipſum Vlpianum alibi abſolutè ſcribentem deprehendi, *Quod Principi placuit, Legis habere vigorem?* At, ô religioſi ſcilicet Principalis Licentiæ vindices, eadem & nobis hac parte ſtat ſententia: ſcimus & ipſi prædicamus hæc vltrò, de abſoluta Principis poteſtate νομοθετικῇ, conſtitutiones ſcil. Principum de iure, vi Legum cenſeri: quócunque illi tandem modo ſeu ratione ius conſtituerint, in bonum publicum. Hic enim inter alios effectus fuit poteſtatis illius, quæ à populo Lege Regiâ EI ET IN EVM. i. παντελῶς, tranſlata fuerat: puta, vt iuris conſtituendi via ad Principem ſimùl tranſiret, quod alioquin populus olim Lege latâ facere ſolebat. Atque hoc ſenſu Principem ἐπάνω τῶν νόμων, *Legesq́; Imperatori ſubiectas* fatemur. At enim hæc Poteſtas νομοθετικὴ, τῆς αὐτοκρατορικῆς pars, toto cœlo diſtat ab Auguſto priuilegio, id eſt ab eo *Maieſtatis* iure, de quo nunc ſermo inſtitutus eſt. Quod ex veteri Lege Regia de Imperio Veſpaſiani poſteà magis adhuc comprobabitur: *Pote-*

ſtas enim illa Principalis abſoluta in adminiſtranda Republ. tota foras ſpectat, ſeu in publicum proiecta reſt, totam denique ſeſe ad publicam vtilitatem porrigit atque explicat: ſic vt ea abſoluta omninò ſit, eſſéque debeat, quia & cum vtilitate publica coniuncta: Et ſic hoc ſenſu Princeps ἀυτοκράτωρ eſt τῶν νόμων: Hæc verò, de quâ nunc quærimus, *Maieſtas*, perſonalis eſt, ſolamq́; priuatamq́; Principis perſonam & dignitatem reſpicit: Quæ ſuos certè intra cancellos coërcenda venit, ne Princeps alioquin in monſtrum degeneret. Atque hoc ſenſu Princeps αὐτοτελὴς καὶ αὐτοκράτωρ ἑαυτοῦ dicitur. Quæ duo tamen ex eodem capite iam olim Dio quoq́; fluere putauit: aliíque perperam commiſcent.

Sed, inquies tandem, nullum hîc diuinationi aut cunctationi locum relinqui: eſſe enim clara, indiſtincta, peremptoria, Vlpiani verba, *Princeps Legibus ſolutus eſt.* Neque tantum Vlpiani, ſed & aliorum complurium in eandem ſententiam toto iure decantata iam carmina. Quid, toto iure? Imò & apud alios ſcriptores. Non enim & Dio, Vlpiani coætaneus, & ipſe non ſemel, *Principem ſolutum Legibus ſcripſit*: ſic quidem, vt ſolemnem hanc formulam, & formalia ſeu τυπικὰ hæc verba fuiſſe apud Romanos indicet? Non Plinius, non Dio Chryſoſtomus Traiani æuo; non Iulianus, ad Conſtantium: non Pacatus ſub Theodoſio M. vno eodémque ore ſcripſère, *neminem Principi leges ſcripſiſſe, & Principem ſupra leges eſſe?* Non Ambroſius, non Chryſoſtomus, aliiq́; Chriſtiani ſcriptores, hoc ipſum atque his ſimilia tradidère?

His

Digitized by Google

His adde, quod hanc ſententiam Pandectarum concinnatores, generaliter, & ſine vlla exceptione, in *titulum de Legibus* tranſtulêre: pariter vt Græci in titulum generalem περὶ βασιλέως. At, bona verba, ô religioſi verborum obſeruatores, ſyllabarum aucupes, non ſi ſexcenta ad iſtum modum morémque cumulare libeat, ideò à veritate genuinóque ſenſu perſcrutando dimoueri nos oportet. Alioquin, valeat iam hîc illud, *res oppidò pulchra Leges ſunt: atenim qui eas ſuperſtitioſè vrgeat, ſycophantam aget.* Grauem, AVDITORES, calumniam patiantur neceſſe eſt Leges pleræq;, ſi non ferenda hæc, & nimia ſæuaq; & Iudaïca verborum prærogatiua ſemel inducitur vel admittitur. Econtra aureum illud Pauli Iuriſconſulti, quem Vlpiani collegam diximus, bracteatæ mentis dictum, dignum, quod pro omnibus Iudicum Tribunalibus, Principúmque Conſiſtoriis cubitum longis literis inſcribatur: *Non oportet ius ciuile calumniari, neque verba captare,: ſed quâ mente quidq; diceretur, animaduertere*: vt & inſignis illa Tertulliani aduerſus hæreticos præſcriptio: *Et hîc expedit ſenſu certare cum Interpretationis gubernaculo: nulla vox, etiam diuina, ita diſſoluta eſt & diffuſa, vt verba tantum defendantur, & ratio verborum non conſtituatur.* Nempe multa quamuis generatim prolata ſuos tamen habent adhuc certóſque limites, quibus regantur terminentúrque, & vt loquuntur, *cum micâ ſalis* accipienda veniunt. Quod cùm cœteroquin obtineat, in iis vel maximè obtinet, in quibus iuris moríſque priſci ſtricturæ latent: vbi vel minimæ ſæpè rei, vel voculæ, ſiue ignorantiâ ſiue

incogitantiâ, grauiter peccari ſolet, dùm indiſcriminatim accipiuntur, quæ modum aliquem deſiderant: Ac potiſſimùm in breuibus veterum ſententiis, quæ à corpore ſuo diuulſæ, niſi arte quâdam ſingulari tractentur, de vero ſenſu ſuo multum amittant neceſſe eſt. Et ſanè, nemo eſt, etiam ex iis qui adulandi artem exercent: nemo in eâ tam adſiduus, nullus denique eorum qui ex profeſſo *de ſuprema ſeu abſoluta Principis poteſtate* commentati ſunt, quin hanc Vlpiani ſententiam, *Princeps ſolutus eſt legibus*, non modò lubricam, verùm abruptam & falſam prorſùs, ſi cum Palatinis nonnullis ſumitur, exiſtimet, atque adeò non quodammodo vel quarundam legum vincula Principi innectat. Quæ magna, ni fallor, vis veritatis eſt, & defenſionem atque exemplum nobis præbet, ad eruendam illam penitus è cubili ſuo, ſtabilíque ſemel ſede locandam. Quod quidem alioquin annixi iam multi, vti eius duritiem interpretatione aliquâ lenirent. Et de pleriſque tamen, cùm eas ſub manum reuoco, oculiſq; ſubiicio omnes, vnâ tantum exceptâ, auſim dicere, *Dum vitant vitia, in contraria currunt.* Pars quippe Principes infra Maieſtatem ſuam nimio plus adſolare ſeu deprimere: pars contra multo maxima, plus æquo ſublimare. Ab vtriſque iuxtà, credite mihi, Principi periculum: non minus enim Principatum in diſcrimen trahit, qui fœda nimiáque cenſet, quàm qui Maieſtatem eius aliquà imminutum it: nam vt contemptu ea facilimè vileſcit, ita deformi obſequio in abrupta ſæpè trahitur. Quâ vtraque peſte nulla Principatui pluris ſteſtetit:

ſtetit. Denique veneratio Principis perinde anceps, ſi nulla, & ſi nimia.

Prima ſcilicet eorum interpretatio eſt, qui Principem legibus ſolutum ab Vlpiano dici eâ mente aiunt, quia *peccata eius pœnæ obnoxia non ſint*, in quibus & Græci interpretes, & quidem Harmenopulus, ὁ βασιλεὺς νόμοις οὐχ ὑπόκειται, ἤγουν ἁμαρτήσας οὐ κολάζεται: alius dixit, *Principem legibus pœnalibus ſeu pœnis legum non adſtringi* : Barbariùs adhuc alij, *quoad vim coactiuam Principem legibus ſolutum, non quoad vim directiuam ſeu culpam* : Alij, *poteſtatem Principis ordinariam eſſe ſolutam legibus quoad vinculum, non quoad obſeruantiam*: Terſiùs non nemo, *Principem legis nexibus ſolutum dici non quia iniqua ei liceant, ſed quia is eſſe debeat non qui timore pœnæ, ſed qui amore Iuſtitiæ æquitatem colat.* Dies me deficeret, ſi mangonium huius interpretationis & diſtinctionis omne explicarem. Imò, ſi Deo placet, iam illud à multis ſœculis, poſt Ambroſium, Hieronymum, alióſque perperam huc aptare non verentur, *Tibi ſoli peccaui.* Scio, ſcio equidem quæ in hanc ſententiam occurrunt complurima, *de Iure Regio in impunitate delicti conſiſtente*, apud Saluſtium, Dionem vtrumque, Pauſaniam, alióſque: ſic vt inde Regnum quoque nonnulli cenſeant : vnde Salluſtius *impunè quiduis facere, id eſt Regum eſſe* : & Dio aliíque Græci dixerint, ἐπιτάττειν ἀνυπεύθυνον ὄντα: Iidémque adeò, βασιλείαν ἀρχῇ ὑπευθύνῳ opponant: Sed & Præter Nouellam *Iuſtiniani* 23. eſt & illud iam notum Ambroſij, *Liberos eſſe Reges à vinculis delictorum, neque vllis ad pœnam vocari legibus, tutos Imperij poteſtate.* Et illud

Digitized by Google

inter alia Canoniſtarum, *Principem habere ſoli Deo de peccato rationem reddere*. Item illud apud Gregorium Turon. ad Chilpericum R. *ſi verò tu exceſſeris, quis te corripiet*. Hæc inquam omnia, & ſi quæ ſunt ſimilia, operosè equidem cumulantur: ſed neque omni Principatui ea conueniunt, verùm ei tantum quem παμβασιλείαν dixêre: Deinde, quid audio, Maieſtatem Principis hinc impunitate ſeu Licentiâ circumſcribi, inde ſubditorum patientiâ, qui ſanè quomodo ſterilitatem aut nimios imbres & cætera naturæ mala, ita luxum vel auaritiam dominantium tolerare rectè monentur. O indignos verò eius finitores, qui id in Principatu definiendo cogitant, quantum Princeps impunè facere poſſit, non quantum ei permittat legitimi Imperij, iuſtaq; Maieſtatis natura formáve. Et quid alioquin rebus ipſis inter Principem, & alium *ne nominandum* quidem, iam erit, ſi licentiâ pari, ſolo impunitatis ſcuto vterque ferociat, cùm *ſceleri vetitum nihil ſit*? Quiſquámne in hiſce literis adeò hoſpes eſſe poteſt, vt alios LICENTIAE atque impunitatis, alios legitimæ poteſtatis fines eſſe non norit? *Malus eſt*, inquit ille, *qui ex magnâ fortunâ præter Licentiam vſurpat nihil*: Contra legitimus is, *apud quem plus Iuſtitia quàm Licentia valet*, quod Symmachus dixit. Rurſum, quid audio, *Principem Romanum* (nam de eo nunc ſermo eſt) quo ad vim directiuam Legibus obnoxium fuiſſe: quo ad coactiuam verò ſolutum? Atenim vtrunque à vero abſiſtit. Nam quod priorem attinet, Principem Romanum nonnullis Legibus Maieſtatis ſuæ iure reuerà ſolutum fuiſſe certiſſimum eſt: contra

Digitized by Google

contra quoad vim coactiuam, Princeps, Romanus ſcil. (ne quis dicta mea aliò nunc vertat) non omninò legibus, pœniſq; legum ſolutus fuit, puta ſi licentia eius vitaq;,non quâuis aut tralatitia exorbitatione, verùm ὁ λοκλήεως ad ſummam Reipubl. vergeret, atque in monſtrum & portentum degeneraret, denique ſi Princeps Legirupa velut hoſtis iam Reipublicæ, eſſentiam & naturam Principis in ſe deſtrueret, Rempublicamq; adeò euerteret. Non enim eſt alter ille Domitius, ſed Nero Imp. de quo non Poëtæ tantum iudicium fuit,

Cuius ſupplicio non debuit vna parari
Simia, non ſerpens vnus, non culleus vnus:

Verùm & qui reuera hoſtis à Senatu Romano iudicatus, quæſitúſque, vt more maiorum puniretur? Non tot alij hoſtes publici iudicati? Rurſùm, non ſi Principes Romani pœnis Legum atque humanis tuti Imperij poteſtate non cogebantur, ideò non aliunde Legibus tenebantur? *Vis* eſt & tùm coactioq;, cùm mero iure quis alicui rei adſtringitur:neque ilicò, qui pœnis ſolutus eſt, ideò Legibus quoque ſolutus propriè dici poteſt. Non enim & Leges nonnullæ ſunt priuatis poſitæ, quæ illegitimis admiſſis pœnam non adhibent? Iuriſconſulti opinor ſpeciem quandam Legum conſtituunt, quas *Imperfectas* vocant, quæ quid fieri prohibent, ſed facto pœnam non imponunt,&,vt quidam ait,ſi quis aduerſus eas fecerit, nihil vltrà, quàm *improbè factum* Leges pronunciant? Et mero igitur iure,& pudore, & conſcientiæ laniatibus ſatis cogitur vita Principis, & quod ſuper omne vindictæ pœnæq;

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

genus eſt, odio publico iuſtóque. Sic variè Princeps in leges cogitur. Quid? quod hæc Vlpiani ſententia eſſe non potuit: quæ ſi fuiſſet, ſub titulo *de pœnis* proponi magis ſeu collocari debuit, quàm ſub titulo *de Legibus*. Et vt finem faciam, ſubiecta quoque illi ſententiæ exceptio, vel potius oppoſitio, hanc interpretationem omninò reſpuit, quâ dicitur, etſi Auguſta ſoluta Legibus non ſit, attamen Principem eadem priuilegia illi tribuere. De quo poſteà plura.

An probabilior igitur eorum ſententia fuerit, qui ita cenſent, Principes ob Imperij dignitatem legibus mero iure ſolutos, heroicò tantùm animo, ex humanitate vel honeſtate, ſeu vt alij iam loquuntur, *ex neceſſitate honeſtatis*, vel etiam vt ſubditis exemplo ſint, vltrò legibus viuere: atque hanc eſſe Vlpiani mentem, cum cæteris iuris ſententiis collatam? Nihilo probabilior. Scio equidem, neque me ſciens fallo, eſſe Leges quaſdam, quibus honeſtatis tantum vel prudentiæ, aut *pudoris* genere quodam, neque vltra, Principes tenentur: Quò pertinent ciuilia illa, Principum in iure reſcripta complúria, quibus nonnullis ſeſe Legibus vltrò ſubiiciunt, profitentúrque, *reuera maius Imperio eſſe, ſubmittere legibus Principatum*: vnde etiam obſequium in Principem, & æmulandi amor validior, quàm pœna ex legibus metúſve. Atenim alia iura ſunt, quæ iidem Principes, eadémque Iuriſprudentia Principibus quoque nata ingratiis fateantur neceſſe eſt: & verò, quod anteà oſtenſum eſt, paſſim fatentur.

Hactenus Interpretationes, quibus Principis Romani maieſtas plus æquo ſublimatur: ſequuntur eæ,

quibus

Digitized by Google

quibus viceuerſa plus æquo ea deprimitur, Vlpianíq; adeò ſententia nimiùm coarctatur. Prima eſt, quæ & præcipui nominis Interpretes nancta eſt, Vlpianum de Legibus caducariis ſeu de Lege Iuliâ & Papiâ tantum cogitaſſe: quâ ſcil. ſubtiles quidam caſus inducti fuerant, quibus delata priuatis bona, certis caſibus, ad populi ſeu publicum ærarium deferebantur. Verùm hæc interpretatio Vlpiani mentem nimio plus coarctat, quaſi is Principem Lege Iuliâ & Papiâ tantum ſolutum ſenſerit. Video equidem Vlpiani ſententiam, quâ de nobis nunc ſermo eſt, deſumptam ex *libris* eius *ad Legem Iuliam & Papiam*: Verùm & idem ille Vlpianus *alibi* & alij Iuriſconſulti Principéſque aliis quamplurimis Legibus, imò & Dio Vlpiani coëtaneus, Principes mero iure ſolutos fuiſſe oſtendunt, veluti lege Falcidiâ, ſolemnibus teſtamentorum, manumiſſionum, aliiſq;: Neque ideò, quia hæc ſententia è libris Vlpiani ad legem Iuliam & Papiam deſumpta eſt, ideò ad eam tantum legem reſtringenda venit. Quid enim? annon & idem Vlpianus, his ipſis ad L. Iuliam & Papiam libris, hanc Regulam tradidit, *Rem iudicatam pro veritate accipi?* Et eam tamen non ad ſtatum ingenuorum, cuius alioquin occaſione eam Vlpianum ſiue propoſuiſſe, ſiue concinnaſſe, denique pro ratione ſubieciſſe deprehendimus, reſtringendam, vel ipſe titulus, ſub quo ea hodie locata eſt, ſub titulo, inquam generali *de regulis iuris*, oſtendit, ac propterea res ex quacúmque cauſâ iudicatas eâ comprehendi certum: pariter vt hæc noſtra ſub titulo generali *de legibus* poſita, de omnibus poſitiuis legibus acci-

Digitized by Google

pienda venit. Nempe, Iuriſconſultorum mos hic eſt, vt ſpecialibus Iuris deciſionibus generales regulas pro ratione aptare ſubiicereq; ſoleant, quas ſi quis ad ſolam hypotheſin reſtringat, totam Iuriſprudentiam euerſum eat. His adde, quòd Pandectarum concinnatarunt, ſeu Iuſtiniani tempore, cuius auctoritate hæc Vlpiani ſententia eò relata fuit, non iam vnus Princeps Auguſto, ſeu ſingulari Maieſtatis ſuæ priuilegio, verum quicunque tandem priuati communi iure caducariis legibus illis, vt pote iam ſimul & ſemel ſublatis ſoluti fuere. Poſtremùm, neque huius ſententiæ ſeu Interpretationis authores aliis locis negare poſſunt, Principem aliis quoque ſimilibus legibus, æquè ſcrupuloſis vel odioſis, ſolutum fuiſſe.

Eundem verò errorem errant ſecundo loco, & qui Principem nonniſi *ſolemnibus Iuris*, ſeu legibus, quibus ſolemnitates quædam actuum priuatorum publicorúmque inductæ fuerunt, ſolutum fuiſſe volunt. Nam etſi nonnullis iuris ſententiis & conſtitutionibus, nominatim dicatur, *Principes ſolemnibus ſolutos*, ad facti tamen quæſtionem eæ directæ ſunt: neque eò minùs varij alij iuris textus occurrunt, quibus generalius multò atque in commune exprimitur, Principes *legibus ſolutos eſſe:* Imò & nonnulli, quibus ſpeciales Leges aliæ memorantur, non tamen de ſolemnibus, quibus Principes pariter ſoluti dicuntur. Neque vlla ſatis probabilis ratio reddi poſſit, vel etiam hactenùs redditur, cur ſolemnibus tantùm Legum, ac non etiam aliis Legibus poſitiuis Princeps ſolutus fuerit.

Neque tertio verior eſt ſaniórve, etſi ſubtilior, Iaſonis &

Digitized by Google

nis, & poſt eum aliorum interpretatio, diſtinguentis quatuor actuum genera: puta, actus qui fiunt ab ipſomet Principe in priuatum, veluti donationes, teſtamenta, vbi Princeps ſolutus ſit Legibus: & retrò actus qui fiunt à priuato in Principem, vbi ſeruetur ius commune: pariter vt in actibus qui fiunt inter Principem & priuatum, puta contractibus: denique actus qui fiunt in præſentiâ Principis, circa quos variæ ſint deciſiones: Quò etiam pertinet, quod Decius ſcribebat, Leges cedere in his, quæ actiuè referuntur ad Principem, non in his quæ paſſiuè. Verùm haſce diſtinctiones non admittit generale Principum & Auguſtum priuilegium, quo *Principes ſoluti legibus* dicuntur, nullo actuum diſcrimine, in quemcunq; tandem & quocunque modo ij celebrati fuerint.

Poſtremo, neque illa placere debet Interpretatio, etſi ea auctores habeat magnos Iuris Proceres, quibus ego reuerentiam omnem debeo, quæ Principem Legibus tantum ſolutum VIDERI cenſet. Scio equidem, Paulum Iuriſconſultum, Vlpiani collegam, alibi ſcribentem, *decere tantæ Maieſtati eas ſeruare Leges, quibus ipſe ſolutus* VIDETVR. Verùm tria admodùm Interpretationi, quæ iſthinc eruitur, reclamant. Ac primò quidem, vox illa ipſa VIDETVR, quâ in errorem humanitùs ipſi inducti fuerunt, à Paulo vſurpata: quæ ſanè non fictionem quandam indicat, verùm rei veritatem, & κυρίαν δόξαν omnino adſignificat. Hic ſcilicet Iuriſconſultorum mos olim fuit, vt hanc formulam, vel in re certiſſimâ ſibi compertiſſimáque, imò tralatitia etiam, paſſim vſurparent. Secundò hanc

D

ipſam interpretationem reſpuunt vel illa ipſa Pauli verba : vbi clarè *honeſtas*, reíque *veritas* inter ſe committuntur, hoc ſenſu, etſi reuerà Princeps Legibus ſolutus ſit, ex honeſtate tamen eum eas ſeruare: non verò fictio veritati opponitur. Tandem reliquis Legibus ſeu Iuris textibus, atque apud alios auctores, Princeps, abſciſe *Legibus ſolutus* ESSE: non autem VIDERI *tantùm*, dicitur.

QVANDO igitur ſuperiores Vlpianeæ ſententiæ interpretationes nullo ſatis colore defendi poſſunt, Principíſque adeò Maieſtatem nimio plus vel attollunt vel deprimunt, enitendum nobis hodie ſemel, quà liceat inter indeuotionem fœdúmque obſequium pergere iter adulatione contemptúque vacuum. Illud primùm immotum maneat, nullum vnquam Iuriſconſultorum, neminem alium, adulandi in tantum artificem fuiſſe, vt diuino, Naturæq́; Gentiúmve iure, legéque rectæ rationis, ac, vt verbo dicam, Diuinis, æterníſque Legibus Principem ſolutum apertè adſereret: quod ius φυσικοὺς νόμους, ἔμψυχον λόγον vocant: alij κοινὰς ἐννοίας, καὶ φυσικάς. Quare & ſcitè aliquis dixit, *Principem eſſe ſub lege poli, naturæ, rationis*: idémque alibi, *Principem rationis naturalis dictamine teneri & obſtringi, cùm potentius ſit ius naturale quàm Principatus aut Imperium*: Quidam, *poteſtatem Principis, non extendi ad ea quæ natura lege impoſſibilia ſunt*: Quartus, *clauſulam de plenitudine poteſtatis non operari, quando actus geritur contra ius diuinum vel naturale, quia Princeps omninò ſuppoſitus ſit iuri diuino & naturali, duóque reſiſtant plenitudini poteſtatis ius diuinum & naturale, ſub quibus ſunt actus Principis*:

Digitized by Google

Principis: Quintus, *Generales leges, quæ humano generi poſitæ ſunt, in Principe quoque obtinere*: Quod vtique Harmenopulus dixit, etſi idem antea Principem legibus ſolutum dixiſſet: καὶ κτ̀ βασιλέως οἱ γενικοὶ κρατείθωσαν νόμοι. Notiſſimâ ſcilicet ratione, quod harum Legum reſpectu, nullus ſit perſonarum, ne Principis quidem, reſpectus: cùm diuinâ prouidentiâ conſtitutæ eæ, non tantum ſemper firmæ atque immutabiles permaneant, verum etiam omnem-omnem animam hominémq; obligatos teneant. Tertullianus hâc in re diceret, *temperandam his Legibus Maieſtatem Principis infrà Deum*.

Hæc vt omnes, in ſpeciem ſaltem, fatentur, ita dolendum, cùm ad rem ſeu ἐφαρμογὴν ventum eſt, & (vt cum vulgo loquamur) ad applicationem, in horum dictis plus dignitatis quàm fidei deprehendi, rebúſque ipſis perfidiæq; & periurij auctores Principes, quod ipſi tamen à ſe ſpernunt, ſæpè fieri. Quid enim aliud faciunt, qui pactorum-conuentorum, qui fœderum, qui Capitulationum Legúmque, in quas nonnulli venerunt, fidem, quæ vtique iure Gentium Naturæque nititur: qui legitimas donationes beneficiáque à ſe vel à ſuperioribus conceſſa, frangere, Maieſtatis partem putant? Qui leges fundamentales, quibus ceu columellis Reſpublica innititur, Principum libidini ſubiiciunt? Exitioſo, ſi quod aliud, quódque abominor, exemplo: nam (quod ſcitè dictum, rerúmque alicubi euentus conſignat) *vulgus, nihil cùm impetrare valet, iuſtè dolet*: Principéſque illud ſæpè, quod & ipſum abominor, comprobant,--

Digitized by Google

Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem.

Quod de iure Naturali non ſcripto diximus, id pariter obtinere fatentur ſaniores, in iiſce Legibus, quamlibet ſcriptis, quæ naturali æquitate rationéque nixæ, Principes quoque obligatos tenent, quas & ideò *Mixtas* nonnulli vocant. Nam vt maximè ſcriptæ eæ ſint, ſeu in ſcripturam redactæ, vti ſcribi nonnullas ſubinde, vel ob cœcitatem hominum, vel ob prauitatem, neceſſe eſt, non eò minùs tamen naturali iuri adſignandæ veniunt: quandoquidem, quod ratum fixúmque Iuris principium eſt, *Ius omne ex ratione æſtimari oportet.* Ad eum ſanè modum, atque exempli tantum gratiâ, naturæ lex eſt, ſeu, vt alius dixit, tacita lex ratióque naturalis, quæ liberis parentum hæreditatem addicit, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando: Hoc ius cùm violarent ſæpè parentes, ſemotis immerenter contráque officium pietatis ab hæreditate ſuâ liberis, ad quos ea redire Lege debebat, extraneis contra ad bona ſua vocatis, conſtituta fuit iure Ciuili ſcripto, & vt quidam haud ſatis firmo argumento volunt, Lege Gliciâ, querela inofficioſi, id eſt, actio ſeu accuſatio, quâ liberi paterna bona extraneis erepta vindicarent: Hâc lege, quia naturalem prorſus ea rationem habet, Princeps ſolutus non eſt, vt Vlpianus noſter dilertè ſcripſit (qui aliâs Principem Legibus ſolutum ſcripſit.) *l. 8. §. 2. ff. de inoff. teſta.* Vnde etiam rectè dictum à ſcriptore quodam, *A bono patre non ſcribi hæredem Principem niſi malum.*

His ita iam ante aciem præſtructis, vel etiam ab hoc

tractatu

tractatu ſemotis, firmatáq; adeò differentia inter ἔννομον βασιλείαν & τυραννίδα, vera tandem illa ſententia eſt, id voluiſſe Vlpianum, id ſenſiſſe totam Iuriſprudētiam Romanam, Principem Romanū, iure *Poſititio*(vt alicubi ab eodem Vlpiano vocatur) ſeu Legibus merè poſitiuis, quas *merè ciuiles* nonnulli rectè vocant, ſeu *Ius Ciuile merum*, ſolutum eſſe. *Poſititium ius* eſt νομοθετικὸν, *meréque poſitiuæ* Leges οἱ ἴδιοι νόμοι, qui κοινοῖς opponuntur: quæ non à ratione vel æquitate naturali manantes, verùm ciuili tantùm ratione, ex compacto, κατὰ συνθήκην, populíque Principíſve conſtituentis arbitrio, ciuili ordini in Republicâ conſtituendo tuendóve poſitæ ſunt, *Ciuilia denique præcepta*, à naturalibus gentiúmque ſecreta, δόγματα, βίου καὶ χρόνου, quod Dio Chryſoſtomus dixit. His ſcilicet Legibus ſeu præceptis, neque aliis, Imperatorem Romanum ſolutum eſſe voluit Vlpianus, illâ ſententiâ, *Princeps ſolutus eſt Legibus*. Quod quidem, etſi aliis quamplurimis iam in mentem venerit, ſic vt tralatitium id fermè ſit hodie, atque in ore iam penè omnium, eius rei tamen argumenta curatiùs nunc ediſſerere iuuat, nonnulla etiam hactenùs intacta, quæ me ad hoc argumentum diligentiùs apud vos retractandum ideò quóque perpulêre: ne quis alioquin, actum tantum agere me, quo nil magis odi, nunc putet. Erunt forte & alij deinceps eâdem lege, qui nouis rationum momentis cumulatam materiam hanc de *Augusto* hoc *priuilegio* abſoluent, atque ad ſummum perducent: quibus aliquà præluxiſſe, vt alij mihi præiuêre, nouorum & feliciorum conatuum forte materies hæc olim erit.

Digitized by Google

Veniat igitur primum ſub manum tota lex illa Vlpianea: ea verò ſic ſe habet.

Vlpianus lib. 12. ad l. Iuliam & Papiam.

Princeps legibus ſolutus eſt: Auguſta autem, licet legibus ſoluta non eſt, Principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quæ ipſi habent.

I. Heic mihi primùm ſpecta-ſis, *Inſcriptionem*, ſeu librum, vnde ea ſententia deſumpta eſt: nempe ex *libris Vlpianeis ad l. Iul. & Papiam.* Iam ſuprà diximus, quodnam eius Legis argumentum fuerit: Certè, non de alio illa genere cenſúve fuit, quàm poſititiarum: quippe quæ Romæ incitandis cœlibum pœnis, atq; augendo ærario, quod Tacitus dixit, poſitæ latæq; fuerant. Hæc enim duo ſumma earum capita fuêre: qua cauſa etiam prius caput *Legis Iuliæ de maritandis ordinibus* nomine audiebat, Horatius *Legem maritam* dixit: poſterius verò, *Legis Caducariæ* appellatione deſignabatur; eò quod ſubtiles quidam modi ea parte adinuenti continebantur, quibus bona nonnulla caduca, à priuatis in fiſcum caderent, fiſcúſque adeò inde locupletaretur. Ergo cùm Vlpianus Legis illius Caducariæ interpretatione defungeretur, indicarétq;, Principem ea lege ſolutum fuiſſe, à ſpecie ad genus, ſeu ad generalem regulam iam adſurgendo, ſubiecit, *Principem Legibus* in commune *ſolutum eſſe*: in commune, inquam, quæ de eodem ſcilicet genere eſſent, poſitiuarum inquam: in quo ſanè cenſu lex ea erat. Quod enim poſititium ius magis in Republica dici poſſit, quàm quod fiſco tantum locupletando ſubtiliter excogitatum poſitúmve eſt? Neque Vlpianus tantùm id ea lege ſcri-

ge ſcri-

Digitized by Google

ge ſcripſit ſenſitve, verùm & idem ſcripſerunt ſenſeruntque & alij præterea duo Iuriſconſulti in eodem argumento verſantes, & ad eam ipſam Legem Iuliam & Papiam caducariam commentantes, imò idem eius legis caput explicantes: Gaius videlicet & Mauricianus, *in l.56.& 57.ff. de legatis* 2. hoc vterque ſenſu: etſi Princeps, cui quid teſtamento relictum eſt, viuo teſtatore, vel poſt mortem teſtatoris antequam dies cederet, deceſſerit, non ideò tamen hæreditatem legatúmve ei relicta caduca fieri, ſeu in ærarium populi Romani fiſcúmve publicum cadere, vt priuatis alioquin delata vtróque caſu caderent, ex Legis Iuliæ & Papiæ præſcripto: verùm ſucceſſori eius nihilominùs deberi.

II. Iam poſt Vlpianeæ legis inſcriptionem, ipſemet legis contextus procedat: P*rinceps*, inquit, *ſolutus eſt* LEGIBVS. His profectò verbis Vlpianus nil aliud voluit, quàm Principem ſolutum eſſe Iure poſititio. At quonam argumento? Ipſius LEGVM appellationis. Ea ſcilicet appellatione, AVDITORES, priſci Prudentes Romani, cautéque ſtrictéque loquentes, non, vt hodie peſſimè facimus, omnis generis iura, etiam naturalia gentiúmque, complectebantur, ſeu omnem regulam actuum moralium obligantem ad id quod rectum eſt, vel vt Tertullianus loquitur, *omne quod ratione conſtiterit à quocunq; productum*, verùm ea tantum propriè, quæ poſititij iuris eſſent, quæq; à populo Principéve conſtituta, denique quæ ex communi tantum Reipubl. ſponſione atque ex ſcripto iura eſſent. Quod cùm ex ipsâ Legis definitione, imò & originatione (ſi modò vera ea eſt à *legendo*) tùm &

Digitized by Google

Vlpianeæ ſententiæ, qua de nunc agimus, poſitu (quod etiam argumentum hîc inter alia obſeruari oportet) ſub titulo *de Legibus*, *Senatuſconſultis & longâ Conſuetudine*, quæ certè omnes Iuris Ciuilis ſpecies ſunt, ſatis apertè pateat, pateátque ex infinitis aliis teſtimoniis, expreſſo tamen adhuc Theophili teſtimonio liquet: κοινὸν γὰρ, inquit ille, τῶν ἐγγράφων νόμων ὄνομα τὸ Λέξ; Eadémque ratione Philoſophi ius hoc νομικὸν ſeu Legale, iúſque adeò voluntarium, τὸ ἐν τάξει, poſititium ſeu conſtitutum, τῷ φυσικῷ ſeu naturali, vt nunc diſcreuimus, opponunt. Qua ratione etiam audio apud Hebræos ius naturale & poſititium appellationibus ſeiungi: illa quippe δικαιώματα, hæc ἐντολὰς ab Helleniſtis vocari. Denique *Legum* appellatione Vlpianus propriè ea iura intellexit, quæ à populo, eóque qui vice populi eſt, ſcripto comprehenduntur, publicéque ponuntur: Exempli gratia, Leges *Comitiales*, quibus certa ætas, modúſque ad honores capeſſendos ponebatur: *Iudiciales*, de ordine Iudiciorum: *Sumptuariæ*, quibus profuſis priuatorum erogationibus luxúique modus figebatur: *Connubiales* quædam, quibus connubia ciuili aliquâ ratione vel feſtinata, vel variè coërcita, ídque præmiorum exhortatione metúque pœnarum: *Teſtamentariæ*, quibus teſtamentorum ſolemnia præſcribebantur: *Promercales & negotiales*, quæ ſuper priuatorum actibus, negotiis & contractibus ex ciuili aliquâ ratione promulgabantur: *Caducariæ*, quibus ærarium publicum locupletabatur: Tandem, vt verbo dicam, *Forenſes*. Quo ſenſu rectè iam nonnemo, atque ad Vlpiani mentem, *Prin-*

cipem

Digitized by Google

cipem non eſſe ſub lege FORI, *cùm ſit ſub lege* POLI.

III. Iam duo ex ipſamet Vlpiani ſententiâ pharetráque argumenta habuimus: ſequitur indidem tertium, ex *Communicatione*, inquam, *eiuſdem priuilegij* Auguſtæ factâ: *Auguſta autem*, inquit, *licet Legibus ſoluta non eſt, Principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quæ ipſi habent.* Hîc iam quæro ab abſolutæ Poteſtatis Licentiæq; vindicibus, num Principes hoc priuilegio Auguſtæ indulto abſolutam illi poteſtatem, licentiámve omnem tribuerint? Quod nemo puto affirmaturus eſt: Nam alioquin poſt hæc nulla iam ampliùs Imperij Lex, nullus amplius connubij matrimoniíve pudor ſuperfuiſſet: Nam ſi de abſolutâ poteſtate quæritur, nulla cuiuſcunq; tandem monarchiæ ſeu παμβασιλείας lex patitur, vt penes alium populi & in populum poteſtas ſit, quàm penes vnum Principem, quod proinde Auguſtæ communicari, vel in eam transferri à Principe non potuit: ſi de licentia, omnis Iuris repagulis ſoluta, Vlpianus ſenſerit, ſanè tributa ea Auguſtæ Princeps periculum præſentaneum ſubiiſſet: imò iam in thronum thorúmque ſuum, vitámque, quidlibet moliendi licentiam Auguſtæ tribuiſſet, denique manum in ſe armaſſet aſperaſſétque. Quod enim cumque tandem impotenti ſexui ſemel, vindictæq; cupido & ambitioſo maximè, ſediſſet, datâ hac poteſtate licentiaq;, id omne iam iúſque faſq; fuiſſet, hoc ſcuto obtento, quia ſcilicet *Auguſta Legibus ſoluta ſit.* Ergo vt Legibus tantum poſitiuis Auguſta ſoluta eſſet, Principes efficere potuerunt voluerúntque. Quod ſcilicet priuilegium ad Augu-

ſtam ſuo proprióque iure non pertinebat: cùm alioquin mulieres maritorum honoribus erigi, radiíſque coruſcare ſoleant, eò videlicet quod id ipſum vt Princeps Legibus ſolutus eſſet, ſingulari priuilegio nanctus fuerat. Et firmato tamen iam Principatu EADEM illi priuilegia tribuerunt quæ ipſi haberent, nempe vt poſititio iure ſeu ſcriptis ea legibus ſoluta pariter eſſet. Sic igitur patet, ex hac quoque poſtrema huiuſce Vlpianæ ſententiæ parte, eam nonniſi de poſititio iure accipiendam. Quò conſpirat & Mauricianus *d.l.* 57. *π. de legatis* 2. Is quippe cùm ea lege hoc ipſum caput legis Caducariæ interpretaretur, & hanc eandem quæſtionem, videlicet vtrum Auguſta Legibus ſoluta eſſet, pertractaret, ad poſitiuas pariter Leges eam pertinere clarè oſtendit: Ita quidem etiam, vt ſua nondum ætate (id eſt, Hadriani & Antonini Pij) Auguſtam caducaria lege ſolutam fuiſſe doceat: Quod poſteà demùm inoleuiſſe Vlpianus, ſub Caracalla ſcribens, hac ſententia teſtatur.

IV. Hactenùs ex illius ipſius Vlpianeæ Legis, qua de nunc ſermo eſt, viſceribus ſinúque argumenta ad rem noſtram deſumpſimus manifeſtiſſima: quibus apparet, vt ex vniuerſi iuris Romani diſciplina, ita ex Vlpiani quoque ſententia, Principem nonniſi iure poſititio ſolutum fuiſſe. Prodeat verò nunc quarto loco cœterorum *Iuriſconſultorum caterua omnis*, imò *Principum turba*: prodeant omnes illæ Leges, quæ per vniuerſum ius ſparſæ id inculcant vnum, *Principem Legibus ſolutum eſſe*: Certè ex his in vnum faſcem collectis, vel in vnum faſciculum colligatis, apparebit, non de

aliis

aliis eos ſenſiſſe, quàm de poſitiuis, iuríſque ſolemnibus. Nempe enim, vt hæc noſtra, ita & illæ Gaij & Mauriciani *l.56.57.π.de legat.2.* ſunt de caducariis legibus: de ſolemnibus teſtamentorum, Pauli lex *ex imperfecto teſtam.23.π. de legat.3.* & Alexandri Imp. *lex ex imperf.3. Cod.de teſtam.* Pertinacis *§.vltim. Inſt.quib.mod. teſt.* & Theodoſij M. *lex 2.C.Th.de teſtamentis:* de ſolemnibus manumiſſionum, eiuſdem Pauli *lex 14.§.1 π.de manumiſſionib.* de ſolemnibus donationum, Iuſtiniani *lex 34.C. de donationib.* His omnibus addatur & quam Seruius Honoratus memorat, de ciuili ſepulturæ ratione. Pręter id genus iuris diſpoſitiones nulla mihi lex alia dati poſſit, qua Princeps ſolutus dicatur. Imò & retrò, quibus legibus, Principes ex honeſtate adhuc ſeſe ſubmittere vltrò profitentur, eæ non alius generis quàm poſitiui ſunt: Vnde claret, aliis ſeſe mero iure ſuppoſitos agnouiſſe: quæ ſanè etiam expreſſa Pauli Vlpianíque mens fuit, locis illis quæ anteà iam memoraui.

V. Neque Iuriſconſultorum, Principúmve calculis tantum ſententia iſthæc comprobatur, verùm & *Scriptores alij* fide digniſſimi, iidémque Iuriſconſultis & Imperatoribus illis coætanei, expreſſis verbis eidem ſubſcribunt adſtipulantúrque: & in his quidem Dion Caſſius, idémque Cocceianus: idoneus cùm maximè auctor: Is certè, cùm Principes Legibus ex indulto his priuilegio ſolutos fuiſſe non ſemel ſcribat, idem ille tamen de ſcriptis tantum Legibus, & ſic iure poſititio, id accipiendum diſertè teſtatur: ἐλεύθεροι, inquit, ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσὶ, καὶ οὐδενὶ τῶν γε-

γραμμένων ἀνέχονται), id eſt, *liberi ſunt ab omni Legum neceſſitate, neque vllis* SCRIPTIS *Legibus tenentur.* Quem alioquin Dionis locum Xylander, intempeſtiua interpretatione ſua ad abſolutam poteſtatem & licentiam traduxerat, quaſi *hæc Legibus ſoluta maieſtas id importaret, vt omnia agendi licentia* Principi *daretur,* nam ita vertit, quod Leonclauius poſteà rectè emendauit. Ius verò hoc ſcriptum γεγραμμένον, Legúmque neceſſitas ἀναγκαία νόμισις, idem profectò eſt cum iure ciuili meréque poſititio: cui nemo neſcit, ius naturale opponi, quod ſui natura non ſcriptum eſt, ἄγραφον, imò hominum non prauorum τῶν λελογισμένως βιοῦν ἐθελόντων, mentibus inſculptum, ἔμψυχος λόγος; quódque vis innata inſeruit, non opinio genuit, ad quod non eruditi ſed facti, non inſtituti ſed imbuti ſumus. Ergo de poſitiuo tantum iure Vlpiani ſententiam accipiendam, exterorum quoque ſcriptorum teſtimonio liquet.

VI. Id verò cumprimis liquebit, ſi quis *Hiſtoriam* omnem & cunabula proceſſúmque totius iſtius priuilegij Auguſti, ſolutæq; legibus Maieſtatis, apud Romanos animo repetierit. Enimuerò, antequam vni prorsùs Principi parendi mos Romæ inceſſiſſet, ſeu per vnum Reipublicæ conſuleretur, ſub libera quoque Republica Romana, huius priuilegij vſus & præludium aliquod iam extitit. Vt omittam alia, Virginibus quoque Veſtæ dicatis id datum olim, *vti ne legibus tenerentur:* quarum tamen probra ſeu delicta natura turpia legibus ſoluta non fuêre, Lege quoque in id in atrio Libertatis fixa. Sed &, mos hîc in Republica

Romana

Digitized by Google

Romana erat, vt præclari quandoque viri, quorum ſpectata cum maximè virtus eſſet, grauitáſque & magnitudo perſpecta foret, certis Legibus ſcriptis ad tempus ſingulari priuilegio ſoluerentur: adeò quidem, vt etſi vel vnicâ Lege, vnicóve ſcriptarum Legum genere ſoluerentur, attamen *ſoluti Legibus* dicerentur: ne iam mirum cuiquam videatur, Principes *Legibus ſolutos* rectè dici, qui nonniſi ciuilibus ſeu poſitiuis ſcriptíſque legibus ſoluti erant. Ita P. Scipio Æmilianus bis legibus ſolutus: ita C. Marius, ita Pompeius lege Comitiali ſoluti fuêre: eadémque Cæſar ſolui ambiuit: Ita Fabius lege Fabiâ ſolutus: Ita tandem Dictatores (qui ab Imperatoribus nihilo fermè differebant quàm tempore) alíique cum ſummo Imperio in bellum ituri, Legibus ad tempus ſoluebantur, λέλυνται τῶν νόμων. Vbi etiam, vt id obiter moneam, id initio obſeruatum, vt nemo Legibus, niſi per populum ſolui poſſet: quod paulatim tamen deſitum, re in eam conſuetudinem perductâ, vti Senatuſconſulto ea res etiam inter paucos admodùm Senatores perageretur. Quæ quidem omnia, eius priuilegij, quod poſteà Principibus tributum, ϛοιχεῖα, ſeu elementa quædam & præludia fuêre. Scilicet, vbi iam Reſpublica Romana ad Principes ſeu Dictatores perpetuos tranſiit, atque non aliud iam diſcordantis patriæ remedium viſum, quàm ſi ab vno regeretur, atque ita Principis nomine Reſpublica conſtituta fuit, Principes inter alia honorum Legibus tandem omnibus priuilegio quodam ſoluti fuere, quod nulli antea datum fuerat, teſte Dione, *lib.* 53. Extat verò eam in rem ſpectabile etiamnum ho-

Digitized by Google

die in vrbe Româ monumentum,ſeu LEX REGIA,de Imperio Veſpaſiani Imp. in æs inciſum,vbi hæc inter cætera leguntur.

VTIQVE QVIBVS LEGIBVS, PLEBEIVE SCITIS SCRIPTVM FVIT, NE DIVVS AVG. TIBERIVSVE IVLIVS CÆSAR AVG. TIBERIVSQVE CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERMANICVS TENERENTVR, IIS LEGIBVS, PLEBISQVE SCITIS, IMP. CÆSAR VESPASIANVS SOLVTVS SIT.

Ex hac, quam præmiſimus Hiſtorica narratione, tùm ex LEGE illa REGIA de Veſpaſiani Imperio, multa deinceps fluunt, quæ & ipſa, pleráque ſaltem, noua ad ſententiam noſtram firmandam argumenta ſuppeditant. Primùm quidem illud eſt,quod totum hoc ſolutæ Principum Maieſtatis Legibus ius, non vi ipſa Principatus competiiſſe, verùm ſingulari *priuilegio* datum conſtitutúmque fuiſſe, inde diſcimus. Scilicet ab initio Principes Romani, etſi populi caput eſſent, attamen populi quoque Legibus tenebantur, & niſi hoc priuilegium Principibus Romanis datum fuiſſet, ne competiturum quidem erat. Neque enim, quod Politici rectè obſeruant, ea omnium regnorum & Principatuum vis eſt, vt παμβασιλεία ſit, Principeſq; adeò Legibus ſoluti ſint, imò ea quorundam conditio eſt, vt ſit tantum βασίλεια κατὰ νόμον. Sanè de Regibus Romanis à quibus alioquin manu omnia gubernabantur, Romulúſque, vt libitum, imperitauerat, auctor eſt Tacitus *tertio Annali*, iis quoque leges

ſcriptas

ſcriptas fuiſſe, cùm ſcribit, *Seruium Tullium præcipuum ſanctorem Legum fuiſſe, queîs etiam Reges obtemperarent.* Sic & Spartæ quoque Reges legibus erant ligati, ſic & Ægyptij, vt omittam innumeros alios. Contrà Principes Romani ſingulari priuilegio nominatim Legibus ſoluti fuere, quibus aliàs obnoxij fuiſſent: quod etiam SOLVENDI voce indicari quis haud adeò malè putet. Nam & ita Cicero *Philippica X I*, ironicè. *Ille homo ſummâ potentiâ ſoluatur legibus, quamuis Leges eum non teneant.* Etſi neſcius non ſim, Principes qui Rempubl. inuaſerant, inter alia Dominationis arcana, hoc etiam egiſſe, vt quod ipſi iam renitente nullo amplius vindicare poterant, Senatus populíque iudicio & ſuffragio conſecuti videri mallent. Secundò itaque, cùm ex ſuperioribus liqueat, Senatus populíque beneficio id Principibus indultum, ſimul fortiſſimo argumento patet, non aliis Principem Legibus ſolutum ſoluíve potuiſſe, quàm in quas Imperium S. P. Q. haberet: at nullum opinor Senatus populúſve niſi in Leges ciuiles & poſitiuas ſcriptáſque ius habuit: vt hîc valeat illud, *Nemo dat quod non habet.* Imò elegans & expreſſum illud Tullij, libris de Republicâ, *Nec per Senatum, nec per populum ſolui lege naturæ quem poſſe.* Et ſic argumento quoque, quod vocant à *cauſa efficiente*, ſententia noſtra ſtabilitur. Imò illud quoque tertio loco colligimus, poſitiuis adeò tantum legibus Principem Romanum ſolutum fuiſſe, vt ne omnibus quidem Legibus ab initio ſimul aut ſemel ſolutus fuerit, ſed quibuſdam tantum initio, & paulatim poſteà omnibus: QVIBVS, inquit Lex illa Regia de Veſpa-

ſiani Imperio *legibus*, & rurſum, *iis legibus, &c.* Et verò, id quoque aliunde comprobari quidam putant: Nam & Auguſtum Dio auctor eſt *lib.* 56. teſtamento ſuo veniam legis Voconiæ petiiſſe, vt Liuiam ex triente hæredem relinquere poſſet *παρὰ τὸν νόμον*, cùm ipſe tamen, vt eodem libro idem auctor eſt, nonnullas mulieres eâ lege ſoluiſſet: Quanquam iſtud ad priuilegium Auguſtæ magis pertinere videatur. Tiberius etiam petiiſſe dicitur, vt liberi ipſius Legibus annariis ſoluerentur: Quanquam & hoc ad liberos Auguſti non ad ipſum pertinet. Sub Caio certè Caligula primùm factum, teſte Dione *lib.* 59. vt Princeps lege Iulia & Papia caducaria, cuius occaſione Vlpianus ſententiam illam *Princeps legibus ſolutus eſt*, tradidit, ſolueretur. Quin & *plesbiſcitorum* in eodem illo Auguſto monumento commemoratio, cúmq; Legibus *coniunctio*, apertiſſimè oſtendit, nonniſi poſititio iure Principes ſolutos fuiſſe: cuius vtique ſpecies præcipuæ fuêre *Lex & Plebiſcitum.* Quod quidem argumentum à *coniunctis* iam quoque ſuprà vſimus. Sed & illud tandem ex eodem illo egregio Legis Regiæ de Veſpaſiani Imperio monumento palàm eſt, ſummum Principis Romani in adminiſtranda Republica arbitrium ſeu poteſtatem αὐτοκρατορικὴν ei & in eum tranſlatam, aliam omninò diuerſámque eſſe à *Priuilegio Auguſto*, ſeu *ſoluta Legibus Maieſtate:* quæ, vt antea iam diſtinximus, ita vulgo paſſim ab omnibus fermè qui in hoc argumento verſati, imò & à veteribus quoq; ſcriptoribus nonnullis, inter ſe perperam commiſcentur, atque ab vno ad aliud argumentum infeliciter ſæpè ducitur.

Eſt

Eſt ſcilicet in ea Lege Regia de Veſpaſiani Imperio, alterum iam caput, ab hoc noſtro, quod *de ſoluta Legibus poteſtate eſt*, diſtinctum, & immediatè tamen idem præcedens.

VTIQVE QVÆCVNQVE EX VSV REIPVBLICÆ, MAIESTATE DIVINARVM HVMANARVM PVBLICARVM PRIVATARVMQVE RERVM ESSE CENSEBIT, EI AGERE IVS POTESTASQVE SIT, ITA VTI DIVO AVG. TIBERIOQVE IVLIO CAESARI AVG. TIBERIOQVE CLAVDIO CAESARI AVG. GERMANICO FVIT.

Vt proinde duo ſumma Legis Regiæ capita fuerint, ſed diſtincta: Vnum de poteſtate Principi & in Principem tranſlata: Alterum, non iam de poteſtate, verùm de Maieſtate legibus ſoluta, ſeu de *Auguſto* priuilegio.

Agmen nunc claudat *Ratio*, ob quam Principes Romani Legibus, & quidem omnibus tandem, ſoluti Auguſto priuilegio fuêre. Ea verò non eſt, quæ vulgo redditur, quod ſcilicet ſibi nemo Legem ferat, abſurdúmque adeò ſit, vt penes eundem legis ſanciendæ abrogandæque poteſtas ſit, idémque ei ſubiiciatur: Verùm iſthæc ratio eſt, quòd huiuſmodi ſubtiles Legum laqueos Maieſtas Principis, Lexq; Imperij, reſpuere videatur. Nam cùm huiuſcemodi Leges populi moribus actibúſque regendis temperandiſq; fixæ eſſent, qui niſi iis refrænarentur cohiberentúrve, hinc ſæpè ipſi bonis ſuis euoluerentur, inde

non ſatis in populo omnia ordinatè fierent, vtíq; Principis Maieſtas violari lædiq; viſa, ſi cùm ſumma ea eſſe debeat, pari cum priuatis conditione hac parte Princeps eſſet, legumq; adeò iſtarum ſepimento vita actúſque ipſius cohiberentur. Exempli gratia, quomodo non tantæ detraheretur Maieſtati, ſi teſtamentum Principis propter aliquos defectus ſolemnium & ſcrupuloſitatum, inualidum atque irritum foret: vel ipſo hærede inſtituto ſolemnia teſtamentorum præciſè exigerentur, vbi de voluntate teſtatoris conſtaret? ſi *donatio* Imperatoris, vel in ipſum collata, inſinuatione egeret, cùm inſinuatio ad fraudes excludendas in vſum inducta fuerit, quæ fraudis ſuſpicio in Principem non cadit? Item, ſi *manumiſſiones* ab eo factæ ſolemnia cœteris præſcripta exigerent? ſi *relicta* ipſi teſtamento, ad ciuiles & caducarias Leges exigerentur? Maieſtas Principis harum ſubtilitatum & ſcrupuloſitatum laqueos reſpuit. Vnde & contractus quoque Principis vim legis habere dicuntur, quoad perfectionem & ſolemnitates. Vt non omninò Henricus ſextus Angliæ Rex Pio ſecundo ludibrium debuerit, ob mandatum, in quo additum fuerat, *Teſte me ipſo*, niſi ideò tantum, quia additum fuerat. Hæc denique Maieſtas Principatus, & παμβασιλείας eſt, vt Legibus ſoluta eſſe debeat. Atqui ſub lege poli, naturæ, rationis, ſalua eſt Maieſtas Principis: imo ſine ea ſalua eſſe non poſſit.

Deo quod te minorem geris, imperas.

Ex his omnibus abundè iam patet, *Principes Romanos* poſititio tantum iure, ſeu poſitiuis Legibus ſolutos fuiſſe, non verò naturalibus gentiúmve, vel etiam

ſcriptis

ſcriptis quæ in naturali æquitate prorſus fundatæ eſſent. Quæ in tantum vera ſunt, vt optimi quique ſemper Principes, poſitiuis quoque Legibus vltrò ſeſe ſubiecerint, ſi ad naturæ præſcriptum vel aliquà accederent: puta ſi quando, ſi quo caſu, hoc priuilegio verecundiam eorum inde lædi contingeret: ſi quid denique inuidioſum ipſis eſſet aut inuerecundum, calumniandive facultas ex Principali maieſtate caperetur: Quò pertinent tot illa pudoris & verecundiæ plena reſcripta, tot ſententiæ, quæ paſſim toto Iure occurrunt, *§.vlt. Inſt.quibus mod.teſtam.inf. l. digna vox. C. de legibus: l.pen. π.de hæred. inſtit. l.22. §.2. π. de iure fiſc. lex ex Imperfecto* 3.*C.de teſtam.l.4.C.ad L. Falcid. l.6.* 7. *C.qui teſtam.* & apud Paulum 5.*ſentent.* 12. & Capitolinum *in vita Pertinacis: & l.2.* 5. *C.Th.de teſtamentis l.1.2.C.Th. de conduct.& hom.dom.Auguſtæ.*

Scio equidem, AVDITORES, quàm multa adhuc hoc in genere ad abſolutam omnibus numeris diatribam dici poſſint: verùm ſentio, vel hęc nimis iam multa eſſe. Mihi ſatis abundéq; nunc fuerit, Iuriſprudẽtiam Romanam, & in ea quidem Domitium Vlpianum Iuriſconſultum, à proiectæ in Principes adulationis crimine hodie liberaſſe. Quâ alioquin ſcientiâ, humanas inter, nulla effuſior in vera Principum & Principalis Maieſtatis, præconia. Et verò ita quoque ſoror, imò mater, Theologia, quæ, vt illud Principi NON LICET TIBI, ſæpè occentat, ita Maieſtatem eius cùmmaximè efferre, obſequiúmque ei debitum enixè inculcare amat. Qui ſenſus quoque noſter eſſe debet, meúſ-

Digitized by Google

que adeo eſt, vt breui abſoluam, inter fœdum adulantium obſequium, & deteſtandam aliorum contumaciam,
medius.

DIXI.

Digitized by Google

IVLIANVS:
SEV,
DE
Arcanis Iuliani Imp. artibus, ad profligandam religionem Chriſtianam.

ORATIO II.

AVDITORES.

QVEMADMODVM cæteris in rebus & negotiis humanis, diuinæ prouidentiæ fato, ſuus quidam velut æſtus atque orbis ineſt, ita eandem fermè ſemper aduerſus Chriſti Eccleſiam ab ipſius perduellibus excitari tragœdiam, atque eaſdem in ſcenam ſubinde artes, mutatis tantum perſonis, reuocari, paſſiua iam vulgariſq; obſeruatio eſt. Et eadem illa tamen opportuna, ſi quæ alia, ad prudentiam Chriſtianam adſequendam ſententia ſemitáque eſt. Quiſquis enim mente eam ſemel penitùs imbiberit fixerítque, is non iam tumultu quodam caducam hanc vitam præter-propter victurus, quin potiùs animum ad varios caſus obfirmatum, pectúſque probè munitum habiturus eſt. Neque id tantùm, verùm & hoſtilium conſiliorum Arcana penetrare, in rerum euenta prudentiam immittere, errores denique, quîs vita humana incurſatur, euitare ei fas erit. Eapropter, vt qui nauigationem inſtituunt, ad ea ſigna quæ periculoſis doloſíſve in locis ij qui flumina *retanda* purgandáve publicè redempta habent, fixerunt, attendere cumprimis adſolent, ita fallax lubricúmque vitæ iſtius iter decurrenti, ad

ea cui-

ea cuiq; acriter animum aduertere oportet, Quibuſnam olim artibus graſſati, quibus dolis accincti, qui internecinas Eccleſiæ inimicitias denunciatas habuêre, memorentur. Inde igitur, veteres atque incorruptos Eccleſiæ Annales Faſtóſque ſubinde intueri atque euoluere, hanc ad rem longè vtiliſſimum: ſiue ſurſùm corda ad DEVM attollere, ſiue deorſum oculos in homines demittere iuuet: illud quidem, vt Cœleſte Numen tota mente deuenerari diſcamus, cuius paterna cura & prouidentia, vel in decumanis quibuſque fluctibus, Eccleſia nunquam deſtituitur: iſtud verò, vt ſolitæ-ſolemnes aduerſus Eccleſiam molitiones, ſtrophæ, artéſque, quibus ſœculum maximè potens eſt, longè ante explorentur, & exinde, ſi quando vſus tulerit, de facili quoque explodantur.

HARVM hoſtilium in Eccleſiam, vtpote militantem in terris, molitionum exempla, vt nulla non ætas tulit, ita vel maximè protulit IVLIANI Imperatoris è Chriſtiano apoſtatæ, ſiue ingenium ſiue Imperium. Nam cùm poſt continuas penè, eaſq; ſæuiſſimas, trecentos per annos, perſecutiones, votiua tandem lætáque pax Eccleſiæ per Conſtantinum M. (qui primus Chriſtianorum fide Romanum muniuit Imperium) affulſiſſet, mox &, quinquaginta circiter annos, ſub eodem Principe eiuſque liberis, Eccleſiæ réſque viréſque mirum in modum adauctæ fuiſſent, vbi Iulianus poteſtatem nanctus eſt, ilicò auctore eo atque eius artibus concuſſa rurſum impenſè infenſeq; Eccleſia fuit: biennali, neque eo toto ſpatio. Breue

Digitized by Google

equidem id, & quod Athanaſius prædixerat, *breuis nebula, quæ citò euaneſceret:* Verùm, haud ſcio, an poſt Chriſtianum nomen exortum natúmve, validiore vnquam niſu, num occultis tot viis & cuniculis, num dolis ita Sinoniis actum fuerit vnquàm: num commotæ aliquando tot machinæ, tot retia, tot plagæ, blandiente quadam, haud apertâ certè Principis adhuc ipſius, vi ſeu perſecutione, obiectæ fuerint.

Neque mirum id: nam ſi quis rem probè mecum reputet, vix vllum reperiet Principem, cui tot ad manum, ad id gnauiter perficiendum copiæ, tot inſtrumenta, imò tot incitamenta fuerint. Suppetebant ſcilicet Iuliano iam inde à primis ætatis annis Sophiſtica quæque, atque ab aſtutiâ elaborata conſilia. Poſt Conſtantinopolitanæ quippè ſcholæ rudimenta (vbi Rhetoricam ab Ecebolio ſophiſta tùm Chriſtiano didicerat) ad Academias Aſiæ ablegatus, Nicomediæ, vbi vaticinandi artis ſcintillæ quædam tum abditæ erant, etſi Libanium ſophiſtam audire vetitus, ſcripta nihilominùs eius ſummo ſtudio conquiſiuit, ibíque primùm vaticiniis ſeſe dedidit, ſic vt Libanius ipſe maximorum bonorum initium inde repetat: Inde Ioniam, & in his Pergamum (vbi Ædeſio, Euſebio, Chryſanthio ſophiſtis operatus eſt) Epheſum (vbi à Maximo Philoſophiam, ſimul & cum ſuperſtitione Chriſtianæ religionis odium hauſit) mox Athenas, (vbi & Eleuſiniorum Hierophantæ conſueuit) impietatis ſcholas, ablegatus, hoc genus Philoſophorum, ſophiſtarum, vatúmque conſuetudine, quos & de Diis diſſertantes libenter audiebat, quàm libet custodes à

des à Conſtantio admotos haberet, obſeruaturos, ne quà ipſe in fide Chriſtianâ vacillaret, in deuia abreptus fuit. Atque hæc illa fuerunt τὰ πρῶτα, τῶν ἱερῶν καὶ τὴν ῥίζαν ἔχοντα, quæ Libanius memorat. Egregio interim parentibus documento, *prauorum Doctorum commercio, atque ipſo ſæpè loci genio, impietatem latenter proficere, atque incautæ adoleſcentiæ, ſi Deus abſit, clàm inſtillari.* Exinde quoque Iulianus dicendi facultate atque eloquentiâ liberalibúſque diſciplinis adprimè eruditus atque inſtructus erat: quod vel ſcripta eius teſtantur: *Quæ ſicut probis ad virtutem ſubſidio proteloque, ita contra improbis ad fraudes ſceleráque incentiuo eſſe ſolent.* His adde virtutum ſimulacra, quîs Iulianus obtectus incedebat: Temperantiam, Seueritatem, Frugalitatem, Caſtitatem (quare *Hippolyto continentior* audiebat) Iuſtitiæ laruam (vnde *ad Radamanthum & Minoëm* iuſtus dicebatur, de quo in tempore plura memorabo) omni voluptatum genere carentem vitam, quo ipſe potiſſimùm vectabatur, Fortitudinem denique, & Caſtrenſium negotiorum ſcientiam cum pari felicitate coniunctam: *Quæ ſiue animi ſiue fortunæ bona, vbi in perfidum atque Apoſtatam, perſecutorémque incurrêre, eò exitioſiùs nocendi fomitem ſubiiciunt.* Sed & infenſior atque obſtinatior Iuliani in Chriſtum Chriſtianóſque inſectatio, atque ad nocendum rei Chriſtianæ materies ex eo erat; hinc, quòd Chriſtianorum ſtatum omnem quàm exploratum haberet: inde, quòd myſteria fidei noſtræ familiariſſimè noſſet: More ita comparato, *vt quo propius à quoquam olim agnita cognitáve veritas fuit, eò acriores hæc notitia poſteà ſtimulos deſertori*

Digitized by Google

transfugæq́ ſupponat, ſæuiorémque hoſtem expetat atque experiatur. Enimuerò, non primis tantum ætatis ſuæ annis ab Epiſcopis, aliíſque Eccleſiaſticis viris, educatus, & in his ab Euſebio Epiſcopo Nicomedienſi, quem genere etiam longiùs contingebat, lac piæ doctrinæ ſuxerat, atque à Sophiſta Chriſtiano Conſtantinópoli impubes adhuc inſtitutus fuerat: verum & ephebus iam in Eccleſia Nicomedienſi in Lectores adſcitus, ſacras Scripturas apprimè calluit, quod vel ex eius ſcriptis cauilliſque in Chriſtianos videre eſt: Eò etiam affectatæ pietatis, vti Martyrum quoque memorias, vnà cum fratre Gallo, verùm inrito conatu, excitare aliquando inſtituerit: atque ad viceſimum ætatis annum vſque Chriſtianam fidem tenuerit, quod ipſemet quoque teſtatur. Quin & poſt eam ætatem, quàmlibet ad ariolos & magos iam inclinatior, Imperij cupiditate (nam & hæc inter alias Iuliano apoſtaſiæ cauſa extitit) atque erga Numinum cultum eſſet, paulatímque adoleſcens deſiderio rei flagraret, non ideò tamen palam impietatem profiteri auſus eſt, quin potiùs, cùm apud Conſtantium Imp. iam ſuſpectus eſſe cœpiſſet, capite raſo monachum ſimulauit, ſi Sozomeno fides. Quanquam inter hæc erupturi olim ad hoc ſcelus animi haud modica tùm ſigna daret. Quemadmodum ſcilicet in corporibus futuri languoris indicia præuertunt: quædam enim ſegnities neruis ineſt, & ſine labore vllo laſſitudo, & oſcitatio & horror membra percurrens, ſic & animus multò ante quàm impietatem penitùs eructet, non aliquà non prodere poteſt. Item, quomodo ſcintillæ vel etiam fumus

fumus flammam præuertunt, venæque fontium ebullientes quamlibet humo compreſſæ vaporem tamen vel ſaltem ſtrepitum murmúrque edunt: Ad eum modum & Iulianus, profeſſione quàmlibet adhuc Chriſtianus, iam pro ſuperſtitione Gentilitiâ, etſi in ſpeciem atque animi cauſâ, acriùs tamen, quàm vt ficta cauſa videri poſſet, cum fratre ſuo Gallo contendere. Iam remoto fratre, & ſic arbitro, perniocioſiſſimis ſtudiis & præceptoribus, vatibus præſertim, operam dare: & quanquam multa metueret, agitare tamen quædam ad Deorum cultum pertinentia occultiſſimè: Iam Cæſar, mox Auguſtus, etſi ſolemnibus Chriſtianorum in Eccleſiam progrederetur, atque adhærere ſeſe cultui Chriſtiano fingeret, ibíque ſolemniter Numen oraret, quò omnes nullo impediente ad ſui fauorem alliceret, Deorum tamen cultui reuerà addictus occulta quædam ſacra per Gallias agitare, cumq; Philoſophis agere, arcanorúmque participibus paucis aruſpicinæ, auguriis, cœteriſq; quæ Deorum ſemper fecêre cultores, intendere: Iam in Conſtantium è Galliis moturus, excito è Græciâ Hierophantâ, adſcitóque Oribaſio & Euemero, remotis arbitris nonnulla ſolis ipſis cognita ſacra peragere: Tandem, abolitis quæ verebatur, atque vbi Conſtantio mortuo rerum potiri cœpit, cum iam per decennium apoſtaſiam diſſimulaſſet, adeſſe ſibi liberum faciendi quæ vellet tempus aduertens, velut frænis exſolutus, & tanquam cœcus ignis, qui diu ſyluam depaſtus eſt, totus quantus in flammam erupit, ſuíque pectoris patefecit arcana, geniumq; adeò ſuum exercuit. Iam imperij, & ſic no-

cendi quoque, potens: quod neque vnâ ratione præſtitit. Suo primùm exemplo vitæq; ſpecie, quod vel vnum alioquin ſatis efficax: *Principum quippe ea fermè conditio eſt, vt quod faciunt ipſi, iubere videantur.* Enimuerò quis dubitet, poſteaquam is è Iuliano *Idolianus* (vt quidam alludebant) & victimarius palàm emerſit, ſuſceptis videl. Gentilium ſacris, atque exterſo ſacro baptiſmate, Pontificiſq; munere nomineq; in ſe recepto atque ambitiosè affectato, ingentibuſq; hecatombis cœſis, atque vbi Regia magorum & aruſpicum plena eſſe cœpit, apoſtatarum haud paucos vel ex illuſtriſſimis ad regis vitam & exemplum ſeſe conuertiſſe compoſuiſſeq;? Exemplo eſſe poſſunt vel Felix Comes ſacrarum Largitionum, Elpidius Comes rerum priuatarum, Ecebolius ille Sophiſta quo magiſtro ipſe vſus fuerat, quiq; Iuliano mortuo ad fidem Chriſtianam rurſum rediit: quos & ideò omnes præcipuo honore habuit. Neque tamen hactenùs, atque intra exempli ſui ſceleſtiſſimi fines Iuliani pernicies ſtetit. Imò neque ſtetit ea, intra abſoluta decreta iuſſaq;, quibus ipſe *Deorum cultum reparari, templa aperiri, aris hoſtias admoueri* palàm iuſſit. Mitto quoque pluribus nunc memorare ea, per quæ Gentilitium cultum augere atque amplificare inſtituit, quanquam & hæc ipſa in exitium rei Chriſtianæ tenderent: cuiuſmodi ſunt, Templa quà vetera inſtaurata, quà noua excitata, etiam in Palatio: redditi item prouinciis ſacerdotes, iiſdémque priuilegia reſtituta, vnà cum annonis prædiiſq; templorum: Gentilitia ſuperſtitio, Deorum, ſimulacrorum cultus non ſcriptis tantum publicè defenſa, verùm

Digitized by Google

rùm etiam frequentibus ſermonibus, monitiſq; inculcata: Nilometrium, fertilitatis Ægyptiacæ, atque adeò totius orbis Romani, ſignum indiciumq;, ex Eccleſiâ Chriſtianâ in templum Serapidis tranſlatum. Venire poſſet & in hunc cenſum, Iuliani inſtitutum, quòd Chriſtianorum ſimiam vbiq; agere inſtituit: non decerptis tantum è ſacro codice cultúque Chriſtiano ſermonibus, atque in Gentilitium transfuſis: verùm eo etiam, quod pleróſque Chriſtianorum ritus in Gentilitium ſuáſque adeò partes transfundere cogitabat: Tanta etiam fiducia, vt prædicare palàm auderet, ritus hos Gentilium prius fuiſſe: atque adeò Chriſtianorum ritus plagio quodam è Gentilium cultu tranſlatos. Quo numero ſunt precum publicarum formulæ, ſcholæ, lectiones, profeſſiones, etiam Theologicæ, monaſteria virorum virginúmque, ſingularis in peregrinos humanitas, domus hoſpitales & xenodochia, eleemoſynarum refrigeria, in pauperes, ægros, cauſarios collatio benignitáſque (qua ſeſe ipſe effert) cura in mortuis ſepeliendis, Epiſtolarum Eccleſiaſticarum, quibus peregrini commendabantur, commercium, Templorum inſtructus & apparatus: Anathematis & Excommunicationis vſus. His addatur quoque enixa Iuliani cura in Sacerdotum moribus informandis, ad Epiſcoporum exemplar: quibus & ideò certa præcepta dedit, quales ſeſe domi foríſque præſtare deberent: inter alia, vti Chriſtianorum ſeruos, liberóſque & vxores quibus poſſent artibus ad ritus Gentilium pellicerent: atque vt Chriſtianorum exemplo in Chriſtianos quoque pauperes humanita-

Google

tem atque elemoſynam exercerent, eóque Gentiles hortarentur: Denique cùm videret, quo quámque præcipuo honore Epiſcopi eſſent, & quidem apud Magiſtratus, eodem fine & gentilium Sacerdotes pari reuerentia haberi voluit: definito, quid & quantum Magiſtratibus prouinciarum ipſi, ac viciſſim Magiſtratus ipſis deferre deberent. Atque hæc quidem ita Iulianus, apud ſe reputans, hoc illicio haud paucos Chriſtianorum in cultum ſuum transferendos, qui hęc atque id genus alia pietatis, charitatis, diſciplinæ, conuerſationis, reuerentiæ exempla inſtitutáque apud Gentiles ipſos quoque reperirent: Quo ſanè eodem inſtituto, quamplures iam olim Paganorum ritus in Chriſtianorum Eccleſiam inuectos, viri docti paſſim fateri neceſſe habent. Certè Iulianus id quoque arbitratus eſt, maiore cultu, Gentilitium habendum, ſi probabilibus id genus inſtitutis eum ſæpiuiſſet, erexiſſetq;. Hæc inquam, & ſi quæ prætereà ſunt id genus alia, velut ad inſtitutum noſtrum in præſens minùs pertinentia, miſſa faciamus.

Quid igitur? Ad callidas potiſſimùm artes, quibus rem Chriſtianam attereret, Iulianus ſeſe totis viribus conuertit. Eò ſcilicet omnia iam conſilia ſua ille dirigere, nouas meditari ſubinde vias, excogitare modos, adhibere conatus, ſtudia iungere: Tantâ etiam (quæ ſuperſtitionis, animóque ſemel conceptæ cuiuſcunque tandem perſecutionis vis eſt) vt, cùm eâ tempeſtate grauiſſimum bellum ab hoſte externo, eoq; Romanis penè æmulo atque hæreditario impenderet (Perſis, inquam, qui Conſtantij morte audita in Romanos

Digitized by Google

manos hoſtilia auſi fuerant) tranſmiſſo ſepoſitoq́; eo, quo alioquin in tempore ſuſcepto rem Romanam augere atque amplificare facillimè potuiſſet, ad Chriſtianos ſubditos ſuos, nil niſi obſequium ſpirantes, clàm atterendos ſeſe totus conuerteret: nempe (quod ipſe obtendebat) quaſi externo bello inteſtinum ita periculoſius eſſet, quomodo crudelius ſit, homines proprias carnes ſuas morſibus appetere lancinaréq;, quàm alienas.

Inde igitur, conſilium mihi nunc, AVDITORES, haſce Iuliani artes & ſophiſmata, cum bonoDeo, in apertum proferre, ſimúlque omnia quantum in me, in vnam veluti lineam coniicere: quæ ſingula ſecretáque alioquin, vel certè non omnia, eo quem mihi propoſui fine ordinéve, alibi occurrunt, veterum potiſſimùm libris indita, quà paganorum, in quibus Iulianus ipſe, Mamertinus, Libanius, Ammianus, Eunapius, Zoſimus: quà Chriſtianorum, in quibus Socrates, Theodoretus, Sozomenus: imò, & qui in Iulianum exerte ſcripſère, Gregorius Nazianzenus, qui duas in eum ϛηλιτευτικὰς amentauit, & Cyrillus Alexandrinus, qui decem aduerſus eum libros edidit. Quibus omnibus accedant è recentioribus ſeduli & operoſi Centuriarum & Annalium Eccleſiaſticorum conditores.

Primum igitur, & vt mihi quidem videtur, palmarium Iuliani inſtitutum iſtud fuit, quòd, vt Imperij ſui ſtatim initio, ita deinceps quoque ἡδὺς πᾶσιν ἐφαίνετο, id eſt manſuetudinis Iuſtitiæq́; famam collectum iuit: factâ ſcilicet omnibus religionis ſuæ, ſeu ἐθελοθρ-

σκέιας libertate: conuentibúſque Chriſtianorum eorúmque precibus publicè permiſſis: vetitoq; contrà, quenquam ad religionem adigi: palàm ſæpè profeſſus, *perſuaderi, doceriq; quemque, at neminem ideò cogi multa-riue, vel in templa trahi inuitum oportere*: item, vulgatum illud, *Vre, ſeca*, in negotio religionis non obtinere: vetito rurſum frequentibus Edictis, in Chriſtianos, templaq; eorum impetum fieri: vnde etiam aliquando Alexandrinorum facinus vlturus pœnáſque ab noxiis vltimas expetiturus videbatur, niſi mitigatus lenientibus proximis fuiſſet: eò quòd Georgium Epiſcopum Alexandrinum, ob Templa ab eo euerſa diſcerpſiſſent, cùm iure publico potiùs quàm vi aduerſus eum agere debuiſſent: Quare miſſo Edicto, increpitóque populo acri Oratione, ſcelus eſt deteſtatus admiſſum, minitatus extrema, ſi deinde tentatum fuiſſet tale aliquid, quod Iuſtitia vetaret & Leges. Ad hæc, Epiſcopis à Conſtantio eiectis reditum conceſſit, bonis etiam quandoque reſtitutis, quo nomine ipſe ſeſe ſupra Conſtantium efferebat: nonnullis etiam ex his blandè ad ſe euocatis, curſus etiam publici euectione in id conceſſà. His adde & Iuliani ciuilitatem & ἀνεξικακίαν, quòd libera videlicet Chriſtianorum ſubinde dicta probráq; quîs lacerabatur, qualia Maris Chalcedonenſium Epiſcopi, cùm eum impium, atheum, apoſtatam publicè vocaret, cúmque cœcitatem ſibi exprobranti, addito, *Non te Galilæus Deus tuus ſanabit*, de cæcitate ſibi gratularetur, quòd eum videre non poſſet, ſimulatione tranſmiſit. Qualia etiam notiſſima ſunt Antiochenorum ſcommata ſeu dicteria, quæ,

Iuliani

Digitized by Google

Iuliani ſeueritate atque intempeſtiuâ annonæ vilitate offenſi,in barbam eius promiſſam,frequentiáque eiuſdem ſacrificia,iactauerant: quæ etſi vindicaturum ſeſe minaretur, ſcripto tantum vrbaniſſimo Miſopogone ſeu Antiochico vltus eſt. His adiice & *Iuſtitiæ* laruam, quâ tectus paſſim incedebat Iulianus, tùm in religionis negotio, tum aliàs: cuiuſmodi varia exempla occurrunt: in quibus & illud, quod ab Eunuchis penes quos ſumma rerum ſub Conſtantio fuerat, direpta,& de quibus vulgi tùm querelæ erant,reſtitui iuſſit. Hæc atque id genus alia, ecquis non ſummæ clementiæ & ciuilitati deputaret, cùm videret, Principem eâ potentiâ, eâ ſuperſtitione, atque à ſacris Chriſtianorum abhorrentem, imò Apoſtatam, â vi tamen Regiâ ſæuáque perſecutione procùl ſe habere,Leges inuocare, maledicta ad animum non reuocare, non vi, non tormentis, verùm blanditiis in negotio religionis agere: atque, vt verbo dicam, ad Iuſtitiam & Æquabilitatem omnem componi? Quâ profectò cauſâ, non à Gentilibus modò *clementiſſimus*, atque *Iræ temperantiſſimus* vocabatur, verùm etiam è Chriſtianis nonnulli tùm extitêre,qui *Iuſtum*, qui *Clementem* prædicarent, atque à perſecutionis crimine, perſecutoríſque infamia liberatum irent. Nempe ideò quoque, quia nullum adhuc Edictum eius peremptorium ſeu cruentum in Chriſtianos extaret, quo bellum his propalam indixiſſet, quinimò in ſpeciem alia omnia. Neque facilè tum quis diſpexiſſet Principis mentem: adeò verterat, miſcuerátque Lenitiæ ſigna: verùm, vt euentus mox docuit, ſpecioſa hæc omnia, re autem inania & ſub-

Digitized by Google

dola fuêre, quantóque maiore libertatis & ciuilitatis
ſpecie tegerentur, tanto eruptura ad infenſius exitium.
Fuit hoc nempe inter Iuliani arcana ſophiſmata, vel
potius dominationis flagitia, omnia ad Iuſtitiæ famam
dirigere, ſic deinde hoc veluti ſcuto tectum graſſari.
Gnarus vtique, ſi vim Regiam nudo capite intentaret,
peſtiferam eam periculoſamq́; : coniectura è præteritis
nouem perſecutionibus ducta, quæ rem religionémque Chriſtianam tantum abeſt adflixiſſent, vt contra
adauxiſſent: ταῖς σφαγαῖς ὁρῶν ηὐξημένα τἀκείνων,
haud aliter atque ferrum aqua induratur: Hac præſertim tempeſtate, vbi potiſſima orbis pars Chriſto fidem addixerat, ſic vt tot ſimùl corripere intutum foret: At ſi callidè atque aſtu nauim torqueret, vímque
blanditiis allineret,, incruſtarétque, & tyrannidi tanquam hamo, eſcam clementiæ ſpem ſpeciémque indueret inducerétque, ad rem ſuam id arbitratus eſt.
Simùl etiam, ne Chriſtiani ob religionem oppreſſi attritíve dici poſſent, ſedulò cauit. Fuit enim hæc quoque maligna Iuliani cogitatio, Martyrij gloriam Chriſtianis athletis inuidere: quando ſciret, eos glorioſa in
certamina ruere, & vt ipſemet loquebatur, *tanquam apes ad aluearium, ita Chriſtianos ad martyrium volare*, &
maiore nunquam triumpho vincere, quâm cùm vinci
putantur. Sciebat & illud, *martyrem non pœna ſed cauſa facit*: quare ſemota propalàm religionis cauſa, martyrij etiam fructum decúſque ſublaturum ſeſe arbitratus eſt. Hinc itaque aperto marte martyrioq́; cum
Chriſtianis congredi noluit: quinimò, ſi quando aliquem ideò multaret, quid aliud obtendere anniſus
eſt. Qui

Digitized by Google

eſt. Qui & aliàs Tyrannorum mos, *id affectare cùm maximè, vt ne vim afferre videantur, cùm adferunt maximè, atque ideò cauſas alias nectere.* Et fuit tamen, fuit hæc, AVDITORES, credite mihi, Iuliani perſecutio, etſi diſpari ſpecie à ſuperioribus, pari nihilominùs exitu: imò, ſi verum amamus, improbior hæc multò: nam quanto blandior, hoc tanto vehementius momordit. Perſecutio eſt, opinor, non vtique cùm quis gladio vel telo belloq; paſſim & comminùs religionem inſectatur, verùm etiam cùm τὸ πιθανὸν βίαιον in aciem educitur, cùm ἀφανῆ πολέμῳ, cùm occulto tramite, cùm cuniculis telóque eminùs, & ſic vt dicam veneno magis quàm gladio res geritur, in quietos potiſſimùm nihílque tentantes turbulentum legibúſque contrarium: & vt Socrates diſertè hac in re ſcribit, διωγμὸν δὲ λέγω, ὁ πωσοῦν ταράττειν τοὺς ἡσυχάζοντας: cui ſententiæ ſubſcribit & Auguſtinus. Quapropter quos hæc Iuliani perſecutio inuoluit, & veri Martyres fuerunt, & vt quidam è Patribus dixit, *in pace Eccleſiæ Martyres.* Verùm è diuerticulo in viam, atque ad arcanas Iuliani artes.

Iamprimùm cùm probe noſſet is, quantos fluctus contemptus atque odium in pectoribus hnmanis excitare ſoleat, quámque nocendi cupidine pertinax ſit, ac vel iuſtiſſimæ defenſioni aditum obſtruat, non ſuum ipſe tantum in rem Chriſtianam odium, contemptúmque paſſim profeſſus eſt, verùm & eam populi contemptui obiectare, cúmque odio publico componere, vulgíque adeò iras augere variis rationibus artibúſque adlaborauit. Eâ ſanè re Seruatorem

noſtrum, quoties ſermo incideret, *Mariæ filium*, vel *Galilæum* vocare: Chriſtianæ item religionis fundamentum, ſacras inquam ſcripturas, ludibrio exponere, conuellere: hinc ritus Chriſtianos irridendo, enantiophana eius pro verè pugnantibus obtrudendo, alia cauillando, alia ceu ridicula & blaſphema traducendo, ſimplicitatē denique ei, vt & Apoſtolorum vilitatem vafritiémque, & in his Petri Paulíque, obiectando: Idque non datis tantùm occaſionibus, verùm etiam vltimùm ſcriptis in id, in ipſa expeditione Perſica, ſeptem libris, quos Cyrillus poſtea decem libris confutauit. Et hæc omnia Porphyrij exemplo, qui & ipſe è Chriſtiano Apoſtata eadem omnia anteà auſus fuerat. Luxum etiam in Chriſtianorum Eccleſiis apud populum efferre viſum, direptis exinde vaſis, additóque, viderent, *quibus Mariæ filio vaſis Chriſtiani litarent.* Atque vt Chriſtum *Galilæi* nomine indigetare ſolitus, ita & Chriſtianos ipſos, non iam Chriſtianos amplius, verùm *Galilæos* & ipſe paſſim, neque vnquam aliter, vocare inſtituit, & vt vocarentur, Edicto iuſſit. Ridiculo profectò ſcenáque digniore inſtituto, quo nomini quoque Chriſtianorum inuidiam factam voluit: Quaſi ſcilicet Chriſtianis id quoque pudori futurum, aut quaſi cum nomine, morum atque animorum ſecutura paulatim immutatione. Nouerat vtique Iulianus, Chriſtianos ea re acriter pungendos, qui Auguſtum hoc nomen tot crucibus, tot gladiis, tot ignibus, tot beſtiis, emeruerant ſibíque ſeruauerant: quâ ſcilicet tempeſtate omnium criminum vice erat, quem dici pronunciaríve ſub elogio præconis, *Chriſtiánum.*

Et hæc

Digitized by Google

Et hæc quidē Iulianus aduerſus rem Chriſtianam, quib.ſuum primùm in eam odium teſtatus, publicum ita deinceps inconciliare inſtituit. Atenim, quia rem Chriſtianam per Conſtantinum M. eiuſque liberos,& in his Conſtantium, plurimùm profeciſſe ſciret; contra abolitos ab his Gentilium ritus, ſacrificia inhibita, templa quà ſolo æquata, quà clauſa, vel in alios vſus tranſlata, Bona reditúſque Templorum confiſcata, partim etiam vendita, donatáve, ægerrimè ferret, eodem fine, etſi inter initia famæ eorum parcere viſus eſſet, mox tamen (quod & alij Gentiles fecere deinceps) & peculiare in hos Principes odium profeſſus eſt, & in eorum actus ſæuire cœpit. Quare & edito ſcripto, cui *Cæſares* nomen, Conſtantini famam moréſque proſcindere, τρυφὴν & ἀσωτίαν ei obiectare, facta eius Adonidis hortis æquare: & in vtrumque, puta Conſtantinum & Conſtantium, &.hunc quidem felicitatis ſuæ auctorem, qualibet occaſione arrepta publicè inuehi, actus eorum velut nouatorum & turbatorum legum priſcarum, moriſq; antiquitus recepti damnare, memoriam eorum vexare,conſtitutiones abrogare,etſi non in religionis ſemper negotio, in odium tamen atque inuidiam eorum latenter hæc omnia, & per latus ipſorum fidem Chriſtianam appetere: priſcas ciuitatum, quæ Conſtantini aut Conſtantij nuper nomina adſciuerant,appellationes nouis abolitis retentare:quare Byzantium in Thracia, non iam Conſtantinopolim, Maiumam vel Gazam in Palæſtina, non iam Conſtantiam vocare: Quin & ſi qua in Conſtantium criminatio afferretur, Chriſtianorum ilicò poſtulatis

Digitized by Google

locum promiſcuè dare : Atque vt Antiochenorum dicterio rem compendi faciam, χι & κάππα, id eſt, *Chriſto* & *Conſtantinis* bellum eadem opera indixit.

Hactenùs Iuliani in rem Chriſtianam Principéſque Chriſtianos, contemptus argumenta, quæ & ipſa in exitium Chriſtianæ religionis mox tenderent. Atenim Chriſtianæ religionis profectum impedire, ac veluti Magico carmine defigere, ſimul Gentilitiam ſuperſtitionem ſufflaminare, nouo inter Imperij ſui ſtatim initia commento, quod vel inter præcipua, idem cùm maximè inſtituit. Nempe, cùm exemplo quoque ſuo noſſet Iulianus, prout quidque à teneris imbutum eſſet, ita fermè adoleſcere : parte altera minimè hebes idem, cùm ſciret quantum præſidij in ſtudiis liberalibus Gentilium Chriſtianis repoſitum eſſet, Edicto publico, Chriſtianos liberales artes ſeu diſciplinas Gentiliúmque libros, quibus Theologiæ Gentilitiæ arcana continebantur, docere vetuit, ſolóſque adeò Gentiles profeſſores & magiſtros ſtudiorum publicè haberi voluit, Chriſtianis à docendi munere ſubmotis: hoc colore atque obtentu, quòd ab hiſce Gentilium libris ſeu diſciplinis, earúmque mercede, iure arcerentur, qui fidem his non haberent, contra humaniores literas ſeu τὸ ἑλλωίζειν Gentilibus propria eſſe, vt pote quorum Deos venerarentur, non autem Chriſtianorum, propter eorum ἀλογίαν καὶ ἀγροικίαν, vtpote cùm Chriſtiani cultus ſumma eſſet, *Credere*: Atenim ſummo reuerà timiditatis argumento : nempe, quia compertum haberet, hinc adoleſcentum animos à Gentilium cultu de facili transferendos, ſi in Chriſtia-

nos

nos magiſtros incidiſſent, quam rationem Ammianus Marcellinus quoque indicaſſe videtur: inde, Chriſtianis ex his Gentilium diſciplinis librı́ſque rationes atque argumenta ἐλέγχους τῆς ἀσεβείας affatim, ad ſuperſtitionem gentilitiam traducendam, ſuppetere: exploratúmque adeò habebat, eos qui cum paganis congreſſi antea fuiſſent, ex his ipſis libris aduerſus eos conſtitiſſe, quódque ipſe dicebat, *propriis pœnis Gentiles vulnerari*: Tandem, ne eò facilius Chriſtiani Sophiſticis gentilium argutiis occurrere poſſent: quâ ſanè vtraque cauſa, Gentilitiorum librorum lectio Chriſtianis vtilis olim viſa. Igitur, poſt hoc edictum Muſonius Sophiſta, aliiq; à docendo ſubmoti. Quicquid verò tandem Iulianus hanc in partem ſiue fecerit, ſiue obtenderit, illuſtria tùm Proæres ij tùm Marij Victorini exempla fuerunt, qui ſcholam ideò vltrò deſeruêre, quamlibet etiam alteri Iulianus ſpeciatim vt doceret conceſſiſſet. Certè Edictum hoc ſcriptores atque Hiſtorici quoque Gentiles inclemens & perenni ſilentio obruendum fatentur: Chriſtianorum verò flos omnis illa tempeſtate ſanctitatis & eruditionis acerbiſſimè tulit: præ cæteais Gregorius Nazianzenus defleuit ϛηλιτευτικαῖς quas in Iulianum ſtrinxit: vbi decretum illud ἀλογίας (ſic enim vocat) totis eloquentiæ viribus inſectatur auctoriq; ſuo exprobrat: nec illud ſolum vt inhumanum & crudele, verùm vt Eccleſiæ pernicioſum execratur. Et idem Iulianus tamen viceuerſa, etſi Chriſtianos à docendi munere, gentilitiorumq; librorum lectione publicè ſubmouiſſet, Chriſtianos adoleſcentes à Gentilium libris apud Magiſtros Gen-

tiles addiſcendis non ſubmouit, quod alioquin multi in errorem inducti credidêre: Id enim Edicto ſuo Iulianus his nuncupatim indulſit: iniquam rem fore dictitans, ſi pueri adhuc ignari quò ſe vertant, à Gentilium ſectâ abducerentur, metúque coacti in Chriſtianorum inſtituta pertraherentur: Quare vt incautæ adoleſcentiæ Deorum cultus per Doctores Gentiles inſtillaretur, id ei indulgendum credidit: cuius vſurpata olim licentia ad Deorum cultum ipſe traductus fuerat.

Proxima his ſunt, quæ contrà Iulianus paulatim Chriſtiano ritui detractum iuit, vel detrahere conatus eſt, quæ etſi haud ita ad ſummam rei in præſens facere viderentur, attamen paulatim haud parùm eum labefactarent. Cuiuſmodi eſt, quòd de libris ſcriptiſque doctrinæ Chriſtianæ abolendis ſeriò cogitauit, eóque fine ſicubi inſigniores bibliothecas defuncti Epiſcopi noſſet, eas perquiri atque ad ſe mitti voluit: ſtudiorum equidem obtentu ſpeciéque, & quod librorum cupiditate flagraret, re autem, quòd neque ipſe diſſimulare potuit, vt ita ſupprimeret, vel etiam corrumperet. Quod quidem planiſſimè patet exemplo bibliothecæ Georgij Epiſcopi Alexandrini, cuius vndique perquirendæ negotium cuidam ab eo datum, etiam per ſeruorum quæſtionem. In hunc cenſum veniat quoque, quòd relicta quamlibet plena cultus Chriſtiani libertate, attamen ritus nonnullos mutare inſtituit, iiſque offendi ſeſe teſtatus eſt: Hinc adeò cantu hymniſq;, quamuis è ſacra Scriptura deſumptis, quibus ſimulacra atque idololatræ proſcindebantur,

bantur,interdictum voluit:& quia non obtemperabatur,in ſanctimoniales ideò ſæuiit. Eodem exemplo & diurnis Chriſtianorum funeribus ſeu exequiis interceſſit.

Iam prodeant doli,imò dolones,retia,plagæ,laquei, πάγαι ἀσεβείας σοφιϛικῶς ἐπινοηθεῖσαι. quibus Chriſtianos ipſos lenſim & ſine ſenſu Gentilitiæ ſuperſtitioni Iulianus inuoluere inſtituit. Hæc verò quis ſatis memorare aut mirari poſſit, per quæ toxicum cibis, quod dicitur, miſcere conatus eſt? Mitto nunc, quas in tempore memorabo, Annonas ſeu penſiones in nonnullos collatas, Dignitatum codicillos aliis tributos: dona in Milites, quorum multi fide faciles, quibúſque Principis exemplum arbitriúmque pro Lege fermè eſt: ad alia nunc tranſeo. Ex Conſtantini M. inſtituto præcipuum quoddam vexillum ſeu ſignum militare eximio cultu erat, quod *Labarum* vocabant, in quo Chriſti nomen intextum erat: Rurſùm mos tum temporis inceſſerat, vt imagines Imperatorum his in locis à quibus abeſſent certo tempore publicè efferrentur, populóque inhianti proponerentur, mox ea cultu quodam ciuili populus proſequeretur atque adoraret, pariter vti Labarum. Quid Iulianus? Et Labaro ſeu vexillo ad antiquam formam reducto, Chriſtíque nomine expuncto: & Imaginibus, Deos gentilitios, aliáque ſuperſtitionis ſimulacra addi voluit,vt ita vnà cum vexilli Imperatoriúmque honore idolorum cultus ſociaretur:vel ſi qui Chriſtianorum talia horrerent, affiĉto ilicò Maieſtatis crimine, velut in Principem rebelliones, turbidi atque antartæ plecte-

Digitized by Google

rentur, re tamen ipſa, ob cultum & pietatem. Ita, metu maieſtatis, impietatem Chriſtianis latenter obtrudere conatus eſt Iulianus. Anniſus eſt & Largitionis atque auaritiæ laqueo impietatem ſuffurari, crudelitatemq; condire, animas denique Chriſtianorum venari. Mos erat tùm temporis, vt Imperatores tùm natalitiis diebus, tùm Calendis Ianuariis, aliíſque feriis repentinis in ſolio ſedentes militibus ad ſe ordine adeuntibus, manu ſua quædam dona, & vt alicubi vocantur, *puncti ſolatia*, elargirentur: Igitur Iulianus id facturus, aram incenſam thúſque eo loci conſtitui voluit, moneriq; ad ſe venturos, vt ſi dona ſperarent, micam thuris priùs adolerent, ſeu in focum coniicerent, quaſi id ab antiquo fieri ſolitum eſſet. Sic ſcelus priſco more obtegere viſum: Quod tamen nouum reuera atque inſolens, & ſuperſtitionis Gentilitiæ erat: nam vt Gentiles Deos ſuos thure colebant, ita apud Chriſtianos vel micam thuris adolere, Chriſtúmque abnegare, paria fuêre. Quinimò ex veteri perſecutorum inſtituto ſolemne illud tentamenti genus erat: atque vt Iudæi oblata ſuilla ſi auerſarentur, ita & Chriſtiani ſi oblata acerra thus adolere recuſarent, dinoſcebantur, atque inde cruciabantur.

Amariſſimas poſtremùm Neceſſitatis Leges, & truculentiſſima imperia, tentationibus ſuis admiſcuit Iulianus: Fontes quippe cibóſque publicè venum expoſitos victimis haud ſemel aquáque luſtrali (nam & hæc Paganis fuit) adſpergi & contaminari curauit, vt ita Chriſtiani idolothytis (quod alioquin nefas erat) veſcerentur potarentúrque, niſi fame confici mallent:

verùm

Digitized by Google

verùm Chriſtiani in hac rerum neceſſitate edocti, nihil cunctati ſunt propter conſcientiam.

Hæ ab Iuliano machinæ, ſeu tendiculæ Chriſtianis extrinſecùs obiectæ fuerunt: Enimuerò inteſtino cumprimis bello eoſdem collidere annifus eſt. Gnarus ſcilicet iſtius Iulianus, *Regnum in ſe diuiſum ſtare non poſſe*, quin & illius, *Diduc, diuide, & regnabis*, blanditiis ſimulatis, mox in ſe ſæuituris vires præbuit. In ipſis primùm Imperij ſui auſpiciis, Catholicos exules Epiſcopos & Clericos à deceſſore ſuo Conſtantio relegatos, ſumma clementiæ ſpecie, at reuera vt inteſtino bello eos collideret, reſtituit, bonis quoque redditis. Neque Catholicos tantùm, ſed etiam hæreticos quoſdam in exilium pulſos reſtituit: veluti Ætium, Eunomianæ hæreſeos auctorem à Conſtantio pulſum, ſuſpectúmque præterea ob conſuetudinem, quam cum Gallo habuerat, literis humaniſſimis, data ei curſus publici euectione, exciuit. Ac vt diſpoſitorum roboraret effectum, diſſidentes Chriſtianorum Antiſtites, ſic vt plebs in duas partes ſciſſa eſſet, cum plebe diſciſſa in Palatium intromiſſos identidem monebat, vt ciuilibus diſcordiis ſopitis quiſque religioni ſuæ ſeruiret intrepidus: ſæpè dictitans, *Audite me, quem Alemanni audierunt & Franci.* Qui hæc audiret, qui videret, non crederet, Principem pacis Eccleſiaſticæ ſtudioſum? Verùm audiamus, non Chriſtianorum modò ſcriptorum, verùm etiam Gentilis iudicium ſuper hàc re candidi pectoris: obſeruat is atque ingenuè fatetur, *Iulianum hæc ideò feciſſe, & quidem obſtinatè, vt licentiâ augente diſſenſiones, non timeret ipſe poſteà plebem vnanimem: nullas inſe-*

ſtas æquè *hominibus beſtias, vt ſunt ſibi ferales plerią; Chriſtianorum expertus.* Sic religionem cuique ſuam conſtare voluit Iulianus, pacis ſimulatione, re autem quò ipſe inter diſſidia medius ſtaret, dúmque ſpectatorem ſeſe præberet, ipſi ſeſe mutuò conficerent lacerarentq;. Intereà diſſenſioni faces ipſe eo quoque ſubdere, dùm hæreticis in ſpeciem fauet, dùm Eccleſias eorum inſtaurari iubet, veluti Nouatianorum Eccleſiam, quam ſub Conſtantio dirutam, ab Epiſcopo Eleuſio Cyziceno, ſuis ſumptibus intra bimeſtre excitari propoſita multa grauiſſima iuſſit: dùm eorum partes aduerſus Catholicos ſeu orthodoxos tuetur, aliiſque rationibus palpum obducit. Donatiſtas etiam exitioſiſſimos tùm ſchiſmaticos, qui ſub anterioribus Principibus exilio dati fuerant, quiq; Rogatiano, Pontio, Caſſiano, legatis miſſis, blanditiis ipſi adrepſerant (*vt nunquam deſunt etiam ſæuiſſimis Principibus adulantium examina*) dicentes, *Quod apud eum ſolum Iuſtitia locum haberet*, (quod quidem dictum Auguſtinus velut Chriſtiano homine indignum exagitat, illudit, exprobrat, & quadraginta poſt annis Honorius Imp. ad traducendam Donatiſtarũ deſperationẽ perfidia fucatam, propoſito programmate celeberrimis in locis, proponi voluit) pronis auribus auditos in integrũ reſtituit: quos vtiq; intellexerat, ad diſturbandam pacem cum furore venturos; baſilicas etiam ſeu Eccleſias his reddi voluit. Et ſanè, neque hos Iuliani conatus euentus fruſtratus eſt. Imò longum foret, memorare Donatiſtarum, ſub Iuliano in Catholicos furorem rabiémque: Arianorum in Valentinianos: quâ etiam occaſione Iulianus Edeſſenæ

Eccleſiæ

Eccleſiæ opes ſuas tanquam his luxurianti laſciuientiq; detractum iuit: Demùm & Arrianos cum Gentilibus in Athanaſium coniunctos. Quinimò & ob peccatum aliquod ab Eccleſia ſubmotos reſtitui iuſſit, vt ita inter ſe commiſſi minore poſteà negotio conficerentur.

Ita Chriſtiani Iuliani artibus inter ſe commiſſi fuêre: Atenim & ipſoſmet Catholicos ſeu orthodoxos inter ſe collidere ſtuduit: puta, populo Chriſtiano in Epiſcopos & Clericos concitato, vt ita ſoluto inter paſtores & greges Eccleſiæ vinculo, pacíſque coagulo, ipſi ſeſe mutuò dilacerarent. Euenerat tùm aliquando in Armenia, vt ſæuientibus in Chriſtianos Gentilibus, eóſq; proritantibus & prouocantibus, Titus Boſtrenſis Epiſcopus greges ſuos vix ac multo labore in quiete contineret, atque id poſteà à ſe præſtitum, velut fidei ſuæ & conſtantiæ obſequiiq; ſpecimen, apud Iulianum memoraret, induſtriámq; ſuam Principi iactaret vtilem ac neceſſariam, Iulianus, hac occaſione arrepta, ſcriptáque ad Boſtrenſes epiſtola, hanc Epiſcopi haud inanem atque innocentem iactantiam, populis & gregibus eius Boſtrenſibus in ipſorum iniuriam contemptúmque cedere perſuaſum voluit: quaſi Titus iactaret, ſeſe populos in quiete continuiſſe, qui ſuopte alioquin ingenio ſibiq; relicti in abrupta & ſeditiones ferrentur, atque adeò à proprio Epiſcopo ſeditionis atque immodeſtiæ arguerentur, denique quaſi Titus ipſe ſuæ calumniator eſſet Eccleſiæ. Imò propalàm Epiſcopos & Clericos, quaſi tyrannidem ſibi vſurpantes, teſtamentorumq; captatores ſeu hæredi-

petas populis inimicare ſtuduit.

In priuatas inſuper familias Iuliani dolus penetrauit, coniugibus ad diſcordias illectis. Nam cùm mulieribus iure Romano à viris diuertere niſi grauiſſimis de cauſis, non liceret, Iulianus iam conſtituit, vti liberum eſſet, vxoribus à maritis diuertere, & ſic Gentilibus vxoribus, à maritis Chriſtianis: Inani æquabilitatis ſpecie, quia id quoque maritis ab antiquo liceret, at reuera muliebri leuitati id indulgens, vt ita quæ vxores Gentiles eſſent vel eſſe vellent, benè alioquin concordantia matrimonia hoc obtentu diſſoluerent. Viceuerſa & retentiones ex dote pro moribus reduxit: puta, vt maritus partem ex dote vxoris retinere poſſet, ſoluto matrimonio, ob leues quoque ſeu mediocres eius culpas, veluti ſi vxor Chriſtiana peruigilio Chriſtiano in Eccleſia abnoctaſſet, vel etiam frequenti in Eccleſiam proceſſu pauperúmve cura rem familiarem neglexiſſet.

Quid amplius? Et Iudæos quoque in Chriſtianos concitauit, immiſitq́;. Nam etſi Iudæis quoque, non minùs quàm Chriſtianis, infenſus eſſet, attamen Proteus hic in omnes ſeſe formas vertans, Iudæis benè velle factúmque cupere ſe, ſacrificiorum intuitu, ſimulauit. Enimuerò nouerat is Iudæorum in Chriſtianos rabiem, ſi licentiæ eorum habenas laxaret. Eo fine igitur, inſtaurationem templi Hieroſolymitani (quo gratius nil Iudæis contingere poſſe ſciret) Iulianus Iudæis permittere: neque permittere modò, verùm etiam ſumptus immodicos in id è fiſco ſuppeditare, Curatorem maturando operi præficere, Gentiléſque adeò ipſi

vnà

Digitized by Google

vnà cum Iudæis certatim operi manũ admouere: *ſanctã, vrbem* Hieroſolymitanam: vt & Patriarcham Iudæorum, qui tùm Iulus erat, *fratrem ſuum* Iulianus vocare: Iudæis ipſis, quaſi ſub anterioribus retrò Principibus Chriſtianis oppreſſis, peculiari Edicto ad Iudæos emiſſo, tributum, quod *Apoſtolatum* vocabant, relaxare: atque vt hàc immunitate inuitati pro ſe Imperióque ſuo vota facerent, ſeu preces Deo funderent, próque felici eius in Perſas bello, poſtulare: quo finito, deſtinatum ſibi, vrbem Hieroſolymitanam incolere, & in ea vnà cum Iudæis Deo optimo, τῷ κρείττονι (en verſi pellem?) gratias agere. Ita factum, vt ſumpta audacia Iudæi quibúſque ſæuientibus Princeps vires præberet, im... ia tùm in Chriſtianos auſi fuerint, baſilicáſque eorum ſeu Eccleſias in Syria atque Ægypto variis locis deſtruxerint, & quidem ſocietate cum Gentilibus inita: quanquam inter hæc Dei nutu Templi excitandi conatus irritus fuerit, Cyrillo tunc Hieroſolymis Epiſcopante. Intereà dùm hæc agerentur, Iulianus ſub Minois ſemper laruà clementiæ ſpeciem famámque tuebatur.

Eandem nihilo ſeciùs atque impendio tueri conabatur, & cum populari Magiſtratuúmque licentiæ in Chriſtianos habenas laxaret. Enimuerò, cùm poteſtas Regia, τὸ κρατεῖν, in perſuaſionem vímque diuiſa ſit, ita ſeſe comparauerat Iulianus, vt quod lenius humaniúſque videbatur, magiſq́ imò vnum Imperatorem deceret, humanitatem & clementiam, ſuadendi item alliciendíque partes ac perſonam ſibi ſumeret, quod verò inhumanius erat, hoc eſt violentiam popu-

lo Magiſtratibúſque remitteret, atque in iis reuerà toleraret: quò videlicet dùm dolis atque arte Pelaſga inſtructus ipſe incedit, ſéque tyrannidis inuidiæ ſubducit, inimicitias has illis relinqueret: Quo fiebat, velut in venatione, vt vel laqueo Principis, vel popularium & Magiſtratuum inſectatione, Chriſtiani tùm multi è populo caperentur, attererentúrque. Quem in finem ipſum quoque Iulianus iis Magiſtratus paſſim conferre, quos ſuperſtitionibus addictos maximè Philoſophóſque ſciret, quíque ſuopte ingenio in Chriſtianos ferrentur. Vnde crudelitates eâ tempeſtate à Magiſtratibus in Chriſtianos variæ exercitæ: veluti à Iuliano, Iuliani auunculo Antiochiæ, à Felice Comite S.L. qui dignum alioquin vitâ exitum habuêre. Inde immania populi, ſuperſtitionis ſuæ reſtitutæ lætitiâ geſtientis vitulantíſque ac propè furibundi facta conuitiáque tolerare: cuiuſmodi patrata variis Syriæ, Ægypti, Cappadociæ locis: In quibus, immaniſſima ea, quæ Arethuſij in Marcum Epiſcopum, qui Iulianum olim ſeruauerat: quæ Alexandrini, in Georgium Epiſcopũ, vt ſupra memoratum moliti ſunt. Iam Eccleſiarum incendia, demolitionéſque, vaſorũ ſacrorum direptiones: & hæc omnia, necquicquam querentibus Chriſtianis, etſi prima facie vlturum ſeſe ſponderet, atque iram ſimularet, vt luculentiſſimo illo Georgij Ep. qui à populo gentili Alexandriæ diſcerptus fuerat, exemplo liquet. Quinimò Magiſtratus, qui impetus in Chriſtianos cœdéſque vindicarent, ab eo puniti exilióque multati, vti exemplo Cappadociæ & Palæſtinæ Rectorum, de quibus Gregorius Nazianzenus, patet. Tandem,

dem, Chriſtianorum querelas aduerſus Iudicum ſæuitiam eludere: Chriſtianis inſuper per argutos cauillos ſaléſque è ſacra Scriptura detortos, inludens: *veſtrum eſt*, inquiebat, *cùm eſtis afflictati, æquo animo tolerare, neque vindicare, eóve nomine litem intendere, neque proprium quidquam vobis poſſidere, quin potius ceu vana atque inania contemnere, neque malum pro malo referre, quin & colaphum ducenti alteram præbere, quippe qui ita à Deo veſtro inſtituti eſtis*: Modo dicens, *haud adeò graue videri oportere, ſi pauci Galilæi à Gentilibus opprimerentur interficerentúrve, qui Diis omnibus bellum intuliſſent.* Ita Iulianus, etſi non Edicto publico, neque ipſemet Chriſtianis vim fecerit, his tamen quas dixi rationibus reuerà intentauit: Nempe enim, *qui non vetat peccare cùm poſſit, iubet.* Neque quidquam refert, inſequaris ipſe, an verò perſequentibus conhibentiam præſtes: velíſne quid lege ſcripta, iuſſóve expreſſo, an non nolis rebus ipſis, nil intereſt. Quare rectè poſſis Iuliani perſecutionem monſtris illis adſimilare, quibus partes ſuperiores ſuaues atque humanæ finguntur, cætera crudeles & immites.

Intereà tamen, etſi non in vitam Chriſtianorum neque in inuitos Iulianus ipſe ſæuiret, attamen clam eos variis artibus vrgere. Primum illud, quod eos haud æquo cum cæteris ſubditis ſuis iure habuit: cùm tamen in Republica ſumma ἰσοπολιτείας Lex ſit, atque ad concordiam publicam ſanciendam maximè faciens, puta, vt in Republica idem conducat, eadémque pateant vtrique ciuium parti, vnde Reſpublica ſemel coagmentata eſt. Mitto, quod iam antea me-

Digitized by Google

moraui, ſubmotos à docendi munere Chriſtianos, mitto & aliàs prælatos Chriſtianis Gentiles, quod ipſemet epiſtola ſua inculcat: iidem ſanè à Iuliano paulatim Magiſtratibus dignitatibúſque Palatinis, ciuilibus, militaribus, ſubmoti. Inter initia quoque ſtatim Imperij ſui, etſi alia ſpecie, reuera tamen vt Chriſtianos Magiſtratibus arceret, Comitatum ſeu aulam ſuam repurgauit, Philoſophos, hiſque ſimiles qui foris Philoſophi, intus Magi atque Haruſpices erant, accitos ad dignitates ſubuexit: Apoſtatis præcipuo honore habitis: ſic vt nonnemo ſcribat, ſuffragium vnicum honorum apud Iulianum fuiſſe, perfidiam & apoſtaſiam. Intereà, ne id agere videretur, nonnullos præcipui nominis Chriſtianos ad ſe euocare, curſus publici euectione his tributa, blanditiis ſibi conciliare, annonas ſeu (vt vocant) *penſiones* nonnullis adſignare: quos videlicet hoc blanditiarum genere flexuoſus hic ſerpens ad barathrum ſuum pertracturum ſe ſperabat, Cyclopicóq; honore afficere, quos ad periculum poſtremos ſeruaret: veluti Baſilium & Gregorium Nazianzenum: aliis dignitates ſummas etiam conferre, veluti Cęſario Nazianzeni fratri Comitiuam ſacrarum largitionum, id eſt magni Theſaurarij per Imperium munus: vt ita ſi non ignis, fumi ſaltem fieret particeps. Verum piis tùm temporis ſuſpecta fuêre hæc dona nec-dona, ſic vt ab Epiſcopis moniti nonnulli ab aula vltrò recederent, depoſito honore, euitatáque hâc eſcâ, ad apoſtaſiam, ni ſibi in tempore cauerent, flexura. At vbi blanditiis effecturum ſe nil putaret, Chriſtianis nil horum conferre. Imò etiam

Google

etiam apertè,quos dignitatibus decoraſſet, cingulum gladiiq́; poteſtatem deponere, niſi ad ſacra Gentilium tranſirent, iuſſit: addito quoque cauillo & æquiuoco: *Legem Chriſtianam gladio in noxios vti vetare*, atque adeò Chriſtianos ad publica officia non idoneos. Per quæ tempora inſignia extant nonnullorum qui dignitatibus vltrò ceſſêre exempla: & in his Iouiani & Valentiniani: quos Deus ilicò poſt Iulianum ad Imperij culmen ſubuexit:vti viceuerſa hoc quoque dignitatum illicio, quamplures transfugæ atque Apoſtatæ tùm extitêre. Hæc in ſingulos.

In totas ciuitates par Iuliani inæqualitas: Nempe, quas ciuitates Chriſtianas maximè ſciret, fatigare, imò ne viſitare quidem, quin declinare eas viſum: legatis eorum & querelis aures denegare: adeò quidem, vt Nizibenos, cùm aduerſus impetum Perſarum auxilia poſcerent, niſi ad Gentiliſmum accederent, auditurum ſeſe negaret:Ciuitates inſuper Chriſtianas nonnullas priuilegiis ſuis multauit: Alias ciuitatibus Gentilibus annexuit, ſubiecitque, vt illuſtri exemplo ciuitatis Conſtantiæ in Palæſtina liquet, quæ cùm antea Gazæ nauale fuiſſet, & Maiuma vocaretur, à Conſtantino M. de filij ſui nomine vocata ſuiq́; iuris facta fuerat, at enim à Iuliano Gazæ rurſum ſubiecta fuit.Nonnullas etiam de ciuitatum numero alboq́; expunxit: veluti Cæſaream Cappadociæ, eò quod & iam olim Iouis & Apollinis, & recenter Fortunæ ædem diruiſſet: minitatus extrema, niſi de ſuo eas reſtitueret, trecentis inſuper auri libris Eccleſia Cæſarienſi multata,eiuſque clericis militiæ adſcriptis, cenſúque ab iis exacto,

haud aliter atque à pagis. In hunc cenſum veniat quoque, quòd Chriſtianos ex vrbibus nonnullis educere,& ſic diducere ſpargeréque laborauit. Nempe, cùm Cyzicenis templorum inſtaurandorum poteſtatem feciſſet, Epiſcopo eius vrbis, quod ea deſtruxiſſet, in carcerem coniecto, aduenas Chriſtianos, qui ibi in Gynæceiis & monetis operabantur, vrbe pelli iuſſit: hoc obtentu, quod religionis ergo ſeditionem conciturі videbantur.

In ſæculares quæ diximus, & circa ſæcularia fermè iſta. Quid? non & paria quoque in Eccleſias & Eccleſiaſticos, ac *Bonorum Eccleſiaſticorum* ratione? Immò, eò vel maxime Iuliani propoſitum penetrauit.Chriſtiani ſcilicet Principes Iuliani deceſſores Eccleſiis & Eccleſiaſticis annonas, id eſt reditus, & in his quidem frumentarios nonnullos conſtituerant: Quinimò & *iura templorum* paganorum, id eſt, loca, materias, reditus,quæ Gentilitiæ olim ſuperſtitioni ſeruierant, tùm Eccleſiis tùm priuatis donauerant. Quid Iulianus? cum iure Romano conceſſa per priores Principes, ab inſequentibus ſimul vt Imperium cepiſſent, firmari mos eſſet, ipſe reditus, annonas, donaria, vaſaq; ſacra, Eccleſiarúq;, iura ſeu bona quæ templorũ olim fuerãt, ad veterem Templorum vſum retraxit, his qui ex materia templorum opera excitaſſent, niſi materiam ipſam, veluti columnas aliáque ornamenta reueherent, tributum indixit: Sacerdotibus prouinciarum Metropolitanis, ciuitatúmque Sacerdotibus creari deſitis reſtitutíſque, reditus templorum reſtituit: Delubra, aras, regnante Conſtantino M. & Conſtantio diruta,

eos

Digitized by Google

eos qui demoliti fuerant,vel inſtaurare,vel pecuniam in id conferre voluit, qui neutrum poſſent, torqueri, cuſtodiæ mancipari, plectiq́;, vt & Clericos ad detegendas pecunias ſacras: neque vllo prætextu magis ſæuitum. Quare in bona Chriſtianorum fiſcus inſurgere cœpit, haſta ſæuire, perquirendis ſpoliis templorum, quibus Chriſtiani aucti paſtiq́; fuerant. Quóque id fieret licenter, etiam inter hæc cauillari, *Chriſtianorum non eſſe, diuitiis affluere*. Nã quod in Martyrologio quodam Notkeri proditum, Iulianum conſtitutionem promulgaſſe, vt Chriſtiani nihil omninò in ſæculo poſſiderent, ſcriptoris illius error eſt. Illud verum, quouis obtentu Iulianum opes ſuas Eccleſiis detractum iuſſe: exempli gratiâ, cùm Ariani in Valentinianos aliquando Edeſſæ impetum feciſſent, hâc occaſione arrepta Iulianus, Eccleſiæ Arianorum opes ſuas ademit, pari cauillo: Nempe, *quòd hâc ratione iis, iuxta legis præſcriptum, facilior in regnum cœlorum introitus pateret, abiectis facultatibus.* Verum & illud, ſacrilegij accuſatione Iulianum Chriſtianis odium publicum & populare conciliare ſtuduiſſe. Quod & ipſum Chriſtianorum ſub anterioribus retrò Principibus crimen fuerat. Gnarus vtique, nullum æquè facinus publicum odium æquè mereri atque ſacrilegium, neque vlla re moueri vulgus magis, quàm publica priuatáque Templorum & monumentorum, Bonorúmque Templis dicatorum religione. Eâ re igitur,paſſim Chriſtianos, velut templorum euerſores & expilatores bonorum his dicatorum, ſepulchrorúmque euerſores & hoſtes, non iàm humili ſuſurro, verùm publicis

Digitized by Google

etiam Edictis traducere.

Et hæc quidem bonorum Eccleſiaſticorum ratione & obtentu Iulianus. Quid in ipſos Eccleſiaſticos? Priuilegia annonáſq; Eccleſiaſticis ab anterioribus Principibus delata, ademit: Clericos ad ſæcularia munia Curiaſq;, quibus immunes erant, reuocauit: Antiſtites à Conſtãtio eiectos, etſi in patriam, eo quem ſupra dixi fine, reſtitutos, Eccleſiis ſuis tamen reddi vetuit: Alios quæſitis criminibus, vrbibus ſuis & prouinciis exegit, carceri mãcipauit, quos videret maximè animas Chriſto lucrifacere: veluti Eleuſium Cyzicenum Epiſcopum, quòd fana vaſtaſſet, Gentiléſque ad ritus patrios contemnendos induxiſſet, è contra viduis alendis ædes, & ſanctimonialium cœnobia excitaſſet: Titum quoque Boſtrenſem Epiſcopum, ea quam dixi ſupra occaſione, populo inconciliare ſtuduit, cumque vt ciuitate pelleret, incitauit. Athanaſium, falſo etiam crimine accuſatum, quod Alexandriam, totámque Ægyptum commoueret, non Alexandria tantum, verùm vniuerſa Aegypto pelli iuſſit: eo inter alia obtentu, quod vxores quaſdam Gentilium illuſtrium ad baptiſmum impellere auſus fuiſſet, ſedémque ſuam, citra Principis indulgentiam repetiiſſet: Et quanquam pro eo reſtituendo Alexandrini ſupplicarent, attamen increpitis iis, alios affatim ſupereſſe Chriſtianos reſcripſit, Athanaſio nihilo inferiores: eo ſemper obtentu, quod Athanaſius rerum nouarũ cupidus eſſet. Quare fugere coactus is Alexandria, quò tamen ſe clàm mox recepit. Et hac quidem ratione Chriſtianorum cœtus diſturbare inſtituit Iulianus: nam cùm nollet is Iuſtitiæ

laruam

Digitized by Google

laruā indutus cōuentus Chriſtianorū interdicere ſatis fore putauit turbandis Chriſtianorum cœtibus, ſi Sacerdotes, & præcipui quidem nominis meritiq́;, vrbibus exigeret: ὁ τῇ τούτων ἀπουσίᾳ πραγματευόμενος διαλύσαι τῶν λαῶν τὰς συνόδους, quod rectum Sozomeni iudicium eſt. Superioribus omnibus adde & Chriſtianorum ſepulchra alicubi euerſa, veluti Edeſſæ.

Agmen nunc claudat fictum atque omnium accuſationum complementum, Seditionis, Tumultus, Rebellionis, *Maieſtatiſq́* crimen, vnicum & aliàs ſæpè crimen eorum qui crimine vacant. Fuit hæc ſcilicet, vt anteriorum Principum & perſecutorum, ita Iuliani potiſſimum ars, Chriſtanos eorúmque Antiſtites in hęc crimina conuenire, atque ita in eos hanc ſæuiendi occaſionem habere: cùm intereà hæc falſò omninò intentarentur, quod Athanaſij, Titíque Boſtrenſis exemplis, de quibus ſupra, compertum eſt: vel his certè intentarentur, qui aduerſus vim Gentilium omni iure ſeſe quandoque defenderent, tuerentúrque. Et profectò nil tam proprium eſt Chriſtianæ diſciplinæ, quàm pacis & tranquillitatis publicæ cura, Principúmque ſalus híſque adeò vitam prolixam, Imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Principis vota ſunt, adprecari, & quantum in ſe procurare. Et verò, quàm obſequioſos ſeſe Iuliano Chriſtiani milites præbuerint, elegantiſſimo Auguſtini teſtimonio docemur. Quinimò & tùm querelæ Chriſtianorum in crimen vocatæ, quaſi perduellio-

num, ſi quando tempora, ſicubi mores ſœculi deflerent, vitámque ſibi oneri inter tot impietatis argumēta quiritarentur: quod illuſtri Iuuentini & Maximi, in quos extat Chryſoſtomi oratio, exemplo liquet. Quid amplius? Deceſſorum pariter ſuorum exemplo Iulianus calamitates publicas atque incendia Chriſtianis imputare: quale tùm obortum inſignis Palatini Daphnenſis propè Antiochiam (ciuitatem, vt totius Orientis verticem, ita Chriſtianiſſimam) vnde ſtatim inuidia in Chriſtianos, iique incendij auctores apud vulgus efferri, quæſtiones de his agitari, maior Eccleſia Antiochiæ claudi: cum reuera tamen Palatium iſtud, vel media nocte, ex cereis (pro more Gentilium) ante idola accenſis, conflagraſſet, vel, vt alij volunt, igne cœlitus miſſo. Denique, quæſito alio crimine Chriſtiani à Iuliano appetiti, vt ita non quaſi Chriſtiani, verùm vt facinoroſi ſupplicio afficerentur.

Hæ ſunt illæ artes, hæ machinæ, hi callidi tramites, quibus Iulianus rem Chriſtianam paulatim atterere, Iuſtitiæ ſcuto intereà tectus, anniſus eſt. Et hæc, AVDITORES, ſi quæritis, quonam ex fonte, non alio vtique, quàm è Philoſophorũ. Hos ille ſub Chriſtianis Imperatoribus antea vagos exuléſque reſtituerat: horum tanta támque reuerenda apud ipſum auctoritas erat, vt his Imperium accepto ferret: vt horum multitudine circumfuſus, iocorum-ſeriorum ſocios eos haberet, hos à conſiliis intimis: hos venenorum artiúmque quæ recenſui artifices: neque ſatis tutò imperium recturus, niſi ad horum arbitrium imperaſſet: adeò quoque, vt probè monita ij in ſecus verterent, bellóque implicarent,

rent, quo vltimùm mortuus eſt. Quinam verò ſunt Philoſophi iſti? ſcilicet, qui nomen iſtud ementiti, atque erudiendæ iuuentutis obtentu (vnde Chriſtiani quoque depulſi fuerant) magicis reuerà artibus accin-cti, & priuatas domos, & Imperatores ipſos, ſi minùs obſequentes haberent, appeterent. Hi enim ipſi ſunt Philoſophi, qui paucis poſt annis, Chriſtianum Imperatorem Valentem ægrè ferentes, deteſtando ſcelere in eius vitam inquiſitum iuêre. Ex horum verò numero (vt omittam Libanium, Iamblichum, Oribaſium, alóſque innumeros) præcipuus erat *Maximus*, Philoſophus Cynicus, perâ baculóque inſignis, qui præ aliis omnibus Iuliano in deliciis erat, cuiq; etiam nominatim Imperium accepto ferebat. Hoc ille magiſtro olim Epheſi in Philoſophiâ vſus, totúſque ab eo pependiſſe: hũc ſtatim vt Imperio potitus eſt, Epheſo ad ſe euocaſſe, hunc Conſtantinopolim aduentantem effuſo curſu à veſtibulo longè progreſſus oſculatus, ſuſceptúmque reuerenter ſecum induxiſſe memoratur: Hic, vt in aulam Iuliani venit, ilicò ibi ſupra omnes emicuit: ſic vt Palatini cum Imperatore apud eum adſidui eſſent: re eò iam prolapſa, vt (Eunapio Sophiſta & ipſo teſte) inſoleſcere cœperit, elegantiore mollioréque quàm Philoſophum deceret, veſtitu, alloquiíſque moroſus ac difficilis: ſanè quantopere eius deſiderio flagraret, iudicióque deferret, Iulianus, docẽt frequentes eiuſdem epiſtolæ. Denique hic ille Maximus eſt, cum quo & Priſco Iulianus vltimùm lethali vulnere accepto, ſuper animorum ſublimitate perplexiùs diſputaſſe dicitur. Inde igitur tot illæ in rem Chri-

ſtianam Iuliani artes, occultáque ſophiſmata: Horum verò ipſorum tandem ſuaſu, vt nemo poteſt diu perſonam ferre, fictáque citò in naturam ſuam recidunt, quinimò, vt per ſcelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter, etſi immanitatem ſuam initio tegeret Iulianus, ſubinde tamen ea erumpere, móxque in dies apertiora ſęuioraq; moliri, vbi ſatis blanditiis præluſum, & per cuniculos actum credidit: Hinc adeò iam baſilicæ Chriſtianorum direptæ, ſepulchra euerſa, reliquiis martyrum, & in his Babylæ, quæ iam tùm ingenti cultu habebantur, bellum illatum, Pſalmorum vſu interdictũ, Chriſtianiq; tributis attriti, apparatus Perſici obtentu. Iamq; impotenti animo frœna daturus, cruentamq; perſecutionem inſtituturus, atque inter alia Chriſtianos haud aliter ad conuentus, fora, ipſaq; adeò tribunalia admiſſurus erat, quàm ſi priùs iniecto in aram thure horum vſum redemiſſent, niſi diuino inſtinctu bello Perſico implicitus, vitam ibi cum morte commutaſſet. Bellum id Iulianus, Maximo, de quo ſuprà, Priſcoq; comite, fidenter ſuſceperat, poſteà ſcilicet quàm Chriſtianorum res ex animi ſui ſententia habere ſe credidit, atque ex iis quæ iam confecerat, eam in ſpem adductus eſt, nihil eſſe, qudo modò vellet, ſuperare expugnareq; non poſſet: fiducia quoque ſumpta ex iis quæ Cæſar adhuc in Galliis proſperè aduerſus Francos & Alemannos geſſerat: ſed & promiſſionibus Maximi, pollicentis ei victoriam haud minorem quàm quæ Alexandro olim obtigerat, aliiſque falſis vaticiniis deluſus: vnde etiam ad id bellum proficiſcens, eo finito Chriſtianos Diis ſeſe ſtiturum, immo-

immolaturúmque, atque in Eccleſiis Chriſtianorum Veneris ſimulacrum collocaturum ſeſe vouit. Verùm, vti iam dixi, diuina prouidentia bello Perſico implicitus, quod per ſummam temeritatem ſuſceperat, etſi feliciinter initia ſucceſſu, ſic quidem vt eodem Maximo Philoſopho auctore ſuaſoréque, Perſis pacem petentibus denegaret, digniſſimam vita ſua mortem obiit. Tam incerta de nece ipſius fama, vt etſi plerique cœſum à milite prodant, Gentileſque à Chriſtiano milite factum id ſpargerent, familiares tamen ipſius, & in his Calliſtus Iuliani domeſticus, qui res eius geſtas carmine proſecutus eſt, non ab homine, verùm à dæmone cœſum memorarent: vnde & ipſe Iulianus extrema, verùm blaſphema voce, iactatóque manu in aërem ſanguine, victoriam de ſeſe Chriſto addixit, propriaq; confeſſione ſeſe damnauit, *Viciſti Galilæe.* Poſt quod, ſcenica theatraliſq; facta funeris eius deductio tranſlatioq; Tarſum, cum probris ludibriiſque: Exindéque rerum neceſſitate coactus Iouianus, qui ei in Imperio ſucceſſit, Perſis Tranſtigritanas prouincias reſtituere, propagatoſq; olim Imperij Romani terminos prodere, ingenti iactura coactus eſt. Quod quidem Iuliano imputandum, quidquid ſcriptores Gentiles in Iouianum culpam deriuent.

Et hoc quidem Iuliani Apoſtatæ, perſecutoriſq;, & per eum Imperij Romani tùm fatum extitit. Sed neque Maximus ille præcipuus mali incentor (vt alios Philoſophos nunc omittam) deinceps, inultus abiit: Neque enim tantum illud mox dicterium Iuliano cœſo Antiochiæ auditum, *Vbi tua, ô Maxime, ſtolida vaticinatio:*

vicit Deus & Chriſtus eius: verùm & paulò poſt ſub Valente Imp. maieſtatis crimine, quod illicitæ conſultationis conſcius reticentia eam diſſimulauerat, & ob multorum opes in ſinum ſuum conuerſas, excruciatus periit.

Egregium verò AVDITORES, vtrumque exemplum & documentum, tam Iuliani Imp. quam Maximi Philoſophi Cynici, aduerſus belli vafrorúmq; in Chriſtianos conſiliorũ & conatuũ auctores, incetoréſque: Et eò quidem illuſtrius Iuliani exemplum, quod ne biennali quidem toto Imperio potitus, eo tempore ipſo, quo iam apertam in Chriſtianos ipſos perſecutionem moliebatur, diuini Numinis vindicta cecidit: quem alioquin patiens & ἀνεξίκακος Deus aliquandiu ſuſtinuerat.

Deum ipſe toto pectore veneror, vt quemadmodum Iulianos & Maximos, ita Iuliani quoque artes doloſq; & Sophiſtas ab Eccleſia ſua procul eſſe velit.

DIXI.

ACHAI-

Digitized by Google

ACHAICA:

SEV,

DE

Cauſis interitus Reipublicæ Achæorum.

ORATIO III.

Digitized by Google

AVDITORES

QVANDO in ea tempora nati ſeruatíque ſumus luctuoſiſſima, per quæ vniuerſus propemodùm orbis Chriſtianus concutitur, haud abſurdum eorum inſtitutum credi par eſt, qui triſtium horum euentorum non tam caſus in ſtuporem dati ſiue mœrent, ſiue mirantur, quàm motuum iſtorum conuerſionúmq; cauſas ſtudiosè rimantur. Ad id verò adſequendum, poſt Diuinæ vocis oracula, haud alia temerè certior expeditiórque via muniri ratiove iniri poſſit, quam ſi veterum Rerumpublicarum periodos ſedula mente repetamus: ſpeculaturi, quibuſnam artibus aliæ ad ſummum olim faſtigium euectæ, aliæ contra ſolo afflictæ peſſúmque datæ alienæ victoriæ potentiæque acceſſerint: *vnde ſua demùm quiſque Reipublicæ in tempore quod imitetur capiat, fœdum exitu quod vitet caueátque.* Quare & mihi ſimile quid apud vos hodie molienti, fauorem veſtrum promptum paratum ſperare licet.

Veteris ACHÆORVM Reipublicæ, quam ſublimis, ſubactíque iudicij ſcriptor *Polybius*, ceu optimum præclarè conſtitutæ Reipublicæ exemplar commendat; cuiuſque mirum incrementum deprædicat,

quæ

quæ tamen ipſa non vltra centum triginta ſeptem annos ſtetit,interitum animis veſtris Oratione mea ſiſtere conſilium eſt. Quæ forma alioquin haud adeò diſpar eſt Illuſtriſſimis nonnullis, quas hodie ſol illuſtrat, Rebus publicis: quibuſnam videlicet ea gradibus, quibus tùm inteſtinis morbis motibúſque, tùm conſiliis flagitiiſque externis in Romanorum potentiam conceſſerit. Id antequam facio, de ipſa priùs Achaica Vnione ſeu Republica, eiuſque inſtitutis ſaluberrimis, differere paucis attinet.

Peninſula eſt (*Peloponneſum* olim, *Moream* hodie vocitant) anguſtis Iſthmi Corinthiaci faucibus continenti adhærens. Eam ab initio tenuêre Reges, ad Ogygi filios vſque. Hi quia non legitimo more verùm tyrannicè iam imperarent, viſum ciuitatibus in ea nõnullis, mixtis in vnum Rebuſpublicis, in commune conſulere: ſic duodecim inter ſe ciuitates in ſtatũ popularem coiêre. Et ſtetit ea ſocietas ad Alexandri Philippíque tempora: quibus, excreſcente iam Macedonum potentia, eorundem aſtu artibúſque diſcordes aliquãdiu diſſociatæque, ſibiq́;,adeò ſingulæ relictæ, aliæ Macedonum præſidia,aliæ varios Tyrannos nanctæ ſunt. Mox tamen pœnitentia quædam ductæ, quo tempore Pyrrhus in Italiam traiecit, acrius rurſum,præſidiis Tyranníſque eiectis, coaluêre, trecentis fermè ante Saluatorem noſtrum annis, Olympiade 124, Anno ſeptuageſimo ſecundo ſupra quadringenteſimum vrbis conditæ. Et initium factum, ſeu fundamenta vnionis iſtius ſocietatiſq; iacta, à DVABVS primùm ciuitatibus (putà Dimæis & Patrenſibus) hæ

Digitized by Google

ſcilicet primæ conſpirare ſeu congruere cœperunt: Quibus mox aliæ duæ acceſsêre, Tritæenſes & Phæreenſes. Inde quinto fermè poſt anno, tres aliæ additæ, puta Ægienſes, Burij, Carynenſes: ſic SEPTEM in vniuerſum ciuitates per viginti quinque annos in vnũ Reipubl. corpus coaluêre: Paulatimq; omnes penè priſtinæ, duabus tantum exceptis, veteri ſocietati redditæ: Idque tam arcto ſocietatis, ὁμονοίας, inter ſe vinculo, tantoq; animorum concentu, vt hæc in vnam propemodum ciuitatem conſociatio fuerit, mœnium tantum ambitu diſparatam: Nam, vt maximè per ciuitates ceu membra diuiſæ eſſent, vnum tamen corpus vnúmque Imperium habuêre, ſingularúmque pericula mutuis periculis propulſabantur: Inque eam famam venêre iuſtitiæ æquitatíſque, vt quemadmodum olim Græci nominis per Italiam ciuitates horum conſiliis ad concordiam redierant, imò & Reſpublicas ſuas ad earum inſtar compoſuerant, quin & ſæpè ad earum arbitrium itum fuerat, non potentiæ quidem ratione, quæ Achæorum tùm inter Græcos minima erat, verùm fidei probitatiſq;, πίςεως ϗ καλοκογαθίας, ita poſteà quoque, renouata iam ſocietate, ingentem famam exiſtimationémque tulerint: ſic quidem, vt paulatim quoque his ciuitates aliquæ, etiam extra Peloponneſum Iſthmúmque ſitæ, acceſſerint, Tyrannis iniuſtiſq; poſſeſſoribus vbique ſubmotis: Idque haud alio illicio (nam princeps hæc ratio cauſáque fuit) quàm Tyrannidis hinc odio, quod publicè profeſſi: inde enixo domi Æquabilitatis, ἰσηγορίας, ἰσότητος παῤῥησίας καὶ φιλανθρωπίας, Iuſtęq; libertatis ſtudio, cuius

ibi

ibi præcipua cura erat: Eædem quippe omnibus ciuitatibus leges, pondera, menſuræ, pecuniæ, idem omnibus honos, etiam poſtremùm in Vnionem receptis erat, atque vt in veteri illo eſt, *ſanati fortique ſiremps ius fuit*, ſic vt nulla earum dignatione locóve cæteris antiſtaret: Quibus profectò inſtitutis neq; ad augendam ſocietatem, atque in fœdus depoſcendos alios inuitandóſq; efficacius, neq; ad tenendam inter ſociatas vrbes concordiam validius quidquam eſſe poſſit. His adde, quod nauata quamlibet aliis opera, ſingulorum tantum libertatem, communémque omnium concordiã, non proprium commodum vnquam quæſiuiſſe deprehenduntur. Exinde igitur, fœdus eorum atque amicitiam, non dico vicinæ Reſpublicæ, verùm Reges quoq; potentiſſimi, Macedonum, Pergameni, Aegyptij, Syriæ, certatim expetiêre: Imò Romani ipſi: verùm fatali demùm, vt in tempore memorabo, ſocietate.

Summæ rei ab initio, pérque viginti quinque annos, duo *Duces præfuêre*, quîs vnus Scriba additus: mox, quia id præſtare viſum, vti per vnum ſummæ rei conſuleretur, Dux vnus habitus, quem ipſi *Strategum*, Romani *Prætorem* à muniis potiſſimùm militaribus dixêre: iſq; ex hâc modò, modò illâ ciuitate ſumptus, qui virtute inter omnes præcelleret: & annuo quidem fermè imperio, niſi cui id prorogare, quod ſæpè factum, libitum eſſet. Et primus eo honore functus *Marcus* è Carynenſibus, qui vltimi è ſeptem primis ſocietati acceſſerant. Ex horum deinceps numero, principes præcipuiq; in patriam pietate virtutéque memorantur, poſt Marcum, *Aratus* Sicyonius, qui patriam ſuam

tyrannide liberatam Achæis adiunxit, eóque, quamlibet vicennis tantum, Prætor factus: mox Prætura iterùm ornatus Corinthios & Megarenſes ſocietati addidit: additiq; tùm etiam Megalapolitani, Argiui, Hermionenſes, Phliaſij, Aeginenſes: Inde *Philopæmen* Megalopolitanus, qui 40 annos in Republ. verſatus eſt, per quem Lacedæmon Achaiæ addita: Tertius *Lycortas*, Polybij pater.

Conuentus Achæorum, ſeu comitia gentis ſtata bis in anno habita, circa Pleiadum ortum & Autumnum: Idque ſtato etiam loco, Aegij ſcil. quod medium fermè totius regionis oppidum erat, opibúſque populiq; frequentia & ſplendore ſupra cœtera eminebat: idq; luco Iouis, *Aenarium* id vocabant. Quod etiam ſub Imperatoribus Romanis ſtetit. Penes hos olim conuentus belli. pacis, Legum fœderúmque arbitrium erat: Hiſq; præſidebat Prætor vna cum decem adſeſſoribus, quos *Demiurgos* dixêre. Et hæc quidem paucis de Achaicæ Reipubl. Origine, Incrementis, Formáque dicta ſint.

LEGES eorum apprimè ſalutares hæ inter alias memorantur. Et iſthæc quidem, *Ne vltra diem tertium Concilium gentis traheretur, verùm, vt eo omninò die decretum fieret.* Prouidentiſſimè, eò quòd longis ſæpè conſultationum moris, cunctationibus, fruſtrationibúſque, rei præclarè gerendæ occaſio domi amittitur, hoſti contrà audendi maturandiq; fiducia additur: & vt in veteri illo eſt, *multa amittuntur tarditate & ſecordia*: vel vt in altero illo, *cunctando ſeneſcunt conſilia.* Quam quidem legem hodie quoque alicubi referri ſummum operæ pretium

pretium fuerit, ac non per inania honorum, ſupérq; his iurgia, vel etiã per feſtiuitatũ ludibria ludicráq;, dies, cũ ſummæ rei diſpendio, duci erogariq;. Par prouidentia Legis iſtius fuit, *Ne cui exteræ gẽtis Legato conciliũ daretur, niſi editis priùs mandatis ſcriptis, per quæ ante appareret, cuius cauſa concilium poſtularetur.* Cuius quidem legis auctoritate cùm Q. Metello concilium aliquando negatum fuiſſet, eáq; re Romani offenderentur, miſſis equidem Legatis Achæi id reſponſi à Senatu tulére, *operam darent, vti legatis Romanis ſemper adeundi concilium poteſtas fieret, quemadmodum & illis quotiens vellent, Senatus Romæ daretur*: ſed tamen idem & Flaminio poſtea denegatum, tranſmiſſúmque id ſine offenſa. Prouida mehercle cautione, ne alioquin hinc fundamentalibus Achaicæ vnionis legibus contraria in Concilio fortè proponerentur: inde verò, vt de ante exploratis in cõſilium eo melius poſteà iretur: tandem vt priuatæ Legatorum libidini occurretur. Fuit & hæc Lex ad concordiam ſanciendam, publicámque adeò omnium ſalutem maximè faciens, *Ne cui Achaici concilij ciuitati ſeorſim Legatos ad externa mittere fas eſſet.* Non inter alios ſcilicet fida ſocietas vnquam eſſe poſſit, quàm vbi idem oõmnibus educit, atque in commune bona fide conſulitur, iidémque omnibus ſunt amici, conſultores, auxiliaréſque: non verò vbi cum exteris ſecretò ſinguli capita conferunt, conſiliáque miſcent. Huiúſque legis tanta apud Achæos integros adhuc religio extitit, vt id nuncupatis quoque verbis pactis conuentis inter Achæos Romanóſque inditum aliquando fuerit: Cõtrà, labaſcare tum maximè viſa Reſ-

Digitized by Google

publica, vbi Romanorum, & quidem Appij Claudij aſtu factum, vt Lacedæmonij aduerſus eam admitterent: vnde certè diſſidia mox diſſidiis cumulata, certiſſimo tandem Reipubl. exitio. Laudatiſſima quoque ſanctiſſimáque aduerſus Munerum corruptelas Lex fuit, *Ne quiſquam donum-munus à quoquam Regum cepiſſe vellet.* Neque priuatim id modò ſancitum, ſed & publicè ſeruatum. Hinc adeò variorum Regum dona-ſtipendia ab Achæis ſæpè ſpreta, veluti pecuniæ, naues, armáque: adeò quoque, vt nonnulli indicendum ideò Eumeni Pergamenorum R. odium cenſerent, quod talem aliquando largitionem, haud adeò alioquin improbabilem, tentauerat, puta c x x. talentorum, è quorum fœnore obſonia atque impendia his qui ad commune gentis concilium conuenirent, penderentur, atque inde paſcerentur. Salutari mehercle inſtituto (vt res tum Achæorum erant) ſi quod aliud, aduerſus externorum venena: Aduerſus quæ pro Legis illius ſalubritate nemo quidquam elegantius veriúſque dixerit, quàm quod Apollonius Sicyonius, pro ſententia tum aduerſus illam Eumenis largitionem diſſeruit: *Pecuniam equidem quæ dono offerretur, magnitudine ſua Achæis dignam: ſi animum verò cauſámque donandi ſpectes, fœdiſſimam eam largitionem, & aduerſus Leges eſſe: nam cùm ſingulis dona accipere, vetitum Lege ſit, defœdam maximè rem fore, ſi omnes in commune publicéque eam admitterent: Turpiſſimum ad hæc, ſi quotannis concilium gentis à Rege paſceretur, Achæiq; ad deliberandum de rebus in commune ſpectantibus, velut eſca priùs deglutita, accederent. Neque exemplum ibi ſtiturum, vbi ſemel cœpiſſet: nunc vnum*
Regem

Digitized by Google

Regem pecunias largiri, largituros mox alios, ſubinde & alios: Tandem, cùm Regum liberarúmque ciuitatum réſque commodáque natura ſua pugnent, plurimæq́ adeò maximiq́ momenti controuerſiæ cum Regibus intercedant, ſi dona Regum admitterent, duorum alterutrum euenturum: vt aut Regum vtilitatem propriis commodis anteferant, quod ſceleſtum atque impium, aut ingrati videantur, qui his ſeſe opponerent, quorum ſtipendiarij mercenariiue eſſent. Denique omnis æui experientia teſtatur, hac clancularia machina, neque alia magis, libertatis ſtudium, patriæq́; amorem, quæ ſecunda *pietas* eſt, facilimè exui ſubruíque.

Præclaris hiſce, atque id genus inſtitutis aliis, hoc enixo libertatis ſtudio, Achaia, vt ipſa aliquamdiu florens ſtetit, ita & commune Græciæ libertatíſque aſylum extitit. Quanquam inter hæc Achæi ea mala euitare non omninò potuerunt, quæ iuſtæ Vnionis Libertatíſque fulgor atque æmulatio concitare ſolet. Hinc adeò adſidua his cum finitimis, veluti Aetolis, Lacedæmoniis, Macedonibus, in vnum etiam aliquando ſociatis, Eleiſq́;, bella fuêre. Tandem, qui aliis populis pares, eſt & vbi ſuperiores extiterant, Romanis non magis armis quàm artibus & ſophiſmatis vltimum ſuccubuêre: ipſi alioquin minimè omnium mali, ſimplicitatíque dediti, malis denique artibus vacui, ſic vt ne hoſtes quidem dolo vincere vellent: Quo elogio eos proſequitur Hiſtoricorum πολιτικώτατος Polybius. Eiuſce verò rei ordinem & progreſſum aperire nunc animus eſt, pauciſſimis tamen admodum in præſens lineis, imò punctis: quibus alioquin pro dignitate tractandis, liber integer rectè conderetur. Tot

ſcilicet arcana vel hæc vna veteris Hiſtoriæ pars continet, vt Pragmatiam integram deſideraret. Mihi abundè nunc fuerit, oſtendere, quomodo ſeſe Romani apud Achæos inſinuare primùm cœperint: atque à fœderatis diuulſos, intérque ſe diuiſos, paulatimq́; ſibi obnoxios, in poteſtatem tandem redegerint.

ROMANI igitur, iam Italiæ, Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ, domini erant: iam in Illyricum arma promouerant, iã bello Punico ſecundo defunɥcti, Pœníſque adtritis, maris potentes erant (quod validiſſimum ad imperium proferendum eſſe omnis æui memoria conteſtatur) ſtatim Romani in Macedonum Regem arma vertêre, Athenienſibus mox Aetolis auxilium contra Philippi R. iniurias implorantibus: Quippe iam gentium Reges, Duces, populi, nationes, præſidia ſibi ab vrbe Roma petebant. Et arrepta auide ea occaſio, ſpecie quidem ſocios iuuandi, ac, vt verbo præſenti rem exprimam, *protectionis*, re autem ſollicitante præda: Quo potiſſimum obtentu populum Romanum terrarum potitum, Romanæ quóque eloquentiæ pater agnoſcit. Atque iſtud eſt *bellum Macedonicum*, quod in tanta deinceps fama fuit. Quo quidem etſi Philippus cum Achæis ſocietatem firmaſſet, attritus tamen ſtatim ab Attilio, mox & Flaminio (qui tertius eò C o s. miſſus fuerat) in Epiri faucibus: & maritimis quibuſdam oris occupatis in Macedoniam vnde exceſſerat compulſus: Theſſalia inſuper, quæ vicina Macedoniæ erat, ſociis Aetolis & Athamantibus vexata: naualiq́; bello Attalo R. Rhodiiſq́, iuuantibus, Eubœa maritimáque ora occupatę: Græcęq́; item ciuitates, quæ nihil in Ro-

in Romanos admiſerant, quæq; Macedoni inuitæ paruerant, crudeliter habitæ: Erithria direpta, Corinthus obſeſſa. Hinc igitur inclinata Macedonum fortuna, quorum maieſtatem Achæi hactenùs coluerant, mutuiſq; inter ſe beneficiis nexi erant, ilicò Flaminius, de Achæis à ſocietate Macedonica ad Romanam amicitiam traducendis ſeriò cogitare cœpit: Et impetrandi ſpes quoque inde affulſerat, quod Achaia iam in partes diducta erat: Cycliade ad Philippum R. res trahente, eóque Achaia pulſo, contra Ariſtæno Prætore Romanis palàm fauente. Quin & præmio Achæos inuitare viſum, miſſiq; adeò Legati, qui Corinthum his pollicerētur, ſi ab Rege ad Romanos defeciſſent. Et datum Legatis Concilium Sicyone: vbi ſanè ab initio non ſimplex tùm animorum motus erat: Terrebat hinc eos Lacedæmonius grauis & aſſiduus ab antiquo hoſtis: inde Romana arma horrebant, ſed & Macedonum, beneficiis veteribus & recentibus tenebantur, ſed Regem ipſum ſuſpectum habebant, ob crudelitatem perfidiamq;, grauiorem poſt bellum dominum metuentes: Eoq; incerti agebant, vt quid vellent quídve optarent, ne ipſis quidem ſatis conſtaret: Quare auditis hinc Romanis, ſimúlque Attali, Rhodiorum Athenienſiúmque Legatis, inde Cleomedonte Philippi: quorum illi ſocietatem amicitiámque palàm petebant: hic vt ſecum ſtarent, modò ne armis intereſſent inter vtroſq; medij, imò neutri, quid cenſerent incerti agebant. Verùm vnius Ariſtæni Prætoris Oratione fauor in Romanos inclinare cœpit: *oſtenſa hinc Philippi impotentia, qui Achæos Lacedæmoniis depopulandos vaſtan-*

Digitized by Google

dóſque reliquiſſet, tótque vrbes à Romanis capi oppugnarique paſſus fuiſſet, atque ipſe etiam Romanis ceſſiſſet: quare, ſi ſua voluntate tot ſocios hoſtibus diripiendos reliquiſſet, quin & ſocij ſibi conſulerent recuſare non poſſe: ſin metu, Achæis quoque ignoſcere oportere pariter timentibus qui ipſe victus armis ceſſerat: Inde verò, oſtenſa Romanorum potentia felicitatéque, poſteaquam ij bello Punico ſemel defuncti eſſent, maréque in poteſtate haberent, vbi Peloponneſus nauali bello apertior opportuniórque erat. Commemoratæ & veteres Achæorum iniuriæ, crudelitatéſque à Philippo exercitæ: Neque mediam viam, quam Macedo oſtenderet, mediam eſſe, ſed nullam. Etenim præterquam quod aut accipienda aut aſpernanda Romana ſocietas eſſet, quid aliud Achæos quàm nuſpiam gratia ſtabili, velut qui euentum exſpectaſſent, vt fortunæ applicarent ſua conſilia, prædam victoris futuros? Quare, quod omnibus votis petendum erat, oblatum ne faſtidirent: neque enim quemadmodum hodie vtrumque Achæis liceret, ſic ſemper liciturnm. Obnitebantur contra alij, & quidem initio è decem Demiurgis pars media, vtpote qui proſpicerent, vnà cum aliis Græcis, μεθάρμωσιν τὴν δεσποτὴν, οὐκ ἐλευθέρωσιν τὴν ἑλλήνων, Romanoſq; adeò ſuſceptas à Philippo Græciæ pedicas ſeu compedes iniecturos: Idque vnum agere, vt Achaiæ, Græciæque imperitarent: Legis etiam religione ducti, quæ vetaret, *Quidquam quod aduerſus Philippi ſocietatem eſſet, aut Magiſtratibus referre, aut concilio decernere.* Quinimò & tres ciuitates, Dimæi, Megalopolitani & Argiui quidam, ante decretum conſurrexerant, concilioq; exierant. Nihilominùs, perculſis ſemel formidine animis, peruicit eorum ſententia, qui ſocietatem cum Romanis

Digitized by Google

nis ſuaderent. Et fœdus mox cum Attalo Rhodiiſque, dein & cum Romanis initum. Scio equidem, quæ Polybius pro Ariſtæno ſcripſit, vt eum hoc facto non ideo pro proditore patriæ habendum oſtendat, quod quidam autumabant, verùm εὐεργέτην καὶ σωτῆρα. Scio etiam in præſens id proſperum lætúmque maximè viſum: nam & mox pace Philippo data publico ludicro Iſthmiorum Nemeorúmque per præconem proquiritatum, *Libertatem toti Græciæ redditã*, coronæq; & lemniſci in Conſulem iactata: imò populus vbiq; geſtiens lætitia ſermonibus ſibi de Romanis gratulatus eſt, *Eſſe aliquam in terris gentem, quæ ſua impenſa, ſuo labore ac periculo, bella pro aliorum libertate gereret, neque id finitimis aut propinquæ vicinitatis hominibus, terriſve continenti iunctis præſtari, verum & maria traiici, ne quod toto orbe iniuſtum imperium eſſet, & vbique ius fas léxque potentiſſima eſſent: vna voce præconis liberatas omnes Græciæ atque Aſiæ vrbes: hoc ſpe concipere, audacis animi fuiſſe, ad effectum adducere virtutis & fortunæ ingentis.* Scio etiam ſanciendæ in poſterum ſocietati Achæorum fidem à Romanis trium ciuitatum præmio (puta Corinthi, Triphyliæ & Hereæ) auctoratam, quas antea Macedo vnioni Achaicæ detractum iuerat. Neque minimum etiam lætitiæ ad Achæos rediit ex bello à Romanis mox-mox aduerſus Nabim Lacedæmoniorum R. pro Argis recuperandis geſto: Quo quidem ſuſcepto Imp. Romanus in conuentu publico proteſtatus fuerat, *hanc rem totam Romanos nihil contingere, niſi quatenus libertati Græciæ vnius ciuitatis ſeruitus, non plenam nec integram gloriam eſſe fineret.* Etſi contra Aetoli tum iactarent,

N

vanum libertatis titulum obtendi, at reuera Romanos manendi in Græcia retinendique exercitus Argos & Nabin cauſam facere: Achæis contrà contendentibus rogantibúſque Romanos, *Vt à Nabide Argos recuperarent, itáque Græciæ res conſtituerent, vt à latrocinio quoque Aetolorum ſatis pacata relinqueretur.* Exinde certè reſtituti Argi in commune Achaiæ concilium. Imò & contra quam ſuſpicaces Aetoli rurſum prædixerant, deducta præſidia à Flaminio, à Demetriade, Chalcidéque & Oreo atque ab Eretria : & AcroCorinthus vacua Achæis tradita, *vt omnes*, inquiebat Flaminius, *ſcirent, vtrum Romanis an Aetolis mentiri mos eſſet, qui malè commiſſam libertatem populo Romano ſermonibus diſtulerant, & mutatos pro Macedonibus Romanos dominos: Quin & reliquas omnes ciuitates monere, vt ex factis non dictis homines penſarent, intelligeréntque quibus credendum & à quibus cauendum eſſet: libertate modicè vterentur: temperatam eam ſalubrem & ſingulis & ciuitatibus eſſe: nimiam, & aliis grauem & ipſis qui habeant effrænatam & præcipitem eſſe: Concordiæ in ciuitatibus principes & ordines inter ſe, & in commune omnes ciuitates conſulerent: aduerſus conſentientes nec Regem quenquam ſatis validum, nec tyrannum fore: diſcordiam & ſeditionem omnia opportuna inſidiantibus facere, cum pars quæ domeſtico certamine inferior ſit, externo potius ſe applicet quam ciuis cedat: alienis armis partam externa fide redditam libertatem ſua cura cuſtodirent ſeruaréntque, vt populus Romanus dignis datam libertatem ac merita ſua benè poſita ſciret.* Magna hæc fateor, initâ ſemel cum Achæis ſocietate, in Achæos populi Romani merita, imò & peculiaria etiam Flaminij atque in tempore ſalutaria:

lutaria conſilia fuêre. Quibus adde & maritimorum locorum tuendorum curam Achæis demandatam. Quinimò & ea quoque occaſione Achæi Lacedæmonem iam ſibi adiunxêre. Nam cùm Aetoli, qui primi Romanos in Græciam traxerant, verſis nũc animis Romanorum facta lacerarent, quòd & pacem Philippo datam indignarentur, ipſiq; omnium Græciæ gentium ciuitatúmque inhonoratiſſimi poſt victoriam de Philippo eſſent, cuius cauſa ipſi fuerant, atque ab amicitiâ P. R. defeciſſent, quin & Nabim ſimul & Philippum & Antiochum ad inferendum populo Romano bellum ſollicitaſſent, contráque fœdus maritimas oras occupaſſent, Achæi ipſi, quibus maritimorum Laconum tuendorum cura mandata erat, ſuſcepto bello, captam Lacedæmonem ſocietati ſui adiunxêre. Quod vtrumque poſteà Achæis exitio fuit.

Et fuit tamen, fuit hæc tandem, AVDITORES, Achæis felicitas improſpera, primúſque adeò fuit hic ſplendentis in ſpeciem felicitatis, ſed reuera ad exitium ducentis gradus: prima hæc mali labes: vbi videlicet diſtractâ ſemel patria, collapſiſq; horrore potentiæ Romanæ animis, vetus cum vicinis ſocietas diſtracta, noua viciſſim cum late victore populo Romano amicitia inita, poſthabita fœderum religione, veterúmque & recentium in ſe meritorum memoria: Quódque rei caput eſt, cùm omnium Græciæ Aſiæque populorum ex æquo intereſſet, adoleſcenti tùm Romanorum potentiæ ſociatis viribus modum ponere: ne alioquin illud tandem eueniret, quod profectò

Digitized by Google

euenit. *Dum ſinguli pugnant, vniuerſi vincuntur.* Et tamen id ne non eueniret, enixam operam Achæi Romanis deinceps ſemper nauauêre: promptis ſemper in Romanos ſtudiis: gratiamq; adeò multiplicem retulêre: non modo contra Philippum, quem certè vel ipſius Flaminij Imp. Romani iudicio, *etſi debilitari, at non & penitus regnum gentémque tolli, Græcorum ipſorum intererat*: quod poſtea tamen factum, ſuſcepto aduerſum Perſeum bello, quo Achæi rurſum egregiam ſcil. operam pro Romanis nauauêre, de quo poſteà: verùm etiam bello contra Antiochum R. Syriæ, qui ab Aetolis concitatus fuerat, Græciæq; ciuitates quaſdam iam percellebat, quamuis ab eo tentati, *Vt neutri ſeſe parti adiungerent, verùm belli ſpectatores alienæ fortunæ euentum ſine vllo diſcrimine rerum ſuarum operirentur*, in amicitia Romana manſêre, auxiliaq; his ſubmiſêre, cùm cœteri fermè Græci à Romanis alieno eſſent animo. Exinde non Antiochus modò apud Thermopylas, Philippo Macedonum R. quoque adiuuante, victus Græciaq; pulſus: verum & Bœotij in ordinem redacti, *Aetolique* ipſi poſt varias pacis conditiones necquicquam tentatas, capta tandem Ambracia, ſubacti fuêre: Aetolorúmque adeò conſilia, qui primùm Romanos, Antiochum deinde in Græciam adduxerant, in ipſorum caput recidêre. Quinimò arma quoque aduerſus Antigonum in Aſiam à Romanis promota, Achæis adiutoribus, vt & in Gallogræciam, Regibus Macedonum, Pergamenis, Bithyniæ eodem ſeſe errore implicantibus, iuuandi ſcil. Romanos aduerſus Antigonum, quò à Scipionibus fratribus inducti fuerãt propoſito alio-

aliorum Regum exemplo,quorũ maieſtas tantũ abeſt à Romanis imminuta, vt contra adaucta fuiſſet: Antiocho contra dicente, *venire Romanos ad omnia regna tollenda, vt nullum vſpiam orbis terrarum niſi Romanorum imperium eſſet: & vt quiſque proximus ab oppreſſo eſſet, velut continens incendium peruaſurum*. O verum vatem! Et tamen ſurdis hæc tùm canebantur: Achæíque in amicitiâ Romanorum & tum & deinceps ſtetêre: In tantum quoque ſiue adulationis,ſiue proiectæ ſeruitutis,vt publico aliquando decreto Macedonibus finibus ſuis interdicerent, ne quâ forte à fide populi Romani diſtrahi crederentur. Cuius proiectæ ſeruitutis exinde ſtatim vt Philippicum bellum geſtum eſt, ac deinceps quoque, varia alia documenta extitêre: veluti quod bellum non ante aduerſus Nabim ab Achæis ſumptum,quàm quid placeret Senatui, audiſſent: Quod Legati identidem, quauis occaſione Romam velut ad oraculum miſſi: Quod Legatis exterorum, veluti Antiochi, nonniſi coràm Imp. Romano T. Quinctio Ægis concilium datum. Et quid mirum iam, ſi Romani,felicibus vndique,per ipſoſmet Achæos,victoriis ſibi procedentibus,pro imperio apud hos agere paulatim inſtituerunt, vímque adeò maieſtatémque Imperij Romani oſtentauêre, certiſſimo eorum quæ deinceps inſecuta ſint, niſi mens Achæis læua fuiſſet, augurio, præſagióque.Cuius quidem rei documenta, quædam ſaltem, nunc ediſſeram. *Meſſenij* ab Achæis ad Ætolos defecerant, quo tempore Antiochus bellum gerebat: hos Antiochico bello confecto miſſis legatis ad concordiam Achæi reuocare ſtuduerant, verum Meſ-

ſenij legatis ſine reſponſo dimiſſis bellum mouerant: ſed obſeſſi,trepidiq; iam rerum ſuarum, legatos ad T. Quinctium miſere, ceu auctorem libertatis, qui nunciarent, *Meſſenios Romanis non Achæis & aperire portas & vrbem ſuam dedere paratos.* Auditis Legatis extemplo profectus Quinctius Megalopolim ad Prætorem Achæorum miſit, exercitum à Meſſene reduceret, atque ad ſe veniret. Dicto paruit Prætor, ſolutaq; obſidione Quinctio occurrit: Et cum cauſas oppugnationis exponeret,Quinctius caſtigatum, *Quod tantam rem ſine auctoritate ſua conatus eſſet*, dimittere exercitum iuſſit, néve pacem omnium bono partam turbaret: Meſſeniiſque imperatum, vt exules reducerent, & Achæorum concilij eſſent: ſi quæ haberent, de quibus aut accuſare aut in poſterum cauere ſibi vellent, Corinthum ad ſe venirent, Prætorémque concilium Achæorum extemplo ſibi præbere iuſſit. Concilio ſibi dato (alterum en gliſcentis impotentiæ Romanę documentum habete) de Zacintho inſulâ queri cœpit,quaſi per fraudem ab Achæis intercepta, cùm eandem tamen optimo iure poſſiderent: quia eius inſulę prępoſitus, poſt fugam Antiochi à Thermopylis,eam Achæis tradiderat. Contra, id præmium belli ſuum eſſe Romani contendebant, *quia Romanæ legiones non pro Achæis ad Thermopylas pugnaſſent.* Et quanquam Diophanes Prætor aduerſus hæc pugnaret, attamen increpita Prętoris pertinacia decretum ab Achæis, vt Titio Quinctio ea res permitteretur. Et ſuaue oppidò fuit tùm T. Quinctij carmen, quo Achæos defixum iuit:Nempe, *ſi vtilem eius inſulæ poſſeſſionem Achæis ipſe crede-*

crederet, auctorem ſe Senatui populóque Romano vltrò futurum, vti eam Achæos habere ſinerent: Cæterùm, ſicut teſtudo, vbi collecta intra ſuum tegumen eſt, tutum ad omnes ictus eſſet: contrà vbi partes aliquas exeruit, quodcunque nudauit, obnoxium atque infirmum exiſtat: haud diſsimiliter Achæos clauſos vndique mari, quæ intra Peloponneſi ſint terminos & iungere ſibi & tueri facile, ſimul auiditate plura amplectendi hinc exceſſerint, nuda ipſis omnia quæ extra ſint, & ad omnes ictus expoſita eſſe. Sic aſſentiente concilio, neque Diophane vltra tendere auſo, Zacynthus Romanis traditur. Audite & tertium documentum, inteſtinis iam diſſidiis ſeſe miſcentium Romanorum. Perlata per idem tempus Ægienſium aduerſus Achæos querela ad Conſulem Romanum: Ægium, vt antea dictum Concilij Achaici cõuentus hactenus indicti fuerant: ſiue dignitati vrbis id, ſiue opportunitati magis datum. Hunc morem Philopœmen Prætor tum labefactare conatus legem parabat ferre, vt in omnibus ciuitatibus quæ Achaici concilij eſſent, per vices conuentus ageretur: Et Demiurgis Ægium cõuentum euocantibus, Philopœmen Argos indixit: Quò cùm appareret omnes ferè conuenturos, Conſul quoque, quanquam Ægienſium cauſæ faueret, Argos venit. Vbi tamen cùm diſceptatio fuiſſet, rémque inclinatam cerneret, incepto deſtitit.

Non hæc manifeſta ſatis Romanæ ſeruitutis in dies magis magiſq; inuehendæ præludia fuerunt: vbi Romani iam quotidiani actuum publicorum exploratores cenſoréſque erant? vbi arma Achæi pro eorum lubitu iam ponerent ſumeréntque? vbi querelarum inter

Digitized by Google

Achæos Romani Iudices ſumpti? vbi Legati pro arbitrio ſuo iam omnia facerent? imo iure belli quæſita ioculari argumento auerterent?

Sed iam apertiora accipite. *Lacedæmonius* grauis ab antiquo aſſiduúſque Achæorum hoſtis, Achaico tandẽ & ipſe concilio per Philopœmenem nuper vnitus ſociatúſque fuerat. Verùm infida iſthæc Lacedæmonis ſocietas, fatalis Achæorum inclinationis cauſa extitit: quódque apud concordes vinculum charitatis, incitamentum irarum apud diſcordes fuit: Nam & vetus ſemper æmulatio ſupererat, & acceſſerat nouarum querelarum incentiuum, exulum quorundam occaſione, quorum pars magna in maritimis Laconicæ oræ caſtellis vicíſque erant, quæ Romani in fidem tutelámq; Achæorum tradiderant. Lacedæmonij id ægrè ferentes, & vt aliquem ad mare acceſſum haberent, ſi quando Romam alióve quo Legatos mitterent, ſimul vt emporium receptaculúmque peregrinis mercibus ad neceſſarios vſus eſſet, nocte adorti vicum maritimum quibuſdam cæſis improuiſo occupauêre: & quanquam ſequenti mox luce à vicanis exulibúſque pulſi fuiſſent, attamen terror omnem oram perſuaſit: vnde Legati communiter, à caſtellis omnibus vicíſque & exulibus qui ibi erant, ad Achæos miſſi. Quare Philopœmene Prætore, qui exulum cauſam tuebatur, auctórque ſemper fuerat minuendi opes auctoritatémque Lacedæmoniorum, auctore decretum factum, *Niſi eius rei auctores affinéſque Achæis dederentur, violatum fœdus videri.* Et miſſi extemplo Lacedæmonem ad depoſcendos eos. Hoc imperio tanquam ſuperbo & indigno

digno offenſi Lacedæmonij,30.hominibus ex factione Philopœmenis exulúmque interfectis, ſocietatem Achæis renunciandam decreuerunt : legatóſque mitti placuit qui Romanis Lacedæmonem dederent, oraréntque Fuluium, vt in Peloponeſum veniret,ſéque in fidem ditionémque populi Romani acciperet. Hoc comperto & Achæi bellum Lacedæmoniis indixere: eóque tumultu Conſul in Peloponeſum adductus, poſt longam altercationem, partem vtrámque fouendo,poſt multa ambitioſè & incertè reſponſa, vna denunciatione tùm modum impoſuit, *vti bello abſtinerent, donec Romam Legatos ad Senatum* miſiſſent. Vtrinque igitur Legati miſſi, & Achæorum quidem Principes, qui diſſidentes in Republicâ tum quoque minimè congruentia inter ſe dixere. Magnæ equidem auctoritatis apud Romanos gens Achæorum erat, nouari tamen de Lacedæmoniis nil placebat. Quare & reſponſum ita perplexum datum, vt & Achæi ſibi de Lacedæmone quiduis permiſſum acciperent, & Lacedæmonij non omnia iis conceſſa interpretarentur, Igitur caſtris in finibus Lacedæmoniorum poſitis, Legati ad Achæos miſſi ad depoſcendos defectionis authores, cum pollicitatione eos nihil indicta cauſa paſſuros : Verùm impetu ab exulibus Lacedæmoniorum qui cum Achæis tum erant in Lacedæmonios facto,ſeptendecim primùm interfecti; mox 63,à quibus Prætor primùm vim arcuerat, damnati traditíque ad ſupplicium:ſic 80.in vniuerſum ad Compaſium cæſi: Exinde pulſis ſeditionis auctoribus, diſtractíſque aliquot ſeruitiorum millibus, muri Spartæ diruti, exules

reſtituti, Lycurgi leges abrogatæ. Acrius hinc irritatis Lacedæmoniis, res ad Romanos frequentibus vtrímque Legationibus relata, Lacedæmoniis querentibus quaſi ſolutâ Romanorum auctoritate, τῇ δυνάμει καὶ τῇ προστασίᾳ, eò tandem proceſſit, hinc pertinaci Lacedæmoniorum æmulatione, inde Romano frigidam ſuffundente, vt hanc Lacedæmoniorum ab Achaica Vnione ſeceſſionem, totius Græciæ calamitatis fundũ vetus memoria exerte agnoſcat, quod exitus mox oſtendet. Et ſubiit inter hæc hoc in negotio diſſidióque ipſo exitialis diſcordiarum domi fomes: apertè enim iam Achæi ipſi inter ſe diſſentire, atque in factiones partéſque diduci: pars quippe Romanæ potentiæ magnitudiniſq; admiratione capti, mollioribus deinceps conſiliis agendum, Romaníſque controuerſiæ diſceptationem permittendam, imperata denique facienda cenſere: Pars contra patriæ amantes palàm obnuntiare, hoc facto Achaiæ Græciæq; fatum accelerari, ſuis denique legibus ex fœdere litem hanc diſcingendam contendere. Acceſſit & iſtuc mali, quod Exules nonnulli hoſtéſque publicè ab Achæis iudicati, eadem ipſa tempeſtate Romam profecti Romanorum animos cùmmaximè in Achæos commouerunt, & vel omnium facilimè: hinc ſcilicet ita natura ferente, vt miſeris atque in fidem ſuam confugis in tempore ſubueniſſe, quo maior quiſque eſt, ita vel maximè velit, & fluctuantibus ſtationem ſe præbere feſtinet: inde καχέκταις, quos *male contentos* hodie vocant, huiuſmodi, vel ad patriæ exitium vindictæ cupidis. Hoc Vnionis diſcidio, hoc inteſtino factionum diſſidio, viſi iam

Romani

Romani propalàm Lacedæmoniis æquiores, exulúmque & hoſtium publicorum defenſionem ſuſcipere. Hinc ſtatim impotentes ab vrbe Roma vel à Legatis Romanorum voces auditæ: modò, *facta ab Achæis Patribus diſplicuiſſe*: modò monere, *culpam emendarent*: eò maximè quod nõnullos Achæorum ſecum ſentire ſcirent: modò, *curæ iis eſſe debere, vt Legatis Romanis ſemper adeundi concilium gentis poteſtas fieret, quemadmodum & illis quoties vellent Senatus daretur.* Et quanquam morientis adhuc Libertatis veſtigia tùm manebant, quale illud quod Cæcilio Concilium denegatum eò quod ſcripta mandata non ederet: quale illud Lycortæ in os Legati Romani Appij Claudij eò miſſi ad examinandam cauſam, *venerari quidem ſe Romanos, & ſi ita vellent etiam timere, ſed plus venerari ſe timeréque Deos immortales*: Item, *Achæos Romanorum ſocios, ſed liberos eſſe, qui factorum rationem his non magis reddere cogerentur, quàm ipſi à Romanis depoſcerent: denique, æquum ſibi fœdus, nullum apud Romanos imperium*, attamen Appius Claudius vir aſperi ingenij eò confidentiæ prouectus eſt, vt *ſuadere ſe Achæis* diceret, *dùm liceret vltrò imperata faciendo gratiam inirent: malè negari petentibus qui cogere poſſent*. Audita quidem vox hæc cum omnium gemitu, ſed tamen metum iniecit imperata faciendi. Ergo decretis in Lacedæmoniorum & exulum, quorum cauſam Romani ſuſcepêre, gratiam boni Achęi in tempore paruêre. Sic facta dictis haud æquabant: primúmque adeò hoc libertatis publicæ naufragium extitit: Nam etſi placuit, Lacedæmonem in Achaico concilio manere, attamen & exules reſtituti, & damnati pœnâ liberati: & im-

O ij

Digitized by Google

munitates quædam Spartanis datæ aduerſus communem Achæorum legem: & Iudicia capitis externis decreta, leuiorum cauſarum cognitione tum Spartanis, tum Achæorum Reipubl. relicta: nouo denique murorum ambitu Sparta firmata. Simul, quia Romani optimè illius gnari erant, *Diuide & regnabis*, eadem opera denunciatum, *ſi qui vellent à concilio ſeu vnione Achaica recedere, id per Romanos licere:* nam & iſtuc mali iam acceſſerat, quod nonnullæ ciuitates Achaicæ ab vnione Achæorũ ſeceſſionis cupidæ erãt: eò quidẽ, v, Meſſenij Prętore Achęorũ cœſo, rebellarent atq; à concilio Achaico diſcederẽt: quâ occaſione auidè arreptâ, Romani, qui ſecundum fœdus Achæis auxilia mittere debebant, vel ſaltem impedire, ne ex Italia Meſſenam arma frumentúmve importaretur, nihilominùs Meſſenios non repreſſere, imo reſponſo ſuo ſeceſſionem Meſſeniorum non improbauere, quaſi ea res nihil ad ſe pertineret: etſi poſteà rebus Achæorũ aduerſus Meſſenios feliciter procedentibus, Polybio teſte, in contrarium planè diſſeruere. En quò diſcordia ciues! En quò Reſpublica per gradus prolapſa! Perculſis ſcilicet ſemel animis, diſtracta latè victoris populi metu fides vetúſque cum Macedonibus ſocietas, contra inita exitialis cum Romanis victoribus amicitia. Ab hoc principio deinceps proceſſus Romanorum per ipſos Achæos adiuti: Inde boni Achæi controuerſiarum ſuarum arbitros Romanos libenter agnoſcere: Iam ad voces eorum imperioſas adſueſcere: Iam fundamẽtales Reipub. ſuæ leges violari ſinere: Iam ea mala omnia pati quæ inclinantem ſtatum ſiue præeunt ſiue premunt,

munt, puta ſociorum & vnitorum defectiones, domeſticas factiones, proditionéſque. Et verò harum proditionum medio enectæ vires Achæorum, certatim aliis alios proditores excipientibus, & ex iis quidem aliquammulti qui ad clauum Reipubl. ſederent, etiam Prætoribus ipſis, poſteà ſcil. quam ſemel in factiones Achaia diducta, cunctáque diſcordiis ciuilibus acta. Inſignis inter alios proditor *Callicrates* memoratur: cui cùm patriæ defenſio Romæ aduerſus Lacedæmonios mandata fuiſſet, clàm eam, eiuſque ius optimum prodidit, Romanis omni ope in Achæos concitatis: vnde vafra Senatus Rom. conſilia, cauſam Lacedæmoniorum contra Achæos, qui hactenùs ſocietatem cum Romanis ex æquo coluerant, ſuſcipientis: Et poſt omnia tamen, Callicrates ipſe munerum largitione corruptus, tanquam bonus ciuis, cuius conſiliis pareret, patriæ remiſſus commendatúſque, ſummo mox Præturæ honore à bonis Achæis huius rei ignaris auctus fuit. Ab hac Callicratis proditione certiſſima iam Reipubl. labes, Polybio teſte, *ἄυτη πάλιν ἀρχὴ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐγένετο μεταβολῆς*. Admoto quippe ſemel ad patriæ gubernacula proditore, tanto exitioſius iam, quanto validiore manu libertas per cuniculos ſuffoſſa. Eóque factiones proceſſère, vt iam qui à Romanis eſſent dignoſcerentur, adeò vt Romani palàm prædicare auderent minitabundi, notos ſibi quos minùs fauentes haberent. Quæ ſanè extrema pernicies eſt, vbi iam exteri id audent. Exinde iam fœdus, quod hactenus æquum fuerat in impar tranſiit: eò re prolapsâ vt non aliud iam Achæi quàm quod

æquum Romanis videretur, definire auderent.

Vltimum vitalis ſpiritus experimentum ſupererat, quo tempore adhuc κατὰ ποσὸν ἰσολογίαν fœdus inter Romanos Achæoſq; erat, *bellum Macedonicum* aduerſus Perſeum, quò Romanus ruꝛſus vlciſcendorum ſociorum protectioniſq; ſpecie, re autem Macedoniæ inhians, incubuit. Vel tunc Achæis euigilandum erat, cùm Romanus ſucceſſus ſuos vrgens belláque ex bellis ſerendo, paulatim fluminis incendiíve inſtar vicina quæq; lamberet vexarétque: omnibus in prędam ceſſuris, ni iuncto vmbone phalanges in tempore opponerentur. Neque deerat vicinus Macedo, reconciliandæ cum Achæis gratiæ hâc tempeſtate atq; hoc cõmuni periculo iam ante bellũ ipſum viam diu quæritans, *vti fas eſt, priuata odia publicis vtilitatibus remittere*: remiſſis Achæorum ſeruis qui in Macedoniam fugerant: quod tamen eluſum eiuſdem Callicratis opera, quaſi amicitia Regis Achæos certiſſimo exitio inuolueret, etſi alij Regis amicitia vtendum cenſerent, quamdiu pax inter Regem & Romanos conſtaret: Bellóque iam conflato cum pars vtraque Achæos de armorum ſocietate appellaret, eſſéntque qui in partes Macedonum rem apertè traherent: alij etſi non apertè contra Romanos facerent, attamen apertè pro Romanis contenderent (priuatam inde gratiam quærentes) vt legum violatores perduelléſque coërcerentur: Neque deeſſent etiam, & in his Lycortas & Polybius, qui quamlibet Romanorum potentiam veriti cenſerent, hoc bello neque Macedonem neque Romanum ab Achæis neutris iuuandos: id quod v-

num

Digitized by Google

num tum ſupereſſe videbatur,iuxtà periculoſo,cui auxilium ferretur, ob ſuſpectam victoris adiuti potentiam, poſthabiti certiſſimam irritationem: Contraria tamen factio ſententiáque valuit proditorum, in quis & Archon ex Prætore qui iam ſibi quoque metuens hæreret,exemplo Ætolorum quorundam qui ob ſimilē cauſam Romam deportati fuerant,qui denegato legatis Macedonicis concilio,Romanos omnimodis iuuandos cenſebant: Tam fœdo etiam obſequio, vt vel de eo in concilio Achaico quæſitum dubitatúmve, Romanos quicquam reſcire vererentur. Quæ & ipſa extrema malorum in Republ.linea eſt, vbi iam vota, ſuffragia ſententiæq; non ſine metu exterorum procedunt. Ita ſibi relicta Macedonia, bellō quod *ſecundum Macedonicum*, cùm quadriennio bellatum fuiſſet, à Romanis, Perſeo Rege victo, ſubacta, atque in prouinciæ formam redacta fuit:bonis ſcil. Achæis adiutoribus, mox & gratulatoribus (quomodo & paulò poſt ab his auxilia Romanis rurſum aduerſus Pſeudophilippum ſubmiſſa) Qui iidem laudem & gloriam ſociorum abs Romanis ob nauatam operam retulēre.

Egregiam verò laudem priſcis Græciç libertatiſque defenſoribus!Scilicet,

Ex illo fluere, ac retrò ſublapſa referri ſpes Danaûm,

Imo populorum iam penè omnium. Obſeruant priſci catiq; Hiſtoricorum filij, hoc veluti fulmine omnes Orientis Occidentis nationes attonitas ſideratáſque, magnitudinis Romanæ ſtupore defigi cœpiſſe, expreſſamq; iam tum populis omnibus aliis impoten-

tiæ ſuæ confeſſionem. Imò ſunt qui ideò Imperij Romani προκοπὴν tum conſummatam ſcribunt. Achæis certè infauſtum exitum, vicinæ Macedoniæ exitium mox-mox importauit. Confecto quippe bello Macedonico, conferto iam agmine, non obſcuris vt antea artibus, omnia ſurſum vorſum acta, patratáque, queis libertas peſſum iret, Callicratis in primis iſtius quo de ſuprà proditione: cuius deteſtandum facinus illud fuit, vt diuerſos à ſe cum de Romano auxilio ageretur aduerſus Macedonas, indicaret, accuſatis quàmplurimis quaſi pecuniis Pruſiam occultè iuuiſſent. Statim igitur hinc impotenti Senatus Romani imperio, inde proiecta Achæorum patientia, nouo & inuſitato exemplo (hactenùs enim apud Amphyctiones querelæ aduerſus Græcos agitatæ) captata Xenonis Achæi παῤῥησίᾳ conſcientia recti nixa, Romam euocati deductiq; patriæ ſtudioſiſſimi quiq;, libertatiſque defenſores acerrimi, quorum ideò (quod rectum Liuij iudicium eſt) *maior apud ſuos charitas, minor apud externos gratia*, nullius flagitij alterius comperti, niſi quod Macedonem, vt dixi, nupero bello clàm iuuiſſe per calumniam dicerentur. Inde indicta cauſa per Etruriæ oppida in cuſtodiā miſſi: Achæis quorſum res ſpectaret, equidem prouidis gnariſq; conclamatam iam penè libertatem, attamen in concitorem Callicratem metu Romanorum haud æquè vindicare auſis. Et quanquam variis Legationibus, vel legitimè iudicari eos, vel domum remitti poſtularent, deluſi tamen ſemper, quádoque dictitantibus Romanis, mirari ſeſe ab Achæis repoſci quos ipſâ Romam tranſmiſſione iudicaſſent,

modo,

Digitized by Google

modo,non expedire iis vti domum remitterētur: Vixq; ſeptendecim annis poſt trecēti qui ſupererant, celeberrimis iam fato functis, ad Catonis orationem dimiſſi. Sic viris patriæ amantibus, quibus ceu munimentis & columellis omnis Reſpubl. inſiſtit, exhauſta Achaia proditoribus ceſſit. Parte altera, eiuſdem Callicratis opera denegata ab Achæis fœderatis Aegypti Regibus auxilia, denegata & Rhodiis: ſicq; ruptis etiam vetuſtis fœderibus labefactata Reſpublica. Per idem quoque tempus à Sulpitio Gallo indultum Aetolis, vt ſeiuncti ab Achæorum concilio, propriiſque auſpiciis Legatos Romam ſubmitterent, quod per Leges alioquin fundamentales initio non licuiſſe diximus: Eaq; defectio à Senatu probata, mandatúmque Sulpitio, vt quàm poſſet ciuitates plurimas ab Achaico conuentu diſiungeret, quod & ille impigrè fecit, vt ita naufragium ſibi relictæ ſingulæ ciuitates facerent. Quin & bello inter Athenienſes & Oropios illigati, pecunia corruptis tum nonnullis & in his Menalcida. Colliſi tādem inter ſe Achæi & Lacedæmonij per nōnullos etiā Prætores, quorum fides auro victa vinctaq;: vnde poſt demùm à Romanis per L. Aurelium Oreſtem eò miſſum cum occultis mandatis diuulſi ab Achæorum Vnione tū ipſi, tùm alij plures, quò corpore Achæorum diſſoluto, ſinguli facilius ad obſequia cogerentur, contumaceſq; frāgerentur. Cui quidem Lacedæmoniorum defectioni, τὴν ἀρχὴν καὶ τὸ τέλος τοῦ κοινοῦ ἀτυχήματος πάσης τῆς Ἑλλάδος adſcribit Græcus ſcriptor. Tandem quærentibus Romanis cauſas belli, tempeſtiuè fortuna Spartanorum hanc defectionem obtulit. Nam cum Legati Rom. omnium ciuitatum Principibus Corin-

thum euocatis aperuiſſent, expedire omnibus vt ſingulæ ciuitates ſua iura, ſuáſque leges haberent, in furorem verſi, læſique patientia, vniuerſum populum peregrinum trucidarunt, eóſque etiam qui in diuerſorium ſeu domum Legatorum Romanorum ceu aſylum ſe recepiſſent, inſectati ſunt. Vnde, ſiue vera, ſiue ficta cauſa, etſi aliquandiu diſſimulata, quâ vt innocens ita inualidus quiſque à potentiore facilè opprimitur, *Legatos ipſos Romanos violatos pulſatóſque.* Exinde ſcriptores deinceps produnt, quaſi vel reuerà violati fuiſſent Legati, vel certè violandi, niſi audito tumultu trepidi fugiſſent, vel denique quaſi ſuperbius appellati. Denique omnes vel manu vel Oratione violatos ſcribunt. Atque hoc principium ſimultatum inter Romanos & Achæos fuit: id belli Achaici ſemen prętextúſq;. Quod quidem etiam Prætores quidam Achæorum, & in his Critolaus Diæuſq; intempeſtiuè concitauêre, quem Critolaum acris & incōſiderata cupiditas cum Romanis bellandi tùm inceſſerat: quâ cauſa temeritati eius & furori Achaiæ deinceps interitus adſcriptus: moto ſcilicet in Romanos vltrò bello; Pithea quoque Bœotarcha Thebano, altero poſt Critolaum belli Achaici authore faceq;, miſeram pacem vel bello benè mutari, egregiúmque hoc reſumendæ libertati tempus rati, eò quod Romanus bello Carthaginēſi & Hiſpanico tùm illigaretur: ſed ſerò iam atque improſperè: diſcordante quippe iamdudum laceraq; ob factiones patria, & proditoribus domi præualidis, foris Romano vndiquaq; Achæos victoriis ſuis circumcingente. Quinimò in ſui exitium adeò præceps ruit Achaia, vt & Sexto primùm Romanorum legato bene monenti, quod

Polybius

Polybius ſcripſit, aures non præbuerit, ſed & pacem quam Cæcilius Metellus Dux Romanorum, à quo Achaici belli pars maxima profligata, ſucceſſoris Mummij æmulatione vltrò ingerebat, ſperneret. Sic Mummius ad paratam victoriam venit, bellóque ſummam manum adiecit: Achaiaq; omnis in deditionem accepta, Corinthus, Achaiæ caput Græciæq; decus, inter duo maria Ionium & Aegeum, quaſi ſpectaculò expoſita, ab incolis deſerta, occupata, direptaq; (vnde & manubiæ ditiſſimæ Romam delatæ) mox ex SC. tuba præcinente diruta, deleta: ſiue quia ibi legati Romani violati dicebantur, ſiue quia veriti aliquid Romani, ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari: Achæorúmque concilium ſolutum, populúſque omnis ſub coronâ venditus, vt hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouarum rerum iniiceretur. Neque Achaia tantum, ſed & Græcia omnis exuta libertate ſub iugum miſſa, ipſáque ſimul Lacedæmon, fax & incentor belli, eodem anno quo & Carthago deleta, quaſi ſæculum illud euerſionibus vrbium curreret: ſimulq; Diæi, qui Critolao ſucceſſerat bona haſtæ ſubiecta. Exindéque Achaia Græciæ totius prouincia dicta, quia primi in Græcia Achæi deuicti fuerant.

Illuſtre verò documentum, AVDITORES, ſi quod aliud, poſtumis ſæculis, noſtróque adeò, Rebuſpublicis, quàm malè ſibi ex conſulant quæ ingruente primùm vi externâ ad molliora conſilia prolapſæ conſternatæq;, ſpontaneâ ignauiâ viriúmque remiſſione non & tota mole hoſtilibus auſis occurrere feſtinant,

Digitized by Google

quod Græci Magiſtri ἠπλᾶδς ταῖς ψυχαῖς vocant:

Non aliter, quàm qui aduerſo vix flumine lembum
Remigiis ſubijt, ſi bracchia forte remiſit,
Atque illum in præceps prono rapit alueus amni.

Quàm parum cautum ſit Vnitis corporibus, vbi ſunt qui non in cõmune conſulere amãt, ſed ſua quiq; malè concordes commoda ſocillantur: Quàm periculoſum ſit, externos, quotidianos actuum ſuorum ſpeculatores habere: Quàm malè comparatum ſit cum iis, vbi ſemel potentum fauor ſociatas ciuitates in diuerſa traxit: & in ipſis etiam ciuitatibus factiones ceu paria iam gladiatorũ internoſci notariq; facilè eſt, vnde & votorum iam non eadem libertas, metu à potentibus iniecto: Quam præſenti periculo ſubiaceant Reſpublicæ, vbi ſemel contra Leges Dona-munera accipere fas eſt: Quàm malè denique conſultum ſit iis, qui communis libertatis defenſioni atq; vnioni nuncio remiſſo, vel vltrò hoſti ſeſe committunt, vel inſinuatis manibus alienam calamitatem ſpeculantur: ſuffugium enim dum in tempus requirunt, exitium tandem & ipſi inueniunt. DEVS hæc, & huiuſcemodi alia, in exitium hoſtibus vertiſſe, ſuorum contra conſilia proſperaſſe velit.

DIXI.

ERRATA.

ORAT. I. p.7.ſub f. deuonent, mox deuota p.12.l.11.non enim iſti. p.14.l.1. non accipere. p.15.l.17.νομοθετικῷ. p.19.l. 25 id eſt Regem eſſe. l.27.ſed & præter. p.30.l.3. Vlpianus lib.13. p.31.l.9.τὸ ἐν τάξει ᾗ ἐν θέσει.

ORAT. II. p.48.l.vlt. differtantes. p.56.l.27.exprobrante eo. p.93.l.15. Proæreſij. p.79.l.1.interdicere, ſatis fore. l.21.ſalus, hiſque adeò. p.80.l.7.Palatij. p.81.l.26.deferret Iulianus p.82.l.23.quod, modò vellet.

ORAT. III, p.91.l.23, idem omnibus conducit. p.101.l.10.Ægij.

Digitized by Google

IACOBI GOTHOFREDI I.C.

DISCVRSVS HISTORICVS,

Ad Legem

Quiſquis. Cod. ad L. Juliam

MAIESTATIS.

M. DC. XXXIII.

GENEVÆ.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO VIRO
D. BOVTHILLERIO,

INTIMI CONSESSVS CONSISTORIANO, LARGITIONVMque Comiti, & Reg. Ord. Equiti.

IACOBVS GOTHOFREDVS J.C.

GRATVLARI tibi ſcio, Vir Illuſtriſſime, quamplurimos, iſto nunc Ampliſſimę Dignitatis faſtigio: quibus & ego lætus-lubens accedo: Nam ſiue Munus ipſum ſpectare libet, magna profectò eius prærogatiua eſt,

Cui ſacræ mandantur opes, orbiſque tributa
Poſſeßi:

Siue TE ipſum intueri propiùs vel æſtimare licet, eximia prorſus in rem ſummam merita tua eſſe oportet, cui ſummus is honos, è Conſiſtorianis, de-

latus eſt, qui non efficaciæ atque abſtinentiæ notiſſimæ virum magis deſiderat, quàm iuſtum meritorum cuiuſque apud REGEM arbitrum. Eſt enim hæc veſtra *Largitionum Comitiua*, non quærendæ magis tuendęve pecuniæ publicæ princeps, quàm in publicum atque in benemeritos erogandæ præſes: vnde ea quoque nomen iſtud feliciori omine meruit. Sedenim cùm hæ gratulandi cauſæ mihi cum aliis communes ſint, propriam & peculiarem ipſe quandam habeo, *Iuriſprudentiæ* nomine. Nam quomodo ſi è Militaribus viris aliquis ad hoc Palatinæ militiæ culmen conſcendiſſet, fortiſſimorum proculdubio virorum animi ad egregia facinora ſolito magis, ceu claſſico quodam, incenderentur: certi iam inde

----- *rerum exſpectanda ſuarum*
Præſidia:

Ad eundem modum vota ſpeſque ſuas vltra ſolitum nunc extendere τῶν νομικῶν παῖδας, quà vniuerſa Gallia protenditur, ecquis dubitare poſſit: quando conſultiſſimum Iuris, poſt geſtam nuper Regiarum Epiſtolarum Magiſteriam, eamque in Meritiſſimum Filium tranſſcriptam, Regiis hodie munerationibus præpoſitum vident? Quam quidem felicitatem ego lætitiamque non

tam

tam priuato Iuriſconſultorum commodo, quàm certiſſimo deinceps Iuriſprudentiæ profectu, æſtimandum cenſeo. Enimverò, cùm multis ab hinc annis ea ceu peſtilenti quodam ſidere afflata fermè ſteterit, obmutueritque, duplici potiſſimùm fato factum id comperio: Hinc, vulgarium animarum opinione, quæ, adſurgendi ſpe deſiderioque amiſſo, eam velut ad ſummum perductam incrementi deinceps neſciam credere maluerunt, quàm nouæ alicuius induſtrię periculum in eâ facere: Inde, quod maiora nouaque ſicubi fors molientes, vel ad moliendum idonei

-----ſtudiis indignum ferre laborem
Coguntur.

Cùm intereà hinc exploratum eſſe oporteat, magnæ cuiuſque molitionis opus, magnis itidem auctoribus atque impendiis egere: Inde, eam Iuris Romani conditionem eſſe, vt repaſtinando ſubigendoque ad nouam ſubinde frugem perduci ſeſe expetat: ſiue quia abolitis, diſtractisve in lacinias, vel etiam interpolatis veterum Iuris conditorum ſcriptis Principumve Conſtitutionibus, plenâ atque abſolutâ Iuris Romani cognitione, in multis adhuc deſtituimur: ſiue quia Iuriſprudentia Hiſtoriæ & Antiquitati Romanæ cognata, vt co-

Digitized by Google

gnita penitus eſſe poſſit, lumen inde quotidie expectat. Quare variis atque acribus identidem ingeniis, nouiſque & rediuiuis ſubinde ex Hiſtoriâ ſubſidiis ex æquo hîc opus, quæ neque vnius æui aut viri eſſe quis dubitet? Ego certè, cùm omnia diligenter circumſpicio, parùm abeſt, quin pronunciem, haud multò pauciora, neque ſequiora præſtitis in Iure ſupereſſe præſtanda. Cuius rei argumenta, nonnulla ſaltem, apud TE nunc expromere iuuat. Iam primùm, cùm tot hanc ad diem, quà veteres quà noui ſcriptores de Iuris Romani libris præceptiſque, quæ tam multa creduntur, vel vt inutilia quàmplurima proſcribuntur, vel vt confuſa atque obſcura negliguntur, in artem atque arctum compellendis cogitarint, & extent hanc in partem nonnullorum ſiue conatus ſiue ſpecimina, nemo tamen hactenus repertus eſt, qui totius iuris iſtius vniuerſitatem animo complexus, neque tam memoriæ, quod multi ſatis habent, quàm *Ciuili prudentiæ*, quod potiſſimum, conſultum volens, ad certa atque indubitata *Principia*, quæ non tam multa ſunt, omnes Iuris materias tituloſq; retulerit: quod alioquin priore Inſtitutionum libro, V.C. Antonius Faber commentario *de Iuriſprudentia Papinianea* tentauerat.

Qua

Qua parte etiam nouum & baſilicum reuerà opus iſtud molienti haſce Leges dici prænunciarique velim: puta, vt Principia ipſa in Legibus earumque verbis quantum fieri poteſt fundata velit: vt Principiis inter ſe ordine diſpoſitis, tamdiu progreſſus fiat, donec ad ſummum aliquod peruentum fuerit, in quo animus conſiſtere neceſſe habeat: vt eorum Politicæ atq; Hiſtoricæ rationes ex Imperij Romani ſtatu ſubnectantur, vnde iudicium de facili fieri poſſit, an & quatenus eâ in vſus hodie deriuari queant: Vt ſingulis item principiis eæ deciſiones Iuris, quę in illis fundatæ ſunt, iiſque tanquam rationibus innituntur, ſubiiciantur, quod Stoici dicerent ἐφαρμόζειν τὰς κοινὰς ἐννοίας ταῖς ἐπὶ μέρους: Denique, vt controuerſiis in præſens valere iuſſis, iiſque tantum quambreuiſſimè interſperſis quæ ad intellectum neceſſaria videntur, iiſque per literarum formas diſtinctis, puri tantum meriq́ue Iuris latices ſtudioſis propinentur. Vnde mox (quod & ipſum iamdiu multi bonique deſiderant) breues, ſed plenæ, *Inſtitutiones*, ex omnibus Iuris materiis conflatæ, non quales Iuſtinianus edi voluit ſemiplenas, næuiſque alicubi laborantes, proponantur: à quibus nullo deinceps negotio, ac veluti βάθρῳ quodam proximo, ad ſuperius illud

latiſundium adſurgatur. Hæc illa duo potiſſima ſunt, Vir Illuſtriſſ. quæ vt animo iamdudum meo voluo, ita à nullo hactenus ad plenum præſtita, præſtari ſummum operæ pretium fuerit. Vnde etiam illud euenturum puto, vt ne tam frequentes atque odioſæ porrò iuri Iuſtinianeo dicæ ſcribantur, imò & Triboniano, qui iamdudum στρεψοδικοπάνουργος, vt pleraque eius crimina verbo exprimam, audit.

Et hæc ipſa tamen, quò acriore adhuc ſenſu animis illabantur, nonnullis adhuc λαβῆς pręſidiiſque extrinſecus egent, quę & ipſa nondum in bono plenoque lumine locata collocari ſeſe expetunt. In hoc cenſu eſt, quod iam alibi dicere me memini, *Edicti perpetui* inſtauratio: non ad eũ tantum modum, quo facere cœpit V.C. Guilelmus Ranchinus, vt ipſa Edicti verba, quę extant hodie, ab iis quorum ſententia tantum à Iuriſconſultis relata fuit, diuerſo charactere exprimantur: verùm ita quoque, vt capita Edicti ad genuinam & primigeniam ſeriem ſuam diſponantur, natalique ſic vt dicam ſolo ſolioque ſuo reſtituantur, tandem ita vt ad ſingula eorum verba, ea quæ veteres Prudentes *libris ad Edictum* commentati ſunt referantur. Secundum præſidium pono in *Veterum Iuriſcon-*

Juriſconſultorum ſcriptis & fragmentis vndique colligendis, atque in vnum Corpus compellendis: non per Indicem tantum, quod alioquin Clariſſimi Viri Labitus & Antonius Auguſtinus egregiè fecêre, verùm verbotenus expreſſis, & ſub vnum conſpectum propoſitis. His tamen adhuc legibus, vt Temporum ordo in his collocandis ſeruetur: vt inter initia, cuiuſque Iuriſconſulti ætas, genius, quæque ad vitam ſcriptaque eius faciunt, edisſerantur: tandem, vt ſingulis non tantum commentariis, verùm libris, Argumentum cuiuſque præſcribatur. Quo quidem opere, ad genuinum Legum intellectum quantum acceſſurum ſit, etſi non vno exemplo palàm fecerint hactenus Iuriſconſultorum Principes, & fecerit ipſe Labitus peculiari Diſſertatione, attamen magno deinceps incremento magis magiſque conſtiturum, exemplo meo compertum habeo. Tertium ſubſidium ſuperiori haud abſimile conſtituo, in *Conſtitutionibus Imperatoriis* ad temporum pariter ſeriem diſponendis, atque vno *Corpore* includendis, iiſque non ex vno tantum Codice Iuſtinianeo, vel Pandectarum opere, verùm vndique collectis, neque per Indicem tantum, quod fecit V.C. Freymonius, ſed ad verbum expreſſis: Vnde poſteà Impera-

toris cuiuſque character, qualis is in Iure conſtituendo fuerit, educatur: deque iuris tum immutatione tum incrementis per ſingulas non ætates ſed momenta, iudicium eò melius fieri poſſit: tandem, vt ex coaſſatis coniunctisq; ita rurſum inter ſe diuerſis eiuſdem conſtitutionis partibus, arcani certique Legum intellectus eruantur. Poſtremum præſidium colloco in *Antiquitatum Romanarum*, quæ per vniuerſum ius ſparſim occurrunt, collectione: quam & vno pariter Corpore includi, & ex aliis ſcriptoribus illuſtrari velim, magno peculiarium Obſeruationum compendio: Ita quidem, vt in certos libros & materias, capitaque, ſingula referantur. Verbi gratiâ, vno Libro includatur, quicquid ad rem Tributariam pertinet: quænam videlicet tributorum ſpecies, quæ indictionum, diſtributionumque formæ, qui qualeſque circa hæc occupati olim fuerint. Singulis item libris includantur, quæ ad ius Pontificium priſcum pertinent, quæ ad Domum Auguſtam, Iura Fiſci, Magiſtratuum & Dignitatum notitiam, Legum ſanctiones, Iudiciorum omnium morem; Αστυνομικὸν (in quo ea fermè omnia complector quæ *Politiæ* nomine hodie deſignari ſolent) Rem militarem, Naualem, Ruſticam, Oeconomica, id genus

Digitized by Google

genus alia. Vt ita his omnibus longe ante animo præceptis, atque ad Iuris lectionem de domo allatis, ad verum Legum intellectum nullo obice interiecto penetrari poſſit; quibus alioquin minus perſpectis Lectoris animum ſubinde in dubio verſari, ſæpius in errore cubare neceſſe eſt.

Hæc ſunt illa, Vir Illuſtriſſime, quæ ad Iuris noſtri ſtudium ſiue illuſtrandum, ſiue certius adhuc fundandum, ſiue facilitate donandum, TE Largitionum Comite per Gallias adferri poſſe puto: quæ nondum, certe non ex aſſe præſtita, vt magnis Auctoribus, ita & impendiis opus habent. Extant verò per Gallias magna *Iuriſconſultorum, quibus eæ potiſſimùm ſemper abundarunt*, nomina, qui hęc vltrò ſuſcepturi videntur, & fortean in hoc genere alia, *TV modò velis Iubeaſque*, in quo ſtudiorum iſtorum ſpes & ratio repoſita eſt. Quantum ad me attinet, poſt varios ingenij luſus, quibus hactenùs animi mei motus abunde oſtendiſſe mihi videor, intereà dum de *Codice Theodoſiano* edendo, quem cis multos annos, neq; vnâ ratione, illuſtratum iui, ſollicitus ſum, hanc occaſionem tam benignam negligendam minimè putaui, Conſilij mei propalam expromendi, oſtendendique, quonam potiſſimum quamque egregio faci-

Digitized by Google

nore hæc Illuſtris & *Muneraria dignitas* Tua (quomodo eam veterum nonnemo vocauit) inclareſcere poſſit: Simul, *Hiſtoricum* hunc *Diſcurſum*, ad eum, ni fallor, characterem modumque, quem ſuperius adumbraui, iiſq; quæ dixi ſubſidiis conſcriptum, Illuſtriſſimo meritiſſimoq; Nomini Tuo inſcribere viſum: vt eſſet, non Conſilij tantum mei apud te interpres, verùm obſeruantiæ cumprimis in te meæ ſingularis internuncius: Qui ſi ſe tibi probauerit, probatum putabo. VALE, Vir Illuſtriſſime, meque, quod vehementer opto, in Nominis Tui cultores admitte.

Tex-

Digitized by Google

Textus Legis Quiſquis,

EX CODICE THEODOSIANO, SVB TIT. AD L. CORNEL.[a] DE SICARIIS: *A QVO PARVM ABIT Iuſtinianeus.*

Imperatores † ARCADIVS[b] & Honorius Auguſti, Eutychiano[c] Præfecto Prætorio.[d]

QVISQVIS *cum militibus*[e], *vel priuatis*[f], *Barbaris*[g] *etiam*, *ſceleſtam*[h] *inierit factionem*[k], *aut factionis ipſius ſuſceperit*[l] *ſacramenta* † *vel dederit*, *de nece etiam*[m] *Virorum Inluſtrium*, *qui conſilijs & Conſiſtorio noſtro interſunt*[n], *Senatorum*[o] *etiam* (*nam*[p] *&*[q] *ipſi pars corporis noſtri ſunt*) *cuiuſlibet*[r] *poſtremò qui Nobis militat*, *cogitarit* (eâdem *enim* ſeueritate voluntatem ſceleris, quâ effectum puniri *iura voluerunt*) *ipſe qui-*

✶✶

dem (vt-pote Maieſtatis reus) gladio feriatur, bonis eius omnibus fiſco noſtro addictis.

Filij verò eius, quibus vitam Imperatoriâ ſpecialiter lenitate concedimus (paterno *enim* deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt, hæreditarij criminis exempla metuantur) *à maternâ vel auitâ, omnium etiam proximorum hæreditate ac ſucceßione habeantur alieni, teſtamentis extraneorum nihil capiant, ſint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos paterna ſemper comitetur: ad nullos vnquam honores, nulla prorſus ſacramenta perueniant: ſint poſtremò tales, vt his* perpetuâ egeſtate ſordentibus, ſit & mors ſolatio, & vita ſupplicio. *Denique iubemus, etiam eos notabiles eſſe, ſine veniâ, qui pro talibus vnquam apud nos interuenire temptauerint.*

Ad Filias ſanè eorum, quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, ſiue teſtata ſiue inteſtata defecerit, volumus peruenire, vt habeant ingratæ potius filiæ alimoniam, quàm integrè emolumentum ac nomen hæredis: Mitior *enim* circa eas debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexus minùs auſuras eſſe confidimus.

Emancipatio, quæ à prædictis ſiue in filios, poſt Legem

Legem duntaxat latam, ſiue in filias fuerit conlata, non valeat.

Dotes, donationes, quarumlibet poſtremò rerum alienationes, quas ex eo tempore, qualibet fraude vel iure factas eſſe conſtiterit, quo primùm memorati de ineunda factione ac ſocietate cogitauerint, nullius ſtatuimus eſſe momenti.

Vxores ſanè prædictorum recuperatas † dotes, ſi in ea conditione fuerint, vt quæ à viris titulo donationis acceperint filiis debeant reſeruare, tempore quo vſusfructus abſumitur, omnia fiſco noſtro ſe relicturas eſſe cognoſcant, quæ iuxta legem filiis debebantur. Falcidia etiam ex his rebus filiabus tantum, non etiam filiis, deputata.

Id quod de prædictis, eorum filiis, cauimus, etiam de Satellitibus [t], conſciis [u], ac miniſtris [x], filiiſque eorum, ſimili ſeueritate cenſemus.

Sanè, ſi quis ex his in exordio initæ factionis, ſtudio veræ laudis accenſus, ipſe prodiderit factionem, & præmio nobis & honore donabitur: Js verò qui vſus fuerit factione, ſi, vel ſerò, tamen incognita adhuc conſiliorum Arcana patefecerit, abſolutione tantum ac venia dignus habebitur. Dat. prid.

Digitized by Google

Non. Septemb. Ancyræ, Cæſario & Attico Coss. i. A.D. CCCXCVII.

† Iungenda huic Legi eſt Lex *vlt. C.Th.de prædiis Senatorum*: de quâ *cap.*3.

a Codice Iuſtinianeo poſita eſt hæc Lex *ſub titulo ad L. Iul. Maieſtatis*: de quo *cap.*5.

b ARCADIVS Orientis Imp. auctor eſt huius Legis: de quo *cap.*3. & 13.

c *Eutychianus* hic Præfectus Prætorio Orientis fuit: de quo *cap.* 3. & 8.

e *Milites* factionibus idonei: de quo *cap.*10.

f *Priuati* hîc dicuntur, non militantes. *v. cap.*10.

g *Barbaros* intelligit in orbe Romano degentes, vitamque partim priuatam partim militarem ibi agentes. *v. d. cap.* 10. Cœterùm in nonnullis, editis fermè, Codicibus Iuſtinianeis editum, *vel Barbaris*, etſi manuſcripti habeant vt hîc.

h *Sceleſti* voce hîc facinoris magnitudo indicatur, non factio in Principem. *v. c.*6.

i *Inire* factionem dicuntur Auctores factionis. *v. cap.*9.

k *Factio* quid. *v. cap.* 8. De harum porrò factionum cauſis, *v. cap.*12.13.

l His verbis indicantur, qui factioni iam initæ Duces adſciſcuntur. *v. cap.*9.

† *Sacramentum*. C.Iuſt.

m Hâc voce determinatur Factionis genus, cui hâc l. occurritur. *v. cap.*6.

n vt conſilium videl. præbeant, non vt nudè Conſiſtorio interſint. *v. cap.*11.

* .i. intereſſe ſolent. *v. cap.*14.

o De his dico *cap.*11.

p Rationem hanc ſeu colorem expendo. *cap.*6. & 15.

q pariter vt Conſiſtoriani, de quibus immediatè antea *v. c.*6.

r *Vel cuiuſlibet*. C.Iuſt. Porrò his verbis indicantur omnes aliæ

Pala-

Digitized by Google

Palatinæ & Prouinciales dignitates. *v. cap.* 11.

ſ De hoc colore dico. *cap.* 15.

† Hunc locum alibi reſtituo.

t De Satellitibus his dico *cap.* 9.

u De Conſcijs his dico *d. cap.* 9.

x De Miniſtris his, *v. cap.* 9.

y Galatiæ vrbe, de quâ *cap.* 3.

z De hoc Conſulatu, & temporis iſtius characteriſmo, *v. cap.* 3.

** 3

Digitized by Google

ELENCHVS Capitum.

I. INGRESSVS in Sermonem, de Iuris publici, eiuſque cauſarum Hiſtoricarum, inueſtigatione.

II. De CELEBRITATE Legis *Quiſquis, Cod. ad L. Iul. Maieſtatis*: deque Cauſis eius Hiſtoricis hactenus ignoratis.

III. Subſidia ex hâc ipsâ conſtitutione, ad Hiſtoricas eius cauſas eruendas: Ac primum ex eius Inſcriptione & Subſcriptione, ex quibus de Auctore, Loco, Tempore huius Legis liquet.

IV. Subſidium quoque aliquod ex coniunctione Legis *vlt. C. Th. de prædijs Senatorum.*

V. Subiectum, ſeu caput vnicum huius Conſtitutionis eſſe, non duo: Neque de proprio Perduellionis crimine in eâ agi.

VI. Receptæ ſententiæ fundamenta examinantur.

VII. Argumentum huius Legis eſſe, de *Fictitia* quadam, ſeu Quaſi Perduellionis ſpecie: vbi *Maieſtatis* crimina ſpecieſque diſtinguuntur.

VIII. Criminis ſeu ſubiecti, de quo hâc lege agitur, conſideratio, & requiſita tria. Ac primò de Factionibus, & quidem, quod Secundum, in Necem aliquorum initis, in genere.

IX. De Perſonis Principalibus & Adminiſtris Factionum in ſpecie huius Legis.

X. De tribus Perſonarum generibus, inter quas factiones hæ initæ.

XI. De Obiecto Factionum, ſeu de Perſonis aduerſus quas factiones illæ initæ, quibus Arcadius occurſum hâc lege voluit.

XII. Occaſiones & cauſæ huius Legis Hiſtoricæ, hactenus proditæ, expenduntur.

XIII. O

Digitized by Google

XIII. Occaſiones veræ, ſeu Prætextus factionum, quibus hac Lege occurritur.
XIV. Requiſita duo à nonnullis Interpretum in ſpecie huius legis, reiecta.
XV. Colores, & vera Ratio huius legis.
XVI. IVDICIVM de hâc Conſtitutione, & Epilogus.

Digitized by Google

ERRATA ſic corrigenda.

Pag.8.lin.2.*dicam*, non *dicto*. P.16.ſub f.cap. *Flaccillâ natâ*, non *Flaccillæ natæ*. P.30.tollenda vox *&*, ibi, EI ET IN EVM. P.32. l.10. *conueniretur ve aduerſus*, non *conueniretur, aduerſus*. P.47.l.6. *quem*, non *quam*. P.47.l.2.*habiti*, non *habitis*. P.50.l.2.*obiectu*, non *obiecto*. P.51.l.8.*Quæſtor es*, non *Quæſto res*. P.52.l.24.*peculiares*, non *peculiales*. P.52.l.2.*conſtituerentur*, non *conſtitutuerentur*. P.55.l.19.*Numerorum*, non *Vumerorum*. P.56.l.28. *reſpuere*, non *reſpuêre*. P.58.l.24. *reſident*, non *reſiderent*. P.64.l.4. *alios*, non *alias*. P.70.l.31.*etiam*, loco *tandem*.

Digitized by Google

IACOBI GOTHOFREDI I.C.

DISCVRSVS HISTORICVS

Ad Legem

Quiſquis, Cod. ad L. Juliam

MAIESTATIS.

CAP. I.

INGRESSVS in ſermonem, de IVRIS PVBLICI, eiuſque cauſarum Hiſtoricarum inueſtigatione.

PVBLICI *Juris, eiuſq; cauſarum Hiſtoricarum cognitio olim in laude erat. Facilior ea tùm, quàm hodie: Neglectus eius, pravaq; hodie tractandi ratio. Vera ratio, cauſas eius & occaſiones Hiſtoricas tenere: quarum ignorantia omnia turbauit. Eas eruere hodie operoſum, & reprehenſioni obnoxium. Nobilium maximè Conſtitutionum cauſas ignorari.*

HÆRET animo iam dudum meo fixum, quod inter alia Titi ARISTONIS IC[i.] qui Traiano Imp. floruit, decora, Plinius memorabat, cum *publici priuatiq; iuris peritiſſimum fuiſſe: plurimum Antiquitatis tenuiſſe: quoties abditum quid quæri oporteret, hunc theſaurum fuiſſe*: ſed &, *acri magnoq; indicio Ra-*

Digitized by Google

tiones ab origine cauſisq; primis repetijſſe, diſcreuiſſe, expendiſſe: Et alio loco, *ei curæ ſuperfuiſſe, ſic iura publica vt priuata, ſic antiqua vt recentia, ſic rara vt aſſidua tractare.* Egregium verò, non Ariſtonis vnius magis olim elogium, quam Catholicum deinceps Iuris præceptum: vtpote quo Iuriſconſulti partim officium inſtruitur, partim judicium ad ſinceram veri cognitionem dirigitur: illud, ne publici iuris notitiam à ſe alienam putet: iſtud, vt ſi genuinam Iuriſprudentiæ orbitam tenere geſtiat, Antiquitatem ex abdito eruere, legumque rationes ab origine cauſiſque primis impigrè repetiiſſe velit.

Fateor equidem ipſe, Ariſtoni, cœteriſque ea ætate Iuris peritis, publici iuris atque Antiquitatis Romanæ, Hiſtoriæque notitiam præſtabilem magis parabilemque fuiſſe: vtpote quibus in ipſâ Republ. Romana degentibus publici iuris illius inſtar & imago quædam adhuc obuerſaretur. Nam vt maximè, verſo ſemel Reipubl. ſtatu, poſteà ſcilicet quàm ea ſub vnius Imperium venit, vetuſtioris quoque iuris obliuio quædam & ignoratio inducta fuiſſet, non omnis tamen inducta fuerat: quin & eius ipſius iuris, quod Reipubl. vſu exigente ſiue obſoleuerat, ſiue antiquatum fuerat, rationes ab origine cauſiſque primis repetere de proximo, vel etiam à maioribus natu per vices quaſdam traditum, literiſve commendatum, accipere in procliui erat; procliuius certè multò, quàm hodie eſſe poſſit.

Et quid adeò mirum? cùm tot exinde partim ſæcula in nos defluxerint, partim verò rara adeò illius ævi monumenta ſuperiorum temporum iniuria reliqua nobis fecerit; quin & eæ, quas reliquas nobis fecit leges, non integræ, ceu corpus aliquod ἔμψυχον καὶ συμφυὲς, ad nos peruenerint, verùm à capite ſuo partim divulſæ, principijs inquam ſeu præfationibus (quibus earum cauſæ ſiue occaſiones fermè continebantur) mutilatę, partim verò quæ antea cohæſerant à ſe invicem diſtractæ, τμηθέντες ἀφ' ἑτέρων καὶ διεῤῥηγμέναι, ceu Phidiæ clypeus aut ſcopę hodie oberrent? Denique, quod vel potiſſimum, cùm veteris ſtatus illius atque Imperij Romani neque vola neque veſtigium hodie

vſpiam

vſpiam extet? Inde igitur rudes nos atque imperitos hanc in partem deprehendi ſæpè haud adeò mirum, excuſatiores certè haberi nos par eſt.

Dolendum illud modò, Publici iuris ſtricturas, haud benè multas, libris ſaltem Romanæ Iuriſprudentiæ, quibus vtimur, comprehenſas, ab his negligi prorſus, ceu in vſu eas nunquam habituris, atque ideò temnendas magis quam tenendas cenſentibus: alibi verò publici iuris ſtudium, neque quidquam fermè magis, crepari, interea tamen longè aliter tractari, quam oportuerat. Quod vtrumque inter huius æui, quod cœteroquin feliciſſimum, næuos iure pono, ſecordiam atque inertiam noſtram poſteritati prodituros. Enimverò, priores ita in animum inducere ſuum oportuit, quamplurima ex eo iure, publico ſcilicet, præſentibus moribus omninò conuenientia, alia verò, ſi quãdo, vtiliſſimè in vſus deriuãda, niſi ingenia ſua ad rerum antiquarum inſolentiam tanquam ad ſcopulos hebetata, fracta, fateri mallent. Poſteriorum verò feliciores longè conatus fuiſſent, ſi ad ſingularum Conſtitutionum περιστάσεις, cauſaſque & origines, ducente hiſtoriæ lumine, curâ ſuâ aſſurrexiſſent. Quod vtique neceſſarium erat: Enimverò, cum *ius publicum* illud ſit, quod ſtatum Rei Romanæ ſpectat, ſingulæque adeò iuris publici Conſtitutiones περιστατικοὶ fermè ſint, imò πρόσκαιροι, quas circumſtantiarum temporiſque neceſſitas ſtatuſque rei Romanę extorſêre, quomodo quæſo ſinceram earum cognitionem adſequi ſperet, qui illius, non dico ævi hiſtoriam vniuerſam ſeu *vniuerſitatem* animo prius complexus fuerit, verum, quod Tertullianus diceret, *temporatim* quoque eam recenſuerit: cauſaſque (nam ea demum ἐπιστήμη eſt) ex cuiuſq; Conſtitutionis momentis collegerit, expenderit, denique, vt verbo dicam, *priuilegia* à *legibus* diſtinxerit? Id verò quia haud æquè ſemper factum eſt, hinc illæ iam impolitiæ, quibus ſolemnium maximè Conſtitutionum, quæ ad ius publicum ſpectant, interpretationes ſcatent: hinc inexplicabilium & inenodabilium quæſtionum voragines, vnde emergere adeò arduum: hinc ſententiarum, velut inter diſſidentes, conflictus, è quibus haud facilius ſeſe quiſquam quàm

Digitized by Google

è tricis Tellenis expediat: Nempe, quia leges illæ tanquam ad iuris perpetui formam pertinentes, æſtimantur, ac non, quod reuerà ſunt, περιστατικοὶ καὶ πρόσκαιροι habentur.

Et eſſent adhuc ea tolerabilia, veniâ ſaltem digniora, in tàm arduâ, tàm & altè defoſſâ ſæpè Hiſtoricarum originum cauſarumque inueſtigatione, niſi iuſtæ atque accuratiori inquiſitioni interdictum quamplures cenſerent, vt in ſcholis ita & in foro: vbi præiudicatæ Receptæque legum ſententiæ contra ire, veteréſque auias de pulmone reuellere, ſeu nouos hodie demum intellectus polliceri, prioréſque adeò ſiue Pragmaticorum ſiue Doctorum conatus, modeſte licet, perſtringere, inter iniquæ mentis argumenta ſæpè habetur.

Haud inuitus equidem adſentior, adſiduâ Cōſtitutionum Romanarum triturâ à feliciſſimis ingenijs eò iam proceſſum, vt plerarumque vera fundamenta teneantur, indeque de earum ad caſus emergentes applicatione minus dubitetur; in Foro potiſſimùm, quam ego certiſſimam *Iuris legumque obruſſam* vocare ſoleò: ſed tamen, nimio plus verum quoque illud eſt, aliquammultas adhuc leges, & quidem de Nobilioribus & famoſiſſimis, in prauum trahi, atque in varias imò vanas diſtrahi quæſtiones: eò fermè, vti dixi, quod earum ἐξήγησις πολιτική non inſtituitur, id eſt, earum περιστάσεις, origines cauſæque primæ non repetuntur: quibus expenſis, haud breuior modò faciliorque earum Interpretatio futura erat, verùm etiam felicior cautiorque ad vſum & Praxin propoſitaſque quæſtiones earum applicatio: cùm & aliàs, *Ratione* legis ſemel perſpectâ conſtitutaque, eius ſiue applicandæ, ampliandæve, ſiue limitandæ, ratio illicò appareat: cùm *illa ſit, quæ diſpoſitionem* (vti vulgò efferunt) *declaret & moderetur.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. II.

de CELEBRITATE Legis *Quiſquis*, *Cod. ad L. Iul. Maieſt.* deque cauſis eius Hiſtoricis hactenus ignoratis.

In hoc cenſu eſſe Legem Quiſquis: *Nobilis ea iam olim: Inſerta Codici Theodoſiano & Iuſtinianeo, Baſilicis, Synopſi Attaliatæ, Harmenopuli enchiridio: Occidenti diu incognita: à Gratiano Decreto indita: vt & Bullæ aureæ, à Carolo* IV. *Cur famoſa. Iudicium nonnullorum de eius acerbitate. Enantiophanes inter eam & alias leges. Apud Politicos & Ictos celebris. Interpretationes eius ſingulares. Pro fundamento fermè habita agentibus de Maieſtatis crimine. Hiſtorica eius occaſio hanc ad diem incognita & erutu difficilis, ob Hiſtoricorum eius ævi annique penuriam.*

IN hanc dudum cogitationem defixo cùm plures id genus Conſtitutiones, ad Ius Publicum pertinentes, quarum Hiſtoricæ cauſæ hanc ad diem ignorantur, occurrerent, occurrit mihi potiſſimùm πολυθρύλλητος illa, ſeu quotidiana, maximèque nobilis Lex *Quiſquis Cod. ad L. Iul. Maieſt.* Quam nobilem fecêre varia. Iamprimum frequens eius apud Antiquiores memoria, tùm & ad alias ſubinde perſonas eius productio. Varijs ſcilicet ea iam olim monumentis libriſque indita probataque præcipuam exinde famam tulit. Initio quidem, quadraginta fermè non vltra à ſui promulgatione annis, à Theodoſio Iun. Imperatore, eo Conſtitu-

Digitized by Google

tionum, qui Chriſtianorum Principum conſtitutiones complectitur, Codice, quique ab auctore *Theodoſianus* audit, incluſa fuit A. D. CDXXXVIII. Quod tamen Franciſci Balduini induſtriam fugiſſe Contius iam olim obſeruabat. Ego quoque obſeruo, Virum alioquin politioris ingenij, cum peculiari commentario hanc L. illuſtraret, eius ceu in Codice Theodoſiano poſitæ nullam omnino mentionem feciſſe. Eadem conſtitutio, vertente mox ſæculo, à Iuſtiniano ſiue Triboniano ſuum in Codicem relata probataque A. D. DXXXIV. Exinde ſententia eius libris paſſim in Oriente de Iure conſcriptis indita: Puta à Leone & Conſtantino Porphyrogenetâ *Baſilicon libr. 60. tit. 36.* Ab Attaliatâ *eorundem Baſilicorum Synopſi* (cui titulum fecit ποίημα νομικὸν, ἤτοι πραγματικὸν, circa A. D. MLXX.) *tit. 69.* à Conſtantino pariter Harmenopulo Iudice Theſſalonicenſi, προχείρῳ ſuo ſeu ἐγχειριδίῳ *lib. 6. tit. 6.* §. 9. Quid in Occidente? Sœculis equidem aliquammultis ea Conſtitutio ibi incognita fuit, vnà cum potiſſima Codicis Theodoſiani parte, & Codice Iuſtinianeo in vniuerſum, cauſis iam notiſſimis: Atenim, ſtatim vt ibi libri Iuſtianianei efferri bonâ ſcęuâ cœperunt, atque vnà cũ his hæc Conſtitutio in dias luminis auras educi, certatim non Interpretes modò nacta eſt, verum etiam imitatores & Tranſcriptores, tùm alibi, tũ in Palatio: ſic vt ad alios quã plurimos caſus produci aptariq; cœperit. Gratianus primũ, monachus Bononiẽſis, circa A. D. M C L. cùm iuris Pontificij corpus, ad exemplar & imaginem librorum Iuſtinianeorum, qui tùm in Occidente primùm efferebantur, inſtituiſſet, quód *Concordiam diſcordantium Canonum* inſcripſerat, hodie verò *Decretum Gratiani* audit, atque ab Eugenio Pontifice, vti volunt nonnulli, approbatum eſt, ſicut alias complures Imperatorum conſtitutiones ita & hanc ipſam eôdem contulit, per occaſionem *parte 2. cauſa 6 quæſt. 1.* (poſt caput quæro 21. 22.) & ex parte rurſum *de pœnitentiâ diſtinct. 1. c. 9.* vbi de nudâ cogitatione agitur. Sic igitur hæc conſtitutio vt loquuntur canonizata fuit. Carolus itidem IV. Imp. eandem *Aureæ Bullæ* ſuæ, cuius celebris adeò inter Germanos memoria extat, quâque Sereniſſimorum Electorum potiſſimùm dignitas ſalúſque in ſolido locata fuit, partim Noricorum vrbe, partim

Metenſi

Metenſi (quæ *Diuodurum Mediomatricorum* vulgò creditur) editæ A. D. MCCCLVI. indidit *cap.24.* atque ad Electores Imperij Eccleſiaſticos & ſæculares tranſtulit.

Iam non quæro, quàm rectè eam illi acceperint, & quàm aptè ad ſuam ſinguli mentem, & ad eos quoque qui propriam ex ſe Majeſtatem, non precariam, de quâ eſt hæc lex, habent, tranſtulerint, illud modò liquet, Nobilem eam iam olim in Oriente primùm, dein in Occidente celebratam, atque in vſus deriuatam. Et cur non? Cùm ſi *Argumentum* eius ſpectes, longè id nobiliſſimum ſit: de Majeſtatis, inquam, crimine, imò, vt hactenus creditur, de Coniuratione & perduellione quoq; in Principis caput: ſi diſpoſitionem eius, grauiſſima ea vndiquaque, imò & ſeueriſſima: Vnde quoque nonnulli eam ceu non nouam modò, verùm etiam ſæuam & aſperam, imò velut iniquam carpere, eiúſque occaſione Iuſtinianum ipſum, qui eam in Codicem ſuum tranſcribere ſuſtinuerit: Quod Contij iudicium erat *1. lection. 7.* Alij contra, tùm à nouitate, tùm ab iniquitate eam defendere: quo in ordine ſtat Robertus *2. Receptarum ſentent. 22.* & Cujacius *recitat Codicis*, de quo *cap. vlt.* Iam ſi cum aliis nonnullis eiuſdẽ Imperatoris *Arcadij* (nam huic hanc conſtitutionẽ accepto ferendam oſtendet caput proximũ) conſtitutionibus cõmittatur, pugnare ea cum his à nonnullis viſa, ac nominatim cum *l. ſancimus 22. Cod. de pœnis*, quæ alioquin ad eundem Eutychianum PP. data eſt, & cum *l. 19. C. Th. de pœnis.* vnde iam Enantiophanes inter has leges creditum, quod cum tollere omnes haud æquè potuerint, nullo negotio componetur *cap. 9.* Si *Politicos Aulicóſque* conſulas, nulla vexatior hodiè conſtitutio, ſi quando de pœnis in coniuratos Principis hoſtes, eiúſque Conſiſtorianos, collaterales, laterique proximos quæritur: vnde etiam tot egregia arcana politica eruuntur: inter alia, de Acerbitate pœnarum in filios, ſatellites, conſcios, miniſtros propagandâ: de perſonis, quas Principis imò publicè interſit pro ſacroſanctis & inuiolabilibus haberi, eíſque Majeſtatis precariæ ſpeciem indui: De cogitato tantum ſcelere quandoque puniendo, de Majeſtatis crimine quandoque ad terrorem propagando, de

Digitized by Google

Delatoribus & Indicibus per præmia exciendis, & ſic diuellendis factioſis: Atque id genus alia, de quibus dicto *cap.vlt.*

Si *Pragmaticos* vel *Iuriſconſultos* ſpectes, nulla amplior perplexarum inter eos magis controuerſiarum ſedes, imò ſeges eſt: nulla, vnde tot támque grauium Deciſionum, Reſponſorum, Conſiliorum, argumenta petantur: videatur ſaltem Menochij *conſilium* 99. Capycij *deciſ.* 130. Quorum omnium opera in eo fermè deſudat, vti definiant, ad quaſnam perſonas, & ad quænam *bona* hæc lex produci poſſit.

Atque hæ etiam cauſæ ſunt, cur non ordinarios modò Gloſſarum Scriptores & Interpretes ea conſtitutio nacta ſit, verùm iuſtos inſuper & ſingulares Iuriſconſultorum Commentarios: in quibus extitit Stephanus Buynartus Doctor Aurelianenſis, teſte Boërio de *auctor. magni Conſilij n.2.* Item Antonius Contius, qui cùm omnes leges *ad l.Iul.maieſtatu* ſibi explicandas propoſuiſſet, hanc quoque ſingulari interpretamento donauit. Eum ſecutus eſt Scipio Gentilis, qui cùm *de Coniurationibus* libros duos ad Henricum Magnum ſcriberet, priorem integrum huic conſtitutioni illuſtrandæ deſtinauit.

Hùc accedant & qui ex profeſſo *de Maieſtatis crimine* commentantes, hanc potiſſimùm legem pro fundo commentariorum ſuorum habuêre, in quibus Laudenſis, Gigas, Clarus, Decianus, Farinacius, Albericus Gentilis, Bocerus, alij.

Et poſt hæc tamen omnia, atque in tantâ Scriptorum atque Authorum ſiue nube, ſiue varietate, deſiderari mihi hanc ad diem ſemper aliquid viſum: Quod incompertum hactenus, non modò tot támque variis Quæſtionibus & Controuerſiis locum fecit, verum grauiſſimis erroribus anſam præbuit: Origo, inquam, ſeu occaſio, cauſæque Hiſtoricæ Nobiliſſimæ iſtius conſtitutionis. De quo vix vnus aut alter cogitauerunt: iique ipſi qui cogitarunt, tàm neglectim & per tranſennam in id incubuerunt, vt velut rem nihili tractare ſe credi vellent; Nemo certè

hactenus

Digitized by

hactenus repertus eſt, qui verum in hanc partem peruiderit.

Quare ſollicitante amico veteri, ipſâque rei vtilitate admonente, eam prouinciam vacuam adhuc inuadere viſum, in eamque rem peculiari ἐπιςάσει accuratius inquirere. Rem, vti cenſeo, neque inſubidam, neque iniucundam facturus, ſiue IurisConſultorum ordini, ſiue Pragmaticorum inſtituto, ſiue Politicorum iudicio, quorum ſcholas, fora, Aulas iamdudum hæc Nobilis conſtitutio, ſi quę alia, perſonat. A quo alioquin cœpto deterrere me poterat, non illa tantum quam modò dixi, Commentariorum moles, verùm & Inquiſitionis difficultas, vt cæteroquin in hoc genere ἀπαληθεύειν ſeu verum inuenire difficile eſt: In tanta videlicet Hiſtoricorum illius æui penuriâ: cùm præter pauca admodum, quæ ex aliis eius æui Conſtitutionibus peti poſſunt, quæq; apud *Symmachum, Libanium, Chryſoſtomum, Syneſium, Claudianum, Aſterium, Zoſimum, Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptores, Chronographos*, occurrunt, nihil fermè prætereà occurrat, quod huic inquiſitioni fauere, nedum facere ſatis, poſſit. Et cùm aliorum annorum hiſtoria, æram huius Conſtitutionis ambientium, diligentiores pluresque Hiſtoricos nacta ſit, huius tantum anni CCCXCVII ſeu Conſulatus *Cæſario & Attico Coſſ.* hiſtoria fermè deficiat. Quam lacunam proculdubio ſuppleret vel vnus Eunapius Sardianus, ſi hiſtoria eius, duplici ab eo πραγματεία edita, quamque ad A.D. CDIV. vſque perduxerat, hodie ſupereſſet.

CAP. III.

SUBSIDIA ex hac ipſa Conſtitutione, ad Hiſtoricas eius cauſas eruendas: Ac primùm ex eius Inſcriptione & Subſcriptione, ex quibus de Auctore, Loco, Tempore hujus l. liquet.

SVBSIDIA. *I. Ex* Auctore *huius conſtitutionis. Auctorem cuiuſque teneri quantum interſit. Difficile ſæpè, eum eruere. Collegarum omnium nomina constitutiones præferebant. Arcadius huius author: Argumenta in id duo: ex inſcriptione, emiſſa quippe ea ad Eutychianum, qui PP. in imperio Or. erat: et ex ſubſcriptione, data quippe ea Ancyræ, Galatiæ metropoli. De Eutychiano & Ancyrâ in rem præſentem plura.* II. *ad Præfecturam Prætorianam Orientis ſpeciatim hæc lex pertinet: cuius Præfectus erat Eutychianus. De eius Præfecturâ aliquammulta.* III. *Tempus ſeu æra legis ſpectanda eſt, Cæſario & Attico Coſſ. i. A. D.* CCCXCVII.

AD veram nihilominus & diſtinctam Hiſtoricarum hujuſce Conſtitutionis cauſarum cognitionem adſequendam, ipſa primum Lex κατὰ πόδας accuratius inſpicienda nobis venit: Vt cæteroquin ex ipſis Legum viſceribus, earumque peculio, argumenta hanc ad rem rectè petuntur: Sanè ea hîc eò diligentius ſpectanda venit, quò minus opis aliundè ſuppetit: haud aliter, atq; aiũt, *cochleas, cum illis nihil de cœlo liquitur, ſucco proprio victitare.* Quâ quidem parte nihil, vel minimum, temerè tranſeundum eſt: cũ & aliâs certis nonniſi fermè gradibus ad cuiuſcunque veri quod in abdito eſt lucem eniti fas ſit, & vel minimæ veri luminis ſtricturæ emicantes, atque inter ſe, vel cum aliis commiſſæ, integram veri facem accendere ſoleant. Primum ſanè iubar in conſtitutionibus, quarum Hiſtoricæ cauſæ indagantur, ex Imperatoris, ſeu Legiſlatoris, tum deinde ex loci, temporiſque noti-

Digitized by Google

notitiâ accenditur. Hæc igitur tria nunc ſiue ſpectanda ſiue eruenda nobis veniunt. Ac primùm, quiſnam *Auctor* huiuſce conſtitutionis ſit. Quæ quidem de Auctore ſeu Legiſlatore inſpectio, non, vt vulgò creditur, nudæ tantum curioſitatis eſt, verùm eò pertinet, vt ex Auctoris poſteà moribus, Imperiique, cui is præfuit, ſtatu, non inanis coniectura duci poſſit de cauſis Hiſtoricis & Politicis propoſitæ alicuius Conſtitutionis: quod faciemus *cap.* 13. Contrà, hęc inquiſitio inſuperhabita, grauiſſimos errores hactenus parere ſolet: cuiuſmodi craſſiſſimus eſt ille, quo vulgò omnes promiſcuè Leges in Codicem Iuſtinianeum relatę, *Iuſtiniani*, ſi Deo placet, inconditè audiunt: vel etiam quę in Theodoſianum, *Theodoſij*: aduerſus expreſſum eorum inſtitutum, qui (vt hic quidem ait) *nulli retrò Principum æternitatem ſuam detrahi, nullius Latoris occidere nomen voluerunt*: contrà *manere voluerunt perpetuo elimatam gloriam Conditorum, & perennitatis iure memoriam remanere auctorum.* Quod quidem ab iis factum, non euitandę tantum fugandæque inuidię, ne alioquin cum his componerentur (de quibus etiam Dio Chryſoſtomus *Oratione peculiari*) qui alienis ſtatuarum capitibus demptis ſua imponebant, verùm probabili cummaximè, imò neceſſario, inſtituto, ne alioquin mutatis aut ignoratis conditorum ſeu Auctorum nominibus fides & veritas Hiſtorica nutaret. Ergò Auctorem propoſitæ alicuius Conſtitutionis teneri probè, plurimùm intereſt. Quâ quidem parte procliue eſt, de cuiuſque conſtitutionis Auctore iudiciũ, quoties videlicet ea vnius tantum Imperatoris nomen præfert: Atenim anxius ſępe labor incurrit, vbi duorum pluriumve Impp. nomina Conſtitutionum inſcriptionibus indita repeliuntur: Moris quippe olim erat, vt cùm plures eodem tempore, diuiſis quamlibet Imperij partibus, imperarent, atque adeò quamlibet ab vno tantum Imperatore reuera ſcripta lex eſſet, ex æquo tamen omnium nomina pręferret. Quem morem qui ſiue neſciunt, ſiue minus attendunt, omnibus eam accepto ferre perperam ſolent: Quod huic ipſi conſtitutioni euenit, quam ſub *Arcadij & Honorij* nominibus paſſim laudari videmus, etiam ab iis qui ex profeſſo ad eam ſcripſêre: cùm tamen alterutri tantum ea ῥητῶς

tribuenda ſit. Quomodo ſanè olim quoque Leges nonnullas, quamlibet plurium nomina pręferentes, vni deinceps ῥητῶς tribui rectè videmus, *v.g.l.7.C.Th. de proximis, l.9. de maleficis.* Quanto denique Hiſtoricę veritatis detrimento conſtet huius rei ignorantia, teſtes eſſe poſſunt vel *Valentiniani Tertij Nouellæ*, Theodoſianis permixtæ, & vtriuſque nomina præferentes, quas ſi quis Theodoſio tribueret, in Hiſtoriæ veritatem grauiter peccaturus eſſet; quod iam norunt notaruntque harum rerum periti.

Ergò, vt de Conſtitutione noſtrâ dicamus, *Arcadio* Imperatori, cui Oriens in Imperij diuiſione ceſſerat, eam tribuendam, aio: duplici argumento, tùm Inſcriptionis, tùm & Subſcriptionis (nam alioquin in ipſo Legis contextu ſeu corpore nil tale omninò occurrit, quod non etiam Honorio Imperatori, & ſic Imperio Occidentali conuenire poſſit) Inſcribitur ſcilicet hæc lex *Eutychiano PP.* qui quidem Pręfectus Prętorio in Orientis ſeu Arcadij imperio fuit: vt diſertis verbis teſtatur Socrates, *lib.6.c.2.in fi.* Agens ſcilicet Socrates, de Eutychiani huius Conſulatu (qui proximo ab hinc anno Domini CCCXCVIII. congruit, & de quo videndi ſunt Faſti Conſulares, variæque Conſtitutionum ſubſcriptiones) ſic ſcribit: ὑπατείᾳ τῇ ἑξῆς ἣ ἐπιτέλουν ἐν μὲν τῇ Ῥώμῃ ὁ βασιλεὺς Ὀνώριος, ἐν δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει Εὐτυχιανὸς, ὃ τότε τῶν βασιλέων ὕπαρχος. Quo loco Socrates, per τῶν βασιλέων ὕπαρχον intelligit, *Præfectum Prætorio*, nil aliud: Quare Interpretatio vulgata minus rectè ita habet, *Eutychianus tùm Imperatorum Præfectus Rempubl. animaduertit.* Notandum interim illo Socratis loco *Præfectum* τῶν βασιλέων dici, etſi reuerâ is ſub vno tantum Arcadio ageret, formulâ tum ſolemni, vt quis *Præfectus Auguſtorum* diceretur, etſi ſub vno tantum Auguſto ageret, vti conſtat ex aliis infinitis locis.

Fuit igitur Eutychianus P.P. in Imperio Orientali: quod & ipſum poſtea luculentius adhuc efficietur ex alijs varijſq; Conſtitutionibus, ad eundem Eutychianum PP. datis, & ſic Arcadio hæc lex, quæ ad eum data eſt, tribuenda venit.

Liquet id inſuper ex ſubſcripto huic legi *Ancyræ* nomine, vbi hæc

hæc lex Data dicitur: Ancyram quippe in Orientis imperio (ac nominatim in prouinciâ Galatiâ, diœceſeos modò Aſianæ, modò Ponticæ) & quidem Metropolin fuiſſe cuiuis conſtat. De quâ tamen Ancyrâ non inopportunum fuerit, nonnulla ex huius æui hiſtoriâ adnotare (Vt omittam, quæ in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ hoc ſæculo plurima occurrunt, de Ancyrâ, Ancyraniſque Epiſcopis & hæreſibus) ſub Conſtantio Imp. ita de eâ Vetus orbis deſcriptio, *c.*22. quam nuper extuli, ſcribit: *Habet* [Galatia] *ciuitatem maximam quæ dicitur Ancyra: diuinum panem & eminentiſſimum manducare dicitur.* Pingitur ea quoque in Itinerario (quod vulgò Peutingerianum audit) Turrita, more aliarum maximarum in Orbe Romano ciuitatum. Libanius item *Oratione* 26. *Apolog. p.* 599. ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ σεμνοτάτῃ καὶ μεγίστῃ Γαλατῶν πόλει. In eâ ciuitate, quod notari ad rem noſtram validè cupio, huius ſæculi Principes per Orientem ſæpe conſtitiſſe reperio: veluti Conſtantium Imperatorem A. D. CCCXLVII. vt docet ſubſcriptio Legis 8. *C. Th. quorum appell. non recip.* Iulianum A. D. CCCLXII. teſte Ammiano Marcellino *lib.*22.*p.*237. Iouianũ. A. D. CCCLXIV. eodem ſcriptore, *lib.*25. *extremo*, vbi & Valentinianus ab eo relictus eſt, eodem Ammiano auctore, *lib.*26.*circa princip.* Valentem Imp. A. D. CCCLXV. eodem ſcribente *lib.*26. *pag.* 349. & rurſum A. D. CCCLXXI. vt fidem facit ſubſcriptio *legis* 76.*C. Th. de decurionibus.* Arcadium quoque noſtrum haud ſemel ibi conſtitiſſe reperio: non tantum ſcil. hoc A. D. CCCXCVII. quod hæc lex docet, ſimul & *lex vlt. C.Th. de prædijs Senatorum*, quæ ei coaſſanda venit (de quo mox capite proximo) verùm etiam octennio pòſt, A. D. CDV. quod diſcere eſt ex ſubſcriptione *Legis* I. *C.Th. Ne quis in Palatijs maneat*: *l.*1.*de menſorib. l.* 18. *de palatinis ſacr. largit.* Imò cum locum in delitijs Eutropio fuiſſe, qui ipſe in delicijs Arcadio hoc tempore erat (de quo *capite* 12. & 15.) teſtis Claudianus, biennio poſt, *lib.*2. *in hunc Eutropium.*

Mitior alternum Zephyri iam bruma teporem
Senſerat, & primi laxabant germina flores:
Iamque iter in gremio pacis ſolemne parabant
Ad muros Ancyra tuos, authore repertum

Eutropio, pelagi ne tædia longa ſubirent,
Sed vaga laſciuis flueret diſcurſibus ætas:
Vnde tamen tantâ ſublimes laude redibant,
Ceu vinctos traherent Medos, Indumque bibiſſent.

Et iterum

Cum Duce mutatæ vires, Byzantia robur
Fregit luxuries, Ancyranique triumphi.

Quibus quidem locis (niſi *Amphyſa* & *Amphyſani* legamus, vt nonnulli volunt, ad *Amphyſſam* id referentes, de quâ Strabo, Plinius, & Stephanus) Claudianus Eutropio exprobrat ſeceſſum ſolemnem vrbis Ancyranæ, quam luxui delegiſſet, cùm alias hâc in Medos, & ſic Perſas & Armenios iretur, atque ab his triumpho peracto rediretur. Quæ ſanè cauſa eſt, cur Principes Orientis ſubinde Ancyræ conſtiterint: Conſtantius inquam, Iulianus, Iouianus, Valens: de quibus ſuprà. Ergò ex ſubſcripto quoque huic conſtitutioni *Ancyræ* nomine manifeſtum eſt, eam Auctorem habere Arcadium Imp. & ſic ad Imperium Orientale referendam eſſe.

II. Etquidem, (quod ſecundum) ex eodem iterùm Eutychiani PP. (de quo ſuprà) nomine diſcere licet, hanc conſtitutionem ad eam propriè Orientalis Imperij partem ſpectare, quę ſpeciali Præfecto Prætorio Orientis parebat. Scilicet, hâc tempeſtate, vt Occidens in duas Præfecturas Prætorianas diuiſus erat, Galliarum videlicet & Italiæ: ita & Orientale Imperium in duas pariter ſcindebatur, nempe in Præfecturam Prætorianam *Orientis*, & alteram *Illyrici*, quarum hæc duabus diœceſibus conſtabat, Macedoniæ videlicet & Daciæ: illa verò quinque, puta Orientis (ita ſpecialiſſimè dicti) Ægypti, Aſianæ, Ponticæ, Thraciæ: Quarum Diœceſeon notitia deſumenda eſt ex Breuiario Sexti Rufi *ad Valentem Imp.* quod is ſcripſit A.D. CCCLXX. item ex Indice Schonhouiano, qui ſub Theodoſio M. ſeptennio fermè, vti ipſe ſupputo, ante hanc L. ſcriptus eſt, circa A.D. CCCXC. & ex Notitiâ Imperij, quæ ſub Theodoſio Iuniore ſcripta eſt, 30. poſt hanc L. annis A.D. CDXXVII. Ergò cum

cùm duo P.P. in Imperio Orientali eſſent, & quidem hoc ipſo tempore Anatolius PP. Illyrici foret, vt docet *lex 12. C. Th. de Iudæis l. 3. de conditis in publ. horr. & l. 6. ad SC. Claudianum*, Eutychianus, cui hæc Lex inſcribitur, PP. Orientis erat; vt apparet ex quamplurimis alijs Conſtitutionibus, quæ ei inſcribuntur: puta ex *l. 33. C. Th. de hæreticis*, vbi agitur de vrbe Conſtantinopolitanâ: *ex l. 8. de cenſitoribus*, vbi de vrbe Hierapolitanâ: ex *l. 25. de erogat. mil. ann.* vbi de Epiphanis ordine: ex *l. 57. de appellat. l. 16. de pœnis, l. 4. de patrocin. vic.* vbi de Proconſule (Aſiæ ſcil.) Comite Orientis, & Præfecto Auguſtali: ex *l. 1. de nauibus non excuſandis*, vbi de Ægypto. Indubiè igitur Eutychianus PP. Orientis fuit: & quidem iterum A. D. CDIV. vt diſcere eſt ex *l. 92. de operib. publ.* vbi de Eudoxiopoli agitur, & ex Palladio *in dialogo*, vbi Interpres *Eutychianum Prætorem* vertit, cùm debuerit, *Præfectum Prætorio*. Sic igitur liquet, cùm hæc lex ad Imperium Orientale pertineat, non ſpectare eam ad Macedoniam vel Daciam, quæ P.P. Illyrici diſpoſitioni ſuberant, verum ad P.P. Orientis.

Et hæc de *Authore* huiuſce Conſtitutionis; & ad quamnam Imperij, & quidem Orientalis, partem ea pertineat: quæ duo priora ſubſidia eſſe dixi, ex hâc ipsâ l. petenda, quibus perueniri deinceps ad Hiſtoricas veraſque eius cauſas gradatim poſſit.

III. Tertium ſubſidium, ex hâc ipsâ pariter l. deſumptum, eſt *Æra Temporis* ſeu *Conſulatus* huic l. ſubſcriptus. Regulariter ſcil. omnis Hiſtoriæ portio de temporis adnotatione fidem meretur, contra, de fide nulla non periclitari ſolet, quæcunq; certo temporis characteriſmo deſtituitur: Denique, temporis adnotatio eſt, veluti λύχνος ἐπὶ λυχνίας: κἂν τοῦτο ἀνείλης, ἀνῄλες τὸ φῶς, καὶ πάντα σκότους καὶ πολλῆς ἐνέπλησεν ταραχῆς, quod Chryſoſtomus dicebat. *i. inſtar candelæ ſupra candelabrum: quod ſi tollas, & lumen ſuſtuleris, omniaque tenebrarum & confuſionis plena feceris.* Et idem rurſum, καθάπερ ὅροι καὶ στῆλαι ἐν τοῖς ἀγροῖς τὰς ἀρούρας οὐκ ἐῶσι συγχεῖσθαι, οὕτως οἱ χρόνοι καὶ οἱ καιροὶ τὰ πράγματα οὐκ ἐῶσιν ἀλλήλοις συμπίπτειν, ἀλλὰ διείργοντες ἀπ᾽ ἀλλήλων αὐτὰ, καὶ κατὰ τὴν προσήκουσαν ἕκαστα διατιθέντες τάξιν, πολλῆς ἀπαλλάττουσιν ἡμᾶς τα-

ἐπαρχῆς.i. Quemadmodum termini fineſque in agris fundos miſceri non patiuntur: ita & Tempora res inuicem confundi non ſinunt: verum ab inuicem ea ſeparantia, & ſecundum debitum ordinem ea diſponentia, magnâ confuſione nos liberant. Quæ omnia appoſitè Chryſoſtomus ſcribit, *Homilia 2. de Oſia & verbis illis, vidi Dominum circa finem, tomo Sauiliano 5. p. 137.* quibus ſimilia quoque occurrunt apud Libanium, in eâdem re, (de Conſulatus inquam adiectione) *panegyrico in Iuliani Conſulatum p. 130.* Atque, vt cæteroquin characteriſmus temporis varium vſum habet, in Conſtitutionibus ſanè plurimum confert, ad falſas earum cauſas, quæ afferri poſſunt, refutandas, vice verſâ ad veras eruendas. Ergò dicitur hæc conſtitutio data, *Cæſario & Attico Coſſ.* A. D. CCCXCVII & quidem *prid. Non. Septemb.* Quo ſcilicet tempore Arcadius triceſimumſecundum non vltra menſem, in Imperio agebat poſt Theod. M. Patris obitum, ætatis verò annum viceſimum nondum expleuerat, Eutropio Eunucho tùm obnoxius. Quæ ſingula deinceps vſui nobis erunt, ad eruendam è cubili ſuo veritatem hiſtoricam huiuſce Legis, vt conſtabit ex capite 12. & 13. Non inani igitur tantum obſeruatione, quaſi Conſulatus ille, aliâs celebris (vt Occidentalia omittam) veluti Flaccillæ eo Conſulatu Arcadio natæ; Nectarij item Ep. Conſtantinopolitani morte, hoc ipſo menſe Septembri, Iohannis Chryſoſtomi inuicem ad ſedem Conſtantinopolitanam euocatione (quod paulò poſt hanc legem factum eſt) hâc quoque lege nobiliſſimâ inclaruerit.

CAP. IV.

SVBSIDIVM quoque aliquod ex Coniunctione Legis *vlt. C. Th. de præd. Senator.*

Coniungendarum inter ſe Legum vtilitas. Lex vlt. C. Theod. de Prædiis Senatorum *cum hac l. coniungenda. Eius Legis ſententia.* Defenſores *Senatus*

natus. ***Quidnam ex hâc coniunctione colligatur. 1. Vtramque eſſe de*** **Senatoribus.** ***2. Etiam per prouincias conſtitutis 3. eorumque dignitate & ſecuritate. 4. Ad varias tum de iis querelas. Viceuerſa vtramque ad Relationem Eutychiani PP. emiſſam. Generalem tamen eſſe, & ad ſimiles caſus porrigendam.***

INTER cætera Iuris noſtri κρυφεῖα ſiue arcana haud poſtremum eſt συνθέσεως καὶ σωματοποιίας myſterium: Quando videlicet diuerſa eiuſdem Conſtitutionis ſiue Legis capita, quæ initio quidem cohæſerant, à ſe inuicem verò aliquando vel à Theodoſiani Codicis conditoribus, vel à Iuſtinianeorum librorum auctoribus diuulſa, atque in diuerſos titulos pro argumenti varietate diſiecta, diſtracta, inter ſe rurſum coaſſantur, compinguntur, & ſic in vnum rurſus corpus compelluntur & coaleſcunt. Hâc enim ratione *ſolidum* fermè *corpus* τέλειον σύστημα conficitur, eaque res σαφῆ παρίστησι τὴν ἀνάγνωσιν, *perſpicuam prabet rei notitiam*, vt de Hiſtoriæ alioquin membris in vnum ſociatis Polybius ſcribebat: cui ſimilia videre eſt apud Longinum περὶ ὕψους: Denique hâc quoque ratione de veris Conſtitutionum occaſionibus & Rationibus, Fineque liquere ſæpe poteſt, vt alias huius συνθέσεως vtilitates nunc omittam.

Sanè cùm id in aliarum complurimarum Legum coniunctione videre liceat, id ipſum quoque cernere eſt in coniunctione Leg. *vlt. C. Theo. de prædiis Senator.* cum hac noſtra: quæ ſanè cùm inſcriptione & ſubſcriptione cum hac omnino pariet, id eſt eundem Imperatorem auctorem habeat, & ad eundem Eutychianum PP. emiſſa ſit, dataque eodem die & loco, Conſulibus iiſdem, ex eâdem prolixiore Arcadij Conſtitutione, quæ varia capita continebat, deſumpta fuit: atque adeò huic noſtræ, cui initio cohæſerat, rurſum ſocianda venit. Verba eius hæc ſunt.

Impp. ARCADIVS & Honorius AA.
Eutychiano PP.

Docuit Tua Sublimitas, exactionem tributorum Senatus non poſſe concurrere, adeò vt in nonnullis prouinciis Senatorij canonis medietas in debitis reſederit. Atque ideò, cæteris in prioris Legis ſerie permanentibus, id ſolum corrigi atque emendari iubemus, vt Senatorij fundi non per Officia, ſed per Curiales potius exigantur, ad eoſque iterum ſollicitudo recurrat. Dat. prid. Non. Septembr. Ancyrâ, Cæſario & Attico Coſs.

Prius Conſtitutionis huius ſententia exploranda venit, tùm deinde videbimus, quidnam ex eius coniunctione cum hâc noſtrâ effici poſſit. Igitur præſupponendum nobis eſt, collationem quandam Senatoribus & Senatoriis fundis olim incubuiſſe, ſeu ex Senatoriis fundis canonem aliquem publicè collectum, quæ *Glebalis collatio* olim dicebatur: de quo eiuſque authore plura notare nihil nunc attinet: videatur ſaltem titul. *Cod. Theodoſ. de ſenatoribus & glebali collat.* aliæque leges: & Symmachus *libr.* 10. *epiſt.* 23. vt & Zoſimus *lib.* 2. de quâ hoc ipſo anno eſt altera quoque Arcadij conſtitutio, puta *lex* 8. *eo. tit. de Senatorib. & glebali collat.* Hic ſcilicet nouus fiſco locupletando, ſeu ærarij perennis emolumento, ſinus adinuentus olim fuit, quòd & magnus Senatorum tùm numerus eſſet, iique opimos quoſque maximè fundos per prouincias ad ſe traxiſſent. Huic igitur Senatoriæ functioni ſeu Glebali collationi exigendæ olim Curiales (qui & ipſi βουλευταί

Digitized by Google

λ*ιτ*αὶ ſeu Senatores quidam municipiorum fuêre) præpoſiti erant; verùm id eis ademptum fuerat ab Arcadio noſtro, anno ſuperiore CCCXCVI. *l.* 2. (quæ data eſt ad Cæſarium PP. Orientis, Eutychiani noſtri in eâ Præfecturâ deceſſorem) & *l.* 3. *eod.tit.de præd. Senatorum*, tranſlatâ videlicet eâ exactione in Officiales Rectorum prouinciarum: Nempe, ne Curialibus Senatores lædendi ſeu ſuperexigendi occaſio præberetur; vt alioquin Curiales, (& in his Principales) ſuperexactionis crimine laborabant, & tyrannidem quandam exercebant, de quo fidem faciunt variæ conſtitutiones, & Saluiani quoque Maſſilienſis locus inſignis *lib.* 5. *de Gubern. Dei*: Verùm mox idem Arcadius, cùm ab Eutychiano PP. edoctus fuiſſet, id in perniciem publicam ceſſiſſe (nempe, quòd Officiales Rectorum prouinciarum, quibus Senatorij canonis exactionem nuper indixerat, haud ſatis efficaces in exactione fuiſſent, ſic quidem vt in nonnullis prouinciis Senatorij canonis dimidia pars in debitis ſeu reliquis reſideret, ſeu adhuc deberetur) Arcadio id nunc *d.l.vlt.* reuocare ſeu *corrigere* viſum, impacto rurſum Curialibus hoc exactionis onere. *Cæteris* tamen, addit, *in prioris Legis ſerie remanentibus*.i.ſaluâ in cæteris Senatoriâ dignitate, ac nominatim ne commixtione Senatorum & Curialium, Senatoria dignitas Curialium vilitate vileſceret. Huius rei curâ, ſpeciali per ciuitates *Defenſori Senatus* delegatâ. Quod ſingulare admodum eſt. Quomodo ſcilicet, miſeræ plebi à potentiorum & Curialium iniuriis vindicandæ per ciuitates Defenſores hâc tempeſtate conſtituti erant, ita & per ciuitates & prouincias defendendi Senatus cura nonnullis mandata erat: defendendi, inquam, inter alia, ab impotentiâ & vilitate Curialium.

Hæc perſpicua eſt dictæ *legis vlt.Cod.Theod. de præd.Senatorum* ſententia. Quæ ſi iam huic legi noſtræ coaſſetur; ex iis coniunctis, hæc conficientur. Primò, Arcadium de Senatoribus integrâ illâ conſtitutione ſuâ, vnde vtraque lex deſumpta eſt, egiſſe. Secundò, hanc Legem *Quiſquis* exinde deſumptam, accipiendam quoque de Senatoribus per prouincias conſtitutis, de quo *cap.*11. Tertiò, varias aduerſus Senatores querelas ad Ar-

Digitized by Google

cadium hâc tempeſtate perlatas: quæ fiſci partim rationes ſpectarent, quibus mederi voluit *d. l. vlt.* partim verò cùm mederi nollet, vel certè mederi non poſſet, factionibus, quibus hâc l. occurritur, occaſionem præbuerint. Quartò, vt Senatoriæ dignitati *d. l. vlt.* ita & ſecuritati *hâc l.* proſpectum iuiſſe Arcadium. Quintò, ex eâ quoque Lege conficitur, conſtitutionem hanc totam eſſe reſcriptum ad *Relationem* Eutychiani PP. qui Arcadium ſuper nonnullis docuerit: *Docuit*, inquit, *Tua ſublimitas*: Relationem, inquam, de caſibus aliquammultis ſingularibus, quod colligere eſt ex illis verbis, *Poſt legem duntaxat latam*: cuius occaſione, generale hoc Edictum Arcadius emiſerit. Quare quod alias idem Arcadius ad eundem Eutychianum PP. anno proximo CCCXCVIII. ſcribit, *l. 9. C. Th. de diu. reſcriptis*: *Reſcripta ad Conſultationem emiſſa vel emittenda his tantum negotiis opitulari, quibus effuſa docebuntur* (cui quoque non abſimile fuit Macrini Imp. inſtitutum, quod memorat Capitolinus: concordat *& lex 2. & 3. Cod. de Legib.*) id huc non pertinet, vbi Generalis Legis, & ſic edicti, formula occurrit: *Quiſquis*, inquit, &c. etſi Relatio Legi occaſionem præbuerit. Et ſic ad ſimiles caſus producenda venit.

CAP. V.

SVBIECTVM ſeu CAPVT vnicum huius Conſtitutionis eſſe, non duo. Neque de Proprio Perduellionis crimine in eâ agi.

1 *Subiectum huius conſtitutionis quodnam. Cur ea poſita ſub diuerſis titulis: & quidem C. Theod. ſub tit.* ad L. Corn. de ſicariis: *& quàm rectè. Repetita-*

Digitized by Google

titarum Legum cauſa. Sub diuerſis Titulis. Vnicum huius l. caput eſſe: Non agi initio eius de proprio Perduellionis crimine, ſeu de nece Principis cogitatâ, Tyrannideue affectatâ. Argumenta in id varia. 1. Quia lex poſita Codice Theodoſiano, & apud Græcos ſub Titulo de ſicariis. *2. Græcorum præiudicio. 3. Verba Legis nil tale continere. 4. Imò colorem ſeu rationem huius Legis oſtendere, agi in eâ de improprio Perduellionis crimine. 5. Quia hæc lex eſt Noui Iuris introductoria. 6. Quia Arcadius id crimen prolixiùs inſectaturus fuiſſet. 7. Quia Principibus inſuetum, pœnas ſpeciales proponere in ſe quid cogitantibus.*

POST Auctorem huius Conſtitutionis cognitum, perſpectâ ſimul eâ Imperij Orbis Romani parte, ad quam ea pertinet: expenſâ inſuper temporis, quod illi ſubſcriptum eſt, ærâ: tandem coaſſatâ eâ cum alterâ lege cui coniungenda erat: breuiter, conſtitutionis huius tùm inſcriptione tùm ſubſcriptione diſcuſſis, Nunc ſecundo loco *Subiectum* ſeu *Argumentum* eius adæquatum accuratè ſpectandum venit. Quod ipſum vel maximè faciet, ad indagandas deinceps veras & Hiſtoricas eius cauſas, tùm etiam ne in eius Applicatione labamur.

Vt generale igitur, ita vnicum huiuſce legis ſubiectum & Argumentum eſt, de *Nece perſonis, poſt Principem tùm in adminiſtrandâ Republicâ, tùm dignitate proximis, per factionem præparata ſeu concinnata*: Quod quidem homicidij cogitati crimen, quia Ar-

cadio Maieſtatis criminibus ſociare viſum, eâ re effectum eſt, vt vna eademque lex in duos Conſtitutionum Codices, Theodoſianum primò, mox Iuſtinianeum relata, ſub diuerſis titulis collocaretur: Poſita ſcilicet ea primum fuit à Codicis Theodoſiani conditoribus, ſub *tit. ad L. Corn. de ſicariis*: ſed & poſtea quoque ab Harmenopulo *lib. 6. tit. 6.* ſub *tit.* περὶ φονέων. Non ea ratione, quam Antonius Contius coniiciebat, quod Theodoſij fortè ſæculo crimina maieſtatis Legis Iuliæ ſpecie non exercerentur: Cuius ſententiam refutat apertiſſimè vel titulus Codicis Theodoſ. peculiaris, *ad L. Iul. Maieſtatis*: vnà cum proximo, *ne præter crimen Maieſtatis*: &c. verum eò, quod inibi agatur de nece cogitata: Quod vtique crimen Legi de ſicariis regulariter ſubeſt. Atenim, quia Arcadius Imp. necem ita qualificatam, Maieſtatis criminibus ſociatum iuit, ideò Tribonianus Codice ſuo eam in *tit. ad L. Iul. Maieſtatis* coniiciendam potiùs putauit: Nempe hic prædicatum ſeu diſpoſitionem Legis potius ſpectando, illi verò ſubiectum, diuerſis eam titulis indidêre: Quæ cauſa ipſa eſt, tot aliarum Legum in libris Iuris noſtri ſub diuerſis titulis collocatarum, repetitarumque. Exempli gratia eadem Conſtitutio, quæ anno proximo CCCXCVIII. ad eundem Eutychianum PP. data eſt, Codice Theodoſiano repetita extat duobus locis: puta *l. 57. C. Th. de appellat. & l. 16. eod. Cod. de pœnis*: Codice itidem Iuſtinianeo duobus locis, puta *l. 6. de Epiſcopali aud. l. 29. de appellationib.* Ergò vtrobique rectè collocata hæc lex eſt: Neque minus rectè Codice Theodoſiano ſub *titul. ad L. Corn. de ſicariis.* Maximè, quia etiam non de ſummo Maieſtatis crimine in ea agitur, verum de improprio tantum: non de vero perduellione, ſed *fictitio*, πλαστῷ quaſi perduellione.

Hic enim ille grauiſſimus error eſt, quo hactenus ab omnibus creditur, duo ſumma huiuſce legis capita eſſe: & prius quidẽ eſſe de vero Perduellionis crimine, quod ſcilicet in ipſum Principis caput & imperium attentatur: alterum verò, de eo quod in proximorum Principi capita necemque cogitatur: & ad priorem quidem ſpeciem pertinere volunt initium Legis: ad poſteriorem verò, verſiculum *de Nece etiam.* Adeò quidem, vt Vir doctus ab his verbis, *de nece etiam*, ſecundum caput huius Legis à ſuperiori

periori diuerſum fecerit, ſeiunxeritque. Quæ ſanè diuiſio ſeu dilaceratio totam huius l. ſententiam turbauit; & vt aliâs ſæpe graues errores admittuntur, ob Auctorum Legumque capita minus diſtincta, ita hic verſa vice ſæuus error admittitur, ob diſtractionem: Vnicum enim nonniſi caput hac l. continetur, *de Nece* videlicet *in Perſonas quaſdam Principi iunctiſſimas proximaſque tum in Republ. adminiſtrandâ tùm dignitate per factionem cogitatâ:* Neque initium huius legis vti volunt eſt de Factione in Principis caput & Imperium.

Primum enim, quod modò notabam, ex ipſomet primoque huiuſce Legis poſitu Codice Theodoſiano ſub *tit. ad L. Corn. de ſicariis*, id colligere ſatis liceret, non agi inquam in ea de proprio Maieſtatis ſeu Perduellionis crimine, verùm de Nece tantum nonnullis aliis perſonis per factionem intentatâ: quod crimen etſi in Legem Cornel. de ſicariis fermè caderet, attamen Maieſtatis criminibus Arcadio id accenſere pœniſque feueriſſimis Maieſtatis ſubiicere placuerit.

Et verò (quod *ſecundum* argumentum habeo) præiudiciis quoque Græcorum ſententia noſtra iuuatur, qui ſanè huius l. ſententiam exprimentes nonniſi vnicum eius caput efferunt. Leo primum & Conſtantinus Baſilicorum *lib. 60. titul. 36. Si quis* (nam Græca nondum edita habemus) *coniuratione factâ cum militibus vel priuatis, vel Barbaris occiderit Illuſtrem, vel generaliter qualemcunque Senatorem vel militem, maieſtatis reus iudicetur, & ſanguinis pœnam ſuſtineat cum publicatione*, &c. Cui ſubſcribit & ſcholium ibidem. *Factionis auctor, & inſidians Senatori* VEL *militi, tenetur Iulii Maieſtatis*, &c. Et Attaliata *in ſynopſi tit. 69.* ἐάν τις συνωμοσάμενος μετὰ στρατιωτῶν, ἢ ἰδιωτῶν, ἢ βαρβάρων, φονεύσῃ Ἰλλούστριον, &c.

Iam ſi (quod *tertium* eſt argumentum) verba ipſa Legis ſpectemus, nihil tale omninò illa præferunt, quale vulgò creditur: *Quiſquis*, inquit Lex, *cum militibus vel priuatis, Barbaris etiam, ſceleſtam inierit factionem, vel factionis ipſius ſuſceperit ſacramenta vel dederit, de nece etiam virorum Illuſtrium &c. cogitarit.* Ecce indefinitam *Factionis* mentionem, ſed quam in ſequentibus de-

Digitized by Google

mum Arcadius determinat; *de nece etiam*, inquit, *virorum Inluſtrium*, &c. Eſt ſcilicet *factionis* nomē generale, quo ſocietas omnis illegitima intelligitur: quod etiam ſequentia oſtendunt, vbi *factionis* nomine, eam quæ in alios quam Principem initur, ſignificari, negare contrariæ ſententiæ nemo poteſt. Et expreſſè mox Arcadius παραλλήλως *factionem & ſocietatem* poſuit: quæ *ſocietatis* alioquin vox de factionibus propria eſt, vt apud Tacitum *lib.* 6. *Annal.* Contrà, ſi de factione in Principem ipſum Arcadius cogitaſſet, num indefinito quæſo *factionis* nomine contentum eum fuiſſe putaremus, ac non potius *factionem adpetitæ maieſtatis*, vel *factionem coniurationis ac Tyrannidis* dixiſſet, quomodò ſanè loquitur Vopiſcus *in Aureliano*, vel quid ſimile. Fateor equidem, ſi non alia diſertè factionis in necem aliarum perſonarum ſpecies *hâc l.* memoraretur, *factionis* nomine, eam quæ in Principes vel Rempubl. initur, in dubio intelligi poſſe, ceu frequentiorem: atenim cum alia ſpecies quàm quæ in Principes initur, hac l. prolixè memoretur, eaque ſæpiùs eodem ſolóque *Factionis* nomine deſignetur, nulla certè recta ſermonis ratio hanc interpretationem admittit, vt generali atque indefinitâ *factionis* appellatione, initio quidem Legis eam nominatim quæ in Principes initur, intelligamus, mox verò eadem Lege aliud factionis genus accipiamus. Et verò ipſimet illi, qui contra cenſent, ſatis id fatentur, non poſſe hoc legis initium de Principe ipſo accipi, niſi quid addatur aut ſuppleatur: quomodò veteres & interlineares Gloſſulæ, quæ ſupplent, *contra Principem*: quomodo etiam fecit bonus Accurſius. *Factionem*, inquit, *id eſt, conſpirationem*: ET DIC *contra Principem*: Imò dic potius, Aurelianenſem hanc (vti loquuntur) Gloſſam eſſe.

Sed &, quod *quartum*, ratio illa, ſeu potius Color ille, VTPOTE MAIESTATIS *reus gladio feriatur*, apertè oſtendit, agi tantùm hac l. de Improprio ſeu Fictitio πλασικῷ Maieſtatis ſeu Perduellionis crimine. Nam ſi de proprio Maieſtatis crimine ſenſiſſet quoque Arcadius, ridicula hæc omninò verba de eo forent; idemque opinor ſonarent, ac ſi diceret, *Maieſtatis reum ideò gladio puniendum, quia Maieſtatis reus ſit.* Sedenim cum crimen

Digitized by Google

men quod aliâs Maieſtatis crimen non videbatur, ipſe verò Arcadius videri volebat, pro ratione rectè hæc verba addidit, *vtpote Maieſtatis reus*: id eſt, ad exemplum Maieſtatis reorum, aut, quaſi Maieſtatis reus eſſet: de quo prolixius *cap.*1.

Quintò, ſi tota hæc lex attentè inſpicitur, *Noui* vtique hoc æuo iuris eam introductoriam eſſe apparebit: quâ ſcilicet Maieſtatis crimen pœnæque nouæ cuidam ſpeciei applicantur, atque eâ de causâ pœnarum genera prolixè deſignantur: Quod vtique factum non oportuiſſet, ſi de proprio Perduellionis crimine ageretur.

Sextò, quis in animum ſuum ita inducere poſſet, Arcadium, atrociſſimum perduellionis in Principes crimen tàm paucis adeò verbis, quæ initio Legis contineatur, perſtricturum fuiſſe, qui tàm atrocibus & tàm prolixè alterum & improprium ſeu fictitium configit: Quique inter alia poſteriore caſu ῥητῶς pro ratione addat, *eâdem ſeueritate voluntatem ſceleris, quâ effectum puniri iura voluiſſe*: Quod alioquin propriæ perduellionis ſpeciei conuenire maximè nemo negaſſit.

Poſtremum & id addatur, alienum id à Principibus omninò videri, vti ſuis ipſimet Conſtitutionibus pœnarum genera quid in caput ſuum molientibus denuncient. Certè, nulla duobus Conſtitutionum Codicibus Lex dari poteſt, nullaque alibi, quod ſciam, occurrit, quâ huic crimini Principes pœnas ſpeciatim indixerint, vtpote quæ vel ex arbitrio ipſorummet Principum pendeant, vel quas exprimi nil neceſſe ſit: certè, nullo ſatis pœnæ genere parricidale, ac nefandiſſimum crimen iſtud lui poſſe, omnia iura diuina humanaque clamant.

Digitized by Google

CAP. VI.

RECEPTÆ ſententiæ fundamenta examinantur.

Sceleſta *factio quænam dicatur hac l. Item*, Coniuratio *quid.* Δυσφημίαν *non vitaſſe hac l. Arcadium. Explicatio vocis* ETIAM, *ibi*, de nece etiam Illuſtrium virorum. *Interpretatio dictionis* ET, *& quonam ea referatur, in illis verbis:* Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt.

ET ſunt tamen, quæ contrà mouentur, tuendæ vulgatæ ſententiæ: Et quatuor quidem, quantum equidem ipſe repeto. Primùm aiunt, *ſceleſtæ factionis* appellatione huius l. initio per emphaſin Principis perſonam appetitam ſignificari. Ego verò putabam, *ſceleſtam* dici, ad denotandam facinoris magnitudinem, & ad ſceleris execrationem: non etiam (quod Vir doctus putabat) ad differentiam factionis, quæ in bonam quoque partem ſumitur; quod dilutum hic nimis eſt: non rurſum; ad indicandam factionem in Principem, ſeu in vitam & caput eius initam. Sic ſanè pari execratione, *ſcelerata factione* Barbaris facultas deprædationis in Romanos dari dicitur *l. 9. Cod. Iuſt. de re militari* ſeu *l. 1. C. Th. eod. tit.* Etſi non negem (vt hoc addam) vt apud Q. Curtium *lib. 3. ſceleſtum conſilium*, ita & apud Tertullianum *Apologetici cap. 35. ſceleſtarum partium ſocios* eos propriè dici, qui de nece Principis cogitauerant: verùm haud ideò, quia *ſceleſti* vox ibi vſurpatur, verùm quia ex ipſa totaque Tertulliani narratione apparet, eò id pertinere: nempe quia eo capite Tertullianus eâ de re diſertè agit, variis quoque exemplis in id allatis, & *parricidarum*

Digitized by Google

ciderum nomine eis indito. Sic ſanè & Tacitus *Annali tertio*, de maieſtatis crimine agens, diſertè & apertè dixit, *vana à ſceleſtis, dicta à maleficio differre*, id innuens, multum intereſſe inter Maieſtatis crimen, quod dicto, & quod facto ſceleſto veſanoque contrahitur. Quomodò idem Tertullianus priore è duobus *aduerſus Nationes* libris, quos ab hinc aliquot annis extuli, *c.* 17. *veſaniæ & vanitatis crimina*, in hâc ipſâ re eâdem mente diſtinguebat.

Secundò loco aiunt, Imperatorem ideò initio huius l. ſe ipſum non nominaſſe, vel quia per excellentiam *Coniurationes*, de ijs quæ in Principem factæ ſunt, intelliguntur: vel ominis deteſtandi causâ; quomodo *in l. 9. C. de bonis proſcriptorum* ijdem Imperatores dixerunt, *ſi quis poſthâc ſtylum*, QVOD ABSIT, *proſcriptionis exceperit.* Verùm neutrum horum ad rem quidquam facit. Primum enim *Coniurationis* vox, quam vrgent, hac l. nuſpiam occurrit: neque ſi occurreret, ideò de coniuratione in Principem neceſſariò ea lex audienda foret: etſi ſcio plerunque ita *coniurationis* vocem efferri, pro eâ videl. quæ directò in Principem vel Rempubl. initur: *coniuratio* enim eſt, quælibet ſocietas ſeu factio ſecretiore aliquo ſacramento fœdereque nexa. Secundò, quod de ominis euitandi cauſa adferunt, neque rectè hùc aptatur, neque exemplum ex *d. l.* 9. deſumptum quicquam hùc facit: Scio equidem, non in eâ tantum l. verùm alibi ſæpè, Principes δυσφημίαν euitaſſe, cuiuſmodi exempla occurrunt quoque *l. 2. C. Th. de quæſtionibus & l. 1. C. Th. de maleficis:* verùm neque illa δυσφημίας euitandæ formula *in d. l.* 9. vſurpata, cum hâc l. rectè componitur, cum eâ formulâ non rei ipſius ſeu criminis δυσφημία euitetur, vt in *hâc* l. euitatam ab Imp. volunt, verùm malum tantum omen caſus aduerſi: Neque etiam formulæ, ad δυσφημίαν rei ipſius euitandam alibi vſurpatæ, appoſitè huc traducuntur: Illis quippe exemplis, etſi rei δυσφημία euitetur, attamen & *formula* ipſa δυσφημίας expreſſè apponi ſolet: & alijs quoque verbis res ipſa apertè ſatis indicatur: In hâc verò lege nil tale: vbi neque *formula* δυσφημίας occurrit, neque *aliunde* res eam, quam volunt, interpretationem accipere poteſt.

Præcipuum communis ſententiæ fundamentum, in his verbis conſiſtit: *de nece etiam virorum Illuſtrium*: *Quiſquis*, inquit Arcadius, *cum militibus vel priuatis, Barbaris etiam, ſceleſtam inierit factionem, aut factionis ipſius ſacramenta ſuſceperit vel dederit, de nece* ETIAM *virorum Illuſtrium &c. cogitarit.* Nempe aiunt, particulâ iſtâ, ſeu dictione ETIAM, ſatis indicari, prius dicta ad Principem referenda eſſe. Iſtud verò eſt, quod Interpretes in errorem induxit: quaſi ſcil. vox hæc ETIAM relatiua eſſet ad alias perſonas, & quidem ad Principum, de quibus Imp. initio huius legis ſenſerit: atque adeò quaſi initio dicta de Principis perſonâ, nunc porrigantur ad alias ETIAM perſonas ibi nominatas. Fateor, particulam ſeu dictionem ETIAM eſſe extenſiuam ſeu ampliatiuam: verùm hoc loco non eſt ea extenſiua vnius perſonæ ad alias, ſeu non ſtat ea ampliatiuè reſpectu perſonarum, verùm eſt ea hypotheſeos ſeu ſpeciei propoſitæ explicatio, determinatio, & circumſtantiæ cuiuſdam, quam lex inſuper requirat, præter ſuperiores in hâc facti ſpecie, index: Nempe Arcadius cùm de factione initâ initio Legis egiſſet, ilicò mox, non de omni factione agere ſe hiſce verbis oſtendere voluit, verùm de tali, in quâ ETIAM, *i. ſimul, quin etiam, inſuper, præterea, nominatim*, de nece perſonarum Principi proximarum cogitaretur.

Neque firmius eſt quartum argumentum, quod ex ſequenti αἰπολογίᾳ deſumunt: *nam* ET *ipſi pars corporis noſtri ſunt*, ibi. *De nece etiam Virorum Illuſtrium qui conſilus & conſiſtorio noſtro interſunt, Senatorum etiam (nam* ET *ipſi pars corporis noſtri ſunt) &c. cogitauerit.* Quam copulam ſeu particulam ET eò pertinere cenſent, quaſi eâ indicetur, in ſuperioribus Imperatorem de ſe ipſo corporeque ſuo egiſſe vel ſenſiſſe. Nam & hoc ſi quod aliud inane eſt: neque enim hæc verba eò pertinent, quaſi Imperator initio Legis de ſe ipſo ſenſerit, verùm eò, vt oſtendat, cur Senatorum *quoque* necem, non Illuſtrium modò Conſiſtorianorum per factionem cogitatam Maieſtatis crimini deputet: nempe, quia ET *ipſi pars corporis ſui ſint*, pariter ſcilicet, vt Illuſtres Conſiſtoriani pars corporis ſui ſunt. Ergò dictio ET: *nam & ipſi* reſpicit ad Illuſtres Conſiſtorianos immediatè antea nominatos, & ordinem

Digitized by Google

ordinem (vt loquuntur) inducit inter Conſiſtorianos & Senatores: Quaſi diceret Arcadius: Etſi Senatores Illuſtribus *ἰμπρεγάκτοις* Conſiſtorianis dignitate actuque & propinquitate Principis, inferiores ſint, Illuſtreſque adeò illi propriè magis loquendo, & verè magis pars corporis Principis ſint, nihilominus tamen Et ipſos quoque Senatores pariter ſui corporis partem cenſendos. De quo plenius *cap.* 15. Nempè dictio Et, hoc loco implicat caſum magis dubitabilem, ſuperiore proximè antea nominato.

CAP. VII.

Argumentum huius legis eſſe, de *Fictitia* quadam, ſeu Quaſi Perduellionis ſpecie: vbi *Maieſtatis* crimina ſpecieſque diſtinguuntur.

Maieſtatis crimina in quatuor ſpecies diducuntur. 1. Perduellionis. 2. Venerationis *violatæ.* 3 Auctoritatis *publicæ, ſiue impeditæ ſiue interceptæ. Perduellionis exempla quædam vetera: ab huius l. ſpecie haud prorſus abhorrentia. Cur olim Magiſtratu pop. Rom. &c. occiſo, Maieſtatis, crimen contraheretur.* 4. *Maieſtatis criminis noua ſpecies hac l. inducitur.*

Cum igitur hâc l. de proprio Perduellionis crimine nullâ eius parte agi comprobauerimus, verùm de Nouâ tantum ſpecie quadam, quam Arcadio Maieſtatis & Quaſi *Perduellionis* criminibus accenſere atrociſſimiſque pœnis

Digitized by Google

perſequi libuerit. Videndum nunc eſt, quodnam ſit illud Maieſtatis genus, ſeu ad quamnam Maieſtatis ſpeciem referendum ſit.

Id vt commodiſſimè fiat, Maieſtatis ſpecies hic diſtinctè proponere iuuat, nam de ipſo *Maieſtatis* nomine monere ſuperfluum puto, cùm iam notiſſimum ſit, Maieſtatem verti vel in Imperio vel in dignitate Imperij: id eſt, in ſecuritate & Amplitudine Imperij, vel in veneratione: quomodo & Cicero *pro Rabirio & 2. de Oratore* dixit, *Maieſtatem in imperio, & dignitate pop. Romani conſiſtere*. Et Iulius Seuerianus in præceptis artis Rhetoricæ *Maieſtatem imminuere eſt de dignitate aut poteſtate populi Romani aliquid derogare*, vt Maieſtatis proinde crimen committat, qui aduerſus horum quid molitur.

Tres igitur Maieſtatis criminis ſpecies conſtitui oportet. Primum & atrociſſimum eſt perduellionis, quod Vlpianus ita deſcribebat, cùm quis hoſtili animo aduerſus Rempublicam vel Principem animatus eſt *l. vltim. ff. ad L. Iul. Maieſtatis*. vnde etiam Gloſſæ Græcæ ſuam Perduellionis deſcriptionem habent. Idem Vlpianus *lib.* 7. de Officio Proconſulis *l.* 1. §. 1. *ff. ad L. Iul. Maieſt.* ita deſcribebat, *quod aduerſus populum Romanum vel ſecuritatem eius committitur. Aduerſus Populum Romanum*: nam ita adhuc hoc tempore, quanquam ſub ſtatu Monarchico, loqui mos erat. Populi ſcil. Romani nomen velut vmbra quædam priſtinæ Reipublicæ & ſimulacrum hoc æuo alicubi retinebatur, cùm alias poteſtas Populi Romani EI ET & IN EVM tranſlata fuiſſet i. (nã hic verborum iſtorum ſenſus eſt) penitus & abdicatiuè: Hinc & *populi iura* quædam fuêre, vnde titulus Legeſque *de iure Fiſci & populi l.* 1. *ff. de bonis damnatorum*: & apud Lampridium, *in Alex. Seuero*: & Paulum *lib.* 5. *Sentent. tit.* 12. Sed & *Legatus Pop. Romani*, apud Spartianum *Seuero*, & alios adhuc audiebat. Ergò quiſquis hoſtili ſeu perduelli animo in Rempubl. vel principem animatus eſt, perduellionis crimen contrahit. Et rectè, cùm neque aliunde perduellionis nomen, quam ab *perduellibus*, i. hoſtibus dicatur, quod notiſſimum. Id verò fit, vt innumera eius exempla *Principio* aliquo catholico, ſeu vinculo conſtringam; cùm

cùm quis ſtatum publicum euertere: Pacem, Quietem, ſecuritatem publicam ſiue in totum ſiue pro parte turbare, publicæ pacis & ſecuritatis domi pignora, vires, ſubſidia tollere, labefactare, externorum vires in Rempubl. proritare, reve aliquâ adiutare nititur. Quò ſanè pertinent fermè vetera Perduellionis iudicia: de quâ ſpecie fuit primum caput Legis Iul. Maieſtatis, vt docet *lex 2. ff. ad L. Iul. Maieſt.* quò denique pertinent exempla fermè quæ continentur *l. 1. 2. 3. 4. ff. eo. tit.* Ex quib. apparet, errorem eſſe Viri docti (qui ſectatores deinceps conſequutus eſt) qui perduellionis crimen tùm demum contrahi putabat, cùm vniuerſa Reſpublica offenditur, non cum pars eius tantum, quod ideò *ſpeciale Maieſtatis* crimen vocant. Imò verò, perduellionis crimen ab hoſtili tantum in Rempubl. animo æſtimandum venit: Etſi non omnium perduellionis ſpecierum eædem pœnæ fuerint. Tranſlatâ quoque in Principes penitùs Republicâ, atque vbi vnum hodie Reipubl. caput eſt, perduellionis crimen Principum quoque reſpectu contrahitur, puta cum quis hoſtili animo in eos animatus *d. l. vlt.* vel ſacra eorum capita parricidali furore & veſaniâ appetere, vel Imperium his detractum ire Tyrannide affectatâ ſuſtinet: Quod genus, non *parricidas* tantum, verùm & Αντάρτας Græci dixere, quique ab his mutuati ſunt ſequioris æui ſcriptores. De quo perduellionis crimine ſenſit quoque Arcadius Chariſius *l. 10. §. 1. ff. de quæſtionib: In maieſtatis crimine* inquit, *quod ad* PERSONAS *Principum attinet.*

Secundum Maieſtatis crimen voco, *læſæ Venerationis*: quotiens videlicet, non hoſtili quidem in Rempubl. aut Imperium ipſum animo, ſalus aut ſecuritas eius appetitur, verùm debita tantum Principibus veneratio facto dictoue aliquo atroci violatur, puta maledictis in eos iactatis, vel ſtatuis eorum violatis *l. 6. 7 ff. ad L. Iul. Maieſtat. & tit. Cod. Si quis Imperatori maledixerit*: videndæ & *ai-δεσεως* Chryſoſtomi. Quomodo & apud Quintilianum lex illa *lib. 5. c. 10. Iniuriam feciſti, ſed quia magiſtratui, Maieſtatis actio eſt.*

Tertium Maieſtatis crimen conſtituo, *Auctoritatis ſeu Poteſtatis publicæ turbatæ*: quotiens quis videlicet non hoſtili rurſum

animo in Rempubl. aut Principem, verùm audaci tantum facto aliquo vel Magiſtratui pro poteſtate ſuâ quid agenti obſtringillat eiuſq; Iuriſdictionem interturbat, quod C. Cornelio olim obiectum, vel Maieſtatis ſtricturam aliquam ſibi indebitè vſurpat: quod in monetæ reis cernitur *l.2.Cod de falsâ monetâ* & in priuati carceris vſurpatione *l.1.C.de priuatis carceribus*, id genus alijs.

Vt ad primum Perduellionis crimen redeamus, inter alia eo crimine tenebatur L.Iuliâ, is cuius operâ dolo malo conſilium initum eſſet, quo armati homines cum telis lapidibusve in vrbe eſſent, conuenirentur, aduerſus Rempubl. locaue vel Templa (veluti Ianiculum, forum) occuparentur: Quove cœtus conuentusve fieret, hominesve ad ſeditionem conuocarentur. Quò pertinet illud 2. *de Oratore. Maieſtatem minuit is, qui per vim multitudinis rem ad ſeditionem vocauit.* 2. Item is qui collegium illicitum vſurpaſſet, *l.2.ff.de collegiis*, collata cum *l.1.ff.ad L.Iul.Maieſt.* 3. Item is cuius opera conſilio dolo-malo conſilium initum eſſet, quo quis Magiſtratus populi Romani, quive Imperium poteſtatemve habebat, occideretur, vti ſcriptum reliquit Vlpianus *lib.7.* de Officio Proconſulis *d.l. §. 1. ff. ad L.Iul.Maieſt.*

Quod poſtremum quidem ita conſtitutum, ſiue quod res ea ad ſecuritatem publicam pertinere videretur, præſertim in prouincijs, quæ eorum Imperio coercebantur: ſiue quia Maieſtatis pop.Rom. ſtricturam aliquam gererent ſeu Maieſtatem populi Romani repræſentarent. Hæc inquam circa Magiſtratus populi Romani iam olim, qui conſilio inito, ſeu per factionem occiſi fuiſſent, conſtituta fuerunt. Atenim nondum eò proceſſum fuerat, vt Principes Maieſtatis ſuæ ſummæq; fulgorem priuatis quibuſdam perſonis tribuerent, & ſic vt ſummo Maieſtatis crimine illigarentur, qui quid per factionem in necem perſonarum quaslibet Principi in adminiſtratione Reipublicæ, dignitateque proximarum, proximaſque Imperij ceruices, quid moliti fuiſſent. Atque adeò delictum iſtud nondum tale erat, quod aut ex ſcripturâ L.Iuliæ Maieſtatis deſcenderet, vel ad exemplum Legis vindicaretur; vt loquitur alioquin Modeſtinus

Digitized by Google

ſtinus *l.7.§.3.in fi.ff.ad L.Iul.Maieſtatis*: Verùm Imp. Arcadio viſum Maieſtatis ſuæ fulgore eas quoque perſonas, quæ ſibi in Republ. adminiſtrandâ dignitateue proximæ eſſent, illuſtrare: De quo dicam plenius *cap.* 14. *&* 15. Quomodò & mulieres maritorum fulgore radijſque illuſtrari dicuntur. Et ſic quartam hanc nouamque Maieſtatis precariæ ſpeciem, Fictitiam videl. πλαςικὴν, & Exemplarem: Denique quaſi perduellionis conſtituere licet.

CAP. VIII.

Criminis ſeu Svbiecti de quo hac l. agitur conſideratio, & requiſita tria. Ac primò de Factionibvs: & quidem, quod Secundum, in Necem aliquorum initis, in genere.

Tria concurrere oportere in hoc crimine, Factionem, *in necem perſonarum, Principi in adminiſtranda Repub. dignitateve proximarum.* Factio *quid, & ſignate quidem in latrocinij & Maieſtatis crimine.* Factio *&* ſeditio *ſubtiliter diſtinguuntur: vtriſque Arcadius varijs legibus occurrit, quarum pleraque ad Eutychianum PP. & quidem circa hoc ipſum tempus, data. Vnde argumentum, Eutychianum, pacis publicæ cumprimis ſtudioſum, earumque Legum auctorem fuiſſe.*

Digitized by Google

QVARTA hæc igitur Fictitiaque, πλαστική, Læſę Maieſt., Precariæ videlicet, & *quaſi Perduellionis* ſpecies ex hâc l.haud abſurdè conſtitui poteſt, cùm videlicet Factio ἐπιβουλή in necem perſonarum Principi in Republ. adminiſtrandâ dignitateue proximarum, quibus Princeps Maieſtatis ſuæ ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρα (hùc tranſtuliſſe liceat) tribuit, initur. Cæterum tria in hoc crimine requiruntur, vt grauiſſimis pœnis hâc l.comprehenſis locus eſſe poſſit: Factio, inquam, non nuda nex (quomodo alioquin vulgò eam accipiunt) Rurſum, non factio quælibet, verùm in necem inita. Tertiò, neque in necem quorumlibet, verùm earum perſonarum ῥητῶν, quæ hâc l. deſignantur. Vt proinde forma huius criminis in tribus conſiſtat: in *modo*, per factionem: in *fine*, puta in necem; in *obiecto*, puta perſonis Principi in adminiſtranda Republ. dignitateue proximis. Non igitur aliud factionis ſeu ſocietatis genus *ad hanc* l.pertinet, non nex quælibet, non aliæ perſonæ: veluti, ſi factio ob alias cauſas inita fuerit, exempli gratiâ ad liberandum reum, de quo factionis genere mox: vel ſi nex perſonis hâc l. comprehenſis aliter quàm per factionem, ab vno fortè aliquo, oblata fuerit. Id quod rectè animaduertit Andreas de Iſerniâ *tit.quæ ſint regalia cap.*1. Boſſius *de crimine læſæ Maieſtatis nu.*8.*verſ. eſt verum.* Decianus *tractatu crimin.lib.*7.*c.*5.*n.*6. Capycius *deciſ.*130.*n.*13. Farinacius *de crimine læſæ Maieſt quæſt.*112.*inſpect.*1.*n.*69. Ac multo magis, ſi nex per factionem alijs perſonis intentata fuerit. Denique, tria hæc in conſiderationem hic Arcadio venerunt, atque adeò Interpretibus venire debent, Factionum, & quidem frequentiſſimarum tùm odium: Nex per factiones oblata: & Perſonarum illarum quas dixi reſpectus. De ſingulis his videndum eſt: Ac primò de *Factionibus* ipſis.

Factio, eſt *ſocietas occulta, ſeu arcana, in exitium aliquod conflata, occaſionem erumpendi in tempore exſpectans.* Quod vel ex hâc l.ſatis conficitur. *Societatem* dixi, ideò hac l.factio *& ſocietas* παραλλήλως coniunguntur: quomodo & Suetonius in *Auguſto* dixit, *plurimæ factiones titulo collegij noui ad nullius non facinoris ſocietatem*

tatem coibant: ideò rurſum *factionis ſacramentum* hâc eadem l. dicitur. Dixi rurſum, *occultam* ſeu *arcanam ſocietatem*: hinc adeò fine Legis *arcana conſilia* factioni tribuuntur. His de cauſis *Factionis* nomen de Latronum ſocietate vſurpatur *l.* 11. §. *delinquitur ff. de pœnis*: & apud Apuleium non ſemel *lib.* 2. 7. 9. & factio cruenta, ſeditioni præruptæ coniungitur *l.* 6. §. 9. *in fi ff. de iniuſto, rupto, irrito*: & duces factionum & ſeditionum concitatores iunguntur *l.* 16. *ff. de appellat.* Item factio Palmyrena *l.* 4. *C. de ingenuis manumiſſis.* Paulò latius Feſtus *Factionis nomine ſeditionem & arma vocari*, ait: Laxius, inquam, *ſeditio* enim propriè eſt, cùm ea iam erupit, cum iam ſæuit: quæ & citra factionem præcedaneam, ſubito ſcil. & violento motu velut incendium repentè conflagrat, ſtatimque ad arma & manus tenditur: factio verò, ex certa animi deſtinatione certo & præmeditato arcanoque conſilio concinnatur: vnde factio non tantum *iniri*, verùm & *præparari*, *concinnari* dicitur: ſed & *cogitationis* verbum hâc in re proprium, hac l. vt & alias in Maieſtatis crimine *cogitatio* apud Curtium *lib.* 6. *extremo*, Suetonium *Cæſare* & Tertullianum *Apolog. c.* 35. *in fi.* Sanè vt factiones iſtæ ad alia patranda, ita in Maieſtatis crimine fermè initæ. Hinc illud Pauli 5. *ſent. tit.* 29. *In reum Maieſtatis inquiri prius conuenit, quibus opibus*, QVA FACTIONE, *Quibus hoc authoribus fecerit*: Nempe atrociſſima atque immaniſſima crimina & facinora rarò ſuſcipiuntur, niſi ab ijs, qui per factiones patrato ſcelere euaſuros ſeſe ante cogitarunt: ſiue dum multitudine ſeſe tutos fore putant, vt fermè *Quicquid multis peccatur, inultum eſt*: Et multos *Defendit numerus iunctæque vmbone phalanges*: ſiue quia auctor hâc ratione in incerto eſſe ſolet. Hinc adeò *factionum* nomen aliquando de conſpirationibus & coniurationibus in Principem, apud Capitolinum *Commodo & Pertinace*: Vopiſcum, *Aureliano*: viceuerſa, Factio omnis conſpiratio inter quoſcunque. Hinc & ſcelerata factio cum Barbaris ad deprædandi facultatem inita dicitur *d. l.* 1. *C. Theod. de re militari*: Sed & *Factionis* olim nomen de diſciplinâ Chriſtianâ à Gentilibus vſurpatum, teſte Minutio Felice *in Octauio* & Tertulliano *Apologetic.* vt etiam coniuratio ſuperſtitioſa de hæreſi dicitur *l.* 53. *C. Th. de hæreticis.* Denique in ſp. huius l. *factio* prædicatur de

eâ, quæ inibatur in necem proximorum principi: Pariter vt ſeditione nonnullos hoc ipſo tempore perijſſe innuit Claudianus *lib.2.in Eutropium.*

Diſſimulant ſocij, Coniuratique recedunt,
Procumbit pariter cum Duce tota cohors.
Non acie victi, non SEDITIONE *coacti,*
Ne pereant, ritu, quò periêre viri.

Cùm igitur Factionibus his & ſeditionibus, à quibus ſummum in Republ. periculum eſt, tùm alijs rationibus, tùm & legibus in tempore occurrendum Politicorum ſchola ſanciat, *lib.5.polit.c.8.* καὶ διὰ τῶν νόμων πειρᾶσθαι δεῖ φυλάττειν, hoc exemplo Arcadius Imp. varias ſubinde factionum & ſeditionum vias, quas in perniciem publicam tendere putaret, intercludere Legibus ſuis ſategit: Hinc adeò cohibitæ ab eo factiones, quæ religionis ſpecie moueri poterant *l.30.31.32.33.* (quæ hoc ipſo anno CCCXCVII. data eſt) *& l.34.36.C.Th.de hæreticis l.5.6. de his qui ſuper relig.* (quæ tamen leges Ioannitas, ſeu Iohannis Chryſoſtomi ſectatores reſpiciunt) & *l.16.C.Th.de Paganis*, quæ & ipſa ad eundem Eutychianum PP. biennio poſt hanc l. data eſt. II. Cohibitæ item ab Arcadio factiones eæ, quæ leuandorum tenuiorum ſpecie, conflagrabant, abolitis videlicet vicorum patrocinijs, ſeu προστασίαις (in quas eſt quoque Libanij *oratio* περὶ προστασιῶν quam nuper extuli) *l.3.4.5.C.Th. de patrocinijs vicorum*, quæ duæ poſtremæ Leges rurſum datæ ſunt ad eundem Eutychianum PP. biennio fermè poſt hanc l. III. Item vetitæ ab Arcadio factiones eæ, quæ humanitatis cuiuſdam obtentu, per Clericos & monachos tùm inibantur, belli videl. cuiuſdam ſpecie, reos imminentibus ſupplicijs eripere volentes *l.16.C.Theod. de pœnis l.57.de appellat.* (quæ & ipſæ rurſum Leges datæ ſunt ad eundem Eutychianum PP. anno proximo CCCXCVIII.) vt non pauci tùm Eccleſiaſtici factionum & tumultuum flabella fluêre, ὑπερβαλλικόσῃ (quod fatendum) in Principes & Magiſtratus παῤῥησία, καὶ πέρα τοῦ προσήκοντ©: quod vtrumque de Iohanne Chryſoſtomo ſcribit Socrates *lib.6. cap.5. v.* & Theodoretum *lib.5. cap.28. 32.*

Ergò

Ergò & hâc l. factioni cuidam occurrit Arcadius, tendenti videl. in necem, perſonarum ſibi in Republ adminiſtrandâ, dignitateue proximarum, idque propoſito Maieſtatis metu: qui & alioquin alias de Maieſtatis crimine Leges tulit: veluti, duobus poſt hanc l. menſibus, *l.3.C.Th.ne præter crimen Maieſtatis.*

Ex illis interim tot Arcadij Legibus, quibus ſeditionibus, tumultibus & factionibus occurſum iuit, ad Eutychianum PP. datis, colligi obiter ſatis poſſit, *Eutychianum* hunc paci & concordiæ publicæ ſanciendæ cumprimis hoc tempore inuigilaſſe; atque adeò eas Leges (quod de hâc noſtrâ iam probauimus *c.3.*) proculdubio ad ſuggeſtionem & Relationem eius pleraſque ſancitas.

Et hactenus de primo & ſecundo requiſito in ſpecie huius L. vt pœnis eâ comprehenſis locus eſſe poſſit, puta de Nece intentatâ, & quidem per factionem. Priuſquam de tertio ago, puta de perſonis quibus per factionem tùm nex intentabatur, de factionum iſtarum circumſtantijs, modoque videndum eſt: quæ & ipſæ nos ad verum huius L. intellectum, & Hiſtoricarum cauſarum cognitionem paulatim & per gradus quoſdam ſubuehent.

CAP. IX.

De PERSONIS principalibus & Adminiſtris factionum in ſp. huius l.

Initium Legis eſſe, de DVCIBVS *factionum: Duoque Ducum ibi genera indicari:* Inire *factionem cum aliquibus, quis propriè dicatur.* Sacramenta factionis ſuſcipere dareque *qui dicantur.*

E iij

Adminiſtri Factionum tres hac l. deſignantur. 1. Satellites: *quinam hi: Satellites hoc primum auo in orbe Romano. Cur mitior pœna Satellitibus impoſita in ſpecie* Legis 19. C.Th. de pœnis. 2. Conſcij, *pro participibus ſceleris.* 3. Miniſtri *qui.*

PEERSONAS factionum iſtarum partem conſtituentes, Arcadius Imp. hâc conſtitutione duorum generum facit, puta Principales & Adminiſtras. *Quiſquis*, inquit, *cum militibus vel priuatis, Barbaris etiam, ſceleſtam inierit factionem, aut factionis ipſius ſacramenta ſuſceperit vel dederit.* Et ſub finem Legis: *Id quod de prædictis, eorum filijs, cauimus, etiam de Satellitibus, conſcijs ac miniſtris, filijſque eorum ſimili ſeueritate cenſemus.* Prior ſcil ex his duabus ſententijs eſt de Perſonis factionum Principalibus, poſterior verò de Adminiſtris. Nempe in Factionibus ita fermè euenit, vt alij Principes Duceſque ſeſe Factionibus præbeant, ſiue quia audaciâ maximè prompti, ſiue quia potiores & potentiores: Alij verò, ſeſe ſatellites tantùm, vel conſcios, vel etiam miniſtros præbeant: denique factionum Adminiſtri. De prioribus prius: Prima ſcilicet ſententia eſt de Ducibus ſeu Principibus factionum: Ita quidem vt duo rurſum eorum genera inibi conſtituantur. Prius eſt, eorum qui ipſi ſceleſtam factionem ineunt: id eſt Auctores factionis, ijdemque Duces: qui plebem ipſi commouent: Alij verò non Auctores, verùm qui initæ iam factioni Duces accedunt: Initium, inquam, huius l. accipi oportet de Auctore eodemque Duce Factionis. *Quiſquis*, inquit, *cum militibus ſceleſtam* INIERIT *factionem. inire* nempe propriè hic factionem cum aliquib. dicuntur, inſtinctores, turbones, qui factionem ſuſcitant, alioſque ad factionem impellunt, flabella vera factionum, *ὀχλοκόποι, φιλοθόρυβοι, κυκηταί*: verique Æoli, qui (vt ille ait) nocturnis fortè vel clandeſtinis colloquijs,

flexove

Digitized by Google

flexove in veſperam die, dilapſis melioribus, deterrimum quemque congregantes inſerunt querelas, & graues de potentioribus ſermones, quæque alia turbamenta vulgi, ſicque alios impellunt: denique penes quos cauſa atque origo omnis furoris eſt, reliquis contagione tantum fermè inſanientibus. Alij verò initæ iam factioni inter aliquos, Duces ſeſe præbent: Quomodò fermè noua cupientibus Dux & auctor quæritur, quod Tacitus XVI. *annali* dicebat. De his verò accipienda ſunt hæc huius L. verba, *aut factionis ipſius ſacramenta ſuſceperit vel dederit* (vbi obiter *vel* pro *&* vulgato huius æui ſignificatu, accipiendum eſt:) Nempe his verbis deſcribit Arcadius eum qui factioni iam initæ Dux adſciſcitur, vbi ſanè Ducem hujuſmodi ſacramentum, vt ab alijs ſuſcipere ita & viciſſim ipſum dare, & ſic vltrò citroque ſeſe in ſcelus obſtringere ſacramento oportet: Quare error eſt viri docti, qui hæc verba, *aut factionis ipſius ſuſceperit ſacramenta vel dederit*, interpretationem putabat proximè poſitorum verborum, *quiſquis ſceleſtam inierit factionem*, quaſi id indicetur, tàm eſſe in culpâ & tàm dici factionem ſceleſtam iniſſe, qui alio authore coniurauit, quàm qui author coniurationis fuit: Imò verò *diuerſa* Ducum ſpecies his duabus ſententijs indicantur: Ducum inquam: nam hoc initium eò pertinet, non ad alios factionis participes: de quibus demum erit altera illa ſententia ſub finem Legis.

Ergò in Duces Auctoreſque factionum ſeueritatem primò hâc l. intendit Arcadius, vt cæteroquin iri primum adſolet in nefarios factionum & ſeditionum authores, Duceſque *l.16.ff.de appellationibus*. Imò & ſæpe in eos ſolos, quorum ideò ſupplicio crimen expiatur: quam in rem vide vel Ammianum *lib.21.* & plenus Liuius, alijque, id genus exemplorum. Nam quia nihil auſura fermè plebs creditur, principibus amotis, ideò prima ſemper Imperantibus cura eſt, vti factionum principibus occurrant, nouaque cupientibus Dux & auctor auferatur: Quod certè facit *hâc l.* Arcadius. De *Sacramentis* alioquin in factionibus & coniurationibus res nota, nempe peculiari quadam & quidem iuriſiurandi religione adhibitâ coniurationes & factiones

iniri ſolitas, de quo affatim interpretes Salluſtii, Tertulliani. Et hæc de Ducibus Factionum, de quibus initio Legis.

Sequuntur Factionum *Adminiſtri:* de quibus fine Legis: Quorum etiam tria genera ponuntur, *Satellites*, *Conſcij*, *Miniſtri.* Qui quomodo inter ſe diſtinguendi ſinr, videndum eſt: ac primò de Satellitibus.

Vt *Satellites* factionum, in Perſonarum quæ proximæ principi ſunt, initarum capita, hâc l. memorantur, ita & ſatellites coniurationũ in Principes ipſos concinnatarũ per hos ipſos annos varij memorantur: Et quidem ſex Honorij conſtitutionibus, puta Gildonis ſatellites *l.19.C.Th.de bonis proſcriptorum: l.19. eod.C. de pœnis.l.7.eod.C.de metalis* (meminit & Auguſtinus *lib.3. contra Creſconium Grammat.cap.*11. vbi de Optato: *Quæ tamen*, inquit, *ita commiſit, vt inter Gildonis ſatellites præcipuus teneretur, haberetur, moreretur*) Stiliconis item ſatellites *l.20.22.Cod.Th.de bonis proſcript.* Heracliani *l.21.eod.C.de pœnis.* Quibus fermè locis omnibus, pariter vt hâc l., ſatellites pari ſeueritate, cum coniuratorum Ducibus & auctoribus habentur: Item, vt ſatellites dictis Legibus fermè Tyrannis ipſis iunguntur, ita primo loco hic poſt Duces pariter ponuntur ante conſcios & miniſtros: Erant ſcil. *Satellites* hi, poſt Ducem factiones primores, qui ſub ſe alios habuêre, patrando ſceleri miniſtros, de quibus poſteà. Sic ſanè & apud Curtium *lib.6. Huic*, inquit, *decem ſatellites traduntur: quorum ſingulos deni armigeri ſequebantur: ij ad alios coniuratos comprehendendos diſtributi ſunt.*

Satellitum verò huius generis non alia aut antiquior mentio in Rebus Romanis occurrit, quam ab hiſce fermè temporibus. Erant hi Barbari, de valentioribus & procerioribus, δ᾽μήκεις (quorum plenus hâc tempeſtate orbis erat, de quo *capite proximo*) de quibus omninò accipio, quod Syneſius ſcribit *de regno p.* 18.23.24. Sic quoque Claudianus *lib.2. aduerſ. Rufinum*, milites, cum Rufinum interficerent, loquentes inducit.

--- patiarne audire Satelles?
Qui Leges alijs libertatemque reduxi.

Clientum voce non ſemel eos idem deſignat *lib.2.in Rufinum.*

Stipatus

Digitized by Google

Stipatus ſocijs, circumque armata Clientum
Agmina, priuatis ibant famulantia ſignis.

Et rurſum

Et coniuratos hortatur voce clientes.

Sed & Rutilius Claudius Numatianus, *Itinerario ſuo* (quod is XX. poſt hanc l. annis ſcripſit) de ſatellitibus Stiliconis ſic canit.

Ipſa Satellitibus pellitis Roma parebat,
Et captiua prius, quàm caperetur, erat.

Et hæc de Satellitibus, quibus hâc l. eadem pœna quæ Ducibus Factionum iniungitur. Et tamen, vt Enantiophano cuidam occurram, Lege 19. *C. Th. de pœnis*, Satellites Gildonis cuſtodiæ tantum mancipari, proſcriptioneque damnari iubentur. Cuius rei cauſa hæc eſt, quod iam decennium eo legis tempore, à Gildonis morte, clapſum fuerat, cuius ſatellites quidam tamdiu quæſiti nunc primùm eruti, haud aliâ pœnâ poſt tantum temporis puniendi viſi ſunt. Vt proinde minùs placeant viri cœteroquin docti aliter hæc conciliare conantis ſuffugia, inaneſque coniecturæ de hoc facto.

11. *Conſcij* factionum hâc lege poſt ſatellites, ante miniſtros, & ſic medij inter vtroſque, ſunt, qui neque Duces factionum, neque ſatellites, neque Miniſtri ſunt, verùm ſocij, participes τῆς ἐπιβουλῆς μεταςχόντες, fautores: etſi nullum miniſterium manu factoue præbentes, factionis tamen exitum ſpeculantes: & factionem vel opibus ſuſtentantes, vel iuuantes conſilijs: participes ſceleris meditati. Quo ipſo ſenſu, præter *l.* 1. §. 27. *ff. de quæſtionibus*, Curt. *lib.* 8. apud Tertullianum *Apologet. c.* 2. conſcij accipiuntur: *In reos Maieſtatis & publicos hoſtes omnis homo miles eſt: ad ſocios Conſcios inquiſitio vſque extenditur:* pro quo, ad Nationes *lib.* 1. *c.* 2. habetur, *conſocios: Quid quod eradicandi generis diffundenda erat inquiſitio, porrigenda quæſtio in ſocios, conſocios?* Quæ *conſociorum* alioquin vox vſurpatur quoque *l.* 3. *C. de conuen. fiſci debitor:* Ita & Iulius Firmicus *lib.* 7. *Matheſ. c.* 7. *faciet fures aut latronum conſcios & receptatores.* Nempe hoc factionis ingenium eſt, vt non

Digitized by Google

omnes factionem exequantur, imò pauci periculum ſæpè ſumant, plures verò factioni fauentes, exitum ſpeculentur: Qui conſcij alioquin vt hic, ita & in alijs Criminibus generali *ſociorum* appellatione veniunt: de quib. v. legem *Diuus Hadrianus* 6. §. 1. *ff. de cuſtod. & exhib. reorum.* Apuleium *lib.* 3. Paulum 5. *ſent.* 4. 14. Non eſt igitur hic locus ſeu hæc *conſciorum* vox *hâc l.* accipienda de his qui nudam factionis notitiam habent, citra participatæ factionis crimen (de quo aliæ ſunt leges) Certè, in proprio perduellionis crimine, capitali & hunc conſcium pœnâ puniri frequentior ſchola rectè ſciſcit: de quo non eſt hic dicendi locus.

Miniſtri tandem factionum hâc l. ſunt, qui factioni accedunt, eam executuri, occaſione captatâ: miniſtri & executores ſceleris: quomodò & *ſeditionis miniſtri*, itemque *rerum atrocium miniſtri* dicuntur apud Tacitum, *Annalibus.*

Ergò & hos, conſcios inquam & miniſtros, ex æquo pœnis hâc l. comprehenſis ſubijci voluit Arcadius, pariter vt Duces eorumque Satellites. Quâ parte tamen non omnibus Principibus vel Legum latoribus eadem mens ſemper fuit, certè fuit quamplurimis. Alioquin, cæteros, quos reos ſceleris ſocietas non facit, veluti propinquos tantum, notos, familiares idem Arcadius à calumniâ ſubmouit, in aliâ ſpecie, duabus conſtitutionibus ſuis, quarum prior emiſſa eſt ad Cæſarium PP. Eutychiani, cui hæc lex inſcribitur deceſſorem, *l.* 15. *C. Th. ſeu l.* 9. *C. Iuſt. de bonis proſcrip.* poſterior verò ad eundem Eutychianum biennio poſt hanc l. *l. ſancimus vtroque Cod. de pœnis.* Quæ proinde huic optimè conuenit: Etiam eâ huiuſce l. parte, quâ alioquin pœna in filios filiaſque propagatur: *Propinquorum* enim appellatione in ſpecie illius Legis filios neutiquam exaudiendos, ad *eam l.* prolixiùs oſtendam, inter alia, argumento cauſæ Hiſtoricæ illius Legis, *quam ibi ad hanc diem incognitam efferemus.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. X.

De tribus PERSONARVM generibus, INTER QVAS Factiones hæ initæ.

Cum Militibus, priuatis, Barbaris etiam, initæ hæ factiones. 1. Priuati, *triplici ſignificatu. In hâc l.* priuati, *id eſt, non militantes, militibus opponuntur.* 2. Milites *per pleraſque Orientis vrbes, & vel præcipuas, hoc æuo conſtituti fuêre, etiam Conſtantinopoli.* 3. Barbari *hâc l. qui? Non qui exciti in id ex ſedibus ſuis, verùm qui in Orbe Romano tùm conſiſtebant, quorum ibi magna validaque manus erat: inde à Valente & Theodoſio M. Milites & Barbari factionibus opportuni. Factiones hæ magnæ molis, & cur?*

TRIA hominum genera memorat hâc l. Arcadius, VNDE factioſi coniuratique prodibant, ſeu cum quibus, & *inter quos* Factiones hæ inibantur: Puta milites & priuati, & vtrique non Romani tantùm ſed & Barbari: *Quiſquis*, inquit, CVM *militibus vel priuatis, Barbaris etiam, ſceleſtam inierit factionem.* De ſingulis ordine videndum eſt.

Ergò Militibus *priuati* hic opponuntur, non quomodo priuati aliàs Principibus, quorum ſanè reſpectu omnes quantauis dignitate præditi, *priuati* dicuntur, *vt l.* 1. *C.Th. de exp. ludorum: l.* 3. *de metatis: l.* 5. *de operib. publicis, l.* 54. *de curſu publ.* Item, non quo-

Digitized by Google

modo priuati, poſitis in dignitate opponuntur: vt *l.44.C.Th.de curſu publico:* quo ſenſu etiam nunc accipio Libanium *fine orationis* κατὰ τῶν εἰσιόντων: Verùm priuati *h.l.* ſunt non milites, qui alias *pagani* dicuntur ἰδιῶται. Hoc ſcil. ſenſu *priuati* hoc æuo quoque paſſim accipiebantur, pro non militantibus: Vnde frequens eorum oppoſitio, non *hâc* tantum *l.*, verùm & *l.2.C.Th. de falsâ monetâ: l.vn.de officio Iudicium militar.l.5.de teſtamentis.l.3. de immun. conceſſâ: l.1.de terris limitaneis.* Eodemque ſenſu Lampridius *Alexandro Seuero p.* 134. *Sola quæ de hoſtibus capta ſunt limitaneis Ducibus & militibus donauit, ita vt omnium eſſent ſi illorum hæredes militarent, nec vnquam ad* PRIVATOS *pertinerent.* Sic & in Agnetis paſſione: *coronatur ciuitas tota, fit lætitia militantibus atque priuatis, & vniuerſis audientibus &c.*v.& Artemidorum ὀνειροκριτ. *lib.2.* ſic & apud Grçcos ἰδιώτης & στρατιώτης paſſim opponuntur, veluti apud Chryſoſtomum: Item σχῆμα στρατιωτικὸν & ἰδιωτικόν: Ergo priuati & milites opponuntur, quomodo aliâs *pars armata & ciuilis*, & in iure, & apud Sidonium & Vegetium. Scilicet in hæc duo hominum genera ciuitates tùm diuidi ſolebant, in milites & non milites: τὸ σῶμα τῆς ἡγεμονίας δίχα διαιρεθὲν, κατὰ τὸν ὁπλισμένον καὶ ἄοπλον ait disertè Syneſius *de regno p.26.* Milites nempe hâc tempeſtate varijs locis per omnes fermè ciuitates ſparſi erant: κατὰ τὰς πόλεις τὸ ὁπλιτικὸν ἐνίδρυτο. Quod ex Notitiâ Imperij omnium luculentiſſime diſcere eſt. Sic quidem, vt in maximis quoque vrbibus orbis Romani milites forent, veluti Antiochiæ in Syriâ ſagittarij, & quidem Scythæ Barbari, quod docet Libanius *orat 13. ad Theod. magn. p.394.397.414.* Socrates *lib.6.c.6.* Seleuciæ, *d.orat.13 p.410.* Imò & in vrbe Conſtantinopolitanâ milites fuêre, teſte Zoſimo, *lib.5.p.795.* & quidem Præſentales, Principe ibi poſito, vt docet exertè Arcadij noſtri lex 17.*C.Th.de re militari*, quæ data eſt anno proximo CCCXCVIII. vel ex prouincijs eò miſſi ad Principem negotij ergò *d.l.17.* Imò & Numerus peculiaris militum ab Arcadio huius l. auctore inſtitutus fuit, qui *Arcadiani* dicti, vt ſcribit Cedrenus *p.269.*

Cæterùm, vt priuati, ita & milites hi non tantum indigenæ fuêre, verùm etiam in vtroque genere Barbari. *Barbari*, inquam,

quam,non qui per factionem ex ſedibus ſuis, ſeu Barbariâ & hoſtico exciebantur, Tyrannidis alicuius parandæ causâ, quomodo Gloſſa hic Barbaros pro *hoſtibus* accipit, quomodo etiam Interpretes omnes hactenus cenſent:verum,qui tùm temporis orbem Romanum implebant. Cuius mali labes originem habuit à Valente Imp. qui Gothis agrum ad ſe confugientibus, in Thraciâ atque alibi, attribuit, teſte Ammiano, Zoſimo, Themiſtio & Eunapio *in Eclogis Legationum*, Socrate *lib.* 4. *c.* 34. eo addito id initium fuiſſe calamitatum quæ mox Imperium Romanum afflixére: τοῦτο ἀρχὴ γέγονε τῶν δυστυχησάντων τότε πρὸς ὀλίγον Ρωμαίων ἀρχὴν. Sed & ſub Theodoſio M. defuncto Athanarico cunctus exercitus Romano ſeſe imperio ſubdidit & cum milite velut vnum corpus effectum eſt, teſte Iornande, v. & Syneſium, & Latinum Pacatum, & Eunapium *d. loco.* Itaque & Barbari milites Conſtantinopoli extitêre, teſte Zoſimo *lib.* 5. *p.* 795. & alibi ὑπὸ Ρωμαίοις γενόμενοι στρατεία προσομιλήσαντες: vt in Arcadij rebus ait Socrates *lib.* 6. *c.* 6. Et in Phrygiâ nominatim Gothi milites locati fuêre, vt conſtat ex ijs quæ de Tribigildo ibi hoc ipſo tempore & anno cum his locato memorant Hiſtorici, & Claudianus quoque *lib.* 2. *in Eutropium*

> ---- *Oſtrogothis colitur mixtiſque Gothunnis*
> *Phryx ager.* & mox
> --- *Phrygiæ medijs affigitur oris,*
> *Tandem Targibilum, Geticæ Dux improbus aulæ*
> *Hic erat, aggreditur.*

Denique hoc illud ſæculum eſt, quo Barbaræ gentes, Scythicę, aliæque in Orbem Romanum, Orientalem nominatim, immiſſæ, vel priuatam vitam degebant, vel Romanis paſſim numeris τοῖς στρατιωτικοῖς ἀριθμοῖς adſcriptæ militabant: Quin & Magiſtratus paſſim gerebant: priuataſque domos implebant: Quod vt ex varijs ſcriptoribus Claudiano, Zoſimo, Notitiâ Imperij, Hiſtoria Eccleſiaſtica, Legibus etiam nonnullis diſcere eſt, ita exertè docet Syneſius *orat. de regno p.* 24. ad hunc ipſum Arcadium ſcribens, vbi addit, & tum ſeditiones στάσεις iam aliquas inde exortas, imò inde tandem excidium ipſi Imperio omi-

natur : quod ſuperiori Socratis teſtimonio optimè conuenit, de quo dicam infra plenius c. 18. vbi de occaſionibus & cauſis harum factionum, inter quas fuit & Barbarorum iſtorum promotio ad Dignitates Illuſtres, Senatorias, Palatinas, Prouinciales, atque ad militiam. Nempe, quod Politici rectè obſeruant, πᾶν ἀλλόφυλον καὶ στασιάσιμον.

Eò igitur pertinet, quod de Barbaris hâc l. adiicitur, in factionem coëuntibus : nempe, ad Barbaros ſiue priuatam ſiue militarem vitam in Oriente agentes : non verò ad Barbaros ex Barbariâ, ad priuatas factiones, de quibus hâc l. agitur, excitos. Quo alioquin more exciti quoque Barbari hâc ipsâ tempeſtate ad factiones aduerſus ipſummet Principem initas: veluti, ante biennium, Gothi à Rufino exciti fuerant, quem ideò *coniuratum Getarum* vocauit Claudianus, vt & Hunni : de quo v. eundem Claudianum *in Rufinum.* Item à Stilicone poſtea, qui omnem (vt ait *lex 22. C.Th. de bonis proſcriptorum*) inuitauit Barbariem.

Tandem ergò Barbari hic ſunt Barbari in Romaniâ ſiue priuatam ſiue militarem vitam agentes : Vnde illa, *cum militibus, vel priuatis, Barbaris etiam*, quod à Triboniano leuiter immutatum in *vel Barbaris* : vnde ſententia ibi paulò incertior reddita: neque enim Barbari priuatis aut militibus hic opponuntur, imò ſupponuntur, indicaturque, milites & Priuatos in Orbe Romano alios indigenas ἐγχωρίους, Barbaros alios fuiſſe.

His ita diſtinctis, iam facile cognitu eſt, cur factio hâc l. inita dicatur *cum Militibus, Barbaris etiam :* Quia ſcilicet in eorum manu tùm Imperium erat, atque ad factiones opportuni maximè forent. Sanè & alias paſſim cum militibus factiones initæ: Sic (vt alia infinita teſtimonia omittam) Capitolinus *in Gordiano. p. 164. poſſe fieri, vt factione quandoque militum Gordiano redderetur imperium :* quanquam ſcio eſſe virum Doctum, qui locum illum aliter legi velit.

Hoc cumprimis æuo militum & Barbarorum adiumento tumultus & factiones in Principem alioſque concitatæ : veluti à Tribi-

Digitized by Google

Tribigildo in Phrygiâ, & Gaina, paulò poſt hanc l. de quo Claudianus *lib.* 2. *in Eutropium.* Socrates *lib.6.c.6.* Zoſimus *lib.*5. Syneſius *de regno.* Ita quoque mentio fit in Synodo ad Quercum illegitimâ, quæ aduerſus Io. Chryſoſtomum habita fuit, ſexennio poſt hanc l. A. D. CDIII. τῆς ςάσεως τῶν ςρατιωτῶν aduerſus Iohannem Comitem, quam Chryſoſtomus prodiderit.

Ex his interim quæ hoc capite & ſuperiore dicta ſunt, apparet ſatis, magno admodùm molimine haſce factiones initas: vtpote cum inirentur cum militibus, priuatis, Barbaris etiam, hominibus factioſis: item, cùm factionibus his Duces ſui eſſent, ſatellites, conſcij, miniſtri: Neque mirum, cùm his factionibus magna capita, βασιλεῖ παραδυνασεύοντες, præcipui ſcil. charitate & fortunâ apud Principem, peterentur, de quo deinceps *cap. prox.*

CAP. XI.

De OBIECTO factionum, ſeu de PERSONIS *aduerſus quas* factiones illæ initæ, quibus Arcadius occurſum hâc l. voluit.

Sacroſanctæ quædam perſonæ vt alibi, ita & in Republ. Romanâ fuere: veluti Tribuni Plebis, & Magiſtratus Pop. Ro. &c. Hâc l. tres. I. Illuſtres Conſiſtoriani: *quinam illi: Inter eos, Quæſtor & Præpoſitus S. cubiculi, Comites Sacrarum Largitionum & rerum priuatarum, alijque: Comites* Conſiſtoriani *longè diuerſi ab his.* II. Se-

natores & *Senatus Conſtantinop. magnâ dignatione apud Arcadium: potiſſima per eum tranſacta. De Senatoribus per prouincias quoque conſtitutis, hæc lex accipienda.* III. Quilibet Principi militantes, *quinam hac l. Quatuor interpretationes refutantur: Palatinis dignitatibus fungentes primùm intelligi: in quibus erant Primicerius Notariorum & ſimiles. Senatores & Palatini iuncti. Item Iudices per prouincias, militares, ciuiles.*

PERSONÆ tandem illæ nunc ſub manum veniant, in quarum necem factionibus initis Arcadius hâc l. occurrit: quarumque adeò vitam & ſalutem à factionibus in tuto locatam iuit: Maieſtatis crimine factionarijs, ſeu factioſis potius, iniecto, totque & tàm atrocibus pœnis in eos propoſitis. Earum verò tria genera hic proponuntur. De quibus ſigillatim priuſquam ago, illud præmoneri operæ eſt, in omnibus Rebuspublicis, in Romanâ certè, nonnullas perſonas ſacroſanctas & pro inuiolabilibus habitas, ἀσύλους, maieſtatemque eorum ſingulari *Tuitione λόγῳ ἀσυλίας* vallatam. Nil iam dico *de Legatis*, qui ſacroſancti, communi Gentium iure habentur. Nil dico etiam de eo, quod Arnob. *lib.* 4. *circa fin.* ſcribebat, *Magiſtratum in ordinem redigere, ſenatorem conuitio proſequi, pœnis periculoſiſſimum eſſe decretum*; id eò quippe tantum ſpectat, quod Iuriſconſult. filij ſciſcunt, & poſt eos Saluianus Maſſilienſis *lib.* 6. atrocem iniuriam ex dignitate eius cui ea illata eſt æſtimari. Quanquam & fictitia lex apud Quintilianum occurrit *lib.* 5. *c.* 10. *Iniuriam feciſti, ſed quia Magiſtratui, maieſtatis actio eſt.* Sed & Suecica Lege mortis pœna imponitur, falsò præcipuos Regis conſiliarios criminanti. Hęc inquam nunc omitto, vt viciniora adhuc huic legi adnotem.

Digitized by Google

notem. Tribunos igitur plebis in hoc omninò cenſu pono, qui pro ſacroſanctis olim habitis. Lege in id lata, de quâ Dionyſius *lib.* 6. & Liuius *lib.* 3. Canuleius quoque teſtis apud Liuium *lib.* 4. *Quid tandem eſt cur negent ſe manibus temperaturos violaturoſque denuncient ſacroſanctam poteſtatem.* Hinc & Rabirius perduellionis olim accuſatus, quod Saturninum Trib. plebis Senatus authoritate obtentâ interfeciſſet. Hinc (quæ magna ſeueritas fuit) Veturius, teſte Plutarcho, morte affectus, quod Tribuno in forum venienti non ceſſiſſet. Hinc & Imperatores initio, quò ſacroſancti eſſent, *ſummi faſtigij vocabulum*, vt Tacitus vocat, i. Tribunitiam poteſtatem ſibi adſciuère: teſte Dione *in Auguſto.* Hæc ita *quidem* de Tribunis plebis olim habita.

Secundò (quod & anteà iam aliâ occaſione monuimus) ita quoque L. Iuliâ Maieſtatis conſtitutum fuerat, vt eâ l. teneretur, cuius operâ conſilio dolo-malo conſilium initum eſſet, quò quis Magiſtratus pop. Romani, quive Imperium poteſtatemve haberet occideretur *l.* 1. §. 1. *ff. ad L. Iul. Maieſtatis.* Hæc inquam duo poſtrema exempla ad hanc Legem propius faciunt. Atenim ſub Principibus, nondum perſonæ Principibus in Republica adminiſtrandâ dignitateve proximæ eo vallo munitæ fuerant, eâque Tuitione defenſæ, vt necem eorum per factionem cogitaſſe, Maieſtatis, immò Perduellionis quodammodo, crimini deputaretur: Certè non Senatorum: quomodo & Seneca 5 *Controuerſ.* 10. dicebat: *Non ages mecum Reipublicæ læſæ, ſi Athenienſem Senatorem occidero, ſed cædis.* (Quamuis de nece eorum cogitantibus grauiores proculdubio pœnæ iure imminerent. Quod vel Epagathi exemplo liquere poteſt, qui Vlpiani Iuriſconſulti, quem Alexander Seuerus Imper. conſiliarium proque tutore habuerat, cœdis cauſa præcipua fuerat: de quo Dio *libro extremo.*) Id verò hâc l. primùm generali Edicto ab Arcadio conſtituitur, de triplici perſonarum genere, *Illuſtribus* puta *Conſiſtorianis*, *Senatoribus*, *& Quibuſlibet ſibi militantibus:* Maieſtatis ſeu Purpuræ ſuæ luce hiſce perfuſis: Haud aliter, atque olim idem Alexander Seuerus Vlpianum ſæpè à militum irâ obie-

Digitized by Google

ctu purpuræ ſuæ defendiſſe dicitur: vt omittam alios ſimili togæ vel paludamenti obiecto periculo exemptos.

Harum verò perſonarum ſalutem aduerſus Factiones quâ de causâ Arcadius Imp. adeò ad curam ſuam reuocauerit, vti ſciatur, de ipſis prius, & ſingulis quidem, ordine nobis videndum eſt.

Primò igitur in hoc cenſu ponit Arcadius *Viros Illuſtres qui conſilijs & conſiſtorio ſuo interſunt.* Hi verò erant viri dignitate Illuſtres, Conſiliarij intimi Sanctioris & Arcani conſeſſus Principis, cum quibus de rerum ſummâ Princeps in conſilium ibat, *συνεδρεύοντες καὶ βασιλεῖ τῆς ὑπὲρ ἁπάντων βουλῆς κοινωνοῦντες*, vt Iulianus ait *orat. 1. p. 169.* *γνώμης κοινωνοῦντες* Chryſoſtom. *Homilia 2. in Theodorum lapſum tom. 6. p. 71.* Quos & ita deſcribit Theodoſius M. *l. 3. C. Th. de metatis*, Comites Conſiſtorianos, qui participantes Auguſti pectoris curas agendo clarebant: Valentinianus Senior ita, *l. 1. C. Th. de Quæſtor. Magiſtris officiorum &c.* qui ſacrario Principis exploratâ ſedulitate obediebant. Arcadius eoſdem hoc ipſo anno Illuſtris dignitatis Palatij nomine indigetat. *l. 1. C. Th. ad L. Iul. de ambitu*: *οἱ πέλας τε καὶ φίλοι μὲν ὧν συνεστώτων βασιλεὺς περὶ τῶν ὅλων ἐβούλευσεν*, vt loquitur Syneſius *de regno ad ipſum Arcadium p. 11.* Proceres, quos arctis in rebus conſulerent, vt Claudianus *2. in Eutropium p. 84.* Ad eoſdem pertinet ſingularis hæc inſcriptio *Legis 5. C. Theod. de fide teſtium. Pars actorum habitorum apud Iulianum Imp. Auguſtum in Conſiſtorio, adſtante Iouio viro clariſſimo Quæſtore, Anatolio Magiſtro officiorum, Felice Comite ſacrarum largitionum: &c.* Ex qua lege obiter apparet, hoc æuo Conſiſtorianos in Conſiſtorio ſtetiſſe (quod etiam ex Ambroſij *ep. 27.* diſcere eſt) cùm aliquando etiam adſediſſent teſte Acholio Magiſtro admiſſionum apud Vopiſcum *in Aureliano.* Iidem & generali appellatione *Conſiſtorij principis Comites* ſeu *Comites Conſiſtoriani* dicuntur *l. 1. & 4. C. d. Th. de Palatinis S. L.* *Conſiſtoriani* abſolutè apud Ammianum *lib. 15. p. 44. & 49.* Porrò, vt omittam Patricios, quæ ſumma apud Principes dignitas erat, vtpote quorum Patres cenſebantur: itemque Præfectos Prætorio quæ *ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα* erat, vt ſcribit Zoſimus

Digitized by Google

mus *lib.*2. ſeu ὑπόρρυσες βασίλεια,quomodo eam vocat Eunapius *in Proeraſio p.*150.(qui & ipſi proculdubio,& quidem potiſſimi, inter Conſiſtorianos fuêre) vt & Magiſtros militum, In hoc cenſu erant, Quæſtores, Magiſtri officiorum, *Comites ſacrarum largitionum*, & *Comites rerum priuatarum*, vt de hac Illuſtrium virorum quadriga exertè docet *d.lex* 1. *de Quæſtoribus d.l.* .& 4. *de largitionis S.L. & R.P.* Hinc & de Quæſtore Symmachus, ad Auſonium Quæſtorem ſcribens *lib.*1. *ep.*17. *Quæſtores*, inquit, *memini, Conſilij Regalis particeps*: vide & Caſſiodorum 1.*var.*12.& 5.*var.*3.4. & 6. *var.*5. & 8. *var.*13.18. Sic & Procopius *lib.*1.*de bello Perſico* Quæſtorem πάρεδρον vocat. His addendus & *Præpoſitus ſacri cubiculi*, cuiuſmodi erat hoc tempore Eutropius (cui hanc Lacc-epto ferendam poſteà oſtendam) teſte Claudiano, Zoſimo, Scriptoribus Eccleſiaſticis. Nam etſi Præpoſitus ſacri cubiculi paulò ante ſub Theodoſio M. à Comitibus Conſiſtorianis adhuc ſepararetur: *l.*3.*C.Th.de metatis*, attamen & tùm iam Comitibus Conſiſtorianis proximus erat, vt eadem lex docet: & mox ſub Arcadio, huiuſce Legis authore, inter Conſiſtorianos habitus fuit. Imò in tantum hæc dignitas augeri meruit, vt Theodoſius Iun. Arcadij noſtri filius *l.vn. C.Th.de præpoſitis S.Cubiculi*, & *l. vlt.de metatis*, eam prorſus Præfectis vrbis, Præfectis Prætorio & Magiſtris militum æquarit: & ſic quamplurimis qui iam olim Conſiſtoriani Comites erant prætulerit.

Hi igitur illi ſunt Illuſtres Conſiſtoriani, de quibus hâc l. A quibus longè diuerſi ſunt, neque huius Conſtitutionis verbis comprehenduntur (quod alioquin vir Doctus propè ſibi perſuaſerat) *Comites Conſiſtoriani*, dignitate inferiores: de quibus eſt eiuſdem Arcadij *lex vn.C.Th.de Comitibus Conſiſtorianis*: eſt & *lex vn.qui à præbit. tyronum l.*15.18.*de extraord.mun.l.vn. qui conductores rei priu.* Hi quippe non Illuſtres erant, verùm proximo tantum gradu Spectabiles *d.l.vn.de Comitibus Conſiſtor.* neque ipſi de rerum ſummâ in Conſiſtorio vel intra Conſiſtorium conſulebant, verùm ſacri tantum Conſiſtorij arcanis intereſſe poterant *l.*28. *C.Th.de prætoribus*,atque admitti intra Conſiſtorij Arcana merebantur, & actibus intereſſe & Principis audire reſponſa *l.vltim.*

Digitized by Google

C.Th.de honor.codicillis. Quæ in vniuerſum prærogatiua fuit Comitum primi Ordinis, teſte Caſſiodoro 6.*variarum* 2. Et hactenus quidem differentiam inter *Conſiſtorianos* admitto: non illam, quâ nonnullis viſum quoque, Conſiſtorianos diſtinguere in Conſiſtorianos *in Conſiſtorio & intra Conſiſtorium.* Et hæc quidem de Illuſtribus Conſiſtorianis.

Secundo loco poſt Illuſtres Conſiſtorianos Arcadius *hâc l.Senatorum* quoque vitam & ſalutem aduerſus factiones in tuto locatam it: addita quoque ratione, *nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt.* Sic ſanè & apud Zoſimum *lib.5.p.793.* ἡ γερουσία καὶ ἡ περὶ τὴν αὐλὴν coniunguntur. Senatores porrò in ſpecie huius l. ſunt Senatores, non vrbis Romæ, neque in orbe Occidentali agentes, verùm Vrbis Conſtantinopolitanæ, & in Imperio Orientali degentes: vti ex eo liquet, quod hæc lex Arcadium Imperatotem auctorem habet. Nempe, & vrbs Conſtantinopolitana γερουσίαν, βουλευτήριον μέγα, ἢ συγκλητικὸν habuit, ad exemplum vrbis Romæ: ſiue ex Conſtantini M. inſtituto, quòd tradidit Sozomenus *lib.2.c.2.* & auctor Chronici Alexandrini: ſiue Iuliani, vt Zoſimus lib. 3. *p.* 713. Exinde, Senatus ille magnâ apud Principes dignatione habitus, eiuſque Senatores. Sanè, quo in honote Arcadius, huius l. auctor, eum habuerit, teſtes ſunt plures eius conſtitutiones, puta A. D. CCCXCVI. *lex* 2.3. *C.Th. de prædijs Senatorum*, ex quibus etiam apparet, Defenſores Senatus per ciuitates tùm peculiales fuiſſe, qui viderent, ne quod Senatoriæ dignitati detrimentum ingereretur: de quo iam dixi *cap.* 4. *ſup.* Item fidem facit hoc ipſo A.D. CCCXCVII. *lex* 3. *Cod.Theod. de vſuris* quæ ad eundem Eutychianum PP. data eſt, quæ oſtendit, ſiue ad Senatorij ordinis dignitatem tuendam, ſiue ne Senatoriæ dignitatis obtentu tenuiores opprimerentur, tùm prohibitum fuiſſe Senatoribus fœnus exercere, de quo ipſo alioquin eſt quoque inſignis Ioannis Chryſoſtomi locus, *homilia in Mathæum* 56. *ſub finem Sauil.tom.*2.*p.*362. etſi poſtea ſub dimidia centeſimæ id idem Arcadius permiſerit *l.*4.*eod.tit.* vbi & *florentiſſimum cœtum* vocat.

Ergò & Senatorum & Senatus magna ſub Arcadio dignatio atque

atque auctoritas fuit: Adeò quidem, vt præcipua rerum priſco more tùm à Senatu conſtituuerentur, potiſſimaque per Senatum fierent, tanquam vetere Republ. Quod inter Imperij ſimulacra ponerent Politicorum filij. Nam & is *hoſtes publicos* renunciabat: Sic enim Stilico ab Arcadio & Senatu Conſtantinopolitano, hoſtis publicus declaratus fuit, teſte Zoſimo *lib.* 5. *p.*788. Quomodo etiam in Occidente Gildo à Senatu vrbis Romæ hoſtis publicus renunciatus fuit, auctore Symmacho *lib.*4. *cap.*4. Imò & belli indicendi penes Senatum Conſtantinopolitanum ius tùm fuiſſe ſub eodem Arcadio idem Zoſimus teſtatur *lib.*5.*p.*796. A. D. CD: pariter, vt penes Romanum erat, more per Stiliconem ibi reducto: quod Claudianus ſcribit *panegyrico* 1.*de laudib. Stiliconis p.*182.*b.& lib.*3.*p.*199.*b.*200.*a.* Et *in quartum Honorij conſulatum.p.*143.*b.v.*& Symmachum *d.loco.* Sed & alia quoq; apud Claudianum *lib.*2 *in Eutrop.*occurrunt, de Senatus Byzantini Maieſtate, dignitate *p.*78. *a.*80.81. Hinc & videre eſt, in maximis Reipubl.negotijs iungi τὸν βασιλέα καὶ τὴν γερουσίαν apud Zoſimum *lib.*5.*p.*796.799. & in rebus Iohannis Chriſoſtomi:vide ſaltem Georg.Alexandrinum *in vitâ Chryſoſtomi n.*21. Ergo magna vtriuſque Senatus authoritas tùm fuit, & Conſtantinopolitani & Romani. Inanis n.eſt Alexiæ Comnenæ obſeruatio, ſcribentis, tranſlatâ Imperij ſede Byzantium, ſimul omnem Senatus prærogatiuam veteri Romæ ereptam: vtrique enim quod oſtendimus, Senatui ſua ſtetit authoritas, vt Romano, ita & Conſtantinopolitano.

Porrò interiecta *Senatorum* hîc mentio, ſeu medio loco poſita inter Illuſtres Conſiſtorianos, alioſque Principi militantes, (de quibus mox) vt & Ratio illa, quam modò dixi, videri poſſint indicare, Senatores, quorum vita per factiones hoc æuo appetebatur, fuiſſe eos qui reuerà in ſacratiſſimâ vrbe Senatuque Conſtantinopolitano conſtituti de ſummâ rerum decernebant. Et nihilominus tamen, eos quoque hic intelligi Senatores oportet, qui per prouincias à curis aliquamdiu vacui larem fouebant (de quo alioquin Senatorum diſcrimine vide Honorij *l.*5. *C.Th.de.Senatoribus & glebal.coll.* Cuius ſententiæ, præter genera-

litatem textus, hæc argumenta ipſe habeo. Primò ſcil. & hic inter alios huius æui næuos fuit, quòd indignis paſſim Senatoria dignitas conferretur, & paſſiuitus alijs, quod hoc ipſo anno docet eiuſdem Arcadij conſtitutio *l.8.C.Th.de Senatoribus & glebali collat.* vnde indignatio, factionum illarum mater. Secundò, quod Senatorum quoque qui per prouincias larem fouebant, mentio fiat *in eâ ipsâ l.* quam huic coaſſandam oſtendi *cap.4* in l. inquam *vlt.C.Th.de præd.Senatorum.* Tandem & horum quoque flagitia, non minus quam eorum, qui in vrbe Conſtantinopol. degebant, factionibus occaſionem præbere potuerint: qui & cæteroquin prouinciales varijs rationibus per prouincias vexabant: de quo videnda eſt vel *l.1.C.vbi Senatores*, ſeu *lex 1.C.Th.de accuſationibus.* Et hæc quoque de Senatoribus.

Poſtremo loco ſequuntur, *Quilibet Principi militantes: Cuiuſlibet*, inquit, *poſtremò qui nobis militat.* Quod ſanè vel maximè obſcurum hactenus eſt. Certè craſſus ille Græcorum error eſt, qui id de milite acceperunt, ἢ συγκλητικὸν, inquiunt, ἢ στρατιώτην τινὰ φονεύσας: quaſi Arcadius gregarium militem ſacroſanctum fecerit. Quod abſurdum eſt. Alij, velut Accurſius, eumque ſecuti, id accipiunt de militantibus circa latus Principis. Alij tertio loco id intelligunt de cuſtodibus corporis Principis, & de cohorte prætoriâ, quæ propriè Cæſari militare dicatur, quique præcipuâ ſemper charitate fuerint Imperatorib. Romanis, vtpote quibus corporis ſui cuſtodiam committerent σωματοφύλακες. Intelligunt ſcilicet illi (vt hoc eis de meo largiar) Domeſticos & Protectores (nam ita hoc æuo vocabantur) de quibus eſt *tit.C.Th.* Quorum etiam multa mentio occurrit apud Ammianum & Symmachum: è quorum numero fuit & Calliſtus ille, de quo Socrates *lib.3.cap.21.* qui ὁ ἐν τοῖς οἰκείοις τοῦ βασιλέως στρατευόμενος dicitur.i. (quomodo verſum oportuit) *inter domeſticos Imperatoris militans*, non verò, *inter neceſſarios*, non etiam generaliter nimis, *inter ſatellites.* Sanè (vt & hoc alterum ſententiæ huius patronis largiar) domeſtici hi & protectores dicuntur familiarius Principi militare *l.8.C.Th. de domeſt. & protect.* intra palatium militare *l.42.C.Th.de hæreticis:* principis obſequijs inhærere

rere *l.5.d.tit.de domeſticis*, armatam militiam ſubeuntes non ſolum defendendi corporis ſui, verùm etiam protegendi lateris Principis ſolicitudinem pati *l.9.d.tit.* Quâ de causâ Arcadius ipſe *deuotiſſimos* vocat *l.6.d.tit.* Verùm hæ ſententiæ omnes inanes ſunt, quas vna plaga poſtea conficiemus.

Quid igitur? Hiſce verbis, *cuiuſlibet poſtremò, qui nobis militat*, intelligendi ſunt, Primum, Palatinis dignitatibus fungentes, Principiſque iuſſis in Palatio ἐν βασιλείοις obſecundantes: vt erat inter alios Comes domeſticorum (de quibus *domeſticis* paulò ante dixi) Caſtrenſis ſacri Palatij, Primicerius item Notariorum. Nam cum Notarij, ὑπογραφεῖς βασιλικοὶ, vt eos vocant Libanius, Zoſimus, Socrates, alijq;, officio fungerentur inter Conſiſtorij ſecreta, *l.7.C.Th.de priuil.eorum qui in ſacro Palatio*, militiaque eorum Nobilis eſſet *l.vlt.C.Th. de Primicerio & Notarijs* ſanè horum Primicerius ἄρχων προεστώτης τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, vt eum idem Socrates & Zoſimus vocant, peculiarius Principi militare dicebatur, in Conſiſtorio *l.2.de primicerio & Notarijs*, ſub cuius diſpoſitione erat omnis notitia omnium dignitatum tàm militarium, quàm ciuilium, ſcholarum item & Numerorum vt Notitia Imperij teſtatur. Quem etiam ita graphicè deſcribit Claudianus in *Epithalamio Palladij*, ipſe Tribunus & Notarius

---- paulatim vectus ad altum
Princeps MILITIÆ, *quâ non Illuſtrior extat*
Altera, cunctorum tabulas aſſignat honorum
Regnorum tractat numeros, cunctoſque recenſet,
Sparſas imperij vires conſtringit in vnum
Depoſitum (laterculum intelligit) *quæ Sarmaticis cuſtodia ripis,*
Vel Scotum legio, quantum cinxêre cohortes
Oceanum, quantum pacatur milite Rhenus.

In hoc item cenſu fuêre Magiſtri ſcriniorum, Comites & Tribuni ſcholarum, Tribunus ſeu Comes ſacri ſtabuli, Cura Palatij, & ſimiles, περὶ τὴν αὐλὴν, ſeu intra Palatium militantes cum aliquâ dignitate. Hi ſcilicet propriè Principi militare di-

Digitized by Google

cuntur: In tantum vt & idem Arcadius *ſibi militare* dixerit, anno proximo *l.5.C.Th.de metatis*, etiam Illuſtres viros. Ergò de Palatinis primùm dignitatibus hæc verba Arcadij intelligenda veniunt. Hinc adeò cum Senatoribus eos proximè coniunxit ſubiecitque: pariter vt apud Zoſimum *lib.5.p.793.* coniunguntur, *ἡ γερουσία καὶ οἱ περὶ τὴν αὐλὴν* (quos *περὶ τὴν αὐλὴν* rurſum memorat idem *p.802.*) Et ſic ex hac quoque coniunctione ſeu connexitate apparet, de Palatinis inter alios accipiendum eſſe, quod de *ſibi militantibus* ait Arcadius. Quo quidem ipſo coniunctionis ſeu connexitatis argumento refutantur vulgatæ tres illæ horum verborum Interpretationes, quibus vel milites gregarij, vel militantes vulgari militiâ circa latus principis, vel denique domeſtici & protectores accipiuntur. Quo enim quæſo vinculo paritatis illi cum Illuſtribus Conſiſtorianis, cum Senatoribus cohærerent? Sanè non niſi abſurdè, cum hæc toto cœlo diuerſa ſint, neque vllâ ratione in vnum coire poſſint.

Ergò tres illas interpretationes tribus iam argumentis illis confecimus: nempe, propria verborum illorum, *cuiuſcunque poſtremo qui nobis militat*, interpretatione. Item quod coniunctio & connexitas Illuſtrium Conſiſtorianorum & Senatorum eas reſpuat: quodque nullo ſatis rationis vinculo, hi cum illis coïre poſſint. Addamus & duo inſuper alia argumenta. Refragatur ſcil. interpretationibus illis tanta pœnarum criminiſque atrocitas, quâ nex intentata per factionem in ſp. huius l. vindicatur: cui quis credere poſſit, locum eſſe voluiſſe Arcadium, nece cogitatâ in proletaria tantum hæc capita? Imò addamus quinto loco, ipſum quoque Factionis genus, vt hâc l. deſcribitur, atque eius Circumſtantias, eas Interpretationes reſpuêre: Magna quippe modò capita hoc factionis genere appetita, apparet ſatis ex eo factionis apparatu: magno vtique, vtpote quæ inita dicatur cum militibus vel priuatis, Barbaris etiam: item ſacramentis fœderata & per arcana conſilia: Denique cui acceſſerint Duces, ſatellites, conſcij, miniſtri: Quæ quidem omnia vt magnum apparatum indicant, ita Magna nonniſi capita periculosè ijs appetita demonſtrant.

Ergo

Digitized by Google

Ergò Palatinæ primùm dignitates, his verbis, *cuiuſlibet poſtremò qui nobis militat*, exaudiendæ ſunt. Neque verò Palatinæ tantum dignitates, verùm etiam Prouinciales adminiſtrationes, ſiue ciuiles ſiue militares, ἡγεμόνες διὰ βασιλέως πεμπόμενοι, *Rectores ab Imperatore miſſi.* Nempe enim Principi militare dicuntur *h.l.& d.l.5.Th.de metatis*, omnes οἱ ἐν τέλει, ἔμπρακτοι, κρατοῦντες, omnes qui cingulo donati, ζωστοὶ, qui loco Principis Rempubl. adminiſtrant, cincti ſeu cinctuti omnes: opponunturque Honorarijs & Codicillarijs dignitatibus. 2. Idque etiam congruit Legi Iuliæ, quâ is maieſtatis olim tenebatur, cuius dolo-malo conſilium initum eſſet, quò quis Magiſtratus P.R. quive Imperium poteſtatemve habebat occideretur, *l.*1.§.1.*ad L.Iul.Maieſt.* Sed & tertio quartoque loco id luculentius adhuc apparebit, tùm è factionum harum Prætextu, ſeu occaſionibus, de quibus *cap.* 13: tùm è Rationibus huiuſce conſtitutionis, de quibus *cap.*14. quæ omnes ſiue occaſiones, ſiue rationes, non minus Iudicibus prouincialibus congruunt, quàm alijs. Tandem, quis credat, in vno Senatore Maieſtatis & quaſi perduellionis crimen admiſſum, ac non etiam in ſummo Magiſtratu, cui prouinciæ totius fortè cura demandata erat? quique maius Imperium in eâ prouinciâ habebat omnibus poſt Principem, quod de Proconſulibus & Præſidibus dicitur *l.*8. *ff. de off. Proconſulis*: & *l.*4. *ff de off. Præſidis.*

CAP. XII.

OCCASIONES & CAVSÆ huius legis Hiſtoricæ, hactenus proditæ, expenduntur.

Occaſionem huic Legi non præbuiſſe Coniurationem ſeu factionem Rufini, aut Gildonis, vel etiam Gainæ: non Bargij, non Eutropij.

Digitized by Google

POSTEAQVAM ſemel oſtenſum eſt *cap.* 3. hanc l. Arcadio tribuendam eſſe, & ſic ad Imperium Orientale referendam: Poſteaquam etiam eius æram expédimus, Annum videlicet Domini CCCXCVII. varios deinceps Interpretum circa hanc l. errores aperuimus: Ac primò quidem *cap.* 5. & 6. euicimus, non agi vllâ Conſtitutionis huius parte, de proprio Perduellionis crimine, quo Princeps ipſe appeteretur, verùm de Fictitio, πλασικῷ, puta de factione initâ in necem conſtitutorum in Dignitatibus. Item *cap.* 8. docuimus, in ſp. huius l. factionem requiri, non nudam necem: Viceuerſa non quamlibet factionem, verùm in necem initam. Tertiò *cap.* 10. *Barbaros*, cum quibus factio hâc l. inita dicitur, non eſſe exaudiendos eos, qui è ſedibus ſuis ſeu Barbariâ in id nominatim exciti fuerint, verùm qui in Orbe Romano tùm degebant. Quartò probauimus *cap.* 11. non agi hâc l. de factionibus initis in necem militum, vel cuſtodum Principis, verùm omnium in dignitatibus conſtitutorum. Quibus ita conſtitutis, de grauiſſimis erroribus alijs iudicium facilè fieri poſſet. Ac primò quidem, *Cauſas* Hiſtoricas huiuſce Conſtitutionis hactenus minus congruentes arceſſi. Secundò, non requiri præcisè in ſpecie huius Legis, vt factiones initæ fuerint in necem eorum qui Lateri Principis adhærent, ſeu qui in Aulâ Principis commorantur, denique circa Latus Principis tantùm & præcisè reſiderent. Tertio non agi *hâc l.* de factionibus initis etiam indirectè, ſiue per latus aliorum, in Principem, denique non odio Principis: ac proinde *Rationem* huius conſtitutionis non repetendam, vnde vulgò arceſſitur, *ab ipſiuſmet Imperatoris ſecuritate*. Hæc inquam vel ex ijs quæ ſuperioribus capitibus iam dicta ſunt, perſpicua quoque ſatis eſſe poſſent. Et tamen de ijs, & quidem ſingulis, diſtinctius adhuc videndum nobis eſt.

Ac primò quidem de *Cauſis* ſeu *Occaſionibus*, quæ ex Hiſtoriâ alioquin huc arceſſuntur, videre iuuat, quarum nonnullæ Loco, omnes certe aut Tempore, aut Argumento ab hac Lege diſcrepant. Nonnullæ ſcilicet ex ijs ad Orientale Imperium pertinent, nullaque earum Tempore conuenit, nullaque eſt de factio-

Digitized by Google

factionibus initis in necem eorum qui poſiti in dignitatibus. Atque vt multò anteriores cauſas refutare ſuperfluum puto, vel etiam poſt hanc demum Conſtitutionem multò poſt enatas (veluti Stiliconis, & Heracliani, quas tamen & ipſas ad hanc l. trahunt) de illis tantum, quæ ab huius Conſtitutionis characteriſmo haud adeò abludere videntur, diſpiciendum eſt.

I. RVFINI primùm coniuratio ſeu factio procedat, de qua eſt *Lex* 14. *C. Th. de bonis proſcriptor:* & locus Symmachi *lib.* 6. *ep.* 14. in quem alioquin Claudianus *libros duos* ſcripſit, de quâ factione agunt præterea Aſterius *homiliâ in feſtum Kalendarum*, Zoſimus *lib.* 5. item Eccleſiaſticæ *Hiſtoriæ* ſcriptores, Socrates *lib.* 6. *c.* 1. Sozomenus *lib.* 8. *c.* 1. Hieronymus *ep.* 3. Oroſius *lib.* 7. *cap.* 25. Marcellinus *Chronico*, Chronicon Alexandrinum, Suidas *in v.* Ρȣφίνος, ex Eunapij Chronographiâ. Hic ſcil. Rufinus ex Aquitaniâ, Eluſanus, ſub Theodoſio M. Arcadij patre ad ſumma dignitatum culmina euectus, Magiſterium videl. officiorum, Conſulatum tandem & Præfecturam Prætorianam, de cuius dignitatis faſtigio dixi *c.* 11. ſummotis ex aulâ certatim quibuſque viris Illuſtribus, & in his Tatiano PP. & Proculo P.V. cùm ſub Arcadio iam totius Imperij Orientalis poteſtas vnà cum ipſo Arcadio penes ipſum eſſet, fruſtratus ſpe filiæ ſuæ Arcadio collocandæ (vtpote ductâ ab eo Eudoxiâ, id agente Eutropio), auaritiâ incredibili, Tyrannidem aduerſus Arcadium affectare cœpit: creatis inter alia quos vellet prouinciarum Rectoribus: Hinc inito cum Alarico ſeu Gothis fœdere, qui Thraciam, Macedoniam, Græciam, Epyrum infeſtarent: Inde immiſſis ab eo in Armeniam, aliaſque Orientis prouincias Hunnis. Tandem, de Eutropio tollendo cogitans, à ſubmiſſo per Stiliconem exercitu, cui Gainas præerat, fauente ei in omnibus Eutropio, ante portas vrbis Conſtantinopolitanę, quò Arcadius cum ipſo ad excipiendum exercitum proceſſerat, trucidatus eſt: caputque eius haſtili dextraque per ludum ad exprobrandam ei auaritiam, per vrbem tanquam ſtipi mendicandæ circumlata fuit, facultatibus eius fermè ad Eutropium delatis, fine anni D. CCCXCV. Hæc breuis eſt velut cauſæ coniectio Rufinianæ coniurationis.

Quæ perperam omninò ad huius l. ſpeciem trahitur. Nam & *tempora* diſcrepant: accidit enim id ante biennium fermè, *Olybrio & Probino Coſſ.* i. A.D. c c c x c v. v. Kal. Decembr. teſte Socrate *lib.6.c.*1. & Marcellino *in Chronico*, ſimul & authore Chronici Alexandrini. Quam cædem ſecuta eſt mox bonorum eius proſcriptio, vt teſtatur *lex* 14. *C.Th. de bonis proſcriptorum*, quæ data eſt anno ſuperiore A.D. c c c x c v i. Id Febr. i. octodecim menſibus ante hanc conſtitutionem. Sed & *argumento* cumprimis ab hâc l. diſconuenit: nam, vt maximè Rufinus *coniuratus Gothorum* fuerit (vt Claudianus ait) & Hunnorum, attamen coniuratio hæc & conſpiratio fuit cum Gothis & Hunnis, quos Barbariâ ideò exciuerat: item fuit illa non in Illuſtres Conſiſtorianos, Senatores, Palatinos &c. inita, certè non ibi ſubſtitit, verùm in ipſummet Principem, & Tyrannide affectatâ: vnde *impius proditor Imperij* ab eodem Claudiano dicitur, ---*Impius ille*
Proditor imperij, coniuratuſque Getarum.

2. Gildonis factio ſeu coniuratio multò minus ad huius l. ſpeciem aptanda venit. De quâ & ad quam pertinet *lex* 19. *de pœnis.* De quo eſt Symmachi locus *lib.*4.*ep.*4. Claudiani carmen *de bello Gildoniaco:* & *lib.*1. *in laud. Stiliconis.* & *lib.*1. *in Eutropium p.*67. *b.* Zoſimus *lib.*5.*p.*788. Oroſius *lib. vlt. cap.*36. Idacius *in faſtis conſularibus.* Marcellinus *Chronico.* Gildo ſcil. qui fratrem olim Firmum habuerat, cuique Tyrannidem in Africâ molienti ipſe obſtiterat, vnà cum Theodoſio Theodoſij M. patre, Magiſter militum à Theodoſio M. creatus A.D. c c c l x x x v i i. Eutropio agente, Africam turbare cœpit, eamque Honorij imperio detractam Arcadiano addere inſtituit. Quod poſtremum vti ſatis colligere eſt ex iis quæ Symmachus ſcribit *lib.*4.*ep.*4. *in fi.* ita diſertè teſtatur Claudianus varijs locis *in laudes Stiliconis lib.*1. & de bello *Gildoniaco.* Ibi

Quamuis obſtreperet pietas, his (partibus Eois) *ille regenda*
Tranſtulerat nomen Libyæ, ſcelerique profano
Fallax legitimam Regni prætenderat vmbram.
Et mox: *Hac coniuratus alebat*
Inſidijs Oriens, illinc Edicta meabant

Corru-

Digitized by Google

Corruptura Duces &c. Et poſt
qui mandataque ferrent
Fratribus, & geminis ſancirent fœdera Regnis.

Et mox

in fratres medio diſcordia Mauro
Naſcitur, & mundus germanaque diſſidet aula,&c.

Et poſt, Theodoſium ad Arcadium ita loquentem inducit:
Inque tuam ſortem numeroſas tranſtulit *vrbes:*

Et mox,ipſum Arcadium

Redeat iam tutior Africa fratri.

Et initio de bello Gildoniaco. ---*concordia fratrum*
Plena redit.

Videatur & *Zoſimus lib.5.p.*788. Id verò factum ſub finem autumni anni ſuperioris CCCXCVI: vnde exorta iam Romæ fames ex annonæ Africanæ defectu: Verùm is Conſulatu poſt hanc l. proximo A.D. CCCXCVIII. operâ fratris Maſcezelis fugatus, mox ſtrangulatus, perijt, verno eius anni tempore. Hæc quidem ita breuiter de Gildonis in Africâ motu ſeu tumultu. Qui ſanè nullâ ratione ad hanc l. trahi poteſt, vt-pote qui & loco & Tempore & Argumento ab hâc l. diſcrepet: *loco*, inquam, pertinet quippe motus ille Gildonianus ad imperium Occidentale, cui Africam detractum ibat Gildo: contra Arcadij, cuius hæc lex eſt, gratiam eo motu Gildo captauerat. Neque hæc Gildonis factio in necem virorum Illuſtrium Conſiſtorianorum aut Senatorum, aut Palatinorum aut Iudicum extitit, verùm rebellio αὐτοροία in Honorium, cuius Imperio Africam prouinciam detractum Arcadianoque adiectum ibat. Tandem factio hæc Gildonis nondum huius Conſtitutionis tempore profligata fuerat, verùm poſt demum. Et eſt ingens hâc parte Contij parachroniſmus, & ταραχὴ ſeu confuſio,cum ait, *quo tempore hac lex ſcripta fuit, vix annum à Theodoſij M. morte preterijſſe, & fuiſſe tùm recentem Gildoniana factionis memoriam.* Mox addit, *cum ſupereſſent tàm ſceleſta coniurationis reliquia, latam hanc l.*

Rufini & Stiliconis conſilio: Quæ omnia erroris plena ſunt. Nam & biennio eoque amplius poſt Theodoſij M. mortem hæc lex lata fuit, & Gildoniana factio tum nondum profligata fuerat, & Rufinus iam ante Gildonis factionem trucidatus fuerat, neque Stilico Arcadio Orientis Imp. in conſilio erat, verùm Honorio.

3. *Gainæ* factio ſeu coniuratio ſequitur, cuius hiſtoriam olim Euſebius Scholaſticus, belli ipſius ſpectator, quatuor libris heroico carmine conſcripſerat, & poſt eum Ammonius Poëta, vt teſtatur Socrates *lib. 6. c. 6.* Interea de eâ videndus Zoſimus, *lib. 5. à p. 789. ad p. 799.* Socrates *lib. 6. c. 6.* Theodoretus *lib. 5. c. 32.* Sozomenus *lib. 8. c. 4.* Cedrenus *p. 269.* Et hæc ſiue coniuratio ſiue factio, quamlibet in Arcadij tempora incidat, attamen poſt hanc demum legem enata fuit, anno proximo CCCXCVIII. & repreſſa A.D. CD. vt ex Socrate, Sozomeno, Marcellino diſcere eſt. Aliâs multa illius factionis Gaianæ huius l. circumſtantijs conuenire viderentur, & duo cumprimis: Primò, quòd Barbarus ipſe cum Barbaris hanc factionem inierit, quorum quidem Barbarorum ingens multitudo tùm Conſtantinopoli erat, ſic vt fermè tota Barbara facta fuiſſet, Prætorianis potiſſimùm militibus eiectis, immiſſis etiam Barbaris ad Palatium incendendum, tandem cum Barbaris interemptus fuit. Alterum eſt, quod is Arcadium eò adegerit, vt Eutropium interficeret: ſibique obſidatus ſpecie atque ad mortem dedi fecerit Saturninum & Aurelianum, primos & principes ex Senatu, τοὺς πρώτους ἐκ τῆς συγκλήτου, ὑπατικούς vel ἀπὸ ὑπάτων, vt Socrates ait, vt Zoſimus ἐξέχοντας τοῦ πολιτεύματος ἄνδρας, quos conatibus ſuis aduerſos putabat, quibus tamen ipſe pepercerit: quæ conuenire videantur ijs quæ hâc l. dicuntur *de nece cogitatâ virorum Illuſtrium Conſiſtorianorum, Senatorum.* Verum, vti dixi, tempora non conueniunt, Gainiana quippe hæc facinora biennio fermè & vltrà huic Legi poſtamant. Sed & illa in Saturnini & Aureliani Senatorum necem, factio & cogitatio, ab hâc noſtrâ recedit: Gainiana enim illa fuit, poſtulantis ad necem ſibi dedi duos illos Senatores, atenim ea, de quâ hâc l. agitur, factio eſt & ſocietas molientium per ſe necem, *per arcana conſilia,* vt fine Legis dicitur.

4. *Bargij*

Digitized by Google

4. *Bargij* igitur factio huic Legi conuenire videatur: Quâ Timaſius, qui à tempore Valentis Imp. Magiſter militum fuerat, oppetijt. Verùm neque hæc factio ad huius l. ſpeciem pertinet: Id enim quod de Timaſij morte modò dixi, Eutropio ipſo agente factum eſt, iudicio conſtituto ab Arcadio, non per factionem aut ſocietatem arcanaque conſilia cum militibus aut priuatis etiam Barbaris, cum Satellitibus, conſcijs & miniſtris inita: de quo Zoſimus *lib.5.p.786.787.* Quare neque eiuſdem Bargij ſupplicium, quod mox ſecutum eſt eodem Eutropio agente, ad hanc l. pertinet.

5. EVTROPII tandem ipſius factio viam ſibi ad Imperium ſternentis, ad hanc l. pertinere non poteſt, vt-pote qui anno demum CCCXCIX. id agens agnitus & interfectus eſt, cùm biennio ante, eo maxime tempore quo hæc lex lata fuit, Arcadium in poteſtate ſuâ haberet, de quo *cap. prox.* Quare neque ad rem quidquam faciunt Timaſij & Abundantij aliorumque Illuſtrium virorum ipſo Iudice exilia cædeſque: Hæc enim Arcadio probante facta ſunt, neque per factionem coniuratorum & ſociatorum, priuatorum aut militum, perque arcana conſilia, verum Iudicij ſpecie.

Maneat igitur, eas factiones de quibus hâc l. agitur, quibuſque eâ occurritur, non eſſe eas, quæ à Tyrannidem molientibus inirentur, ac nominatim non eſſe quinque illas quas ſigillatim perſecutus ſum, verùm eas, quæ priuato odio eorum qui in dignitatibus conſtituti erant, *ſuſcipiebantur. De* quo *deinceps capitibus proximis.*

Digitized by Google

CAP. XIII.

Occasiones veræ ſeu Prætextvs factionum, quibus hâc l. occurritur.

Prætextus factionum in commune: Inter alias, κακεξία, atque odium ex prauis Magiſtratibus: Hæc factionum, quibus hâc l. occurritur, occaſio: Quod tùm ex circumſtantijs huius l. inter ſe iunctis colligitur: tùm ex corrupto Imperij tùm ſtatu, quem repræſentant ſcriptores coæui: Scilicet, Arcadium deſcribunt, ceu pecudem in manu & poteſtate Rufini, mox Eutropij *fuiſſe: Item dignitates in indignos & rapaces & Barbaros collatas, optimis quibuſque ſubmotis. In id Claudiani, Zoſimi, & Syneſij* de regno, *Suidæque teſtimonia. Ad quem & quando ea Syneſij Oratio habita. Querelæ eius de prauis Arcadij amicis, & Palatij ingreſſu indignis patente: de Barbaris ad militiam & dignitates paſſim euectis: de Conſiſtorianis & Magiſtratibus prauis. Hinc igitur Factionum iſtarum occaſiones.*

Videamvs igitur (quod in hâc Hiſtoricâ Diſſertatione noſtrâ inter potiſſima eſt) *Vndenam* reuerà factiones illæ ſub Arcadio enatæ ſuſceptæque fuerint: eæque

Digitized by Google

eæque tantæ molis, quibuſque etiam tam graui atque enixâ Conſtitutione & *Tuitione* occurſum ab Arcadio Imp. oportuerit: Habent ſcil. præque ſe ferunt ſemper factiones prætextus aliquos, *αἰτίας*, *προφάσεις καὶ ἀφορμὰς*, ſpecioſaque nomina vulgo obtenduntur: vix & quiſquam in factiones coire ſolet, quin iuſtas coëundi cauſas habuiſſe videri velit.

Sanè, vt ſeditionum ita & factionum *πρὸς τοὺς ἡγεμόνας* origo à cauſis & occaſionibus *αἰτίαις καὶ ἀρχαῖς* varijs oriri ſolet, quas Politicorum filij accuratè recenſent, & in his Ariſtoteles, 5. *Politicorum*. Atque inter alias cauſas Polybius *lib*. XI. *p*. 640. haſce memorat, *ὅταν περιεστῶσι μεμφονταί τι καὶ δυσχεραίνωσιν, ἢ τοῖς ἡγεμόσιν πράγμασιν δυσαρεστῶσιν*. Item, *διὰ τὴν ἀδικίας, καὶ διὰ φόβον, καὶ διὰ καταφρόνησιν, καὶ διὰ φιλοτιμίαν*. Denique ob *καχεξίαν* Reipubl. cùm videlicet ſtatus præſens in vniuerſum malè habere creditur: Et nominatim quidem ſub Principibus, quando potiſſimæ dignitatum non in immerentes tantum, verum in iniuſtos, & rapaces inſuper conferuntur, ſorſque ita deerrat ad parum idoneos, vt cuncta eorum facta Principes, vel cùm prohibere poſſint, ſcire malunt: vel iam prohibere amplius non poſſunt: & ſic qui ipſi iam non præcipui tantum caritate aut fortunâ, *βασιλεῖ παραδυναστεύοντες*, verùm *flagitioſè* Rempub. pro arbitrio ſuo circumagunt.

Et hæc verò poſtrema, *Factionum*, quibus hâc l. occurritur, cauſa exiſtit. Quod colligere eſt vel ex circumſtantijs illis omnibus, quas hactenus expendimus, tùm conſtitutionis ipſius, tùm & ſubiecti quo de ibi agitur. Quinque ſc. hæc iam liquidò tenemus, in ſp. huiuſce l. noſtræ: I. *Locum*: initæ ſc. hæ factiones in Imperio, & P.P. Orientali, de quo *cap*. 3. II. *Tempus*: ſub Arcadio ſcil. concinnatæ ex A.D. CCCXCVII. eo tùm agente biennium in Imperio paulo plus, & viceſimum ætatis annum, de quo *d. capite* 3. III. *Subiectum*: Non agitur ſc. hâc l. de proprio perduellionis crimine, verùm de Fictitio *πλαστικῷ* quodam quaſi perduellionis genere: de quo *cap*. 5. 6. 7. IV. *Obiectum* quoque earum Factionum perſpicuè tenemus: nempe factiones iſtæ initæ in necem perſonarum in adminiſtratione Reipubl. di-

I

gnitateque Principi proximarum, puta in Illuſtres Conſiſtorianos, Senatores, Principi militantes: de quo *cap.* 4. *&* 11. v. *Modum* denique harum Factionum expediuimus: magnâ ſc. mole inítæ, vt-pote in quas coïerint Duces, ſatellites, conſcij, miniſtri, & per arcana conſilia, de *quo cap.* 9. adſcitis in ſocietatem militibus, priuatis, Barbaris, de quo *cap.* 10. Inde iam omnibus iſtis in vnam veluti lineam coniectis, atque animo ſubiectis, quis non ita per ſe facilè ſubſumat, colligatque, factiones iſtas in necem eorum qui in dignitatibus Principi proximis poſiti, & Reipub. adminiſtrandæ ſub Arcadio poſt Principem præpoſiti erant, factioſos iniſſe: Non equidem inſitâ mortalibus naturâ, *recentem aliorum felicitatem ægris oculis introſpicere*, *vt eſt aſſidua eminentis fortunæ comes Inuidia, altiſſimiſque adhæret.* Neque eâ conditione, *quæ omnibus qui adminiſtrationem Reipubl. aggrediuntur, communis eſt, vt quæ maximè pertinent ad ſalutem communem cum quadam ſui inuidiâ facere cogantur*: quod dixit Quintilianus. Multò minus ipſiuſmet Principis odio, verum τοῖς ὑποκειμένοις ἀσχάλλοντας, i. ob communia eorummet qui in dignitatibus præcipuis erant, flagitia, ob ipſorum denique malos mores, & grauamina indebita ſubditis paſſim illata. Quod eò pertinet, quod Polybius dicebat, ὅταν προσιστῶσι μεμφωνταί τι, καὶ δυσχεραίνωσιν. Hæc inquam ex circumſtantiis illis omnibus vel ex *hâc l.* deſumptis atque inter ſe commiſſis, coaſſatis, colligere ſatis liceret, collectaque iuſtæ inquiſitioni ſuffectura viderentur.

Verùm, ne nuda hæc animi mei coniectura cuiquam videatur, illud porrò agendum eſt, vt haſce factionum occaſiones, eam videlicet quam dixi Imperij Orientalis hoc tempore ſub Arcadio Imp. κακοξίαν, & præcipuas apud Principem vel poſt eum dignitates gerentium crimina, odiaque, ex illorum temporum hiſtoria ſub vnum conſpectum exhibeamus: vbi tamen de Arcadio primum ipſo aliquid monuerimus.

Arcadius igitur, cùm annos plenæ pubertatis nondum egreſſus, à Theodoſio M. patre Imperij Orientalis hæres relictus fuiſſet A. D. CCCXCV. regendum ſeſe Rufino primum, mox Eutropio præbuit: Rufino, inquam, quem Theodoſius pater

ipſi

ipſi cùm aduerſus Eugenium moueret, laborum ſocium reliquerat, teſte Zoſimo *lib* 4. imò, ſi Eunapio & Suidæ fides, quem moriens ei tutorem dederat (quanquam Stilico vtriuſque Imperij gubernacula velut à Theodoſio ſibi demandata tùm vindicaret: vt ex Claudiano *lib.2.in Ruſinum in pr.* & Zoſimo *p.782.* liquet.) Ita quidem, vt idem Zoſimus *initio lib.5.* & ex eo Suidas ſcribant, Arcadium, tùm, pariter vt Honorium, ἄχρι ὀνομάτων habuiſſe τὸ κράτος: contra fuiſſe πᾶσαν τῆς ἀρχῆς δύναμιν, κατὰ μὲν τὴν Ἑῴαν παρὰ Ῥουφίνῳ, κατὰ δὲ τὴν ἑσπέραν ἐπὶ Στελίχωνος γνώμῃ. Additque, in Oriente omnia ex Rufini ſententiâ acta, Arcadio nihil eorum quæ gererentur attendente, ſed ea tantum ſcribente, proque Lege habente, quæ Rufinus decreuiſſet. Hæc quidem ita de Rufino. Mox eo ſublato, fine A. D. CCCXCV. *Eutropius* Eunuchus in vacuum venit, παρὰ λαβὼν τοῦ ἐκείνου κράτος, inquit Eunapius & Suidas ex eo, vendicatis maximam partem eiuſdem bonis (Vt omittam nunc quod idem Arcadius Eudoxiæ vxori ſeſe commiſit, quam Eutropius ipſi conciliauerat, τοῦ βασιλέως ἔσχατως ἀνοηταίνοντος, teſte eodem Zoſimo *p.800.lib.5.*) Regendum igitur ſeſe Arcadius Eutropio præbuit: Quare exertè Zoſim. *lib.5.p.785.* de eo, τότε ἐν τῇ αὐλῇ, inquit παρὰ τῶν μὲν ὁμιλούντων κύριος ἦν. item *p.789. ait*, eum πᾶσαν τῆς βασιλείας οἰκονομίαν habuiſſe. Imò *d.p.789.* ſcribit, Eutropium Arcadio vſum & potitum, haud aliter atque pecude, ὁ δὲ κυριεύων Ἀρκαδίου καθάπερ βοσκήματος: & rurſum ait *p.799.* Arcadium φρονήσεως ἐστερημένον. Claudianus quoque *lib.1.* in Eutropium: *ſuſcipitur regnis, & quem priuata miniſtrum Dedignata domus, Moderantem ſuſtinet Aula.* Sic igitur Eutropius in aulâ Arcadij τὰ πάντα fuit: Sic quidem etiam, vt non foris tantum, verùm & Eccleſiæ quoque negotia quò vellet verteret. Sic enim authoritate eius factum, vt Nectario Ep. Conſtantinopolitano mortuo, eo ipſo menſe quo hæc lex lata eſt, Ioannes fine *huius* anni ad *Epiſcopatum Conſtantinopolitanum* euocatus, in eâ ſede anno proximo CCCXCVIII. fine Februarij ordinaretur: de quo v. Socratem *lib.6.c.2.* Sozomenum *lib.8.c.2.* Georg. Alexandrinum *in eius v.n.20.* Palladium *in dialogo* Notiſſimaque etiam eſt conſtitutio, quâ coërcita Eccleſiarum Aſyla fuerunt, quæ Eutropio diſertè tribuitur, de qua *cap. vlt.* Igitur &

in Palatio & in Eccleſiâ omnia pro nutu ſuo tum agebat Eutropius.

Atque hoc illud eſt omninò potentiæ Eutropianæ tempus, in quod huius Conſtitutionis characteriſmus præcisè incidit: Eam quippe tenuit is triennio, paulò plus, poſt interfectum Rufinum, à fine videlicet A.D. CCCXCV. ad initium Anni CCCXCIX: Quo quidem medio tempore A.D. CCCXCVII. hæc Conſtitutio lata eſt: & ipſe Eutropius ad Patriciatum tandem atque ad Conſulatum euectus fuit.

Ergò cùm Arcadius Rufino primum, mox Eutropio ſeſe totum præbuiſſet, turbata miris modis tum Reſpublica fuit. Non tantum Tyrannide palàm ab his ipſis affectatâ, verùm (qui ad Tyrannidem promouendam gradus erant) hinc in ſinus ſuos quicquid opum poſſent conuerſo, iuſtiſque poſſeſſoribus ad-empto, ſed & calumniatoribus delatoribuſque paſſim excitis: vt conteſtantur tot ſcriptores, Claudianus, Eunapius, Zoſimus, Suidas, alij. Inde potioribus quibuſque ſubmotis, peſſimo viciſſim cuique Barbariſque dignitatibus per fœdam nundinationem collatis, Conſiſtorianis, Senatorijs, Palatinis, Prouincialibus. Nolo nunc retexere quæ id genus acta, cùm Rufinus paulo ante ſummam Imperij teneret, de quo prolixè Claudianus *libris in Rufinum*, & Zoſimus *initio lib.* 5. & ex eo Suidas: quandoquidem hæc huiuſce Legis æram paulò anteuertunt: de Eutropianis modò temporibus videndum eſt, quæ huius Conſtitutionis Characteriſmo conueniunt.

Ex Claudiano igitur primùm ſuffragia colligamus, qui duos *in Eutropium libros* ſcripſit: Ergò de optimis & optimatibus quibuſque tùm ſubmotis. *lib.*1. ſic ille:

—— Procerum ſquallore repletus
Carcer, & exulibus Meroë campique gemiſcunt
Æthiopum, pœnis hominum plaga perſonat ardens,
Marmaricus claris violatur cædibus Ammon.

De venditis ab Eutropio poteſtatibus & dignitatibus ita *lib.*1. *p.*66.*b.*

—— *quic-*

---- quicquid ſe Tigris ab Æmo
Diuidit, hoc certâ proponit merce locandum
Inſtitor Imperij, caupo famoſus honorum:
Hic Aſiam villâ pactus regit, ille redemit
Coniugis ornatu Syriam: & ita de cæteris.

Et mox *---- certantum ſæpe duorum*
Diuerſum ſuſpendit onus, cum pondere Iudex
Vergit, & in geminas nutat prouincia lances.
Non pudet heu ſuperi populos veniſſe ſub haſtam
Vendentis. Item.
In mercem veniant Cilices, Iudæa, Sophene.

De Indignis ad dignitates promotis idem *lib.2.*

Pars humili de plebe Duces, pars compede ſuras
Cruraque ſignatis nigro liuentia ferro
Iura regunt, facies quamuis inſcripta repugnet,
Seque ſuo prodat titulo.

Et exemplum addit, præter ipſum Eutropium, cui primæ partes ceſſerant, *Oſij* ex-coquo Magiſtri Officiorum (cui alioquin etiam inſcribitur a.395.*L.7.C.Th.de agentibus in reb.*a.396.*Lex 6.de proximis. Lex* 8.9.*de agentibus* a.398. *L.*5.*de metatis, Lex* 4. *de fabricenſibus*)

---- ſed prima poteſtas
Eutropium præfert, Hoſio ſubnixa ſecundo:
Dulcior hic ſanè cunctis, prudenſque nouandi
Iuris, & admoto qui temperat omnia fumo.
Feruidus, accenſam ſed qui benè decoquat iram.
Conſidunt Apices gemini ditionis Eoæ,
Hic COQVVS, *hic leno, defoſſi verbere terga:*
Seruitio, non arte pares: hic ſæpius emptus,
Alter ad Hiſpanos nutritus verna penates.

Subiungit & alterum exemplum de Leone ex Lyniſo vel textore, qui & ipſe inter proceres erat, *p.*85.

Emicat extemplò cunctis trepidantibus audax
Craſſâ mole Leo. &c.

Digitized by Google

Acer in abſentes, linguæ iactator, abundans
Corporis, exiguuſque animi, doctiſſimus artis
Quondam Lanificæ, moderator pectinis vnci, &c.
Tunc Aiax erat Eutropi.

Idem ſuperiores fermè omnes defectus hoc vno loco complexus eſt *p.87.b.88.a.*

Hic primum thalami clauſtris delicta tegebat,
Clàm timideque iubens, erat inuidioſa poteſtas:
Et tamen Eunuchi necdum ſibi publica iura
Sumere, nec tantas audebant vertere Leges.
Sed poſtquam pulſiſque bonis, & fæce retentâ
Peiores legit ſocios, dignuſque ſodalis
Hinc Oſius ſtetit, inde Leo, fiducia creuit,
Regnandique palàm flagrauit aperta libido:
Patricius, Conſul, maculat quos vendit honores.

Et hæc quidem Claudianus.

Zoſimus quoque ex-Aduocato fiſci *lib.5.p.786.* eam quam dixi illius temporis imaginem graphicè expreſſit: ait enim, Eutropium ſubmouiſſe omnes eos qui alicuius eſſent loci, ne quis præter ipſum apud Imperatorem valeret: Inter alios in Timaſium, qui à Valentis Imp. temporibus Magiſter militum fuerat, inſidias conuerſas, immiſſo in eum Bargio quodam lucanicarum ſeu farciminum inſtitore, qui affectati Imperij crimen ei impingeret, vnde cognitione Saturnini & Procopij in exilium relegatus fuerit, de quo etiam videndus Socrates *lib.8.c.7.* Inde Bargius Magiſter militum factus: mox tamen & in ipſum conuerſæ inſidiæ, ſupplicioque is affectus. Sic & *Abundantius*, qui & ipſe Magiſter militum fuerat, & Conſul, mandato Imperatoris Sidonem relegatus eſt. Imò & idem Eutropius Stiliconem hoſtem publicum declarari publico decreto fecit.

Suidæ tandem locus elegans, ex vetuſtiore ſcriptore, eoque coætaneo, Eunapio forte, huc pertinet: quo ſuperiora omnia fermè complectitur: *ὃς οὐδὲν τῶν δεινῶν ἀπελίμπανε, τάς τε ἀρχὰς δημοσίᾳ πιπράσκων, καὶ τοὺς τῆς δυνάμεως συκοφαντῶν, ἐξορίας τε τοὺς*

μεγι-

μεγιςᾶνας ὑποβάλλων, καὶ πᾶσαν ὕβριν τοῖς τῆς συγκλήτου ἐπάγων, ἀλλ᾽ οὐδὲ τῆς τῶν βαρβάρων ἀπείχετο συμμαχίας. i. nullum facinus prætermiſit: nam & Magiſtratus publicè vendidit, & aliquid valentes calumniatus eſt, & ſummates exilijs ſubiecit, & omnem contumeliam Senatoriis viris intulit: Neque etiam Barbarorum ſocietate abſtinuit. Additque, Eunuchos eò auctoritatis & potentiæ creuiſſe, vt quidam cum periculo vitæ ſeſe tùm eunuchizarent.

Procedat nunc *Syneſius*, & ipſe σύγχρονος, Cyrenenſis poſteà Epiſcopus, qui ad ipſummet Arcadium orationem *de regno* ſcripſit. Ex quâ prius quam ea quæ ad rem noſtram faciunt, excerpo, oſtendendum eſt, quando ea Oratio habita fuerit, vt ita appareat, quàm aptè ad hanc l. ea referantur, quæ is inibi ſiue memorat ſiue ſuggillat. Ad *Arcadium* ſanè habitam eam Orationem nemo eſt iam qui dubitet, & quidem ad Arcadium iuuenem, quod paſſim ipſe inculcat: Neque enim de eo dubitare ſinunt ea quæ ſcribit *p.*4. de Patre ipſius, qui non Imperatoriâ ſtirpe proſatus, verùm bellicâ virtute ad Imperium euectus fuerat: item quæ ſcribit *p.*5. de ijs quæ idem aduerſus duos Tyrannos geſſerat (puta aduerſus Maximum & Eugenium) aduerſus quem vtrumque victoriâ potitus, de altero triumphans obierit. Item tertio loco quæ memorat *p.*25. de Scythis ab eo in belli ſocietatem, Romanamque Rempublicam receptis, imò & certâ regione ijs adſignatâ. Ergò ad Arcadium habitam eam Orationem liquet, vel tribus his argumentis. Quo verò anno habita ea fuerit porrò diſpiciendum eſt. Ego non inani conie-cturâ ducor, habitam eam, ſi non hoc ipſo anno CCCXCVII. quo hæc lex promulgata fuit, certè initio anni proximi CCCXCVIII. Indubiè enim is *p.*22. *&* 24. ad Tribigildi, qui Barbaris militibus in Phrygia præerat motum reſpexit, cùm pericula ex Barbaro milite memorans ait: *Huius rei aliquot iam præludia ac velitationes fieri, nonnullaſque Imperij partes haud aliter atque corpus inflammari, cum quo aliena in eiuſdem ſani temperamenti concordiam coaleſcere nequeant.* Et rurſum *p.*24. *Ampliſſimos & validos exercitus cum Scythis ſeruis neceſſitudine coniunctos tum fuiſſe, qui in Rempubl. Rom. infelici ſorte influxerunt: ſeditionis auctores*, ςάσεως, *duceſque eos*

habere qui ſummâ & apud ipſos & apud Romanos ſint authoritate. Tandem & ea quæ ſcribit *p.22.* omnino congruunt cum *l.16. &* 17. *C.Th. de re militari.*

His ita conſtitutis, cõportanda nunc ex eâ Oratione hùc ſunt, quæ ad rem noſtram faciunt. Ergo Syneſius nondum Epiſcopus cum Cyrenenſium nomine ad Arcadium legatus cum coronâ aureâ miſſus fuiſſet, eam orationem *de Regno* ad eum habuit, benè adminiſtrandæ Reipubl. præcepta ei daturus, occaſione ſumptâ ex ijs quæ tum in eâ ſecus gerebantur. Mitto, quæ ipſummet Arcadium reſpiciunt, veluti quòd diuerſus à maiorum inſtitutis luxu in veſtibus difflueret, publicæque rei exiguam curam gereret: id genus alia: Ea tantum hic ex eâ Syneſij oratione ſterni oportet, quæ circa dignitates, remque militarem & Barbaros, ſecus admittebantur, atque adeò huic legi, vel ſaltem factionibus quæ huic l. occaſionem præbuerunt, conuenientia. Ergo Syneſius eâ orat. *p.2.* Arcadium hortatur, Vt cum ijs amicis & propinquis agat τοῖς πέλας τε καὶ φίλοις, cum quibus de ſumma rerum conſilium capere poſſit, μεθ' ὧν συνισόντων περὶ τῶν ὅλων βουλεύεται, vt cæteroquin, quod Tacitus dixit, *nullum maius eſt boni imperij inſtrumentum quam boni amici:* qui, quod Symmachus ait, *inſtrumenta ſunt boni ſæculi.* Item hortatur, vt cum militibus familiariter agat. Eundem carpit *p.15.* quod facilior tum in Palatium ingreſſus hominibus diſtortis eſſet, exiguo cerebro & capite, quam Ducibus & Tribunis, quos amicos inter habere debuerat. Item *p.21.22.23.* quod Barbari paſſim ad militiam & dignitates, & quidem ſpretis indigenis, adſciſcerentur, ſic quidem vt exinde ruinam Imperio minitetur, eiuſque præludia iam obſeruare ſe de proximo dicat, εἰς ὃ δὴ μέλλω σαφῶς ἐγγὺς οὖσαν: Quare ſuadet *p.23.* ab vnâ parte, vt Barbari à Magiſtratibus atque à Senatu arceantur, ἀρχῶν δὲ δὴ καὶ πρότερον ἀπηλάσθων, καὶ τῶν ἐν βουλευτηρίῳ γερῶν ἀποκεκλείσθων: ab alterâ verò parte, indigenis militibus aſcitis, τὰς νίκας αὐτουργεῖν. Idemque carpit, familias priuatas Scythis tùm plenas fuiſſe. Idem *p.29.* Conſiſtorianos ſeu ἀγχοῦ τῆς καθέδρας οἱ μόνοι μὲν αὐτοῦ δευτερεύουσι, τῶν δὲ ἄλλων πρωτεύουσι, tales delegi Regiâ animi moderatione, qui

Digitized by Google

qui iuuandorum hominum pro rata conceſſę facultatis portione ſtudioſi ſint, *ὠφελητικοὺς ἀνθρώπων ὄντας πρὸς μέτρον ἕκαστον τῆς νεμηθείσης δυνάμεως*. Idem monet *p.29.30.* vt caſtiſſimos & iuſtiſſimos Magiſtratus prouinciarumque rectores ordinet: atque in eâ re non diuitiarum verùm virtutis rationem habeat. Hæc omnia Syneſius ad Arcadium, præcipuos tùm Imperij ſeu ſtatus publici defectus notans: Quos ſanè, vt imperio ruinam minitatos Syneſius propalàm definit, ita factionibus illis, quibus hâc l. occurritur, anſam præbuiſſe, vel certe prætextum, certiſſimum eſt: Atque inter alios, Dignitates ciuiles, palatinæ, militares in nouos homines, qui non incrementa ſua ſibi deberent, & ſic immerentes, Barbaroſque collatæ, quique potentiâ ad impotentiam vterentur: vnde etiam ex diuerſitate morum ſemina factionum: Ac maximè cum Barbari ſeu Gentiles tùm præualerent: maximè poſteaquam cum indigenis ſeu Romanis coaleſcere, per nuptias, cœperunt, quod antea interdictum fuerat *l.vn.C.Th.de nuptijs Gentilium.* quod vel Frauittæ exemplo liquet, cui id conceſſum fuit, vt teſtatur Eunapius *in excerptis Legationum*: Vt omittam alias Syneſij alibi de iniquitate Magiſtratuum querelas, vt & Libanij de huius æui Magiſtratibus in Oriente.

Cum itaque deploratus hic Imperij Orientalis ſub Arcadio ſtatus eſſet, hæc *καχεξία*, hi motus animorum, & quidem ob dignitates ciuiles, militares, palatinas, non in immerentes tantum verum iniquos palàm, rapaces, Barbaros collatas, deque his crebri queſtùs eſſent, nec occulti per vulgum, imò magna *παῤῥησίᾳ* ab Epiſcopis quoque publicè proſcriberentur, qui *ἐλεγκτικοὶ* multi tum erant (quod de Ioanne Chryſoſtomo anno proximo CCCXCVIII. teſtatur vel Socrates *lib.6.c.5*: Adeò vt ei crimini datum ſit ab Iſacio in Synodo ad Quercum, teſte Photio *n.* 59. quod ad ſeditionem populum concitaret etiam aduerſus Synodum) denique cum hiſce mederi haud amplius facile eſſet, quod Syneſius ſcribit dictâ Oratione *p.24.* indeq; periculum ipſi Imperio immineret, quod ſanè Syneſius vaticinatus eſt: inde publicum odium factionesq;, in Conſiſtorianos illos, Senatores,

K

Palatinos, Iudices Prouinciales, &c. paſſim enatæ: Quibus cohibendis ſalutaris hæc lex ab Arcadio lata eſt.

CAP. XIV.

REQVISITA duo, à nonnullis Interpretum, in ſpecie huius Legis, reiecta.

Non deſiderari in ſp. huius Legis. 1. Ut is de cuius nece cogitatur, in Aula Principis verſetur, eiusve lateri adhæreat. 2. Ut id fiat odio Principis.

COGNITIS iam veris & Hiſtoricis harum Factionum cauſis, profligatis viceuerſa quæ ad hanc vſq; diem afferuntur, alij deinceps Interpretum errores, qui ad hanc Legem admittuntur, educendi ſunt: ſimul & controuerſæ ad eam Quæſtiones è pluribus duæ ſolemnes maximè, & hanc ad rem noſtram cumprimis neceſſariæ, dirimendæ veniunt.

Prima controuerſia eſt, reſpectu *Loci*; vtrum videlicet ad Maieſtatis crimen contrahendum in ſp. huius l. & vt ſeueriſſimis pœnis eâ comprehenſis locus ſit, neceſſe ſit, vt ij in quorum necem factio ſeu ſocietas inita dicitur, apud Principem in eius Comitatu ſeu aulâ morentur, eiuſque Lateri adhæreant, *Collaterales* denique Principis ſint, vti loquuntur, quomodo ſanè alias eorum qui circa latus Principis agerent, peculiaris quædam ratio olim habita, *v. l. iurisperitos* 30. *ff. de excuſationibus*. Quæ quidem Quæſtio, etſi de facili ex ſuperioribus decidi poſſet, tùm ex eo prætereà, quod Lex id nullibi requirat, attamen in eam adhuc incumbendum eſt: Quod è ſcriptoribus nonnulli, ijque

ijque non tralatitij, illud diſertè volunt, *Quod in illis tantum Imperatoris Officialibus Maieſtatis crimen contrahatur, qui apud Principem reſident, & in eius ſupremo Conſiſtorio ſedent*: In quibus fuit Gloſſa, Cynus, Salicetus, Laudenſis, Rolandus à Valle, Clarus. Verùm id non requiri perſpicuum deinceps faciam, vel ex ijs ipſis tribus Perſonarum generibus, in quorum capita factione initâ Maieſtatis crimen contrahi hâc l. voluit Arcadius. Igitur hâc l. Viri Illuſtres, qui Conſilijs & Conſiſtorio Principis interſunt, primi nominantur: vbi non ait lex, QVO TEMPORE *conſilijs & Conſiſtorio noſtro interſunt*, multò minùs, QVANDO *lateri noſtro adhærent*: verùm ait lex QVI *Conſilijs & Conſiſtorio noſtro interſunt*, i. qui Officij ſui dignitatiſque ratione intereſſe ſolent, quibuſque id oneris officijque incumbit, vti conſilijs & Conſiſtorio vocati interſint His ſcilicet verbis Officium eorum perpetuum deſcribitur, non iuge officij exercitium: neque enim tàm continuò conſilijs & conſiſtorio intereſſe ſolebant vel poterant, vt non alibi quandoque conſiſterent, nihilominus, imò fortè magis, per prouincias factionibus obnoxij.

Secundò, patet id ipſum ex *Senatoribus*, qui ſecundo loco hîc nominantur: Senatores ſcil. hâc l. ſunt, qui ſiue Conſtantinopoli, ſiue per prouincias degebant: quod oſtenſum eſt *cap.* 12. quo tempore etiam Princeps ipſe alibi morabatur: vt in ſp. huius ipſius l. ex cuius ſubſcriptione diſcimus, Arcadium hoc tempore *Ancyræ* conſtitiſſe, de quo *cap.* 3. Nil igitur neceſſe eſt, ad Maieſtatis crimen contrahendum in ſp. huius l. vt Conſiſtoriani aut Senatores eo loci ſint, in quo Princeps moratur, eiuſque lateri adhæreant.

Quod & idem tertiò apparet, ex poſtremo perſonarum genere, quod his verbis deſignatur, *cuiuſlibet poſtremò*, inquit, *qui nobis militat*. Non eâ quidem ratione, quod dictio *Cuiuſlibet*, vniuerſalis ſit, & diſpoſitionem ad omnes extendat, verùm quia his verbis deſignantur, non tantum Palatinæ dignitates, in Palàtio Principis militantes, verùm & prouinciales Iudices, ſiue Ciuiles ſiue Militares, vt probatum eſt *ſup. d. cap.* 12. Sic ſanè, quod repetere neceſſe eſt, & olim L. Iuliâ Maieſtatis teneba-

tur, qui Magiſtratum aliquem P.R. vel eum qui Imperium poteſtatemve habebat, occidere ſtuduiſſet *l.1.§.1.ff.ad L.Iul. Maieſtatis*: quo vtique numero erant Magiſtratus prouinciales, qui ſanè Imperium poteſtatemque habebant. Et hæc de priore Quæſtione.

Secunda quæſtio eſt, circa *Cauſam Impulſiuam* factionum iſtarum: vtrùm videlicet, vt huius conſtitutionis pœnis locus ſit, requiratur, vt Principis aut Reipublicæ odio contemptuve factio in necem alicuius ex ſupradictis perſonis inita fuerit: Et ſic, vtrum huius conſtitutionis ratio exinde petenda ſit, quòd indirectè ſaltem SALVS Principis & Reipublicæ per haſce factiones, perque latus eorum qui in Dignitatibus poſiti erant, peteretur. Quod ſanè euenire ſæpè variarum gentium Hiſtoria innumeris exemplis comprobat. Sic enim fermè factioſi turboneſque ſolent, qui Rempublicam euerſam cupiunt, vel Principem in poteſtatem ſuam redigere, deque ſolio deturbare, quia Principem ipſum arripere, vel Rempublicam directò petere ſiue intutum ſiue arduum cenſent, in ea priùs capita ire, quibus Principes vel Reſpublicæ ceu columellis & munimentis inſiſtunt, quibuſque ceu rerum Adminiſtris carere non poſſunt: ſic deindè, Rempublicam ipſam vel Principem appetituri. Quod vel maximè Hiſtoria Anglica clamat, vbi Principes per Officiariorum Regni latus ſæpe petitos memorant Hiſtorici. Et verò id in ſpecie quoque huius Conſtitutionis præſupponunt poſt alios Crauetta, Rolandus à Valle, Menochius. Verùm rectius illi cenſent, qui hanc Legem accipiunt, de ijs qui priuato tantum odio factionem in necem cuiuſquam eorum qui in dignitatibus poſiti erant, inibant. Idque ſequentibus argumentis. Imprimùm in ipsâ Lege noſtrâ nil tale omninò vel minimum occurrit, neque quicquam exprimitur de Principis odio: verùm ſimpliciter ea loquitur de nece per factionem perſonis illis intentatâ: Imò, Arcadius apertè ſatis oſtendit, ſalutem hactenus perſonarum illarum præ oculis habere ſe voluiſſe. Secundò, patet id manifeſtiſſimè ex ijs quæ *ſuperiori capite* diximus, de occaſione & prætextu harum factionum, enatarum ex κακεξίᾳ Imperij, prauaque perſonarum illarum adminiſtratio-

ſtratione, odioque præſentium, nullo in Principem odio, aut indeuotione, neque vt eius obſequium exuerent, nouiſque adeò rebus ſtuderent, verum ex ſolo malorum, quæ tùm Orientem depopulabantur, ſenſu, quorum cauſa omnis in prauos Principis Conſiſtorianos, Senatores, Palatinos, Prouinciales Iudices tùm ciuiles tùm militares, referebatur: qui abdicata prouincialium & ſubditorum curâ, fortunas vitamque miſerorum paſſim vexabant, fœdaque licentia omnia corripiebant: Hæc omnia agente tùm Eutropio, qui apud Arcadium τὸ πάντα erat, neque Arcadio ſatis permittebat, vt ad prouincialium & ſubditorum querelas malis mederetur. Tertiò, id ipſum ex Rationibus Conſtitutionis huius probè intellectis magis adhuc liquebit, de quibus mox *capite proximo*. Ergo patet, Arcadium, ſeueriſſimis huiuſce Conſtitutionis pœnis locum eſſe voluiſſe, etſi factioſi obtenderent, nullo ſeſe Principis odio in ſceleſtam factionem illam, quibus proximorum ipſi capita peterentur, coijſſe.

CAP. XV.

Colores, & vera Ratio huius legis.

Duo colores huius Legis: Prior continetur iſtis verbis, Vt-pote Maieſtatis reus: *Poſterior, hiſce*, Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt. *Vtriuſque explicatio. Vera ratio huius Conſtitutionis. Et de* Tuitionibus *aliquid.*

POSTEAQVAM Criminis ipſius, quo de hâc Conſtitutione agitur, puta Factionum in necem perſonarum quæ Principi proximæ erant, initarum, vim & naturam Circunſtantiaſque expendimùs, ſimul & Legis ipſius diſ-

poſitionem introſpeximus: Nunc anima Legis ſpectanda venit, quę in *Ratione* poſita eſt. Et verò duas rationes vel potius duos Colores appingit Arcadius, vt & alias coloratis rationibus in iure noſtro locus eſt, & color ſæpe iuri quæritur, χρῶμα καὶ πλᾶσμα, vt *l. minor autem* 18. §. 1. *ff. de minoribus. l.* 2. *ff. de inoff. teſtam.* (vt omittam quæ de *coloribus* apud Oratores ſeu Rhetores, imò & in Legibus nonnullis atque etiam alibi occurrunt.) Priorem quidem colorem hunc affert his verbis: *nam & ipſi*, inquit, *pars corporis noſtri ſunt*: Poſteriorem verò hiſce, *vt-pote Maieſtatis reus.* Certè, hæ rationes, vel potius hi colores, non id ingerunt, quaſi in ſp. huius l. requiratur, vt ij in quorum necem factio agitata fuerit, Lateri Principis adhęreant, aut quaſi odio Principis hæ factiones initæ fuerint, perque latus Officialium Princeps peteretur: Quid igitur? Nempe id ingerunt, etſi factioſorum hæc cogitatio non foret, attamen Arcadium factionem illam tanquam aduerſus ſe ipſum ſeu Maieſtatem ſuam & corpus initam ad animum ſuum reuocaſſe: nempe Maieſtatis ſuæ fulgore ſeu charactere perſonis illis impreſſo, corporiſque ſui communione tributa: Vt ita ſcilicet à nece eorum factioſi, καχέκται, καὶ κινητικοὶ, καὶ στασιώδεις abſtinendum ſibi ſcirent. Ergo factioſorum ipſorum cogitatio atque intentio ab Arcadij cogitatione hîc diſcernenda venit: cui viſum, nouam nunc hanc Fictitiæ, πλαστικῆς, Maieſtatis ſpeciem & acerbitate criminis, & pœnarum ſeueritate ſancire. Eſt ſcil. Maieſtatis crimen tale, vt alijs ſæpè criminibus colore quodam ſeu plaſmate induatur: Non iam dico inani adulatione, vel inſolenti ambitione, quod fecêre paſſim, paſſiue ſunt Tyrannorum multi, apud quos Maieſtatis crimen, vnicum fermè crimen eorum eſt, qui crimine vacant, cunctaque quæſtione Maieſtatis apud eos exercentur: cuius rei exempla apud Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores paſſim occurrunt, quò etiam reſpexit Ictus *l.* 7. §. 3. *ff. ad L. Iul. Maieſt.* Verùm exigente Reipubl. neceſſitate, vbi ſæpè Maieſtatis crimen inducitur, vel Maieſtatis ſtrictura periclitantibus induitur, vt ita maioris criminis formidine iniectâ, homines ab illicitis deterreantur. Arcano politico, quo ſolemnem alioquin criminis modum Principes ſæpè egrediuntur, fortioribuſque remedijs agen-

agendum ſibi fas putant, vt ita gliſcenti malo modum ponant. Ad eum ſanè morem & aliàs Maieſtatis crimen contrahi Principes voluêre, etſi propriè Maieſtatis crimen id non eſſet, vt *l. 2. Cod. de his qui ad Eccl. confug.* vel ſacrilegij *l. 3. 4. C. de Crim. Sacrilegij*, quod pro Maieſtatis crimine ſæpè accipitur, vt *l. 1. Cod. Th. ſi quis pecun. conflau. l. 6. de indulg. crim. l. 6. de bonis proſcript. l. 4. de domeſticis & protectoribus*. Quare neque abnuam, hanc læſæ Maieſtatis ſpeciem, *Quaſi perduellionis* nomine indigetari, ſi modò illud firmiter teneamus, non hoſtili in Principem aut Rempub. animo id tum admiſſum, neque vt obſequium exueretur, verùm id ita tantum ab Arcadio acceptum.

Et hæc quidem de Rationibus ſiue coloribus huius Conſtitutionis: vbi tamen prior illa adhuc explicanda venit. *Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt.* Huius coloris duplex ſenſus commodè adferri poteſt: Prior quidem, vti dicamus, Principem ceu caput Reipubl. hîc æſtimari: proceres verò potiſſimos, Principique proximos, & quaſi contiguos, neque Conſiſtorianos modò, verum & ipſos Senatores, corpus eius cenſendos: Quomodò ſanè (comparaſſe liceat) *Saluator noſter*, Eccleſiæ ſuæ *caput* dicitur, Eccleſia verò *corpus* eius, Paulo *ad Epheſios* 4. *v.* 15. 16. Et alibi Princeps *Reipubl. caput* dicitur: Reſpubl. verò *corpus* apud Tacitum. Alter verò ſenſus eſt, neque minus idoneus, ſi dicamus, Arcadium *corpus ſuum*, pro ſe ſuaque ipſius perſonâ extuliſſe: vt ita partem ſui Illuſtres Conſiſtorianos, & Senatores conficere indicaret. Vtrumuis dicas, res eòdem ſemper redit. Sic ſanè & Syneſius *Oratione de regno* (ad ipſummet Arcadium) *p.* 13. circumfuſum Imperatori exercitum, *καθάπερ ἐν σῶμα συμφυὲς* dixit. Ita adſeſſores quoque Iudicum ſeu adminiſtrantium portio quædam dicuntur: *l. omnis* 5. *C. Th. de his quæ adminiſtrant. l. vn. eod. C. & Inſt. ſi prouinciæ rector*: nempe, quia conſilijs ſuis Iudices iuuarent: eâdem ratione quâ Illuſtres Conſiſtoriani & Senatores, Principem iuuabant: Quare & Libanius, Iudicum adſeſſores eiuſdem throni participes dixit, *orat. κατὰ τῶν εἰσιόντων p.* 82. & *in Lucianum p.* 434. Quomodò & Syneſius rurſum *de regno*, illuſtres Conſiſtorianos vocauit *p.* 29. *οἱ ἀγχοῦ τῆς καθέ-*

Digitized by Google

δρας, οἱ μόνου μετὰ τοῦ βασιλέως δευτερεύουσι, τῶν δὲ ἄλλων προτεύουσι. Denique, arctiſſimos perſonarum nexus, ita efferre mos tralatitius eſt, puta ut alter alterius corporis pars quædam dicatur. Vt alia omittam, ſanè & ita Corippus *lib.2.* Iuſtinum Imp. ad Imperij proceres loquentem inducit.

> *---- Vos ô mihi proxima membra,*
> *Conſcripti Patres, noſtri ſpes maxima Regni,*
> *Vos eſtis pectus, vos brachia verticis huius.*

Ergò Arcadij mens eſt, ſe eo loci hanc factionem in necem ſibi proximorum initam ducere, atque ſi corpori ſuo ſibique ipſi ea præparata eſſet & concinnata, *ἐπίθεσις ἐπὶ τὸ σῶμα*, vt loquitur Ariſtoteles 5. *Politicorum* 20.

Porrò, vt hoc loco Arcadius Conſiſtorianos & Senatores partem corporis ſui facit, quò eos vel ita à factionibus ſecuros iam reddat, ita viceuerſa Principes, vt arctum ſui cum Senatu Senatoribuſq; vinculum oſtenderent, ſeq; ipſos Senatui commendarent, ipſimet ſe *Senatus partem* ſubinde dixêre, atque inter Senatores ſe ipſos numerauêre. Vt antiquiora omittam, veluti Alexandri Seueri dictum, apud Lampridium *in eius vitâ*, ita Iulianus (de cuius peculiari erga Senatum cultu, quem Conſtantius neglexerat, vide quæ Libanius ſcribit *Orat.in Iuliani necem p.*298. 299. & Ammianus *lib.*22.*p.*226.) *l.*1.*C.Th.de exhib.reis & l.*8.*C. de dignitatibus*: *Ius Senatorum*, inquit, *& auctoritatem eius Ordinis, in quo nos ipſos quoque eſſe numeramus.* Ita Valentinianus Iun.*l.*32. *C.Th.de curſ.publ. Quanto magis his* (Senatoribus) *facultas eſt deferenda, quos collegij merito videre frequentius cupimus.* Theod.Iun. *l.*180.*de decurionibus*: *Curiam ampliſſimam, cuius conſortio gratulamur:* Vt omittam rurſum, quæ Græci Interpretes hac de re ſimiliter ſcribunt.

Ergò vt eò redeam, vnde digreſſa eſt oratio, etſi in ſpecie huius Legis factioſorum hæc cogitatio non fuerit, vt ipſius Principis odio perſonas illas peterent, Arcadij tamen cogitatio hæc fuit, gliſcenti huic factionum malo, quo paſſim capita Officiariorum quos elegiſſet petebantur, tam

graue

Digitized by Google

graue Fictitiæ Maieſtatis & quaſi Perduellionis *colorem*, & crimen, pœnaſque obijcere: longè adhuc acerbiùs, quàm cùm Valentinianus Iun. *l.* 3. *C. de crimine ſacrileg.* reſcribebat: *ſacrilegij inſtar eſſe, dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit Imperator.*

Ex his igitur patet, rationem huius Legis non eam eſſe. 1. Quòd hi quorum capita Factionibus petebantur, lateri Principis adhærerent. 2. Item non eam eſſe, quòd odio Principis peterentur, & ſic non Principis ipſius ſecuritati hâc l. proſpectum. 3. Addamus tertiò, neque ὄγκος ſeu faſtigium dignitatis eorum quorum vita pulſabatur, cauſam huic l. dediſſe: cùm videamus, etiam vnius Senatoris, vel cuiusvis Principi militantis capite per eas factiones petito, parem omninò pœnam infligi, atque ſi Illuſtris alicuius Conſiſtoriani vita pulſata fuiſſet.

Quare, vera, omnibus perſonis illis communis huius Conſtitutionis Ratio hæc eſt, quòd Reipubl. ſeu ſummæ rei adminiſtrandæ in quacunque tandem eius parte, admotorum, atque in dignitatibus poſitorũ, vitam, quæ paſſim hoc æuo pulſabatur, in tuto locatam oportuit, in tuto verò locari haud aliter poſſe viſa, quam ſi color *Maieſtatis*, & *participatio ſeu communio κοινωνία corporis* Principis ijs appingeretur. Qui duo colores Arcadij hâc l. ſunt: de quibus rurſum aliquid *capite proximo*. Et ſic haud aliter quàm ſi fictitia læſæ Maieſtatis ſpecies metuſque obijceretur: Tandem, haud aliter, quàm ſi ſpeciali hâc Tuitione ſalus eorum vitaque muniretur. Recte enim quoque dicere poſſis hoc Arcadij Edictum nil aliud eſſe, quàm TVITIONIS ſeu præſidij cuiuſdam generalis, omnibuſque perſonis illis communis, ſpeciem ſeu formulam: quâ omnium in Dignitatibus publicis & ἐυπορίαις conſtitutorum vita ſaluſque, quæ tùm paſſim petebatur, in ſolido rutoque locata fuit. Quo alioquin more, à vim metuentibus ſpeciales ſæpè Tuitionum formulæ λόγοι ἀσυλίας & olim impetrari ſolitæ, & nunc concedi mos eſt.

Sed & recte dici poſſit, *Pragmaticam* hanc Arcadij eſſe, extra ordinem in Dignitatibus conſtitutorum ſaluti conſulentis. Cui haud abſimilis eſt circa Cardinales, Decretalis *c. Felicis* 15. *de pœnis in* 6. Non omninò ſimilis, Henrici 7. conſtitutio *ad reprimendum*, vt & Caroli 5. Pragmatica apud Bormes A. 1520. (referente

L

Molina 4. *de Primog. c.* 11. *n.* 56. *&c.* quia, in ſpecie illarum conſtitutionum aperta aduerſus Imperium rebellio vertebatur, perque latus Principi proximorum, Maieſtas Regis reuera pulſabatur.

CAP. XVI.

IVDICIVM de hâc Conſtitutione.

I. Nouam hanc Legem eſſe & non eſſe. Explicatio Legis 1. §. 1. ff. ad L. Iul. Maieſtatis, *eiuſque ratio. II.* Acerbam *ſeu ſæuam eſſe, & non eſſe. Neceſſitas ſæpè ius introducit, quod* χειρῶδες *rectè dixeris. III.* Elogium Arcadij *Imp. eſſe & non eſſe: Eutropio eam accepto ferendam videri, pariter vt alias nonnullas. Arcana Eutropij conſilia. Epilogus.*

HISTORICA Conſtitutionis huius diſſertatione defunctis, perſpectis ſimul eiuſdem *Rationibus*, ſupereſt vltimo loco, in eius *Cenſuram* inquiramus: Quandoquidem ea non iuſtos modò Interpretes nacta eſt, verùm & in Cenſores acerrimos incurrit. Arceſſitur primum ea *Nouitatis*: Noua creditur, non tantum ob pœnarum acerbitatem, de quâ *mox*, verùm ideò potiſſimùm, quod eâ ſuprema Principis Maieſtas, naturâ ſuâ incommunicabilis, ἀκοινώνητα, contrà oſſibus Principis adhærens, priuatis quibuſdam perſonis communicetur: ita quidem, vt *perduellionis* propemodùm crimen contrahi iudicetur, factione in eorum necem initâ. Verùm his reſponderi poteſt, quod iam ſæpè dixi, ita quoque olim Lege Iuliâ conſtitutum fuiſſe, vt is maieſtatis teneretur, cuius operâ-conſilio, dolo-malo conſilium initum eſſet, vt Magiſtratus P. R. quique imperium poteſtatemve habebat occideretur *L.* 1. §. 1. *ff. ad L. Iul. Maieſt.* En ſimilem omnino Maieſtatis Fictitiæ ſeu precariæ, ſic vt dicam, ſpeciem, nam

cum

Digitized by Google

cùm alioquin Pop.Rom. Maieſtas, in ipſo populo reſideret, attamen & Magiſtratibus Pop. Romani ea quodammodò communicata fuit, qui ſc. cum Imperio & poteſtate erant: Eò quod Pop.Rom.ſecuritas in his verſaretur, quos proinde ſanctimoniâ ſepiri, atque ἀσύλοις reddi oportuit. Fateor equidem, difficilius id, firmato ſemel ſtatu Monarchico, ſub Principibus, circa Magiſtratus & Dignitates conſtitutum, qui haud ita de facili ſupremum *Maieſtatis* ſuæ *fulgorem* alijs communicant: eâ opinione, *haud aliter rationem eius conſtare poſſe, quàm ſi penes vnum Principem ea reſideat.* Et ſanè ante Arcadium nulli Imperatorum id placuiſſe video, vt Generale in id Edictum promulgaret, etſi Reip.Rom.exemplum hàc in re aliquod extaret. Cur autē Arcadio id placuerit, iā ſuperiori capite oſtenſum eſt. Et ſic pronūciare licet, hāc Arcadij mentē & Cōſtitutionē nouā eſſe, & nō eſſe.

Maior criminatio eſt eorum, qui eam ceu *Acerbam* nimis, imò *Iniquam* & Sanguinariam proſcribunt: Iniquitatis ſeu Acerbitatis ſpecies in eo ponunt. 1. Quòd Maieſtatis, imò perduellionis crimen, vel vno Senatore, Principive militante occiſo contrahatur. 2. Quòd cogitatum ſcelus, eâdem quâ patratum ſeueritate hic plectatur. 3. Quòd in filios innoxios, irrationabili vt volunt odio, perpetua egeſtas, & incapacitas ſucceſſionis etiam extraneorum, atque infamia, eaque indelebilis, hoc caſu prorogetur, ſic vt eis mors ſolatio vita ſupplicio ſit. 4. Quòd deprecatoribus, & pro his hiſcere auſis, infamia inuratur. 5. Quòd filiabus nonniſi legitima in bonis matris relinquatur. 6. Quòd emancipationes, alienationes quocunque titulo, poſt crimen ſtatim contractum, in irritum deducantur. 7. Quòd eæ ipſæ pœnæ ſatellitibus, conſcijs, miniſtris, eorumque filijs, quæ coniuratis coniuratorumque filijs imponantur. 8. Quòd denique Indices, Delatores, Denuntiatores, ac ſi de ſummâ Reipubl. ageretur, præmijs etiam exciantur. Et poſt hæc omnia, qui mos Tyrannorum eſt, quod lenitatis adhuc ſpecies non vno loco oſtentetur: vt cùm Arcadius ait, ſeſe *filiis, qui paterno debuerant perire ſupplicio, vitam imperatoriâ ſpecialiter lenitate concedere*: item cum ait, *mitiorem circa filias debere eſſe ſententiam*: Item cum tàm blandè Delatores euocat, &

Digitized by Google

quidem eos ipſos qui iam factione vſi fuerint. Nolo per ſingula hæc nunc ire, exemplisque ea firmare, quod fecêre iam alij induſtriè, vel etiam ea recoquere, quæ hanc ad rem Politici curiosè obſeruant, in ſummam dicam, hanc Reip. adminiſtrandæ rationem eſſe, vt non omnia in eâ ad communem modum & rationem reuocari ſemper debeant poſſintve. Nempe Reipubl neceſſitas, creſcentibus præſertim malis paſſimque inoleſcentibus, nonnulla ſæpè quæ alioquin ſæua, deque iniquo aliquid trahere, videri poſſent, extorquent, & fortioribus remedijs agi ſuadent: Nã vt cæteroquin omnia ad ſummæ rei vtilitatem in Republ. ſpectare oportet, ita vtilitas hæc, *ταῖς χρήσεσι ἀκολουθεῖν* ſuadet, atque adeò extraordinaria aſperaque ſæpe Iura *κατὰ περίστασιν* introducit. Vt non temerè inter Iuris Conſtituendi vias NECESSITAS ponatur: *Ergo*, inquit IC^tus *omne ius aut conſenſus fecit, aut Neceſſitas conſtituit, aut firmauit conſuetudo.* Quomodo & Menander, *ἢ κατὰ νόμους, ἢ ταῖς ἀναγκαις, ἤγε τρίτον ἔθει τινὶ*: Atque iſtud Ius *χρειῶδες* omninò vocare poſſis. Nempe Arcadius, cùm aſſiduis querelis didiciſſet, in Reipubl. adminiſtratione dignitatibuſque à ſe poſitos factionibus paſſim obnoxios, omniaq; turbarum plena, pœnas intendendas iam & exaſperandas credidit, quaſi haud aliter cuiuſquam eorum ſalus in tuto locari poſſet: Quâ ſiue cauſa impulſiua ſiue finali huius Legis *Arcanum* continetur. Quare, quod Ammianus Marcellinus, de Valente Imp. ſcribebat *lib. 29. p. 413.* *Valentem fuiſſe veniâ dignum, vitam quam ereptum ire perfidi properabant, omni cautela defendentem*: Id ipſum & hoc caſu de Arcadio dici poſſit, venia ſaltem dignum, qui vitam ſibi proximorum, quam ereptum ire factioſi *paſſim* iam properabant, omni cautelâ defenſum iuerit.

Et hæc quidem ſatis ad defendendam à Nouitatis, vel etiam Acerbitatis, crimine conſtitutionem. Cuius etiam ego (vt hoc tertium, ſed *εἰκαστὸν* tantum, ad Arcadij defenſionem addam) non tàm Arcadium, quàm Eutropium ipſum auctorem facio. Quæcunque enim tandem, & quam ſalutaris Arcadij mens fuerit, ad Reipubl. vtilitatem comparata: attamen vulpinis Eutropij fraudibus (quomodò Claudianus eum *vetulam* *vul-*

Digitized by Google

vulpem vocauit. *Vt primum vetulam texère Palatia vulpem*) velandis, exaratam atque extortam omninò cenſeo: vt ſuam videl. ſuorumque potentiam firmaret, ſalutemque in tuto locaret, denique reuerâ vt flagitioſi Iudices elaberentur. Nam cùm is hâc tempeſtate πᾶσαν τῆς βασιλείας οἰκονομίαν haberet, atque Arcadij animum haud aliter atque pecudem quò vellet etiam verteret (quod prolixè oſtenſum eſt. *cap.* 15.) paſſimque ab eo Conſiſtoriani, Senatores, Palatini, Iudices, quos conſilijs ſuis fauentes ſciret, promouerentur, ijque indigni, rapaceſque (quæ cauſa appetendorum eorum proculdubio vulgo fuit) hùc Arcadij animum inclinauit, vt tàm graues pœnas indiceret: hancque *Tuitionis* formulam promulgaret. Quem oportuerat, honeſta inſuper conſilia capeſſere, excitis partim accuſatoribus in prauos Iudices, more Conſtantini M. cuius aurea hanc in rem extat conſtitutio, *l.* 1. *C.Th.de accuſat.* & Theodoſij M. *l.*4. *C.Th.ad L.Iul.repet.& l.*4.*eod.Cod Iuſt.* (non tamen familiaribus & ſeruis, quibus vocem intercludi intereſt, & verò ſub gladij pœnâ interclusit, Maieſtatis tantum crimine excepto, idem Arcadius ad eundem Eutychianum PP. vnico poſt hanc l. menſe. *l.* 20. *C. qui accuſ.* ſeu *l.*5.*C.Th.ne præter crim. Maieſt.*) Remotis item vel etiam punitis, qui eas dignitates fœdaſſent: Tandem honeſtioribus probiſque viris promotis. Etſi non deſint Arcadij conſtitutiones quædam, quibus prauitati Iudicum modum aliquem ponere ſtuduit: Veluti pœnis propoſitis ambitui eorum *l.*1.*Cod. Th.ad L.Iul.de amb.* quæ lex hoc ipſo anno data eſt, & de Illuſtri Palatij dignitate agit: tandem ſimilem prorſus ſententiam ei, quæ *h.l.* continetur, continet: *cùm pari ſorte*, inquit, *Leges ſcelus quàm ſceleris puniant voluntatem*: Repetundarum item crimini & concuſſionibus idem Arcadius occurrit. *l.*8. *de his quæ adminiſtr. l.*3.*de viris*: quæ & ipſæ hoc anno datæ fuère: Prouinciæ denique ſuæ adminiſtratione Iudicibus interdixit: te ſte Syneſio *ep.* 73. quomodò & pater eius prohibuerat *l.*3.*C. de crimine ſacrilegij: & l.*1.*C.Th.* Verùm nequicquam & fruſtrà hæc omnia: cùm iam eò prolapſa eſſet Reſpublica, vt iam remedijs locus amplius eſſe non poſſet, per ſummum Eutropij nefas.

Digitized by Google

Hæc inquam animi mei coniectura eſt, neque vno argumentō. Primum id ſuadent omninò ea, quæ modo perſtrinxi, queq; prolixè dicta ſunt *c.* 13. de Eutropio Arcadij animum pro libitu ſuo verſante, atque habenas Imperij flectente, & indignos quoſque rapaces & Barbaros paſſim per fœdas nundinationes ad dignitates promovente. Secundò, vulpinis Eutropij moribus omnino conuenit, tanta tamque accurata illa pœnarum congeries, pariter vt in alijs ſimilibus legibus Arcadianis, veluti *l.16. C.Th.de pœnis l.34.36. C.Th. de hæreticis*: tàm accuratæ item illæ rationes & ſententiæ, ex medio Iure & Politicâ, obtentui fermè, petitæ: tam blanda delatorum, etiam eorum qui iam factione vſi fuiſſent, euocatio, quâ validiſſima ſecuris factionibus inijcitur, quibus omnibus partim ſpem offert, partim metum intendit, imò mutuum inter factioſos metum excitat, dum alter alterum timet ne prodatur: tanta denique, & oratoria, poſt hæc omnia Clementiæ & lenitatis oſtentatio: pariter vt in *l.17.C.Th.de bon.proſcript.l.23.Cod.Th. de petit.* Vt hic, ſi coniecturæ iſti locus eſt, valeat interim illud, *Nullam eſſe crudeliorem ſententiam eâ quæ eſt, cum parcere videtur, aſperior*: Et vt ille ait, *quanto mollior, tanto vehementius mordet.* Tertiò, Legum ferendarum arbitrium penes Eutropium hâc tempeſtate fuiſſe, liquida res eſt. Quomodo & Rufinus, qui ante Eutropium apud Arcadium rerum potiebatur, Leges pro arbitrio ſuo fixit & refixit, vnde Claudiano *Legum venditor* dicitur: & Alciati ſententiæ accedo, qui Legem *ſi quis maior C. de tranſactionibus* atrocitate pœnarum pariter famoſam, à Rufino extortam ſcribit: de quo ad *eam legem* plenè. Sic ſanè & Eutropio disertè adſcribitur ea Arcadij conſtitutio, quâ Eccleſiarum aſyla coërcita fuerunt: vti teſtantur Socrates *lib.6.c.5.* Sozomenus *lib.8.c.7.* Chryſoſtomus *oratione in Eutropium*, & vitę *Chryſoſtomi ſcriptores.* Suidas *in v.* Εὐτρόπιος. Quæ quidem illa ipſa Arcadij conſtitutio eſt, ad eundem Eutychianum PP. cui hæc noſtra inſcribitur, emiſſa, vnde quatuor Leges deſumptæ ſunt *C.Th.* puta *lex 3. de his qui ad Eccleſ. confug. l.57. de appellat. l.33. de Epiſcop. Eccleſ. & Clericis: l.16. de pœnis*: & Cod.Iuſt. tres, puta *lex* 11. *de Epiſcopis: l. 6. de Epiſcop. aud. l.29. de appell.* Quâ tandem Lege ſuâ Eutropius

ipſe

Digitized by Google

ipſe concidit. Sanè Claudianus Eutropium diſertè *Præſidium* LEGVM vocauit:

> ---- *Præſidium Legum, Genitorque vocatur*
> *Principis, & famulum dignatur Regia patrem.*

Item

> *Vidit ſub pedibus* LEGES, *ſubiectaque colla*
> *Nobilium.*

Succurrit & illud mihi, quod Zoſimus ait, *lib.*5.*p.*788.789. Eutropium & Stiliconem, hâc tempeſtate, odia internecina inter ſe exercuiſſe: Vnde Eutropius ipſe Stiliconem ab Arcadio & Senatu Conſtantinopolitano hoſtem publicum renuntiari fecit, teſte Zoſimo *lib.*5.*p.*788. Vt omittam quod Claudianus ait, eum commiſiſſe inter ſe Arcadium & Honorium:

> ---- *geminam quid diuidis aulam,*
> *Conariſque pios odiis committere Fratres?*

Contra Stilico vtriuſque aulæ adminiſtrationem ſibi tum vendicabat: vt proinde neceſſe forte habuerit Eutropius, capiti ſuo ſuorumque à Stilicone metuere. Quod etiam Claudianus *lib.* 2. *in Eutrop.p.*87. *a.* indicare videtur. Inde tanta illa pœnarum ſeueritas, tàm peremptoria verba, eæ in delatoribus exciendis blanditiæ, & hæc omnia velut in abrupto periculo. Quicquid tamen Eutropius hanc in partem moliri potuerit, ſedecim ipſe poſt menſibus, Gainâ id agente (qui Stiliconi obnoxius erat) non per factionem, verùm Arcadij ipſiuſmet iudicio, relegatus primùm, mox & interfectus fuit.

NVNC, cùm ad finem huius Diſſertationis ventum eſt, Hiſtoricas huius conſtitutionis cauſas è ſuperioribus in breue cogamus. 1. Nempe, ſi de Factioſis ipſis quæritur, *Factionum* quibus *h.l.* occurritur, cauſæ hæ fuerunt: quod Reipubl. adminiſtrandæ dignitatibuſque tum admoti ſordidi quique Barbarique, rebuſque ſuis tantum intenti, ſubditorum curâ abdicatâ,

Digitized by Google

modis omnibus eos vexarent. Quæ Arcadiani ſæculi labes fuit. 2. Si *Arcadij* mentem inſpicimus, Maieſtatis crimen, pœnaſque *h.l.* comprehenſas factionibus iſtis probo more obijciendi cauſa hæc fuit: quòd Factionibus his, tùm paſſiuis ſeu paſſim initis, nullius non ex iis, quos ipſe Reipublicæ ceu idoneos admouiſſet, dignitatibuſque ornaſſet, vita ſaluſque expoſita eſſet, omniaque turbarum plena forent: de quo *cap.15.* Et hæc proculdubio vera ſunt. Εἰκασὸν noſtrum iſtud eſt, ſi de Eutropij mente quæritur, *Eutropio* ſuadendæ huiuſce Legis hâc Arcanam cauſam fuiſſe videri, quò ſcilicet clientibus ſuis, quos ipſe honoribus aut prouinciis ornauerat vel ab Arcadio ornari fecerat, ſaluis, Rerum ſummam ipſe porrò adminiſtraret: de quo paulò antè. Verùm hoc εἰκασὸν tantum, prout quiſque volet, ita & accipiat.

Et hæc quidem in præſens Hiſtorica noſtra Diſſertatio eſto, ad Nobiliſsimam & Quotidianam Arcadij Imp. Legem Quiſquis, Cod. ad L. Iul. Maieſtatis: *Quam prouinciam vacuam ad hunc diem deprehendebam. Nam quæ ſingula ad eius ſiue Praxin ſiue Applicationem pertinent, vt & Arcana Politica quæ exinde quamplurima petuntur, etſi* Pragmaticâ *vel* Politicâ *Diſſertatione exequi haud adeò operoſum fuiſſet, attamen ceu alieni iuris iam facta pleraque, magiſque expoſita, ne attingere quidem libuit: Maximè, cùm* Amico *vnum illud, Hiſtoricum videlicet, petenti, aliud quid obtrudere, vel etiam ad alia exempla deflectere, neque deſiderio ipſius conueniret, neque res rationeſque meæ, vt nunc ſunt,*

in ne-

in negotioſo rerum actu verſantis, paterentur. Mihi ſatis fuit, abditas, ſed veras, huiuſce Conſtitutionis cauſas in apertum ſemel protuliſſe: atque hac vel vna ratione compendiaria genuinum eius ſenſum præſtando, palàm noſtris feciſſe, quàm non feliciter ſemper hactenus eam nonnulli acceperint: viceuerſa, quomodo ea in vſum & Praxin cautius deduci poſſit. Satis quoque mihi fuit, huius Diſſertationis periculo, exemplum deinceps ſtatuiſſe, quamlibet breue, Iuris ſtudioſis, quânam arte Conſtitutiones Imperatoriæ tractandæ ſint, quibuſque præſidiis, κρυφείοις *& arcanis, accinctum eſſe oporteat eum, qui nolit* λεωφόρῳ βαδίζειν.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX.

A.

ADministri factionum 9.p. 40.41.42
Adſeſſores, pars Iudicum 15.p.79
Ancyræ ſæpè Principes conſtitêre, & cur: deque Ancyra plura 3.p.12.13.14
ARCADIVS Imp.
Obnoxius Rufino, mox Eutropio 13.p.66.67
Sœculi Arcadiani labes 13. & 16
Auctor *Legis Quiſquis* 3.p.12
Conſtitutiones eius variæ aduerſus
1. Magiſtratuum ſeu Iudicum corruptelas 16.p.85
2. Factiones & tumultus 8. p.36
Arcana Iuris varia c.1.3.4.5

B.

Barbari partim in Orbem Romanum immiſſi, ibique conſiſtentes 10 p.15
Factionibus opportuni d. c.10
de his querela 13.p.72.73
partim exciti ex Barbariâ ad factiones aduerſus Principes 10.p.46
Bargij factio 12.p.63

C.

Cæſarij & Attici Conſulatus 3.p.16
Clementiæ oſtentatio in Conſtitutionibus 16.p.83 86
ex Claudiano multa, de Arcadiani ſœculi labe 13.p.68. 69.70
Cogitationis vox in crimine Maieſtatis 8.p.35
Colores Iuris 15.p.77.78.79
Coniunctionis Legum vtilitas c.4
Coniurationis vox 5.p.27
Conſcij criminis, duûm generum 9.p.41.42
Conſiſtoriani alij Illuſtres, alij Spectabiles 11.p.50.51.52
In Conſiſtorio ſtetêre 11. p.50
Conſtitutiones Imperatorum.
Cauſæ & rationes Hiſtoricæ earum diligenter exploran-

plorandæ c.1.12.13
προϊστατικοὶ καὶ προϊστάμενοι ſæpè 1.p.3
Auctores earum teneri quantum interſit 3.p.11
Eos eruere, ſæpe difficile d. p.11
Quia omnium Imperatorum qui ſimul imperabant, nomina præferebant d.p.11
Ij, ad quos datæ conſtitutiones, conſiderandi d.c.3
Conſulatus, ſeu Temporis adiectio, in conſtitutionibus, obſeruanda 3.p.15.16
Corporis alicuius *pars*, quo ſenſu quis dicatur 15.p.79.80

D.

Defenſores Senatus 4.p.19.& 11.p.52
Delatores exciti in prauos Magiſtratus 16.p.85
de Dignitatibus in indignos vel Barbaros, vel iniuſtos collatis ſub Arcadio querelæ c.13
Duces factionum v. infr. Factiones.
Δυσφημία euitata in conſtitutionibus, eiuſque formulæ 6.p.27

E.

Eccleſiaſtici ſub Arcadio factionum flabella 8.p.36. & ἐλεγκτικοὶ 13.p.73
Edictum generale, occaſione Relationis 4.p.20
Ei & in eum, quid ſibi velit, cùm de L. Regia agitur 7.p.30
Enantiophana duo ſublata 9. p.41.42
Et particula 6.p.28.29
Etiam, pro inſuper, nominatim 6.p.28
Eutropius. de Eutropij factione ſeu coniuratione c.12. p.63
Apud Arcadium τὰ πάντα 13.p.67
Auctoritas eius, tùm foris tùm in Eccleſiâ 13.p.67
Fraudes eius & arcana conſilia c.16.p.84.85
Legum penes eum arbitrum 16.p.86.87
Huius Legis auctorem videri 16.p.85.86.87
Eutropij & Stiliconis inter ſe odia 16.p.87
Eutychianus PP. Orientis, & quidem iterum 3.p.12.14.15
Pacis publicæ ſtudioſus 8. p.37

F.

Factiones.
Factionis nomen & definitio 5.p.24.& 8.p.34.35
Inire factiones qui dicantur 9.p.38.39

Duces factionum, ijque duûm generum 9.p.38.39
Sacramenta factionis ſuſcipere vel dare, qui dicantur 9. p.39
Adminiſtri factionum 9.p. 40.41.42. trium generum, Satellites, Conſcij, Miniſtri *ibid.*
Crimina per factiones ſæpè ſuſcipiuntur, & cur 8.p.35
Magna capita petita factionibus 10.p.47.& c.11
Prætextus & occaſiones factionum: in his καχεξία Reipubl.& odiũ in prauos Magiſtratus 13.p.64.65.66
Inter quos initæ 10.p.42
Milites & Barbari factionibus opportuni 10.p.43.44. 45.46
Legibus occurrendum factionibus 8.p.36
Arcadij variæ conſtitutiones in factiones 8 p.36
In Duces factionum iri primùm ſolet, & ſæpè in eos ſolos 9.p.39
Fictitiæ Maieſtatis ſpecies 5.p. 24.& c.7

G.

Gainæ factio 12.p.62
Gildonis factio 12.p.60.61

H.

Hiſtoriæ cognatio cum iure c.1.2.& paſſim.
cauſæ Hiſtoricæ conſtitutionum tenendæ c.12.13
Quibus ſubſidiis ea erui poſſint, Inſcriptionum & Subſcriptionum ope. c.3
ſeu Auctoribus earum perſpectis, Loco, Tempore c.3

I.

Imperatores v. ſup. *Arcadius, Conſtitutiones*. Et infrà, *Leges Maieſtas, Principes.*
Index Sconhouianus quando ſcriptus 3.p.14
Inire factionem qui dicantur 9. p.38.39
Inſcriptiones Legum, earumque vtilitas. c.3

K.

Καχεξία Reipubl. v.c.13

L.

Lateri Principis adhærentium peculiaris ratio: at non in ſp. *Legis Quiſquis* 14.p.74
Legum ferendarum arbitrium penes Rufinum & Eutropium 16.p.86.87
Leges nonnullæ explicatæ.
L.vlt. C.Th. de præd.Senator. c.4.& c.11.p.54
L.9.Cod.Th.de diu.reſcr.4. p.20
L.1.§.1. ff. ad L.Iul.Maieſtatis 7

tis 7.p.30.32. & paſſim: & 16.p.82
L.19.C.Th.de pœnis 9.p.41
L.ſancimus vtroque C. de pœnis 9.p.42
L 5.C.Th.de fide teſtium 11. p.50
L.3. & 4. C.Th.de vſuris 11. p.52
L.7.§.3.ff.ad L.Iul.Maieſt.15. p.78
L.pen.ff.de Legibus 16.p.84

M.

Maieſtatis læſæ ſpecies quatuor: è quibus quarta, quaſi perduellionis c.7
Maieſtas ex ſe incommunicabilis: ideo eam Principes haud facilè communicant 16.p.83
Maieſtatis crimen ſępè ad terrorem alijs criminibus induitur 15.p.78.79
Militare Principi dicuntur Palatinæ dignitates & prouinciales 11.p.55.56.57
Milites factionibus opportuni 10.p.46
Altera ciuitatum pars 10. p.44.
In ciuitatibus Orientis & vel præcipuis d.p.44
Miniſtri factionum qui 9.p.42

N.

Neceſſitas ſæpè ius conſtituit 16.p.84
Notitia Imperij quando ſcripta 3.p.14

O.

Oſius Magiſter officiorum 13. p.69

P.

Pars corporis Principis, Conſiſtoriani & Senatores 15. p.79
Senatus, Princeps. p.80
Iudicum, Adſeſſores. p.79
Perduellionis crimen c.7
quaſi perduellionis d.c.7.in fi.& c.15.p.79
POLITICÆ obſeruationes c.2.p.7.8
c.5.p.25
c.7.p.32.c.8.p.35.36.
c.9.p.38.39.41.42
c.10.p.45.46
c.11.p.48
c.13.p.65.66.72.73
c.14.p.76
c.15.p.78.81
c.16.p.83.84.85.86
Populi Romani poteſtatis vmbra ſub Principibus 7.p.30
Præfectus Auguſtorum dictus, etſi ſub vno Auguſto ageret 3.p.12
Præpoſiti S. Cubiculi dignitas quomodo & quando aucta 11.p.51

Digitized by Google

Principes, Senatorum numero 15.p.80
Conſtitutiones vix ſanxêre in ſe quid molientibus 5. p.25
Corporis Principis pars Conſiſtoriani & Senatores, quo ſenſu 15.p.79
Priuati triplici ſignificatu: nempe quatenus opponuntur Principibus, In dignitate poſitis, & Militantibus 10. p.43.44
Propinquorum appellatione filij non exaudiendi 9.p.42
Purpurę obiectu defenſi 11.p.50

R.

Rufini auctoritas 13.p.67
coniuratio eius 12.p.59

S.

Sacrilegium, pro Maieſtatis crimine 15.p.79
Sacroſanctæ perſonæ quædam 11.p.48.49.&c.
Satellites qui c.9.p.40.41
Sceleſta factio quæ c.6
Sceleſti vox de factionibus & coniurationibus 6.p.26.27
Seditio à factione ſubtiliter diſtincta 8.p.35
Senatus & Senatorum dignitas ſub Arcadio & Honorio 11.p.52.53
Senatores in Oriente alij Conſtantinopoli, alij in prouincijs 11.p.54
Collatio Senatoria 4.p.18.19
Querelæ de Senatoribus ſub Arcadio 4.p.19.20
Senatores pars corporis Principis 15.p.79
Sexti Rufi Breuiarium quando ſcriptum 3.p.14
Societas, pro factione 5.p.24. c.8.p.34
Subſcriptionis Legum vtilitas 3.p.15.&c.
Suidę locus 13.p.70
Syneſij oratio *de Regno*, quando & ad quem edita, & Pręcipuum eius argumentum 13.p.71.72.73.

T.

Temporis characteriſmus, eiuſque vtilitas in conſtitutionibus 3.p.15.16
Tribuni plebis ſacroſancti 11. p.49.
de Tuitionibus 15.p.81

V.

Vel, pro *&* p.39

Z.

ex Zoſimo multa paſſim: & nominatim c.15.p.70

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

IAC. GOTHOFREDI IC.

De

IMPERIO MARIS

déque Iure NAVFRAGII colligendi,

ὑπόμνημα,

Ex Iure Romano,

Ad Legem Ἀξίωσις, ſeu Legem *Deprecatio*, 9. *Digeſtis de L. Rhodia de Iactu.*

M. DC. XXXVII.

GENEVÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Nobiliſſimo & Ampliſſimo V.

D. NIC. FABRICIO PEIRESCIO, SVPREMI SEnatus Aquenſis Conſiliario,

IAC. GOTHOFREDVS *IC. & Senator S.*

QVOD apud omnes qui ſcriptis famam adſequi geſtiunt, præcipuum deputo, vt ne circa id quod quiſque ſibi delegit ſtudium iuſto diutius *domi* immoretur, verùm certum in eo modum, ſtatóſque ſibi fines propoſitos intelligat, id in iis potiſſimum ſcientiis, quæ *Practicæ* audiunt, maturè adſequi, in ſummâ felicitatis parte ponere ſoleo. Quod quidem euenit, vbi curioſitate ſemel expleta, ingeniòve affatim inſtructo, mox & inſtrumentorum notitiâ ſiue copiâ in vſum olim

Digitized by Google

ſuum contractâ, ad præſentem rerum actum ſua quiſq; ſtudia ita conuertit, vti prout ſeſe res tantum dant, ita & operam quoque ſuam eò collatam velit. Memorare poſſem, quos vmbraticis ſtudiis ſeductos ingenti famæ hæc ætas iure inſeruit quamplurimos, tempeſtiuâ ſubinde vel pauciſſimarum pagellarum pro re natâ induſtriâ. Eandem verò, Iuris prudentiam profeſſis prouenire adhuc poſſe, tam rara hodie fides eſt, vt contrà pars foro tantum ſeu Iudiciis ceu glebæ adſcriptam, atq; intra *Edicti* fines circumſcriptam, vulgari iã diuerbio, putent: alij exhauſtam & effœtam penitus autument: pars multò maxima eorum qui ſe ad ſcribendum adplicant, mole tantum ſcripta ſua commendari poſſe cenſeant. Ab hiſce omnibus diuortium egiſſe me dudum gratulor, qui vt Romani iuris ſcientiam πολιτικώτατον omnium contendo, ita & fugientia quædam iam olim extenebrare inſtitui, & ad *quotidiana* animum ſtudiáque mea adſueui: ſic quidem etiam, vt ærumnabilium antehac laborum, qui fauentem Lucinam aliquam tamdiu expectant, ingratiis hactenus ſuſceptorum, morſum nil æque interea edulcare queat, quam vbi bona ſeſe mihi dat occaſio, ſepoſitum vel leue quid à vulgi ſenſu è Iuris Noſtri horreis conditíſque in rem præſen-

præſētē deripiēdi: quò ſpectabat quóq; nuper Diſcurſus Hiſtoricus *ad legem Quiſquis*, *Codice ad L. Iuliam Maieſtatis*. Nō vt ἀλλοτριοπράγμων, atq; inrogatus, alienæ memet vnquam controuerſiæ immergā inſeramue: Quando & vbi eò ventum eſt, ſua ſinguli habent argumenta, quæ Iuriſprudentia noſtra haud æquè ſufficit, factíque magis quàm iuris ſunt; verùm, vt citra cuiuſquam præiudicium in argumento aliquo inluſtri oſtendam hactenùs, quis Romani iuris ſenſus olim fuerit, quid moneant leges noſtræ, ad quarum auctoritatem recepto iam iure gentium prouocari video. Id quod haud melius adſequâre, quàm peculiari circa eas, quæ *ſolemnes* audiunt, próque fundamento eſſe poſſunt, ſepoſitis interim aliis, ἐπιστάσει curáque. Cuius vt ſpecimen nuper circa conſtitutionem illam Codicis edere contigit, ita & eandem nunc operam impendere viſum in hanc Digeſtorum legem: vt ita edito vtrimque exemplo, idem aliquando, vbi vſus tuliſſet, vtrubíque audendi fiduciam aliis facerem, viámque quantum in me præmonſtrarem. Quæ quidem opera nunc à me eò lubentius ſumpta, quòd ea Lex, quam mihi illuſtrandam nunc propoſui, opinionum portentis paſſim, vt veteri verbo vtar, *communicetur*, ſeu contaminetur. Quæ vt

diſſimulari poterant in ſuperioris æui ſcriptoribus, quando Barbaries ſentéſque omnia occupauerant, melioréſque literas Hiſtoriæque cognitionem ad Iuris Noſtri intellectum adferre, & id ipſum pro monſtro erat: hâc certe florentiſſimâ omnium ætate defendi negligiúe ferendum non est: præſertim, cùm iam iis quæ perperàm tradita ſunt, alia deinceps ſuperſtruũtur, quibus Summorum ſæpĕ Principum capita in ordinem coguntur, Rerúmque publicarum libertas labefactatur, iuráque alia publica percelluntur. Ego certe impatientiam ad hæc meam prodere ſubinde malo, quàm illaudato ſilentio ſanctiſſimam adeò rem, vt eſt Iuriſprudentia noſtra, vnquam prodere ſeu prædamnare. Te verò, VIR AMPLISSIME, huiuſce facti mei conſcium & ſuperſtitem appellare nunc viſum, cui ſecretiores quæquæ melioréſque literæ curæ cordíque adeò ſunt, vt nullis inter hæc impendiis parcere ſoleas, ſiue in iis quæ eò faciunt per vtrúmque Orbem conquirendis, ſiue in protrudendis qui ſuam in iis inſtaurandis operam vel induſtriam locare valent: quorum multi iam per te & famam habent, & merentur. Quo facto quid aut illuſtrius adferri poſſit, quando gloriã Principibus fermè dicatam, in nomen tuum tam feliciter deriuas:

Digitized by

vel ad æternitatem maius, cui tam multos ipſe commendas, quà rediuiuis veterum monumentis, quà excitatis melioribus huius æui ingeniis? Fatear ipſe oportet, nunquam ad hæc ſtudia animum meum magis incaleſcere, quàm cùm eò me prouocare ſoles: adeò, non ſuadent ſed trahunt me ἑλκυστικὰ illa literarum tuarum, quibus publicis immerſum negotiis excitatum venis. Quo quidem facto de me tanto mereris, quanto pauciores ſunt hodie à quibus id expectes: habere fermè delectaríque eo contenti ſi quid felicius exit, quàm prolectare nouum quid ſolliciti. Quale iſtud eſt, opinor, quod tibi dicatum nunc eo. Ob ſingularem inſuper illum & eximium Candorem tuum, quem pro exemplari Candoris ipſius habeo: quémque omnes qui ad ſcribendum animum adpellunt, tueri, atq; adeò ab omni acerbitate procul eſſe iubes. Quem modum & ipſe hâc Commẽtatione tenuiſſe me puto, etſi benigna ſeſe mihi materies daret, diſtringendi eos qui ſumma capita, ſummáſque Res faſtidire ſæpè ſolent, & huius quidem Legis argumento, à quo ipſi tantopere exciderunt. Vt non poſſit non hic Libellus tibi congruere, qui & Dignitati, & ſtudiorum propoſito, Moribus denique tuis tam adprimè conue-

nit : Placiturum ſanè eâ quoque re puto, quòd in Argumento verſatur βιωφελῆ, auctoremque habet, qui te Amico optimo & fideliſſimo non tantum vtitur, ſed & paſſim gloriatur. VALE multos annos, meque amare perge.

Digitized by Google

IACOBI GOTHOFREDI I.C.

Ὑπόμνημα,

Ad Legem Ἀξίωσις, ſeu, Legem *Deprecatio 9. Digeſtis de L. Rhodia de iactu.*

CAP. I.

GENERALIA de LEGE Ἀξίωσις, eiúſque VSV.

STATVS *quæſtionis, & princeps huius Diatribæ ſcopus. Legem ἀξίωσις vtramque in partem trahi. Diſtinctis ea pericopis ſeu ſectionibus proponitur: Verſio eius noua. Tribus partibus eam conſtare.* Ἀξίωσις, *pro libello, non pro* Deprecatione. *Reſcripta libellis ſubijci ſolita. Duas poſteriores huius l. partes contineri quoque in* Auctoritate *Legibus Nauticis præfixâ. Summa eius apud Harmenopulum, Docimum, & Attaliatam. Sententia Baldi. Vſus huius l. multiplex.*

IMPERIVM MARIS publici quoque Romanorum iuris olim fuiſſe, ſeu Imperatoribus ita patuiſſe, vti ἤπειρος ſeu continens ipſa paruit, perſuaderi ſibi quidam hâc adhuc ætate nondum patiuntur: Imò, Mare in laxitate naturali & promiſcuo ſemper vſu atque *im-*

metatum manſiſſe cenſent, veluti rem quæ in nullius Dominio, vel Imperio eſſe poſſit: Quibuscum amicè congredi nunc animus eſt: Non quidem argumentis vel teſtimoniis è veteri Memoriâ ſeu Hiſtoria operoſè conquiſitis, verùm (quos mihi cancellos in præſens ſeu terminos poſui) ſolâ Legum Romanarum auctoritate; Neque adhuc tot aliis hanc in rem Legibus ſiue Iuris textibus, qui de Dominio Maris, iuréque, qua publico qua priuato, in mari occurrunt, quos in aliud mihi tempus vberioremque tractatum ſepoſui, ſi Deus ſinet, & ſint qui id iure exigant, verùm vnius tantum famoſiſſimæ Legis inter alias præiudicio.

Ea verò lex, eſt Lex ἀξίωσις, ſeu, *Lex Deprecatio 9. π. de L. Rhodia de iactu.* Cuius alioquin Legis ipſius, velut palmariæ hoc in argumento, auctoritate è contrariæ ſententiæ patronis nonnulli cùmmaximè, neque aliâ temerè magis, tueri ſeſe vectaríque ſolent.

Ecquis verò credat, id quod præcipuum τῶν ἑτεροδόξων fundamentum hactenus eſſe ſolet, eximium & illuſtre, neque aliud temerè magis, ſententiæ noſtræ fundamentum eſſe poſſe? Et ita tamen eſt, ſi modò Lex illa non per nebulam aut tranſennam, verùm diſtinctè proponitur, perque partes penſiculatur. Id quod nonnulli iam facere feliciter cœperunt: quorum induſtriæ hanc operam noſtram ex profeſſo ſiue commodare ſiue ſuccenturiare viſum: eadem lege, quâ & ſuas fors deinceps ad eam μελέτας ſeu cogitationes alij felicius adhuc prodituri ſunt.

Ea igitur lex ſic habet, ſeruatis in præſens vbique Græcis receptæ hactenus lectionis verbis, reſtitutâ tantùm interpunctione.

VOLVSIVS MÆCIANVS, ex Lege Rhodiâ.

1. Ἀξίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον βασιλέα. Κύριε βασιλεῦ Ἀντωνῖνε. Ναυφράγιον ποιήσαντες ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων.

2. Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι.

Ἐγὼ

Εγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων ναυτικῷ κρινέσθω, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται.

3. Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν.

Id eſt (ſic enim hanc l. paulò aliter, quàm hactenus, alicubi verto) 1. *Libellus* [ſupplex ſcil.] *Eudæmonis Nicomedienſis ad Antoninum Imperatorem. Domine Imperator Antonine, Cùm naufragium feciſſemus in Italiâ, direpti ſumus à publicis* [ſeruis ſcil.] *eorum qui Cycladas inſulas incolunt.*

2. *Antoninus Eudæmoni reſcripſit.*

Ego quidem Orbis [totius ſc.] *dominus ſum, ſed tamen Ius Maris ſecundum legem Rhodiorum nauticam iudicetur: In his* [videlicet] *in quibus nulla noſtrarum Conſtitutionum ei aduerſatur.*

3. *Id ipſum verò & ſacratiſſimus Auguſtus conſtituit*, [ſeu decreuit.]

Huiuſce Legis, præter ipſam, tum *Auctoris* tum libri, vnde ea deſumpta eſt, inſcriptionem, tres omninò ſunt partes ſeu pericopæ. Prima continet Eudæmonis Nicomedienſis Ἀξίωσιν, id eſt, Libellum ſupplicem, ſeu Deſiderium & poſtulationem: non (quod vulgata verſio minus rectè habet) *deprecationem* (vnde tamen Lex hæc hodie nomen obtinet, cenſerique ſeu allegari ſolet. ita, *Lex deprecatio.*) Eſt enim *deprecatio*, non querela vel libellus quilibet ſupplex, verùm ignoſcendi ſeu indulgentiæ poſtulatio. Cuiuſmodi libellus hîc non continetur. Continet, inquam, prima huius l. pars libellum ſupplicem oblatum Imperatori Antonino, quod & ipsâ Libelli inſcriptione palàm fit, Ἀξίωσις Εὐδαίμονος Νικομηδέως πρὸς Ἀντωνῖνον βασιλέα. Secundo loco ſubiungitur *Reſcriptum* Antonini Imp. ad ſuperiorem Eudæmonis libellum (ſic enim Reſcripta libellis ſubiici ſolita infinitis teſtimoniis, etiam ex Veteribus lapidum Inſcriptionibus, petitis, comprobatur) Quod iterum Reſcripti ipſius ἐπιγραφὴ docet, Ἀντωνῖνος εἶπεν Εὐδαίμονι. Tertio loco ſubiicitur quippiam, ab vtroque illo (libello ſcil. Eudæmonis, & Reſcripto Antonini) ſecretum & ſeparatum: obſeruatio, inquam, auctoris huius l. qua is notat, id ipſum quod Antoninus ad libellum Eudæmonis re-

ſcripſit, alteri quoque *deinceps* Imperatori (quem θειότατον Αὔγουστον vocat) placuiſſe: Breuiter, prima pars huius l. eſt *Partis* allegantis, ſeu ſupplicantis: Secunda *Imperatoris* reſcribentis: Poſtrema, *Iuriſconſulti* obſeruantis.

Quæ quidem duo poſteriora (Reſcriptum, inquam, Antonini, cum obſeruatione illâ Iuriſconſulti) priore (libello inquam Eudæmonis) reſecto, continentur quoque αὐτολεξεὶ in veteri *Auctoritatis* fragmento (quo de fuſiùs poſtea) quod Legibus Nauticis præmittitur, quæ *Legis Rhodiæ* nomen hodie ψευδωνύμως præferunt, quas VV.CC. Schardius & Freherus, vnà cum legibus *Georgicis* ſeu Ruſticis, & *Militaribus* edidére.

Summam verò huius l. Græci quoque Interpretes ſcriptis ſuis indidère: veluti Conſtantinus Harmenopulus, *prochiri ſui lib. 2. tit. 11. §. 1.* vt & Docimus, *in calce legum Nauticarum*, iiſdem vterque verbis. Τὰ ναυτικὰ πάντα, καὶ ὅσα κατὰ θάλασσαν κεῖνται, Ροδίῳ τέμνεται νόμῳ, καὶ κατὰ τοὺς Ροδίους δικάζεται νόμους, ὅταν μὴ ἄλλος νόμος ἐναντιούμενος τοῖς τῶν Ροδίων νόμοις εὑρίσκηται. εἰσὶ γὰρ οἱ τῶν Ροδίων νόμοι τῶν ἄλλων ναυτικῶν νόμων παλαιγενέστεροι. Sed & Michael Attaliates, *in Synopſi ſuâ, tit.* 48. breuius adhuc. τὰ ναυτικὰ, ἤτοι τὰ κατὰ θάλασσαν, τῷ Ροδίῳ νόμῳ κεῖνται, ἐν οἷς αὐτῷ μὴ ἕτερος ἐναντιοῦται νόμος.

Nos tria illa huiuſce l. membra ſigillatim deinceps expendemus, nihilque adeò in iis notatu dignum prætermittemus: vt ita in bono lumine locatis omnibus, atque vndique colluſtratis, exinde clarè efficiatur, quod potiſſimum nunc adſtruimus, illâ quoque lege, *Imperatorem Dominum Maris, & libello ipſo Eudæmonis perſpicuè indicari, & gemino Reſcripto, Antonini videl. & alterius inſuper Auguſti qui ibi memoratur, diſertè adſeri.* Quod ſanè viderunt quoque è veteribus Interpretibus nonnulli, & in his quidem acutiſſimus omnium Baldus, qui tum *in explicatione huius ipſius l. tum commentario ad l. 1. §. quod ſi quis. ff. de operis noui nuntiatione*, clarè pronunciauit, *Iſta lege dici; quod Imperator eſt dominus totius orbis, & quod terra & Mare eſt ſibi* [pro *ei*] *ſubiectum*: Item, *Mare vniuerſaliter ſumptum eſſe Imperatoris*: Qui idem, *& in Rubricâ de rerum diuiſ.* ait, *in Mari diſtincta eſſe Regna, ſicut in arida terra.*

Et

Digitized by Google

Et eſt nobis huiuſce l.Interpretatio eò accuratior inſtituenda,quò plures paſſim ad eam errores admittuntur, quoque ea celebratior eſt,& in plures tractatus iam incurrit, ſeu diffunditur. Neque enim eius hactenus vſus eſſe ſolet, cùm *de Maris dominio*, ſeu Imperio, quæritur, vti nos nunc præcipuè quærimus: 2. vel etiam, cùm de Iure *Naufragij colligendi* agitur, quod & ipſum hîc nobis obiter propoſitum eſt. 3. verùm & (quò ſeſe diffundit Interpretum περιεργία) cùm de veteri *Imperio Imperatoris Romani* diſquiritur, quo ſenſu videlicet Antoninus Imp. Orbis dominum ſeſe vocet, eiuſque adeò ſiue argumento ſiue exemplo Imperatores alij vocentur, vocarive poſſint,& quorum reſpectu. 4. Item,cùm de *Conſuetudine Legi contrariâ*, & aduerſus eam inolitâ, anquiritur, quò lex hæc perperam trahitur. 5. Denique, cùm de *vſu iuris Romani* agitur,quamque hodie id vim authoritatemque habere debeat: In quæ ipſa omnia,verùm per tranſennam tantùm, & hâc Diatriba inquirimus.

CAP. II.

De AVCTORE, & ARGVMENTO huius l.

I. AVCTOR *huius l.Voluſius Macianus. Quando is vixerit. Quo libro eam complexus ſit. Duos tantùm eius libros de Iure memorari. Non ſcripſiſſe eum libros Quæſtionum, ab ijs diuerſos: vt neque,de lege Rhodia. Deſumpſiſſe eam hanc l.ex Auctoritate legis Rhodiæ.Corpus legis Rhodiæ Nauticæ.* Publicorum, *non Fideicommiſſorum libris id ſcripſiſſe Macianum.Græca Reſcripta Imperatorum ad Græculos: & quidem*

Antonini. Publicorum *libri, id eſt, de publicis iudiciis ſeu criminibus. Naufragorum depradatio publicum crimen, & atrox maxime ſemper habitum.* II. ARGVMENTVM *huius l. Fugitiua ne ea? Principum & Legiſlatorum mos, à caſu ſpeciali ad generalem conſtitutionem adſurgendi. Triboniani mos, affinia quoque ſub titulis collocandi.*

ANTEQVAM verò ſingulas huius l. partes expendimus, de *Authore* eius, atque adeò de Inſcriptione eiuſdem, ante omnia videndum nobis eſt. Non nuda aliqua vel inani tantùm curioſitate, verùm, vt ex Auctoris quà ſcriptis, quà ſæculo, de verâ Legis ipſius mox ſententia eò magis liquere poſſit: dein, vt & illud poſteà definire poſſimus, quiſnam ſit Imp. Antoninus ille, quis item θειότατος Αὔγουστος, qui in eâ memorantur Igitur obſeruandum, huic l. hunc Auctoris, ſimul & libri, titulum præfigi, *Voluſius Macianus, ex Lege Rhodia.* Hic ille ſcilicet eſt, integro quoque nomine, *L. Voluſius Macianus*, qui Iuliano I. C. (Adriani & Antonini Pij coætaneo) contiguus (quem ipſe ideò *Iulianum noſtrum* ſubinde vocat, *in l. 86. ff. de condit. & demonſtr. l. 65. §. 1. ff. ad Trebellian. l. 30. §. 7. ff. ad l. Falcid:* pariter, vt æquæuum *Vindium noſtrum* indigetat *l. 32. d. tit. ad l. Falcid.* Contrà, qui non Vlpiano I. C. tantùm, (qui ſub Antonino Caracalla ſcripſit) antiquior, quippe qui ab eo allegatur *l. 72. in pr. ff. de vſufruct. l. 6. ff. de l. Pomp. de parricid. l. 16. ff. ad Trebelli: l. 11. §. 3. & 15. de legat. 3. l. 17. in pr. de iure patr. l. 3. quibus mod. vſusfr. amit.* vt & Paulo *l. 6. ff. de ſeruit. præd. ruſticor.* verum & Scæuola vetuſtior, vt pote à quo is laudetur *l. 20. ff. ad l. Falcid.* (qui ſane ſub Marco Antonino & Commodo vixit) & ſic inter Iulianum & Scæuolam medius, ſub Hadriano & Antonino Pio primùm

primùm, quo Iuriſperito vſum eum inter alios auctor eſt Capitolinus, *in vita Antonini Pij*, vixit: ſub quo & Marcus Antoninus priuatus adhuc iuri ſtuduit, teſte eodem Capitolino, *in vitâ Marci*: mox & ſub Diuis Fratribus (i. ſub Marco Antonino & Vero Impp.) floruit. Quod teſtatur diſertè reſcriptum ipſorummet Diuorum Fratrum, quod extat *l. Diui Fratres* 17. *ff. de iure patronatus*. Ipſe certè Mæcianus & Aproniani SC. quod ſub Hadriano, non (vt alij cenſent) ſub Marco, conditum eſt, ſententiam refert lib. 12 Fideicommiſſorum *in l.* 12. *ff. vt in poſſeſſ. legator.* Idemque D. Pij decretum allegaſſe dicitur ab Vlpiano *d. l.* 11. §. 3. *de legat.* 3. Tandem & lib. 7. Fideicommiſſor. *in l.* 42. *ff. de fideicomm. libert.* diſertè, *Antoninum Auguſtum Pium noſtrum* allegat. Quod tam de Antonino Pio, quam de Marco Antonino accipi poſſit, qui & ipſe in Faſtis Conſularibus *Pius* appellatur: & ita aliis quoque locis eum appellari tentat P. Faber 3. *ſemeſtr.* 12.

Et hæc quidem de Auctore Legis ἀξίωσις, & ſic de priore Inſcriptionis eius parte. Sequitur altera, his verbis, *Ex lege Rhodia.* Ita enim expreſsè præferunt caſtigatiſſimæ omnium Pandectæ Florentinæ: non, vt Haloandrina editio præfert, *de lege Rhodia.* Multo minus admittendum, quod alij habent, *Epitomarum*: ſic quidem etiam, vt Labeoni hanc l. iidem accepto ferant, errore nato ex proximè ſequente *l.* 10. *ff. de l. Rhodia de iactu.*

Hiſce verò verbis, *Ex lege Rhodiâ*, non indicatur, Voluſium Mæcianum librum aliquem ſingularem *de Lege Rhodia*, ſeu *ad Legem Rhodiam* ſcripſiſſe (quod plerique tamen minus pensè autumant) cuiuſmodi certè nullus Mæciani liber occurrit in vetuſto Canone, ſeu Indice, qui veterum Iuriſprudentum, vnde Pandectæ Iuſtinianeæ conflatæ ſunt, nomina ſcriptaque continet: Duo quippe tantùm ibi Voluſij Mæciani de iure ſcripta memorantur, *fideicommiſſorum* videlicet & *Publicorum*, quibus perperam tertium inſuper à nonnullis adiicitur *Quæſtionum* (qui ſanè iidem ſunt cum libris Fideicommiſſorum, vt docet *d. l.* 72. *ff. de vſufructu*:) vt & quartum iſtud, *ad Legem Rhodiam.* Quanquam extat & eiuſdem Voluſij Mæciani prætereà liber

Digitized by Google

de Aſſe & eius partibus : verùm tractatus hic, etſi Iuris ſtudioſis perquam neceſſarius, ob hæredum ſcilicet inſtitutiones aliaque multa, non tamen propriè de Iure eſt.

Ergo verbis illis, *ex Lege Rhodiâ*, indicatur, Voluſium Mæcianum id quod l. ἀξίωσις continetur, puta libellum Eudæmonis cum Reſcripto Antonini ei ſubtexto, ad inſtitutum aliquod ſuum ex corpore Legis Rhodiæ deſumpſiſſe. Vnde ſimul apparet, Voluſij Mæciani ætate, certum aliquod corpus ſeu συναγωγὴν legis Rhodiæ Nauticæ extitiſſe, vnde videlicet is hanc l. excerpſerit: ſubiecta tantùm ei de ſuo obſeruatione, nempe quod θειοτάτῳ Αὐγούστῳ, i. *ſacratiſſimo Imperatori*, ſub quo is tum agebat, idem placuiſſet. De quo poſtea plenè.

An igitur Mæcianus id ſcripſerit libris *Fideicommiſſorum?* Quod quis fortè putet, argumento ipſo huius l. ductus, vt pote quo agatur de Mari & de Naufragio; quandoquidem & idem libro 2. Fideicommiſſorum in *l.* 15. ꝑ. *de legat.* 3. ſcripſit, *eas quoque teſtatoris res legari poſſe, quæ in profundo* (i. in mari) *eſſe dicuntur, vti præſtentur, quandoque* (i. quandocunque) *ea apparuerint.* Ad quam vtique legem ſpecies rectè ponatur in re ſiue iactatâ periculi auertendi gratia, ſiue naufragio amiſſa, de quo ipſo eſt hæc lex noſtra: Vtroque ſcil. caſu res domini permanet, cùm nō ſit ea derelicta ſed deperdita, atque adeò legari fideive committi poteſt. Item, quia idem eodem libro ſcriptum reliquit, *in l.* 17. *eod. tit. de legat.* 3. *etiam ea quæ futura ſunt legari poſſe, veluti inſulam in Mari enatam.* Vt ita videatur Voluſius Mæcianus dum tractat, vtrum res è Mari olim eruendæ legari fideivecommitti poſſent, prolixius oſtendiſſe, res naufragio amiſſas domini manere, neque à quoquam alio regulariter rectè vendicari poſſe: in quo cenſu num δημόσιοι eſſent, & quatenus, idem ſimul agitauerit.

Et veriſſima tamen hæc ſententia eſt, Mæcianum id ſcripſiſſe libris *Publicorum*, in quos, etſi Latinè ſcriptos, non Græcè (quod nonnemo tamen cenſebat) pro re nata is reſcripta quoque Imperatorum retulit: cuiuſmodi Græca reſcripta ad Græca pariter Aſianorum deſideria alibi paſſim occurrunt. Sic enim ſoliti Principes Græcis Græcè quoque reſcribere, vel

reſpondere

Digitized by Google

reſpondere: quem etiam in finem Magiſter epiſtolarum Græcarum inter alios Magiſtros erat, de quo veteres Inſcriptiones, Ioſephus *lib.1.c.7.* Eunapius, *in Nimphidiano*, & *Notitia Imperij Theodoſiana.* Sic & (ne de aliis nunc dicam) Antonini Pij (cuius hoc reſcriptum noſtrum eſt) Græca alia reſcripta memorantur *l.3.ϖ.de cuſtod. reor. l.16.ϖ.de ſeruit. prædior. ruſticor.* & proculdubio quoque *l.6.ϖ.de excuſat. l.5. de vi publica. l.1. de appellat.* quæ ad Antiochenſes, vel ad κοινὸν aliquod (veluti Aſiæ, Theſſalonicæ & Thraciæ) data dicuntur. Ad rem.

Publicorum, inquam, libris Mæcianum hanc l. ſcripſiſſe vero propius eſt: *Publicorum*, id eſt, non (quod Vir quidam Cl. prodidit) in cenſu ſeu recenſione iurium publicorum, ſeu fiſcalium, vel ad publicanos ſpectantium, quaſi eâ parte Mæcianus tractauerit, vtrum fiſcus vel publicani Naufragia colligere ſibique vindicare poſſent, tractâ eò perperam voce δημοσίων, vt poſtea oſtendetur: Verùm, libris *Publicorum*, iudiciorum ſcilicet ſeu criminum: cuiuſmodi libros ſcripsêre olim quoque, præter Mæcianum, tres alij inſuper è veteribus I C. puta Venuleius Saturninus, Martianus & Macer: Qui quidem Mæciani libri *de publicis*, iudiciis ſcilicet, pariter vt Marciani Macrique, quandoque ſimpliciter *Publicorum* dicuntur & inſcribuntur: quomodo & *leges publicorum* ἁπλῶς quoque dici ſolent. De publicis ſcilicet Iudiciis Voluſius Mæcianus libris quatuordecim commentatus olim fuerat, vt Index ille, quem dixi, Florentinus, edocet, vnde tria adhuc ἀποσπασμάτια, ſeu fragmenta, per Pandectas occurrunt: puta, è libro quarto, *lex 8. ad L. Iul. de vi publ.* è libro decimo, *Lex 11. de publicis Iudiciis*: ex vndecimo, *Lex 14. de Senatuſconſulto Sylaniano*, quib. alioquin duabus poſtremis legibus perperam *Marcianus* pro *Mæciano* inſcribitur: qui error vt procliuis, ita & alibi admiſſus quoque eſt, veluti *in l. 45. de religioſis.* Ad eoſdem ſanè quoque Publicorum libros referri oportet quartum inſuper caput, quod ex Mæciano refert Vlpianus *l.6.ϖ.ad l.Pomp.de Parricidiis.* Eodem denique referenda eſt hæc lex noſtra Ἀξίωσις. Quod ex eius argumento liquidò colligo, vt pote quo *de Naufragorum deprædatione*, ſeu διαρπαγῆ agitur. Quod vtique atrox ſemper crimen,

Digitized by Google

ſeu facinus ἀνόσιον καὶ πονηρὸν, maximè habitum: imò & inter *pu-blica* latrocinia cenſitum, ſi quis, inquam, luctuoſum compendium, ſeu prædam ex naufragio, deque naufragis (quod genus ἀσύλητον rectè dixit Antiquitas) atque ex alienâ hâc calamitate, ſeu δυστυχίᾳ, lucrum faceret. De quo improbiore, ſiue furti, ſiue latrocinij genere ſunt cõplures in Iure noſtro textus: puta, *lex 1. in f. l. 2. 3. 4. 5. 7. ff. de incendio, ruina, naufragio: l. 18. C. de furtis*, cum *Authentica*, *Nauigia* quæ auctorẽ *Fridericũ* habet, ei ſubdita. Quibus legibus, non tantùm naufrago ipſi direpti in quadruplum actio ex Prætoris edicto datur, vel etiam grauis multa prædonibus iſtis ex Conſtitutionibus quadrupli pariter imponitur, verùm etiam pœnæ corporales, velut publico crimini indicuntur, deque his Præſides prouinciarum vti de latronibus grauem ſententiam dicere iubentur. De huius alioquin criminis deteſtatione videndus quoque Dion Chryſoſtomus, *Oratione Euboica* 7. Sic ſanè & Vlpianum, libro octauo de officio Proconſulis, quo varias is publicorum iudiciorum ſpecies perſecutus fuerat, inter alia publica crimina, *de naufragorum deprædatione* egiſſe comperio, & peculiari quidem titulo, iunctim, *de Naufragiis & incendiariis*, vt docet author Collationis legum Moſaicarum, qui vulgò Licinius Rufinus, *tit. de incendiariis* 12. vnde etiam deſumpta eſt *lex vlt. dicto tit. de incendio, ruina & naufrag.* Sic igitur tenemus, vnà cum Autore huius l. eiuſque adeò æuo, ſimul & occaſionem eius libris ſuis, & *publicorum* quidem, includendæ: Imò tenemus & Argumentum, quod eſt *de prædâ ex Naufragio*, vel *de Naufragiis factâ*. Vnde ſimul videri poſſit, hæc lex, vti loquuntur, pariter vt *lex vlt. eod. tit.* fugitiua eſſe, neque titulo ſuo, *de Lege Rhodia de iactu*, ſub quo poſita eâ eſt, ſatis reſpondere: Eſt enim titulus ille non de omnibus promiſcuè legibus Rhodijs Nauticis, verùm de eâ nominatim (quod & *ſeries titulorum* ibi oſtendit) quæ eſt de iactu ſeu ἀποβολῇ, vel ἐκβολῇ, in mare factâ, remouendi communis periculi causâ, & exinde συμβολῇ, ſeu contributione & collatione inter omnes quorum intereſt facienda: cùm contra Eudæmonis querela *in l.* Ἀξίωσις ſit de prædâ ex naufragio facta. Quanquam dici poſſit, Antonini reſcriptum, libello Eu-dæmonis

dæmonis ſubiectum, latius ſeſe iam porrigere, & ad omnes maris controuerſias ſeu Nauticas pertinere, atque adeò ad caput quoque L. Rhodiæ de iactu: Vti fermè Principes, vnius caſus occaſione arreptâ, prouidentiam ſuam latiùs extendere, atque adeò generaliora iam præcepta reſcriptis quoque ſuis complecti adſolent: haud aliter, atque ab aliis νομοθέταις, aliiſque ſubinde νομοθεσίαις ſpeciebus fieri amat. Imò & illud addi poſſit, ſolemne hoc quoque apud Iuriſconſultos olim fuiſſe, & Triboniano ipſi eſſe, vt ſub titulis ſpeciali alicui argumento deſtinatis, affinia quoque tractarent: quod & Pandectarum Codiciſque titulos euoluenti paſſim occurret. Certè apud Paulum quoque *in Sententiis, lib. 2. tit. 7.* titulum generaliter apud quoſdam ita concipi video, *ad Legem Rhodiam de Nauticis*: etſi eo titulo nonniſi ſententia de iactu in mare facto, hodie nobis occurrant.

CAP. III.

De EVDAEMONE, & NAVFRAGIO eius.

LIBELLVS *Eudæmonis expenditur. Inſcriptio libelli. Eudæmonem* ἔμπορον *ſeu negotiatorem fuiſſe videri. Quæ de Nauticis in iure occurrunt, ad* ἐμπορικὰ *fermè pertinere. Nicomedia Bithyniæ metropolis: Exinde merces ad vrbem Romam aliaſq; ſubvectæ. Loci adiectio in libellis & Conſtitutionibus attentè ſpectanda.* ¶ *PRIOR libelli Eudæmonis pars, de caſu* Naufragij. Ναυφράγιον *pro* ναυάγιον. *Latinæ voces Græcis hoc æuo immixtæ. Rhodij veteris*

lingua retinentes. D. Pauli locus ad Corinthios *obiter reſtitutus, & duobus quidem locis.* 1. Ἐξουβία *ibi legendum, pro* Ἐξουσία. 2. Τοὺς Ἀγελαίους, *vel* τὰς Ἀγέλας, *loco* τοὺς Ἀγγέλους. *Emendata lex* Ἀξίωσις, *vbi de loco Naufragij agitur.* Ικαρία, *ſeu Icarium mare, naufragijs infame. Cycladibus id vicinum. Cyclades à Sporadibus diſtinctæ. Telia vna de Sporadibus, non de Cycladibus hoc æuo fuit. Cyclades tandem cum Sporadibus commixtæ.*

NVNC de ſingulis Legis ἀξίωσις periochis, ſeu partibus. Ac primò quidem *Precum* ipſarum tenor, ſeu *Libellus* Eudæmonis, ſub manum veniat, atque adeò ipſa iam Facti ſpecies, ſeu ὑπόθεσις, quæ in ea proponitur: Quam quidem, facilioris tantùm tractationis ergò, in duo capita reſoluo: in priorem ſc. Naufragij caſum, & ſequentem Deprædationis. In priore tria ſpectanda veniunt. 1. Perſona naufragium paſſi. 2. caſus ipſe Naufragij 3. Tandem & locus Naufragij. Dicitur itaque primùm Eudæmon hic *Nicomedienſis:* proculdubio ἔμπορος. i. *Negotiator*. Nam & quæ de nauticis rebus in iure noſtro occurrunt, vt & in *collectione legum Nauticarũ*, ea ad ἐμπορικῶς fermè πλέοντας pertinent, & ad naues onerarias φορτηγοὺς. Videtur ſcilicet omninò Eudæmon merces Ponticas è Nicomediâ Bithyniæ tranſuexiſſe. Nempe enim, vt maxima ſplendidiſſimaque Nicomedia, hoc iam æuo mater ſeu metropolis Bithyniæ erat, etſi Nicæa ei περὶ πρωτείων controuerſiam moueret, vt ex Dione Chryſoſtomo liquet (quomodo & alia περὶ πρωτείων, id eſt, *de præcedentia*, vt hodiè loquimur, inter ciuitates Aſiæ hoc ipſo æuo iurgia fuêre, vt diſcere eſt ex Ariſtidis *Oratione* περὶ ὁμονοίας ταῖς πόλεσιν) ita propter maris, cui ea adiacebat, opportunitatem eò certatim

merces

merces ex Ponticis ciuitatibus & regionibus, deferebantur; mox exinde in alias orbis Romani partes transferebantur. Quod idem Dio Chryſoſtomus, horum ipſorum temporum ſcriptor, & Bithynus ipſe, teſtatur, *Oratione ad Nicomedienſes* 37. p. 477. ἔξεστι δ' ὑμῖν εὐεργετεῖν τὰς πόλεις, καὶ πλεῖον καὶ μείζων ἢ ἐκείνοις (intelligit alias Ciuitates) τὸ πρῶτον καὶ μάλιστα διὰ τὴν θάλατταν, ἐξ ἧς ἁπάντων μὲν καὶ τῶν νῦν κομιζομένων. Et fortè etiam Delum, quæ Cycladum metropolis erat, merces ab Eudæmone ſubuehebantur è Nicomedia: erat enim hoc adhuc tempore mercatu ſeu emporio celebris Delos, teſte Strabone *lib.* 10. *&* 14. & Plinio, & Pauſania *duob. locis*, qui tamen hoc tempore deſertam maximè Deliis fuiſſe ſcribit: Vt non fruſtra iam Eudæmon libello ſuo nominique patriam quoque *Nicomediam* addiderit, vt ita peculiarem Principis Antonini fauorem emereretur, vt qui annonam fortè Vrbis etiam Romæ, vel certè aliarum Orbis Romani ciuitatum, iuuaret; cuiuſmodi Negotiatores vt priuilegiis variis, ita & immunitatibus fruebantur: vide vel *l.* 5. §. 3. *de iure immunitat.* Vt cæteroquin ex Loci ſæpe adiectione & vera ratio Legis enaſcitur, & certa interpretatio adſumitur.

Secundò dicitur Eudæmon cum ſuis *Naufragium paſſus:* ναυφράγιον πιπόσαντες. Vbi notanda vox Latina, à Græculo Bithynio vſurpata, cùm aliàs Græcè loquentibus, ναυάγιον *naufragium* ſit, quomodo etiam hìc nonnulli (& in his quidem Alciatus) legebant. Nempe obſeruandum, linguæ Græcæ decus hoc iam æuo concidiſſe (haud aliter atq; eloquentiæ quoque regula iam corrupta ſteterat obmutuerátque) vnáq; cum ſeruitute paulatim quoque lingua Latina Græcæ miſceri cœpit; quo tempore ſoli Rhodij fermè, qui diutius libertatem & diſciplinam integram ſeruauerant, puram (& Doricam quidem) linguam patriámque ἐκ γενεθῆς ſeruabant, καθαρὰν que adeò hanc in partem manebant, vt teſtatur Ariſtides, *Oratione ad Rhodios pro concordiâ.* Quibus tamen Meſſenij quoque addendi, de quibus idem prædicat Pauſanias *Meſſenicorum p.* 138. Certè & in ipſis iam ſacris noui Fœderis ſeu Inſtrumenti libris complures huiuſcemodi voces μιξοβαρβάρους occurrere multis,

exemplis patet. Vt omittam, quæ aliûs generis ſunt, plurima rei veſtiariæ vocabula Latina ibi vſurpãtur, vt λέντιον, σανδάλιον, σηρικὸν, σιμικίνθιον, σουδάριον: Quibus hac occaſione nouum inſuper quoddam, diu ante præſtructum & cogitatum, hîc indicare paucis libet. In *priore* D. Pauli *ad Corinthios, cap.* II. *v.* 10. iubetur *fœmina* ἐξουσίαν *habere in capite.* Id quod hactenus, quà veteres quà recentiores Interpretes, quod ſciam, omnes, per μετωνυμίαν, pro indicio poteſtatis & ſubiectionis ὑποταγῆς, dictum putant. Quod neſcio, an apud quemquam hanc ad diem plenam fidem meruerit, mihi certè, ceu violentum nimis, placere nunquam potuit. Quare reponam ego omninò, vnius tantùm literulæ mutatione, ἐξουβίαν: mutato inquam σ in β. Quod vel iis facilimè perſuadebitur, quibus manuſcriptos vel leuiter inſpicere datum. Certè, res ipſa omnem dubitandi rationem præcidit: ἐξουβία enim eſt *exuuium* ſeu *exuuiæ* & velamentum, & quidem capitis. Exuuiæ ſiue Deorum ſiue hominum ſunt tegumina ſeu velamenta v. vel Nonium *cap.* 6. Ideò quoque paulò poſt apud D. Paulum *verſ.* 15. idem dicitur περιβόλαιον. Et cùm de capite agitur, exuuiæ ſunt, queis totum caput faciéſque adeò velabatur: quæ ſanè D. Pauli mens hîc fuit: ad quam vide & quæ Tertullianus ſcribit *de Virginib. veland. c.* 17. & Clemens Alexandrinus 2. *pædagog. c.* 10. *ſub. f.* Ideò rectè quoque vetus interpres Pauli in quibuſdam codicibus hoc loco habet *velamen,* non *poteſtatem.* His adde omnibus, quæ Dion Chryſoſtomus *Orat. Tarſica,* Tarſum à modeſtiâ commendans (quæ D. Pauli patria quoque, fuit) *pag.* 408. ſcribit. Ab *exuuio* igitur, ſeu ab *exuuiis*, Græca iam inflexione ὑπὸ τῶν ἐξελληνισάντων, ἐξουβία.

Et quia in eo ſumus, ſequentia quoque apud D. Paulum illa, διὰ τοὺς ἀγγέλους, ita reſtituenda cenſeo, διὰ τοὺς ἀγελαίους: vel, διὰ τὰς ἀγέλας. Αγέλαι ſunt greges iuuenum: Αγελαῖοι, gregales, qui in idem, εἰς ἓν συνηθροισμένοι. Ac nominatim apud Cretenſes, dictæ Αγέλαι τῶν παίδων ſeu νεωτέρων, oppoſitæ ἀνδρείοις (quæ alibi συσσίτια dicta) quæ erant τῶν τελείων ſeu virorum, apud Strabonem *lib.* 10. & Heraclidem Ponticum, quæ in idem conueniebant, quibusque ἀγελάτης præerat: & è qui-

bus di-

bus digredientes vxores ſtatim ducere cogebantur. Strabo. *γαμεῖν ἅμα πάντες ἀναγκάζονται παρ᾽ αὐτοῖς ἐν τῷ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐκ τῆς τῶν παίδων ἀγέλης ἐκκριθέντες.* Quod optimè conuenit ad D. Pauli mentem, quæ non alia hîc videtur, quàm fœminas velatas eſſe oportere, propter iuuenum videlicet illecebras & cupiditates. Quare valeant iam per me qui de Angelis vel etiam de Epiſcopis hunc locum hactenus accipiunt. Et hæc quidem obiter, quæ Theologis excutienda relinquo, quæ & ipſa, niſi aliò nunc pergerem, commonſtrare vltra poſſem:& ſi deinceps opus, firmaturus ſum. Nos ad libellum Eudæmonis redeamus.

Tertiò dicitur in l. *ἀξίωσις* Eudæmon Nicomedienſis cum ſuis Naufragium paſſus, *ἐν τῇ Ἰταλίᾳ, in Italia.* Id quod hîc ſtare nulla ratione poſſe, vt iam *εὐστόχως* indicatum, ita nuper quoque à nonnullis benè inculcatum eſt. Quod & duobus argumentis mihi perſuadetur.

Primò quidem, quia etſi mare Italiæ adiacens, vt & inſulæ littoráque Italiæ pars Italiæ ſint & dicantur *l. inſulæ 9. π. de iudicijs*, attamen vix eſt, vt qui in mari Italiæ naufragium paſſus fuit, dici poſſit *in Italiâ* naufragium feciſſe. Deinde, (quæ potior jam ratio eſt & irrefragabilis) coſmographia ipſa renititur: dicitur quippe Eudæmon naufragium paſſus cum ſuis, direptus *ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων.* Igitur & eo quoque fermè Cycladum inſularum ſitu tractúque naufragium paſſum eum oportet: à quo quantum abſit mare Italicum (ſiue inferum, ſiue ſuperum) norunt Geographorum filij: in quîs cùm nomen profiteri ſuum bonus Accurſius olim non poſſet, pronunciauit is, *Cycladas quoque inſulas Italiæ eſſe.*

Quid igitur? *Τηλίαν* hîc nuper reponebat Vir Doctiſſimus, Teliam ſcilicet, ſiue mare ſiue inſulam, quæ & ipſa inſula de Cycladum numero fuerit. Probabiliter ſatis: Præ quo tamen malebam ipſe dudùm, & nunc malo, retentis totidem ſyllabis integróque earum ſono, *ἐν τῇ Ἰκαρίᾳ*, id eſt, *in mari Icario*, vbi & cognominis inſula *Icaria* erat. Nempe, vt aliâs *συγγενὲς τὸ λ καὶ τὸ ρ ἐστί* (vt teſtantur vel vetuſtiſſima Scholia in Apollonij *ἀργοναυτ. num. II.*) ita errore ſæpè vna in aliam migrat: ac nomi-

natim loco literæ caninæ ρ eius vice λ vſurpatur. Quod & ſecundo loco rei ipſi, ſeu naufragio, quo de hâc l. agitur, optimè conuenit: Nam vt in commune mare Aegeum naufragiis & ſæuitia infame ſemper habitum, de quo præter alios plures videndus vel Menander *apud Athenæum, Dionyſius Afer in περιηγήσει, Philoſtratus in Heroicis, Ariſtides oratione de mari Aegeo:* ſcriptores, horũ ipſorum temporum, & Himerius Sophiſta qui ſub Conſtantio vixit *apud Photium pag.* 1122. ita nominatim Icarium mare, ſeu pelagus (quod Aegei pars fuit, quanquam aliqui quandoque ab Aegeo id ſeparant) inter Samum & Myconem periculi plenum, eiuſque adeò littora inhumana & importuoſa ſemper fuère, mercatoribúſque metuenda: Quod vt Icari fabulâ adumbratum, de quo mythologi, ita de eo innumera ſunt apud veteres teſtimonia: Videndus vel Horatius, *lib.* 1. *Ode* 1. Strabo, *lib.* 10. & 14. Epigramma ἀνθολογ. *lib.* 1. *tit.* εἰς ναυάγιον: Solinus, *lib.* 1. *cap.* 11. *alij.* Quibus accedat & Plinij locus, *lib.* 7. *ep.* 4. qui eodem reſpexit: *Mox*, inquit, *cùm à militia rediens in Icaria inſula ventis detinerer, Latinos elegos in illud ipſum Mare ipſámque inſulam feci.* Accedat tertio loco, & maximè quidem, ſitus Icarij maris, quod vtique Cycladibus proximum erat: quod ex Strabone, *lib.* 10. & Plinio, *lib.* 4. *cap.* 2. diſcere eſt: remotius verò Telium, vt pote quod Rhodiaci maris pars erat: inter quod & Icarium Mare, *Myrtoum* adhuc medium iacebat. Neque etiam Telus, quod idem Vir Doctiſſ. putabat, de Cycladum numero hoc æuo erat, quarum metropolis Delos habita, & de cuius ambitu, *Cyclades* dictæ (etſi Lactantius *in Statium* malit, ideò dictas *quòd longo ordine eas circumire neceſſe ſit propter promontoria periculoſa,*) quas memorant & numerant Dicæarchus, Strabo, Plinius, Ptolomeus, Hyginus, Auienus, Solinus, Aethicus, alij: verùm in Sporadum cenſu, vt ex iiſdem clarum. Nam quod Stephanus Byzantius Telum Cycladibus poſtea accenſet, id pro æui ſui vſu facit, quo Cyclades iam Sporadas quoque in nomẽ ſuum traxerant: quod ex Suida quoque clarum, qui σποράδας & κυκλάδας eaſdem iam facit, quæ tamen hoc æuo, quo de nuno agimus, accuratè adeò diſtinguebãtur, quod etiam ex vetuſtiſ-

ſimis

ſimis ſcholiis Apollonij liquet, ſic vt ſuis certiſque terminis & limitibus Cyclades à Sporadibus diuiderentur: Videndus in id etiam Dionyſius *Periegetes p.* 75. 76. & Æthicus *in Coſmographia.* Quare eſt quoque grauis error cenſentium iam penè omnium, hoc æuo Rhodum (cui proxima Telus) de Cycladum numero, imò & earum metropolim fuiſſe: Quod vt huic æuo non conuenit, ita poſteà factum non adeò abnuam, vt Rhodus Inſularum metropolis eſſet: de quo v. vel *Nouell. Iuſtiniani* 51.

CAP. IV.

De DEPRAEDATIONE Eudæmonis.

QVERELA *Eudæmonis, de* Deprædatione. *Querela ſola apud Principes pro ſupplicatione eſt. Caſus libellis propoſiti, omiſſâ petitione, ſeu concluſione.* Διαρπαγῆς *ex naufragio, reſpectu rei, ſpecies variæ. Explicata* Lex vlt. π. de incendio. Δημόσιοι, *qui* h. l. *Sex perſonarum genera naufragiis inhiantium diſtincta, atque adeò & leges ſuper his.* Δημόσιοι *non publicani, ſed ſerui ciuitatum publici. De his ſeruis aliquam-multa.* Οἱ τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκοῦντες *quinam? Noua interpretatio horum verborum.*

SEQVITVR iam pars altera Libelli Eudæmonis, Querela puta, quâ is *direptum ſeſe cum ſuis* aït, *διηρπάγημεν*, inquit, *ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων.* Sic quidem etiam, vt in eâ querela ſubſiſtat Eudæmon, contentus videlicet caſus ſuos apud Principem deflere, a-

lienamque iniuriam memoraſſe, nullâ vlteriore prece additâ, nulla ſupplicatione : cùm tamen totus libellus ſupplicatio ſit, *ἀξίωσις*. Suas nempe qui potenti narrat miſerias, qui iniurias, opem ſatis eo ipſo poſcit, ſolaque miſeriarum commemoratio, pro ſupplicatione eſt : Apud Principes maximè, quos & alioquin verbis onerari non oportet : Vnde illa quoque olim Libellorum & Relationum ad Principem concinnitas, quam & aliàs videre eſt, quæque hodie ambiguitatum & dubitationum multarum mater & materies eſt. Certè & hæc quoque Lex noſtra haud adeò controuerſa ad hanc vſque diem fuiſſet, ſi Eudæmon querelis ſuis paulo amplius indulſiſſet, hisque vela laxaſſet: ſi controuerſiæ, inquam, genus inter ſe & *δημοσίους*, latiùs expreſſiſſet : ſi deprædationis ſpeciem, quam pertulerat, memoraſſet. Quæ alioquin multiplex eſt. Quæri quippe poteſt, num *δημόσιοι* illi res naufragio eiectas ſibi priuati alicuius iuris moríſve obtentu vindicauerint (quod poſteà adſtruemus) an verò cœterorum tantùm priuatorum ſiue furum, ſiue latronum more? Rurſum, an eiectas ad littus res, an verò in trepidatione, eoque tempore quo naufragium fit, an natantes; quò ſpectat *lex 1. §. vlt. l. 2. 3. 4. ϖ. de incendio, ruina, naufr.* ſimili exemplo quo apud Iuuenalem Palfurius & Armillatus delatores ſub Domitiano (teſte Mario Maximo, & ex eo veteri Iuuenalis ſcholiaſte) *Satyrâ 4. v. 54. 55.*

Quidquid conſpicuum pulchrúmque eſt æquore toto
Res fiſci eſt vbicunque natat.

Vel etiam, an in partem tantùm *δημόσιοι* colligendis naufragiis interuenerint, de quo caſu eſt *lex 7. ϖ. de incendio*? An verò in totum, ſic quidem vt ingredi loca littoribus proxima colligendi naufragij cauſa naufragi ab his prohibiti fuerint: quò ſpectare videtur *lex vlt. ϖ. de incendio, ruina, naufragio*, vbi contrà definitur, *licere vnicuique naufragium ſuum* IMPVNE *colligere: impunè*, id eſt, ſic, vt aditu vel ingreſſu *παραλίων* ſeu locorum littoralium nemo iure prohiberi poſſit: quomodo etiam ad ſeruos fugitiuos inueſtigandos prædia aliena impunè ingredi fas eſt; *l. 1. & 3. ϖ. de fugitiuis*: non item inuito domino aucupij faciendi gratia, *l. 16. ϖ. de ſeruit. præd. ruſticor.* quas duas

poſteriores

Digitized by Google

poſteriores leges eiuſdem Antonini Pij eſſe notandum eſt? Imò quæri poſſit, an naufragi tantùm res ſuas à δημοσίοις collectas repetentes nimiis ſumptibus prægrauati fuerint, & ſic hactenus prædam paſſi ſint? Imò tandem quæri poteſt, vtrum naufragos ipſos poſt naufragium in littus eiectos δημόσιοι illi diripuerint, de quo eſt quoque Dionis Chryſoſtomi locus, *in Euboica*? Quorum nihil libello Eudæmonis ῥητῶς exprimitur, verùm indefinitè tantùm, διηρπάγημεν, inquit. Sed vt maximè Eudæmonis libello nihil tale exprimatur; ex eodem tamen, cum Reſcripto Antonini collato, id eruere poſteà conabimur. Ergo direptos ſeſe queritur Eudæmon ὑπὸ τῶν δημοσίων: Vbi alterum iam hoc inueſtigandum eſt, ex quo ipſo vel maximè poſteà liquebit, de quónam deprædationis genere hâc l. agatur, quínam, inquam, per δημοσίους hîc exaudiendi ſint? Vetus ſanè verſio, & poſt eam Alciatus, Cuiacius item & Schardius, *ad Leges Nauticas p.* 273. hodieque deinceps omnes, *Publicanos* hîc accipiunt. Et hoc quidem argumento, quòd & aliàs vetus lex fuerit, quâ naufragia publicabantur, ſeu ad publicanos pertinebant, quod & Scholaſticarum declamationum inter alia argumentum fuiſſe Sopatri & Syriani loca, *in Hermogenem*, & Curij Fortunatiani *ſchol. lib.* 1. *p.* 46. teſtantur. Atque adeò ſub Imperatoribus publicani fiſco Principis naufragia vindicare niterentur. Id quod tamen Principum conſtitutionibus & Senatuſconſultis repreſſum, & quidem Antoninorũ, de quibus *h. l.* vt & Iuriſconſultorum ſententiis: Cuiuſmodi ſanè duæ tantùm extant in Corpore Iuris leges, puta *Lex* 1 *C. de naufrag. & l.* 7. *in f. d. t. de incendio, ruina, naufr.* Cæteræ quippe leges (vt omnes nunc *perſonas*, quæ quomodocunque naufragiis inhiabant, perſequar) pertinent, vel ad priuatos naufragia ſibi iure vſucapionis vindicare nitentes, puta *Lex* 21. §. 1. *de adquir. poſſ. l.* 44. *de adq. rer. dom.* vel ad fures ſeu raptores quoſcunque, veluti *lex* 1. 2. 3. 4 6. *ff. de incendio. ruina, naufr. l.* 18. *C. de furtis*: vel ſpeciatim ad poſſeſſores, qui iuxta littora maris poſſidebant quò ſpectat *lex* 7. *& vlt. in pr. d. tit.* de quo eſt quoque Paulini Nolani, *ep.* 36. *ad Macarium.* Tot ſcilicet in terrâ naufragiis, poſt naufragium in mari, naufragi obnoxij fuêre. Quibus ad-

dendi & ſexto loco δημόσιοι, de quibus h.l. Quod quidem omne interim notari oportet: vt ita caſus hi omnes legesq́ue probè diſtinguantur, quæ alioquin turbidè vulgò commiſcentur.

Vt eò, vnde digreſſus ſum, redeam, per δημοσίους hoc loco *publicani* paſſim accipiuntur, eaque interpretatio in communem iam opinionem tranſiit. Et potior tamen hæc mihi placet ſententia, vt δημοσίων vox hîc accipiatur *de ſeruis publicis Ciuitatum*, non verò de Publicanis.

Primùm enim, vt omittam Scholaſticam eam de publicanis legem fermè tantùm fuiſſe, quæ iuuenibus exercendis olim propoſita; vtq́ue à proprietate vocis iſtius δημοσίων incipiam, nullibi, quod ſciam, δημόσιοι pro *publicanis* accipiuntur, qui potius δημοσιῶναι vocantur: at δημόσιοι ſunt, vel κοινοὶ vel βασιλικοὶ, vt δημόσιον omne eſt κοινὸν ἢ βασιλικόν, & δημόσιοι abſolutè pro ſeruis publicis, ſeu publico alicui miniſterio addictis. Æſchynes κατὰ Τιμάρχου p. 8. τῶν δὲ ἐκ διατριβῆς ταύτης ἐστί τις πιττάλακος, ἄνθρωπος δημόσιος, οἰκέτης τῆς πόλεως. Et ſic ſæpe infrà. Harpocration ex illo Æſchynis loco & ex Demoſthene, & poſt eum Suidas, δημοσίους λέγουσι, ſeu ἔλεγον, τοὺς τῆς πόλεως δούλους. v. & Vlpianum *in Olynth. 2. Demoſthenis*. In tantum, vt δημόσιος pro carnifice aliquando accipiatur, veluti apud Dionem *Rhodiacâ p.* 348. qui apud alios δήμιος quoque dicitur, vt & apud Latinos eodem ſenſu *publicus* abſolutè.

Et ſanè, quod ſecundum argumentum habeo, dicuntur hîc δημόσιοι τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων, i. *ſerui publici eorum qui Cycladas inſulas incolunt*, ſic enim hic locus accipiendus eſt, & conſtruendus: non δημόσιοι οἰκοῦντες, verùm δημόσιοι τῶν οἰκούντων. Erant ſcil. olim publici, nō tantum pop. Romani, ſed & prouinciarum, ciuitatum ſeu Rerum publicarum, atque adeò & Inſulanorum, ſeu eorum qui inſulas incolebant, νησιωτῶν, ſerui; de quibus publicis ſeruis innumeri ſunt textus Iuris, quorúmque etiam præter alios meminit Plinius *lib.* 10. *ep.* 30. 31. & *ep.* 40. 41. per quos videlicet, vt in Republica pleraque gerebantur, ita iidem publicarum Rerum Actores & exactores, Inſularum nomine ex lege Rhodia alicubi, vel naufragia, vel certè par-

tè partem ex iis aliquam vindicabant, & exigebant, colligendiſque ijs interuenire volebant: pariter, vti Principis quandoque nomine liberti ſeruiſque fiſcales eadem ſibi vindicare alicubi nitebantur, vt docet Calliſtratus, horum ipſorum temporum ſcriptor *in l.7.in f. ff.de incendio, ruinâ,naufr.* Imò, quomodo & alia de cauſa iam olim eadem Lege Rhodia, *ſi qua roſtrata nauis in portu deprehenſa fuiſſet, apud Rhodios publicabatur, ſeu populi fiebat*, teſte Cicerone *lib.2.de Inuentione,cap.32.*

CAP. V.

De QVERELAE ad Imp. Eudæmonis cauſis.

CAVSA, *cur Eudæmon querelam ad Imperatorem pertulerit. Leges ſuæ ciuitatibus & Inſulis ſub Impp. relicta. Maritimarum Ciuitatum, & quidem Aſiaticarum, vt & Inſularum, iura quædam peculiaria. Libellorum & Relationum ad Imp. cauſæ: In his præcipua, vbi inter Ius & Æquitatem res cognitione nutaret, vel ſi de iure Ciuitatum ageretur. Quid quæſitum in ſpecie huius l. Eudæmonem libello ſuo Imperatorem dominum Maris apertè agnoſcere.*

CVM ex ijs quæ ſuperiore capite probata ſunt, manifeſtè liqueat, per δημοσίους in Eudæmonis libello publicos Cycladum Inſularum ſeruos intelligendos, atque adeò de vero huius legis argumento liqueat, iam facilè nobis erit (quod & ipſum interpretationem noſtram, & vel maximè, firmat) conijcere, cur in ſp. huius l. Eudæmon Principi ſupplicauerit: Quod alioquin quæri plurimùm in-

-tereſt, cur, inquam, Eudæmon, ad Principis Antonini præſidium opémque confugerit, cùm alioquin iura publica inuocare potuerit, aditoque Rectore prouinciæ ius & æquum facile ferre potuiſſe videatur? Quid enim, non iam cognitæ vulgatæque erant tot Leges, S C^ta. & Edicta, quibus naufragis aduerſus deprædationes *διαρπαγὴν* abundè conſultum erat, ſecundùm quæ Rectori prouinciæ iudicare procliue erat? Non, aduerſus vicinorum poſſeſſorum hâc parte prædam Edicto Hadriani Imp. ſatis cautum erat, quo Præſides de his vt latronibus grauem ſententiam dicere iubebantur, *l. 7. ff. de incendio, ruina, naufr.*? Non ipſemet D. Antoninus ad Rectorem quendam prouinciæ pœnarum genera modumque præſcripſit aduerſus eos qui quid ex naufragio diripuiſſe probarentur *l. Pedius 4. §. 1. d. tit. de incendio, ruina, naufr.*? Non idem Antoninus conſtituit *l. 1. Cod. de naufragijs*, fiſcum ſeſe alieno naufragio interponere non oportere, additâ elegantiſſimâ hâc ſententiâ, ſiue inſertâ, ***Quod enim ius habeat fiſcus in alienâ calamitate, vt de re tam luctuoſa compendium ſectetur***? Vera quidem hæc omnia: verùm, (quod ſciri plurimum intereſt,) ſingularis admodum *h. l.* caſus continetur, à cæteris planè diuerſus. Non enim agitur hac l. de priuatis, vel etiam de fiſco, aliiſque fiſci nomine Naufragia ſibi vindicantibus, de quo ſunt cæteri textus iuris, verùm de Ciuitatibus, Rebuſpublicis, Inſularum incolis, naufragia ſibi vel ex ijs partem ſaltem aliquam, *νόμῳ*, ſeu iure quodam, & quidem Maris, vindicantibus. Notandum ſcilicet eſt, Prouincias, Regiones, Inſulas Maris, Ciuitates ſeu Reſpublicas ſub Imperio Romano conſtitutas, ſuis quibuſdam peculiaribus legibus, & cõſuetudinibus & priuilegijs egiſſe, quæ magni faciebant omnes ſibi ſeruari. Quod non tantùm leges noſtræ paſſim oſtendunt, imò & inculcant, veluti *l. 4. § ingreſſum 7. ff. de Officio Proconſul. l. 71. in f. ff. de contrah. empt. l. 4. de ferijs. l. 2. de vſuris*, & aliæ plures. Imò & Plinius *lib.* 10. *epiſtolarum* non vno loco, puta *ep.* 21. *vel* 31. & 56. 57. vbi Traianus Imp. *perſeueremus in eâ conſuetudine, quæ iſti prouinciæ eſt, vt per SERVOS PVBLICOS cuſtodia cuſtodiantur.* Idem *ep.* 114. *Id ego, quod ſemper tutiſſimum eſt, ſe-*

Digitized by Google

eſt, ſequendam cuiúſque Ciuitatis legem puto. Sic Nicæenſes inteſtatorum ſuorum bona ex priuilegio D. Auguſti vindicabant, eodem Plinio teſte *lib.* 10. *ep.* 88. 89. Ita Bithyniæ & Ponticæ ciuitates in exigendis pecuniis ſibi debitis protoptaxiam vindicabant, quam legem habentibus ſeruari vult Traianus *lib.* 10. *ep.* 109. 110. Sic & Papinianus *l.* 21. *de reb. auct. Iud. poſſid.* Antiochenſem Cœlæ-Syriæ ciuitatem priuilegium in bonis defuncti debitoris lege ſua habuiſſe teſtatur. In hoc itaque quoque cenſu Cyclades inſulæ earúmque δημόσιοι, in huius l. ſpecie, ponebant, naufragij colligendi, ſiue interueniendi ius, quod & νόμον θαλάσσης vocabant: Eudæmon contra, διαρπαγὴν volebat vocabatque. Sic certè & alia ſibi quædam iura *Maritimas* nominatim ciuitates vindicaſſe comperio: quale & illud eſt, quòd per certã prouinciæ partem ingredi Rectori prouinciæ moris eſſet, quas ἐπιδημίας ſiue κατάπλους vocabant, prouinciæque adeò quædam id habebant, vt per mare in eas Proconſul veniret, veluti Aſia: vſque adeò, vt Antoninus Auguſtus (Caracalla ſcil.) reſcripſerit, ad deſiderium, ſeu ad libellum, Aſianorum, Proconſuli neceſſitatem impoſitam per mare Aſiam appellere, καὶ τῶν μητροπόλεων Ἔφεσον primam attingere. Certè Plinius, cùm in Bithyniam Proconſul proficiſceretur, Maleà enauigatâ Epheſum ſeſe veniſſe ſcribit, quaſi id quoque ad curam Principis pertineret, *lib.* 10. *ep.* 16. *vel* 26. Huius itaque etiam generis erat νόμος ille θαλάσσης (vt mox vocatur, & de quo poſteà plenè) quo Cycladum inſularum δημόσιοι, λιμενοφύλακες, ἐλλιμενισταὶ & ἀπόστολοι, littorum cuſtodes, portitores, Rebuſpublicis ſeu ciuitatibus & inſulis ſuis naufragia vel in totum vel certè pro parte vindicabant.

Quonam verò ius id obtentu ſibi vindicauerint maritimæ ciuitates, vel etiam Inſulæ maris, poſteà videbitur: Sanè ius illud ſeu conſuetudinem illam, collapſa Repub. Romana inſecutis temporibus, varia deinceps loca, prouinciæ & ciuitates vſurpauère: Teſtis Friderici Authentica *Nauigia Cod. de furtis*: De vtraque Britanniâ, (maiore & Armorica) vbi & *Varech* (id eſt, mercium colligendarum ius) dictum, déque mari Germanico, vt & de Hiſpania, Italiáque, vbi mos hic

Digitized by Google

diu viguit, mox tamen vel abolitus vel temperatus, nolò ſingula nunc prolixè memorare, quod alij ex parte iam fecêre,& vt audio, ſunt hodie,quibus hoc argumentum vnicè propoſitum eſt.

Cùm ergo Naufragia, vel partem ſaltem ex his aliquam, ſibi Cycladum Inſularum ſerui publici iure quodam & conſuetudine maris νόμῳ θαλάσσης vindicarent, quod æquitati alienum & humanitati contrariũ Eudæmoni videbatur, ad Imperatorẽ neceſſariò ab eo itum, & querelæ ab eo ad eum perlatæ: Quia ſcilicet de Conſuetudine earum, iureque adeò inſularum illarum Maris ageretur, & quia inter æquitatem iuſque prætenſum negotium iſtud ſeu controuerſia nutaret, quæ vt Relationum plurimarum à Magiſtratibus ad Principem materies olim fuit (de quo propriè etiam accipio *l. 1. Cod. de Legibus*) ita & libellorum ſupplicum ἀξιώσεων à priuatis Principibus oblatorum. Maneat igitur, δημοσίυς hîc accipiendos eſſe *ſeruos publicos ciuitatum* & *Inſulanorum*, non verò publicanos vectigalium iuriumque fiſci: De quibus ſi actum fuiſſet in ſp. huius l. vel Antoninus aditus omnino non fuiſſet,vel certè aditus decreto ſuo rem illicò definiuiſſet. Non tantùm argumento in commune ducto ex ſanctiſſimis eius moribus, quos poſtea memorabo, quiq; adeò illicò & abſcisè definiuiſſet, nolle ſe ad publicanos ſeu fiſcum ſuum compendium aliquod ex aliena calamitate redire, verùm etiam præiudicio *l. 1. C. de naufragijs*, quâ is disertè id definiuit & abſcisè: Cùm contrà, non omninò aut abſcisè hoc reſcripto ſuo, τῶν δημοσίων hac in re morem & intentionem damnet, verùm controuerſiam ſuper eo motam ad Legis Rhodiæ præſcriptum expendendam definiendámque remittat. Quod & ipſum argumentum ſuperioribus addi velim, vt ex eo quoque conficiatur, per δημοσίυς non hîc publicanos fiſci accipiendos, verùm ſeruos publicos Ciuitatum.

Expenſo hunc in modum κατὰ πόδας Eudæmonis ad Antoninum Imp. libello, ad id nunc progrediamur, quod nobis propoſitum eſt. Igitur, clarum iam ex ijs omnibus quæ diximus, quæque libello Eudæmonis continentur, Imperatorem

Rom.

Digitized by Google

Rom. maris dominum quoque fuiſſe: vt pote cùm, Eudæmon Nicomedienſis, 1. in Mari *Naufragus* 2. *Prædámque paſſus*, 3. à ſeruis publicis Cycladum Inſularum. 4 veterem in mari conſuetudinem, ſeu νόμον θαλάσσης, Naufragiis interueniendi prætendentibus. 5. Aduerſus eos libello ab Imp. opem poſcat. 6. quem & Κύριον ideò vocat. 7. Eo fine, vt is de Iure maris iudicet. Nemo puto cuiusquam opem, ita, vti dixi, libello depoſcit, niſi quem ſupremum dominum agnoſcit. Quod vtique etiam, vt dixi, libelli ſui initio ſtatim profeſſus eſt Eudæmon, cùm dixit, Κύριε Ἀντωνῖνε: cui etiam mox Antoninus ipſe eandem vocem κύριος reponit, ſimul & admittit: Quare hinc illud iam in praxin deducatur, *Ex Libelli ſupplicis oblatione ſupremum quoque eius cui libellus oblatus eſt, ea in re, quâ de ſupplicatur agitúrque, Dominium argui.*

CAP. VI.

De RESCRIPTI AVCTORE, eius INTERPVNCTIONE, & PERIPHRASI.

RESCRIPTVM *Imp. Antonini expenditur.* I. *Quiſnam* Antoninus *Imp. ſit in* h.l. *Quis item* θειότατος Αὔγουστος. *de Antonini Pij moribus quædam. Ex Impp. moribus, iudicium de eorum legibus, & è contrà Fiſco ſuo non fauit Antoninus Pius. Proconſulatum Aſiæ geſſit. Rhodum collapſam reſtituit.* II. *Vitioſa huius l. interpunctio, &* στιγμὴ *poſt vocem* θαλάσσης, *vt & vitioſa cuiuſdam emendatio.* III. *Vera Interpunctio, & Periphraſis huius Reſcripti. Vel ex his duo-*

D

bus Dominium maris ad Imperatorem ſpectaſſe ſatis probari.

HACTENVS Eudæmonis libellus à nobis diſcuſſus eſt, & ex eo multimodis probatum, Imperatorem nihilo ſecius Maris atque Terræ dominum fuiſſe. Nunc veniat ſub manum Reſcriptum ſeu ἀπόδοσις Antonini Imp. quo id ipſum diſertiſſimè confici mox apparebit.

Ne quid verò inexcuſſum relinquamus, quod ad hanc rem noſtram vel minimum faciat, videndum prius eſt, quiſnam ſit Imperator Antoninus iſte, cùm eius nominis plures fuerint? Quis item θειότατος Αὔγουστος, *qui ſine l.* memoratur? Igitur cùm ſuprà oſtenſum ſit, Voluſium Mæcianum ſub Antonino Pio τοῦ πρεσβυτέρου, vt & ſub Marco Antonino τοῦ δευτέρου (ita enim eos diſtinguit Pauſanias) egiſſe, neque alij Imperatores Antonini præter hos duos ante eum extiterint, neceſſe eſt hîc Antoninum, qui ab Eudæmone libello aditus fuit, cuiúſque ad eum Reſcriptum hâc l. continetur, Antoninum Pium intelligi mox verò *ſine* l. θειότατον Αὔγουστον *eſſe Auguſtum*, ſui temporis: θειότατος Αὔγουστος, non eſt *Diuus Imperator*, quod de mortuo & conſecrato, vt volebant, dici ſolebat, verùm *Sacratiſſimus*. Iam enim hoc tempore, vt odioſum Κυρίου antea nomen, ita & ominoſum fermè prius δεσπότου Imperatoribus liberè tribuebatur. Eſt proinde grauis, etiam Cuiacij & Balduini, aliorumque, error, qui per θειότατον Αὔγουστον hîc *Auguſtum Octauianum* Imp. intelligebant. Qui error & aliàs ſæpè admittitur, ob *Auguſti* appellationem, quæ omnibus Imperatoribus communis eſt: adeò quidem, vt nonnulli etiam grauiſſimo errore *Legem* 1. *Cod. de naufragiis*, cui in nonnullis Codicibus *Auguſti* tantum nomen inſcriptum eſt, Auguſto Octauiano tribuant, cùm ea ſit Antonini Aug. Certè, de Auguſto Octauiano θειότατον Αὔγουστον *h.l.* accipi non poſſe, duobus argumentis conficitur. Primò quidem, quia Tiberius Claudius (vti poſteà oſtendetur) primus Imperatorum extitit, qui Leges

Digitized by Google

Rhodias nauticas firmauit: Secundò patet id quoque, ex ordine ſeu ſerie ipsâ huius l: poſteaquam enim Mæcianus Antonini (Pij ſcilicet) reſcriptum, quo de nunc agimus, propoſuiſſet, mox ſubiicit, *hoc ipſum & ſacratiſsimum Auguſtum conſtituiſſe*, poſterius ſcilicet, ſeu poſt Antoninum Pium: alioquin, ſi de anteriore, Auguſto Octauiano, ſenſiſſet, ab eo vtique initium duxiſſet Mæcianus, mox ſubiecіſſet, *hoc ipſum & Antoninum Auguſtum ſtatuiſſe*.

Habet igitur, vt eò redeam, Reſcriptum, quod continetur in l. *ἀξίωσις*, Antoninum Pium Imp. auctorem. De quo Principe in rem noſtram nonnulla delibari notarique cupio. Primò, ſummam eius ciuilitatem & æquanimitatem fuiſſe, quam & ideò veteres tantoperè in eo commendarunt. Quod etſi vulgatum, aſſiduè tamen animis obuerſari velim conſtitutiones eius legentium, vt eo certius de earum mente iudicari, certiorque ad eam Interpretatio adhiberi poſſit: Quod & cæteroquin in aliorum Impp. conſtitutionibus interpretandis obtinet: Vti retrò ex eorumdem conſtitutionibus, de moribus actibusque eorum iudicium facile fieri poteſt. Nam quod vulgo iam dicitur, *teſtamentum eſſe animi cuiuſque mentiſque ſpeculum*, id de Principum conſtitutionibus dici meritò poſſit: ſic vt ex iis, neque aliunde temere magis, de cuiuſque moribus iudicium fieri fermè poſſit. Inter alia verò Ciuilitatis Antonini Pij argumenta, id cùmmaximè notari cupio, quod fiſco ſuo is non fauiſſe, alienoque maximè abſtinuiſſe dicitur, ac nominatim quòd Procuratorum ſuorum, (ac proinde & publicanorum) cupiditatem fregerit: quod præter conſtitutiones eius quamplurimas, vt & Capitolinum, qui vitam eius ſcripſit, oſtendit inſignis Pauſaniæ locus, *in Arcadicis p.* 273. Quo etiam argumento iam ſuprà effecimus, in libello Eudæmonis *δημοσίους* non eſſe publicanos fiſci accipiendos, verùm *ſeruos publicos* Ciuitatum ſeu Inſulanorum: Nam ſi de publicanis in ſp. huius l. actum fuiſſet, non ad l. Rhodiam Antoninus rem reiecіſſet, verùm eadem æquanimitate aduerſus publicanos, quâ aduerſus fiſcum *l. 1. Cod. de naufragiis* certi quid reſcripſiſſet. Secundò, de Antonino Pio & id quoque prænotari velim,

D 2

Digitized by Google

fuiſſe eum ante Imperium Aſiæ Proconſulem, (in quâ erant & Cyclades inſulæ, & Rhodus, de quibus *h.l.* agitur) quam & prouinciam ſanctiſſimè adminiſtrauit, eodem Capitolino teſte, & Philoſtrato, *in vita Polemonis.* Imò & Marciano lib. 2. de publicis Iudiciis, *in l. D. Hadrianus 6. ϖ. de cuſtod. & exhibit. reorum. Sed & caput*, inquit, *mandatorum extat, quo Diuus Pius cùm prouinciæ Aſiæ præerat, ſub Edicto propoſuit, vt Irenarcha cùm apprehenderint latrones, interrogent eos de ſociis & receptatoribus &c.* Poſtremò & id de eodem Antonino Pio notari cupio, eum Rhodum ipſam ingenti terræmotu concuſſam ſeu collapſam inſtauraſſe, de quo Pauſanias, *Corinthiac. p.* 50. *Achaicorum p.* 277. & Ariſtides *Oratione* 15. *p.* 340. & *initio Orationis* 18. & *Oratione de Smyrnâ p.* 295. & Capitolinus *in eius vita p.* 20.

His ita, neque extra oleam prorſus, præmiſſis, vt ex ſequentibus apparebit, ad Antonini Pij reſcriptum redeamus: ex quo id vulgò perperam effici putant, *Imperatorem Continentis quidem ſeu terræ dominum fuiſſe dicíque, at non & Maris, cuius non Imperator, verùm Lex, & Rhodia quidem, vt nonnulli ῥητῶς volunt, domina fuerit*: diuiſo, ſi Deo placet, inter eam & Imperatorem dominio ſeu imperio, velut inter Iouem & Neptunum. Quod quidem ex falsâ potiſſimùm Interpunctione huius Reſcripti euenit: ſic, vt vocem quoque κύειος ad poſteriora illa, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, a ſuperioribus velut ἀπὸ τοῦ κοινοῦ arceſſendam putarent; quaſi ita ſcriptum eſſet, ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύειος, ὁ δὲ νόμος κύειος τῆς θαλάσσης. Quam interpunctionem & interpretationem vel proximè ſequentia reſpuunt: nam ſi, vt illi volunt, poſt vocem θαλάσσης, στιγμὴ, ſeu, vt Barbari Interpretes loquuntur, punctus, ponitur, ſeu periodus abſoluitur, certè ſequentia non habent cum quibus connectantur. Quid enim erit *illud*, quod l. Rhodiâ iudicandum dicitur? Quod ſanè cùm perſentiſcerent, etiam ex ὁμοδόξων, (id eſt, eorum qui in ſumma rei nobiſcum ſentiunt) nonnulli, varia admodum commenti ſunt, quibus certo quodam vinculo poſteriora prioribus cohærerent, ſuppletis quibuſdam vocibus: vel voce inquam *Id*; ita, *lege Rhodia id iudicetur*: vel voce *qua*, ita *qua*

lege

Digitized by Google

lege Rhodia iudicetur : vel etiam legis verba emendarunt, inter alia pro ναυτικῷ repoſitâ voce ναυτικὰ. Quæ vt omnia ferri non poſſunt, quia hiulcam nobis ſemper relinquunt ſententiam, ita neque poſtremum iſtud admittendum eſt, verùm retinenda omninò lectio, τῷ νόμῳ τῷ Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω: Nempe enim id his verbis indicatur, Legem Rhodiam nauticam nominatim hoc Reſcripto firmari ab Antonino, ſolíſque legibus Rhodiis Nauticis auctoritatem tribui, (quomodo & in nonnullis Pauli ſententiarum libris titulus ita conceptus eſt, *ad L. Rhodiam de Nauticis*) at non & aliis Legibus Rhodiis, etſi in commune alioquin Rhodij εὐνομίᾳ cenſebantur.

Nos igitur veram huiuſce l. Interpunctionem, ſimul & Interpretationem, ſtatim expromamus, quo hunc æſtum fermè omnem abſoluemus: Interpunctionem inquam, quam dudum rectè vidit & probauit *Sanctiſſimæ memoriæ Parens meus*, & deinceps introſpexerunt quoque Viri alij Clari nonnulli, qui nondum tamen certam Interpretationem, in quâ pedem ἀσαλεύτως figerent, repererunt. Igitur, continuo ſpiritu ita hic locus legendus eſt. Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῷ Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω.

Quæ etſi ita ſponte ſua fluant, apertamq; adeò ſatis per ſe ſententiam habere poſſent, exindeque manifeſtè appareat, quid quantumue ſibi Imperator Antoninus tribuat, nempe totius orbis Imperium: quid viceuerſa legi Rhodiæ tranſcribat, iudicandū videlicet tantùm Ius Maris à Iudicibus iuxta legem Rhodiam Nauticam, periphraſi tamen id hâc facilimè illuſtrabitur: Quaſi Imperator in hæc verba reſcripſiſſet: *Non improbè quidem à te factum, Eudæmon, qui me libello adieris, quique adeò poſt caſum naufragij prædam in mari paſſus, & Icario quidem maris Ægei (quod iuris quoque mei eſt) remedium aduerſus eos, quos prædatores è Cycladibus inſulis, (quæ & ipſa ſub Imperio meo ſunt) prætendis, à me petas, quaſi ab orbis totius, atque adeò & Maris Inſularúmque domino, quique proinde Mari quoque ſeu marinis nauticiſque controuerſiis iura ponere poſſim, quod & ipſe libelli tui ingreſſu ſtatim profeſſus es, cùm me Dominum Orbis vocaſti,*

quod & verum eſt, Ἐγὼ μὲν, inquit, τοῦ κόσμου κύριος: *Attamen* (hæc iam ſecunda Reſcripti pars eſt) *non eſt quod hoc me nomine tu vel alius adeatis vel compelletis: ſunt enim publicè poſitæ leges Rhodiæ nauticæ, ſeu de Nauticis, ex quarum præſcripto nauticæ controuerſiæ iudicentur, atque adeò Ius Maris definiatur, quas in huiuſmodi negotiis obtinere volo.* Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω.

Quæ cùm ita ſint, manifeſto iam ſatis apparet, Antoninum Imp. hoc Reſcripto ſuo, Maris Imperium apertiſſimè ſibi vindicaſſe.

CAP. VIII.

VERBA ſingula Reſcripti expenduntur.

SPECIALIS *Reſcripti explicatio: in id potiſſimum, vt Dominium Maris Imperatori hoc Reſcripto adſeri magis probetur. Voces penè ſingulæ in id expenſæ, quod vulgo non æquè fit.* 1. Κόσμος *Mare complectitur.* Mundi Dominus *quo ſenſu dicatur Imp. Inanes eius rei occaſione quæſtiones & ſententiæ.* 2. Δὲ *quo ſenſu voci* μὲν *in* h l. *opponatur.* Δὲ *pro* tamen. *Principis &* νόμου *non ſunt ſeparatæ poteſtates, ſed ſubordinatæ.* 3. Νόμος τῆς θαλάσσης *quid?* Ius *maris.* 4. Iudicium, *non Imperium maris legi Rhodiæ tribui* h l. *Nihil definiri hoc Reſcripto: Remitti tantum negotium ad Iudicem,*

regula

Digitized by

regulâ quadam ei præſcriptâ. Κρίνεσθαι νόμος *quo ſenſu.*

Vel ex ſolâ Reſcripti Antoniniani Interpunctione, ſimul & Periphraſi, quas ſuperiori capite edidimus, ſatis perſpicuè liquere iam autumo, tantum abeſſe, vt Antoninus Imp. eo Reſcripto Imperatorem ſeſe Maris negauerit, vt contrà apertiſſimè omnium id ſibi vindicet. Verùm id ſpecialius adhuc nobis nunc probandum eſt, ducto per ſingulas penè voces, quæ ibi occurrunt, tractatu: Quarum ſingularum vim, quia ἑτερόδοξοι, vel omninò non intellexerunt, vel minùs attenderunt, ideò non in diuerſa tantùm à nobis iuêre, verùm & in diuerſas penè ſinguli ſententias diducti ſunt. Voces verò hæ ſunt. 1. κόσμος, ibi ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος; 2. vox δὲ, quo videl. ea ſenſu particulæ, μὲν hîc opponatur. 3. Vox νόμος, ibi, νόμος θαλάσσης. 4. Deniq; vox κρινέσθω, ibi τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω. Eas igitur nunc ſingulas expendere iuuat, vt ita ex iis omnibus pateat, quàm verum & conſtans ſit illud, Antoninum Imp. hoc Reſcripto ſuo, maris Imperium ſibi vindicaſſe.

Primò igitur diſertis verbis Antoninus ſeſe κύριον τοῦ κόσμου vocat, id eſt, *totius orbis* (Romani ſcil.) *Dominum*: Nolo nunc id vrgere, quod multi ſciſcunt, & in his Gregorius Cyprius *in laudatione maris*, negantque, mare continentem diuidere, quia potius συνάπτειν τὰς ἠπείρους καὶ εἰς ἄκραν ἕνωσιν εἶναι ταύτας ποιεῖν. Κόσμος certè (quod mirum non attendiſſe ex ὁμοδόξοις quoque nonnullos, etſi tritum maximè) in *h. l.* non Terram ſeu Tellurem & Continentem tantùm ſignificat, quaſi Terræ Dominum tantum ſeſe Imp. dicat quà Mari opponitur, verùm Orbem totum, & quidem Romanum, quo & Mare comprehenditur, vnde & mare, *mundus profundus*, Ouidio lib. II. vbi de Neptuno & Apolline: *Cúmque tridentigero mundi genitore profundi Mortalem induitur formam.* Ciuilis ſcilicet hæc Κόσμου ſignificatio eſt, vti σύστημα ſit τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, & vtrumque ſub ſe comprehendat: cùm alioquin etiam Naturalis κόσμου,

ſignificatio latius adhuc ſeſe porrigat, & vniuerſam rerum naturam ſeu vniuerſitatem deſignet, omnem deniq; ſocietatem cœli & terræ, & naturæ quæ vtriuſque ſunt, σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων. Tantum ſcilicet abeſt, vt pro ſola continente ſeu terra κόσμος hîc accipi debeat. Ergo, Antoninus ſeſe *Mundi Dominum*, & ſic Maris quoque, vocat. Quomodo & Conſtantius Imp. vocatur in baſi Obeliſci. *At Dominus Mundi Conſtantius omnia fretus Cedere virtuti.* Et apud Marcellinum *lib.*19.*p.*147. *Noſtris virtutes Conſtantij Caſaris extollentibus, vt domini rerum & Mundi.* Et *lib.* 23. de Iuliano, *tanquam mundi nationúmque* ſuarum *dominum adorarunt Iulianum.* Quum aliàs Impp. *Orbis terrarum Domini* vocētur eodem ſemper ſenſu: quia *Orbis terrarum* Mare quoque circumfluum complectitur. Quare & Procopius diſertè *lib.* 1. *de ædificiis*, orbem, πόλον, in manu ſtatuæ Imp. poſitum fuiſſe ait, παραδηλῶν ὁ πλάστης, ὅτι γῆ τε αὐτῷ καὶ θάλασσα δεδούλωται πᾶσα.

Ex quibus illud interim quoq; elucet, Antoninum *Dominum Mundi* ſeſe vocare, non hyperbole quâdam, ita enim κόσμου κύριος vocatur, vt οἰκουμένης vox vſurpatur, pro Imperio Romano: ſed neque etiam odio tantùm publicanorum, & tumore quodam & vt cenſuram in eos erigeret, quod quidam, Principum ſuorum cauſam iure licet vindicantium, vt ab hac l. ſeſe expediant, cenſent, atque adeò dicto eius minimè credendum pronunciant, velut in cauſa ſua teſtificanti. Quæ omnia frigidiſſima ſunt Ignei commenta. Viceuerſa, ex ſuperioribus apparet, non Orbem terrarum, totus quantus is eſt, hîc accipiendum, quæ alioquin affaniæ ſunt & intemperiæ quorundam Interpretum, verùm propriè & limitate ad orbem Romanum per Synecdochen integri. Quomodo & in ſacra Scriptura paſſim *Mundi* appellatio latitudine quadā Oeconomicâ effertur: quia ſcil. Rom. Imperiū latiſſimè diffuſū, *Mundi*, & *orbis* & οἰκουμένης appellatione veteres deſignauêre, vtpote quòd, Imperium Romanū ambitu ſuo orbem illum complectebatur: Perperam verò, imò ſtolidè id hodie traheretur ad eas prouincias Regnáve, quæ vel Imperij Romani nunquam fuerunt, vel certè extincto iam Imperio Romano, in propriâ Regna ditionesque

ſeu con-

Digitized by Google

abierunt ſeu conſurrexerunt. In qua alioquin quæſtione verſantur, vt inani labore, ita prauâ ambitione aliquammulti. Et hæc quidem de vocibus, ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος.

Secundò loco ſequitur vocula, δὲ, ibi, ὁ δὲ νόμος, quam alioquin ipſam & hîc vrgent: ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, &c. Ea verò non eſt hîc aduerſatiua, multò minus reſpectu Imperij, quaſi ea indicetur, ad Imperatorem quidem Imperium terræ pertinere, Imperium verò Maris, ad Legem: vti viceuerſa non eſt ea nudè adſertiua, verùm, δὲ hîc eſt tantùm diſcretiua, & oppoſita particulæ μὲν, quo ſenſu vox *attamen* voci *equidem* opponitur. Eſt inquam vocula μὲν hîc iuris indubitati & certiſſimi nota, δὲ verò ſubiecta voci μὲν, nota eſt de ſummo Iure ſuo & ἄκρᾳ ἐξουσίᾳ aliquid remittentis. Et ſic non continet ea oppoſitionem ſeu diuiſionem iuris & Imperij inter Principem & Legem, inter Terram & Mare: ſed Rigoris & συγκαταβάσεως, ſeu Indulgentiæ cuiuſdam.

Et ſanè, quod & hîc ſpectari cupio, ecquis vnquam fando audiuit, vt *Princeps* & *Lex* inter ſe ita opponantur, quaſi diuerſarum & diuiſarum inter ſe partium aut poteſtatum? Lex enim, puto, vt ὄργανον ſeu inſtrumentum gubernandi in Repub. habetur: Princeps verò ipſe rector eſt, τὸ ἀρχιτεκτονικόν. Denique non ſunt hęc in Repub. inter ſe ἐναντία, verùm ſubordinata: Ita quidem, vt concurrentes habeant poteſtates, non diuiſas. Quâ cauſâ & Princeps, ſeu Magiſtratus, νόμ☉ ἔμψυχ☉ eſt, ſeu Lex loquens, vti contrà lex, mutus Magiſtratus, teſte Ariſtotele, & Cicerone, & Iuſtiniano Nouella *de Conſulibus*. Ergo δὲ hîc valet idem, quod ὅμως, *tamen, nihilominus*. Vt omnino ſenſus hic ſit huius loci: Ego quidem totius orbis (& ſic Maris quoque) dominus ſum, & nihilominus tamen id volo, vt controuerſiæ Maris ex præſcripto Legis Rhodiæ quæ in commune poſita eſt, diſcingantur, ac non etiam peculiare à me reſcriptum expectetur, ſuper iure maris aliquo prætenſo.

Tertiò notandum, quod & ipſum inter cætera ignoratum communi errori anſam, & vel maximè, præbuit, νόμον θαλάσσης, hîc non ſignificare *Legis* ſeu ſanctionis ſpeciem aliquam, quo

ſenſu vulgo νόμος accipitur, & quidē mox νόμος Ῥόδιος ναυτικὸς, quaſi huius l. hic ſenſus ſit, Orbis quidem dominum eſſe Imperatorem, verùm Maris, Legem & quidem Rhodiam. Nam imò νόμος hic eſt, quemadmodum apud Græcos accipitur, Ius quod ex more, vel Lege deſcendit: ac proinde νόμος θαλάσσης hîc eſt, Ius quod in Mari obtinere dicitur, de quo cùm ambigitur, controuerſia iam maris enaſcitur, vt in ſpecie *huius l.* Quare & ita Græci hunc locum expreſſerunt. τὰ ναυτικὰ πάντα καὶ ὅσα κατὰ θάλασσαν κρίνεται: Iidemque ναυτικὰ ζητήματα vocant. In huius verò Legis ſpecie nominatim νόμος θαλάσσης eſt *Ius Maris* peculiare quoddam, quod Cyclades Inſulæ ſibi vindicabant, more legeque quadam peculiari: ſic ſanè & νόμοι τοῦ πολέμου, dicuntur Polybio *lib.* 2. *p.*144. ſeu *Ius belli* Auguſtino *de Ciuit. Dei*, aliis. Aliaque ſimilia.

Non igitur νόμος θαλάσσης, hîc eſt, Lex aliqua, verùm quomodo Græci νόμον efferunt. Ius in Mari, quod vel ex Lege vel More aliquo deſcendit: Quod ex eo quoque apparet, quod dicitur νόμος hic κρινέσθω, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων ναυτικῷ κρινέσθω. Neque enim Lex puto Lege alia iudicatur: Quid igitur? *Ius* prætenſum in Mari, ſecundùm Legem Rhodiam rectè iudicari dicitur, & verò ſecundùm Legem omninò iudicari oportet, vti omnia Iura à quoquam prætenſa legi ſubſunt. Denique tale illud eſt, quaſi dixiſſet Antoninus Eudæmoni, quam tu prædam vocas, eam fortè δημόσιοι Cycladum inſularum *Maris Ius* faſque nominant, & quidem ex lege Rhodia: quare adite Præſidem prouinciæ, qui ſecundùm Leges Rhodias hanc controuerſiam iudicaturus ſeu dirempturus eſt, quidque in mari iuris obtinere debeat definiturus.

Ergo (quod quarto loco notandum) non Imperium maris hac lege, Legi, & quidem Rhodiæ adſeritur, ſed Iudicium tantùm κρίμα, ſecundum eam fieri iubetur: κρινέσθω, inquit, τῷ νόμῳ Ροδίων: pro quo Harmenopulus & Docimus voce δικάζεται & τέμνεται quoque rectè vtuntur. Denique Reſcriptum hoc nihil aliud eſt, quàm mera nudaque remiſſio ad forum Iudicemque ordinarium, qui non exquiſita ſententia Principis (ſiue libello, ſiue Relatione) ſecundùm leges Rhodias controuerſias

nauticas

nauticas iudicare neceſſe habet , vel ipſe definire ſatis poteſt. Breuiter,his verbis Rectoris prouinciæ officium inſtruitur,quid inquam ſequi eum oporteat in iudicandis maritimis controuerſiis, nempe, vt ſecundùm legem Rhodiam iudicet , τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων &c. ſeu κατὰ τὺς Ροδίυς νόμυς,vt habent Harmenopulus & Docimus.

Et quidem (quod & ipſum notandum) ex merâ Principis auctoritate & Imperio : κελευέτω , inquit : ſcilicet hoc quicquid poteſtatis habet lex Rhodia, habet ex indulgentia , delegatione , & beneplacito Imperatoris,ita iubentis volentis. Quod & deinceps nobis paulo latius probandum , Hiſtoriaque eius rei accuratius renouanda erit:

Vbi prius dixero,ex *hl.* & iis quę deinceps dicemus,apparere, quàm erronea ſit eorum ſententia,qui *hl.* legem Rhodiam tanquam peſtiferam abrogatam volunt, quæ tam apertè tamen probatur firmaturque,etſi mox ſuos intra terminos.

CAP. VIII.

De AVCTORITATE Legis Rhodiæ.

RHODII *ſub Imperio Romano egêre : Non igitur ipſi Leges ſuas vi Imperij obtruſêre. Rhodiarum Legum auctoritas ab Imperatorum auctoritate tota pependit. Auctoritas Legibus Rhodiis præfixa.* Auctoritas *quid? Auctoritates in commune Legum collectionibus præmiſſæ. Auctoritatis ipſius Legis Rhodiæ inſtrumentum per pericopas diſtinctè proponitur. Verſio eius noua. Ecloga ea tantùm eſt , non*

Digitized by Google

integra Auctoritas. Inſcriptio non congruit eclogæ. Octo in vniuerſum Imperatores in ea, qui Leges Rhodias firmarunt. Cur Macianus Antonini reſcriptum potius quàm aliud in rem ſuam vſurparit. Aucta ea Auctoritas ſubinde. In hac Ecloga ſignari potius res quàm integrè narrari.

SVPERIORE capite diximus, Legem Rhodiam Nauticam, quantamcumq; ea habuit auctoritatem, habuiſſe à ſingulari Imperatorum Romanorum indulgentia: Id verò nunc prolixius adhuc demonſtrandum eſt: Scilicet ita comperio, Rhodios iam olim εὐνομίᾳ & ἐπιμελείᾳ περὶ τὰ ναυτικὰ, excelluiſſe, Mariſque adeò Imperium ſuo tempore tenuiſſe: de quo videndus ſaltem Cicero, *pro L. Manilia*, & Strabo, *lib.*14.*p.*448. Sed & illud teneo, inde factum, vt Romani ipſi iam rerum domini Rhodiorumque potentes, etſi ſua quadam libertate, & αὐτονομίᾳ, vtētium, Leges Nauticas in controuerſiis marinis obtinere Lege lata voluerint: Non ſtatim quidē, vt Caſſius & Antonius Rhodo potitj ſunt, verùm initio primùm ducto à Tiberio Claudio, ab inſecutis deinceps quàmplurimis Imperatoribus, è quorum numero fuêre Antonini, de quibus in l. ἀξίωσις. Proinde, quantamcunque leges Rhodiæ auctoritatem habuerunt, eam ab Imperatoribus accepêre, ſub quibus & Rhodij erant. Nam quomodo quæſo Leges Rhodiorum vim ſuam & Imperium exercere potuerint iure quodam proprio, cum ipſi iam in alienas Leges iuerant, ſeu alieni iuris facti fuerant? Sunt hæc, ni fallor, ἀσύστατα, Leges ſuas obtrudere, vbi in alienas quis Leges Imperiumque venit. Ergo ab Imperatorum poteſtate legum Rhodiarum vis tota pependit, inde vt Claudius exemplum ſtatuit. Quod & ipſum firmari ſubinde deinceps ſiue contigit, ſiue oportuit.

Extat verò eâ de re eximium Fragmentum, quod *legibus Nauticis*

Digitized by Google

Nauticis hodie præmittitur, quo Auctoritas, ſeu legum Rhodiarum confirmatio continetur: *Auctoritas*, inquam, proprio vocabulo: Nam cùm aliàs *Auctoritas*, pro quôuis Magiſtratuũ Edicto, Principumque conſtitutione ſumatur, quod & Codex Theodoſianus & Symmachus oſtendunt, ἰδίως tamen pro eo conſtitutionum genere accipitur, quæ Libris Legum auctoritatem ſeu αὐθεντίαν tribuunt. Sic ſanè & aliis συναγωγαῖς, ſeu collectionibus & Codicibus ſuæ quædam Auctoritates præmiſſæ olim fuêre, id eſt, Conſtitutiones quibus eæ firmarentur. Sic Theodoſiano Codici, Nouellæ *de eius Auctoritate* tres additæ: ſic & Iuſtinianeo, conſtitutio *de confirmando Codice*: ſic & Breuiario Alariciano, *Auctoritatis exemplar* præfixum. Sic & conſtitutio quæ Inſtitutionibus præmittitur, nil aliud eſt, quàm Auctoritas: vnde & Theophilo dicitur ea, διάταξις βεβαιοῦσα τὰ Ἰνστιτοῦτα. Eodem igitur exemplo, & Auctoritatis exemplar legibus Rhodiis olim præfixum fuerat, & id quidem è variorum Principum ſanctionibus conflatum.

Id verò totum quale hodie extat, hic ſemel apponere iuuat, & diſtinctis quidem pericopis, vnà cum genuina eius ni fallor interpretatione.

Νόμος Ῥοδίων ναυτικὸς,

ὃν ἐθέσπισαν οἱ θειότατοι Αὐτοκράτορες, Τιβέριος, Ἀδριανὸς, Ἀντωνῖνος, Περτίναξ, Λούκιος Σεπτίμιος Σεβῆρος ἀεισέβαστοι.

1 Τιβέριος Καῖσαρ σεβαστὸς ἀρχιερεὺς μέγιστος δημαρχικῆς ἐξουσίας λβ. Ἐντυχόντων μοι τῶν ναυτῶν, τῶν ναυκλήρων, καὶ τῶν ἐμπόρων, ἵνα τὰ ἐν θαλάσσῃ συμβαίνοντα εἰς συμβολὴν ἐρχέσθωσαν.

Lex Rhodia nautica,

Quam firmarunt Sacratiſſimi Imperatores, Tiberius, Hadrianus, Antoninus, Pertinax, Lucius Septimius Seuerus, ſemper Auguſti.

1 *Tiberius Cæſar Auguſtus, Pontifex Maximus, Tribunitiæ poteſtatis* XXXII. *Supplicauerunt mihi nautæ, nauicularij & negotiatores, vt quæcunque in mari contingunt, in collationem venirent.*

Ἀποκριθεὶς ὁ Νέρων εἶπε· Μέγιστε, σοφώτατε καὶ φαιδρότατε Τιβέριε Καῖσαρ, τὰ ὑπὸ τοῦ σοῦ μεγέθους καθιστάμενα, ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι ἐνδείξασθαι οὐδέν.

Διήγημα. Παραπέμψης ἀκριβῶς ἐν Ῥόδῳ, ἐπιζητῆσαι καὶ ἀναθέμενος τὰς πράξεις τῶν ἐμπλεόντων ναυκλήρων καὶ ἐμπόρων καὶ ἐπιβατῶν, καὶ ἐνθηκῶν καὶ κοινωνιῶν καὶ πλοίων, ἀγοράσεων καὶ πράσεων, καὶ ναυπηγικῶν ἐργασιῶν, παραθηκῶν τε χρυσίων καὶ ἀργυρείων, καὶ εἰδῶν διαφόρων.

Ταῦτα πάντα ψηφοθεματήσας Τιβέριος, καὶ σφραγίσας, παρέδωκεν Ἀντωνίνῳ φαιδροτάτῳ ὑπάτῳ καὶ ὑπατικοῖς τοῦτον προσαγορεύουσιν ἐν τῇ πανευδαίμονι καὶ κορυφῇ τῶν πόλεων Ῥώμῃ.

2 Ἐπὶ ὑπάτων Λαύρου καὶ Ἀγριππίνου φαιδροτάτων, οὗτοι προσήνεγκαν μεγίστῳ καὶ Αὐτοκράτορι Οὐεσπασιανῷ· ὃς καὶ αὐτὸς σφραγίσας ἐπὶ τῆς λαμπρῆς συγκλήτου.

3 Οὔλπιος Τραιανὸς ἀπέλυσεν εἶναι τὸν νόμον τῶν Ῥοδίων ἅμα τῇ σφαιδροτάτῃ συγκλήτῳ.

4 Ἀλλὰ μὴν [μὲν] καὶ Ἀντωνῖνος τῷ ἀξιωθέντι εἶπεν. Ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων κρινέσθω τῷ ναυτικῷ, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται.

Oratione ſumptâ Nero dixit: Maxime, Prudentiſſime, & Illuſtriſſime Tiberi Cæſar, Nihil neceſſe duco commendare ea quæ à Magnitudine Tua hactenus conſtituta ſunt.

Narratio. Mitte qui diligenter Rhodi inquirat & adnotet ea quæ obſeruantur circa nauigantes, ſeu nautas & nauicularios & negotiatores & vectores, & merces impoſitas, & ſocietates, & nauigia, & emptiones-venditiones, & nauium fabricam; & depoſita auri & argenti, aliáſque diuerſas ſpecies.

Hæc omnia Tiberius decreto firmata ſignatáque tradidit Antonino Clariſſimo Conſuli, & Cõſularibus qui ad ipſum ſalutatũ venerant, in feliciſſimâ, arcéque (omnium) vrbium, Roma.

2 Lauro & Agrippino Conſulibus clariſſimis. Hi obtulerũt Maximo Imperatori Veſpaſiano: Qui & ipſe [ea] firmauit, in Ampliſſimo Senatu.

3 Vlpius Traianus legem Rhodiorum obtinere ſiuit, vnà cum Ampliſſimo Senatu.

4 Sed & Antoninus ſupplicanti cuidam reſpondit. Ego quidem Mundi dominus ſum, Ius verò Maris lege Rhodiorum nautica iudicetur, in quibus ei legum noſtrarum aliqua non aduerſatur.

Τοῦτο

Digitized by Google

Τοῦτο δὲ αὐτὸ καὶ ὁ θειότατος Αὔγουστος ἔκρινεν.

Hoc ipſum & Sacratiſſimus Auguſtus conſtituit.

HActenus *Authoritas*, quæ & Legibus Rhodiis olim præmiſſa fuerat, & hodie quoque leges Nauticas præcurrit. Antequã verò eam per partes expendo circa eam ſequentia prius obſeruari cupio. Primò quidem, non eſſe id exemplar integrum Auctoritatis illius, verùm Eclogam tãtùm eius, vnde hæc pauca eo ſæculo quo Eclogis maximè indultum, & epitomandi mos per omnes bonos auctores graſſabatur, ſiue Michael Pſellus, ſiue quis alius, Nauticarum legum collectioni præmittenda putauit: quod vt ex eius lectione ſatis patet, ita ſequentes etiam obſeruationes magis adhuc oſtendent.

Secundò igitur notandum, ita Auctoritatis integræ hanc Eclogam quandam tantùm eſſe, vt neque Inſcriptio eius eclogæ ipſi omninò conueniat. In inſcriptione quippe & alij quidam, & poſteriores adhuc, Imperatores, qui legibus Rhodiis robur addiderunt, memorantur, quorum in ipſamet Eclogâ nulla mentio fit, veluti *Adriani, Pertinacis, Seueri*: Retrò, in Eclogâ nonnulli memorantur, qui in ἐπιγραφῇ non apparent, puta *Veſpaſianus* & *Traianus*: Quibus ſi addas iam tres, qui vtrubique memorantur, *Tiberium* (Claudium ſcilicet) & *Antoninos duos*, octo in vniuerſum Impp. reperies, qui Rhodias leges firmarint. Inter quorum conſtitutiones, quia Antonini reſcriptum & apertius & rotundius breuiúſq; concinnatum erat, ideò id Voluſius Mæcianus potius quàm aliorum vſurpauit, atque exinde deſumptum in libros ſuos Publicorum coniecit.

Tertiò notari cupio, Auctoritatem illam ſubinde incrementum cepiſſe videri, prout noua aliqua Imperatoris alicuius de legum Rhodiarum vi conſtitutio accederet. Quod vel ex eo patet, quod cùm Voluſius Mæcianus legem ſuam ἀξίωσις inde deſumpſerit, quo ſanè tempore ea non vltra Antoninum Pium & Marcum procurrere potuit, vtpote ſub quibus & ipſe Voluſius Mæcianus vixit ſcripſitque, in ἐπιγραφῇ tamen huius eclogæ duo poſteriores adhuc Imperatores memorentur, puta *Pertinax & Seuerus*.

Digitized by Google

Poſtremò obſeruetur, Eclogarium iſtum ita Eclogam ſuam concinnaſſe, vt ſignare potiùs quàm enarrare res quæ ea continentur, voluerit: Quod apparet cùm maximè ex prima Pericope de Tiberio, vt & quarta, vbi Reſcriptum Antonini, quo de nunc agimus, ſolum continetur, libello Eudæmonis reſecato, quem tamen Mæcianus, non minus quàm Reſcriptum, *ex Lege Rhodia* (vt habet inſcriptio l. ἀξίωσις.) *i. ex integra Legis Rhodiæ Auctoritate* excerpſerat.

Cap. IX.

De Imperatore Clavdio, qui primus Leges Rhodias nauticas firmauit.

De Tiberio (Clavdio ſcil.) *Imp. prima pericope. Cur Tiberius aditus à nautis &c. Quid ab his petitum. Interlocutio Tiberij (Claudij) de rebus nauticis in Conſiſtorio habita. Nero Leges Rhodias peti ſuadet.* Ἐνδείξασθαι *pro* commendare. Διήγημα *pro* διηγῆσαι. Πράξεις *pro* obſeruantia *& moribus. Controuerſiæ nauticæ pleræque recenſentur. Miſſi à Tiberio (Claudio) qui Leges Rhodias peterent: Sic deinde firmatæ eæ, traditæq; Antonino Conſuli.* Προσαγορεύεσθαι *pro* ſalutare. *Romæ leges Rhodiæ primùm firmatæ. Quis hic Tiberius? Non eſſe Tiberium Auguſti ſucceſſorem: cuius alioquin magna cum Rhodiis familiaritas fuit. Eſſe* Tiberium Clavdivm. *Antoninus Coſ. ſub Claudio. Rhodiis*

quoque

Digitized by Google

quoque libertas reddita Nerone oratore, eodem anno quo & leges Rhodiæ firmatæ. Tribunitia poteſtas. Imperat. Claudij ſtudium pro naufragis. Senatuſconſulta de his ſub eo facta. Neronis ſtudium multiplex erga Rhodios. Antiphili epigramma. Claudius Imp. primus leges Rhodias firmauit: Etſi Rhodiorum εὐνομία circa nautica iam dudum celebrata eſſet: item etſi caput l. Rhodiæ de iactu iam inualuiſſet.

NVNC de ſingulis pericopis & verſibus *Auctoritatis*, Legibus Rhodiis olim præfixæ, atque adeò & de ſingulis Imperatoribus, quorum ſiue Reſcripta ſiue Conſtitutiones in prædicta Auctoritate memorantur: exceptis tantùm Antoninis duobus, de quibus iam ſuprà actum fuit.

Primò igitur omnium loco *Tiberius* in inſcriptione Auctoritatis memoratur inter eos qui νόμον Ῥοδίων ναυτικὸν ἐθέσπισαν: mox in ipſa Auctoritate, conſtitutio ipſa ediſſeritur, quam is edidiſſe dicitur, poſt Relationem in Senatu vel Interlocutionē in Conſiſtorio habitam, ex Conſilio ſeu ſententia Neronis: Cuius proinde pericopæ præter titulos Imperatorios inſcriptos tria membra conſtituo. Primum (quod incipit ἐντυχόντων) continet orationem Imp. proponentis, aditum ſeſe à Nautis & Nauiculariis & Negotiatoribus, petentibus, vt ea omnia quæ in mari contingunt, τὰ ἐν θαλάσσῃ συμβαίνοντα, in triburum ſeù collationem venirent. Ita enim hunc locum accipio: Nam vt iactus in mare remouendi communis periculi cauſa factus in collationem veniret, ſeu omnium contributione συμβολῇ ſarciretur, nil opus erat eo nomine Imp. adire, quando iam ante Tiberium hunc Legis Rhodiæ caput iſtud de iactu obtineret, vt patet vel ex Seruij, Ofilij, Labeonis, Sabini ſententiis & opi-

Digitized by Google

nionibus, quæ referuntur *l. 2. & l. 4. ꝥ. de l. Rhodia de iactu.* Igitur petierant illi, vt & omnes alij caſus maris in collationem venirent: Cuiuſmodi ſanè plures præter iactum, in collationem venire veteres quoque IC. definierunt: veluti, ſi nauis à piratis redempta eſſet, *d. l. 1. §. 3*: Si arbor aut aliud nauis inſtrumentum remouendi communis periculi cauſa deiectum fuiſſet, quod & Paulus ſcribit, *lib. 2. ſent 7. §. 3. & l. 2. §. 4. dicto tit.* & Papinianus reſpondit, *l. 3. d. t.* & Hermogenianus *l. 5. §. d. t.* non item ſi vi tempeſtatis nauis aut arbor amiſſa, *d. l. 2. §. 1 d. tit. 7. §. 3. & d. l. 5. & 6. d. t.* Item ſi aſpergine vel ſalſugine merces deteriores factæ fuiſſent, vt habent leges *Nautica*: vt & ſi nauis onuſtæ leuandæ cauſa, merces quædam in ſcapham traiectæ eſſent, eaque ſcapha periiſſet *l. 4. d. t.* Ergo cùm ſuper eo aditus fuiſſet Imp. ſiue Relationem in Senatu (cuiuſmodi plures de ciuitatum priuilegiis, & immunitate, veluti Coiorum, Byzantiorum, hoc anno ipſo factæ, teſte Tacito *lib. 12.*) ſiue Interlocutionem ea de re in Conſiſtorio habuit (de cuiuſmodi Impp. interlocutionibus in Conſiſtorio nil attinet plura memorare.) Hic iam (quæ ſecunda huius pericopes pars eſt) cenſere iuſſis Senatoribus, vel Conſiſtorianis, Nero oratione ſumpta (ἀποκειδεὶς) ſententiam dixit: cuius partes duæ ſunt: Prior continet præfationem, ſeu exordium Neronis in adulationem Imperatoris verſi: Nil ſcilicet opus eſſe, ea quæ ab Imperatore iam antea ſcilicet conſtituta fuiſſent, commendare. Ita enim hunc locum, alioquin obſcurum accipio, voce ἐνδεῖξαι acceptâ pro *commendare, oſtentare, efferre*. Mox ſententia ſeu propoſitio Neronis ſequitur, διήγημα (quæ vox perperam ab editione Freheri abeſt) id eſt διήγησις ſeu narratio & propoſitio (v. Phrynichũ *p.* 90. Aphthonium, Ammonium) ipſáque adeò Neronis ſententia, ἱϛορία, διήγημα (vt Heſychius rectè interpretatur) *narratio, in Gloſſ.* mitti videlicet oportere quoſdam Rhodum, inueſtigaturos (ἀκριβῶς) quidnam in legibus moribúſque Rhodiorum poſitum eſſet: quidque ibi obſeruaretur (quod πράξεων appellatione hîc deſignatur: πρᾶξις eſt & διάθεσις apud Heſych. Eodem ſenſu & *Facta* apud Latinos. Ita *Pauli ſententiarum ſeu Factorum libri ſex*, in veteri Indice Florentino. De

quo

Digitized by Google

quo alibi plura) circa nauigantes ſeu nautas, nauicularios & negotiatores & vectores, & enthecas (ſeu impoſitas merces) & ſocietates. & nauigia, & emptiones-venditiones & fabricā nauiū, & depoſitiones ſeu recepta auri & argenti, & diuerſas ſpecies alias. Hæ ſc. fermè nauticæ controuerſiæ ſunt, quod videre eſt etiam ex *Legum nauticarū collectione*, quibus hæc Auctoritas præmiſſa eſt: Mox quid comperiſſent Miſſis illis relaturis. Quod cùm fieri placuiſſet, atque adeò miſſi eſſent Rhodum quidam id ſciſcitatum, iidémque quæ compererant in ſcripturam redegiſſent (nam hæc omnia hîc ſupplenda ſeries ipſa edocet) Tiberium tandem (quod tertium huius pericopæ caput eſt) ea omnia firmaſſe, firmatáque Antonino Conſuli tradidiſſe, cæteríſque Conſularibus qui ad eum ſalutatum venerant: id enim ſibi vult vox προσαγορεύουσιν. προσαγορεύειν eſt ἀσπάζεσθαι. v. vel Heſychium, & Gloſſar. Et quidem Romæ.

Hæc eſt prioris pericopæ de Tiberio Imp. con tinentia, ſeu ſeries, & Hiſtorica quidem: Vbi ſtatim quæri poteſt, de quónam Tiberio id accipiendum ſit: an de Auguſti ſucceſſore, an verò de Tiberio Claudio? Certè de illius cum Rhodo & Rhodiis commercio multa narrantur, veluti quod Rhodi fuerit, ſed priuatus tantùm, & quidem altera vice per ſeptennium integrū ibi in ſeceſſu egerit, ibíque Thraſyllum mathematicū contubernio ſuo admouerit: quodque aquila antea Rhodi nondū cōſpecta in culmine domus eius aſſederit: Quod Romam redux litteras publicas à Rhodiorū Magiſtratibus ſine ſubſcriptione acceperit aliquando: Quod Diogenes Grāmaticus Rhodius ad ſalutandū eum Romam venerit: quod ab eo Rhodiēſis hoſpes litteris Romam euocatus. Hæc vera quidem, ſed tamen non eſt hic locus de hoc Tiberio Auguſti ſucceſſore accipiēdus, verùm de Tiberio Claudio. Id quod tū ex Neronis, tum & Antonini nominibus omninò apparet: hic enim eſt Antoninus, ille Conſul, qui aliàs pleno nomine, Q. Aterius Antoninus ſub Claudio vnà cum D. Iunio Silano, Conſulatum geſſit. quod etiam P. Faber iam rectè vidit 3. *ſemeſtr.* 12. Hic rurſus eſt *Nero* (poſtea Imp.) quo Oratore Rhodiis ipſis quoque libertas, ſeu αὐτονομία, quæ decennio antè his ab eodem Tiberio Claudio Imp. eò quòd ſeditione domi

Digitized by Google

deliquerant,ciueſque quodam in tumultu occiderant,adempta fuerat, reddita eſt, teſte Tacito *lib.12.Annalium*: Suetonio, *in Claudio ca.25.*& Nerone *c.7.*Dione *lib.60.p.681.* Sic quidem, vt diſertè Tacitus Rhodiis à Claudio libertatem redditam eo ipſo *Antonini* Conſulatu ſcribat. Qui quidem etiam Antonini Conſulatus congruit Anno Domini Noſtri LV, alteri verò ſupra decimum Imperij Claudij. Quare in titulis Imperatoriis hîc error admiſſus, cùm dicitur Tiberius δημαρχικῆς ἐξουσίας λβ. quomodo præferebat MS *Pithoeanus*, pro quo in Schardij editione expanſis literis τριακοστῷ δευτέρῳ editum: Apertè enim reponendum hîc vel ιβ. i. duodecimo, vel ιγ. i. τρίτῳ δεκάτῳ. Huic enim Antonini Conſulatui reſpondet omnino duodecimus & decimus tertius imperij Claudiani annus, & ſic eiuſdem quoque numeri Tribunatus. Numerus enim Tribunatus idem, ſæpè eſt cum annis Imperij.

Ergo maneat, à *Tiberio Claudio* Imp. Leges Rhodias Nauticas firmatas: ſub quo alioquin duo etiam Senatusconſulta condita memorantur *l.3.in f. ϖ. de incendio, ruina, naufr.* aduerſus eos, qui naufragos atque in periculo conſtitutos oppreſſiſſent, vel ex naufragio quid rapuiſſent, lucratiue fuiſſent. Ex quibus, quantam Imp. ille naufragorum rationē habuerit, oſtenditur. 1. dum & clauum vnum ex naufragio auferentem omnium nomine teneri vult. 2. Et eos, quorum fraude conſilióve naufragi ſuppreſſi fuiſſent, ne naui vel iis periclitantibus opitulatum iretur, legis Corneliæ de ſicariis pœna affici iubet (quod & ipſum repetitur *l. 1. ϖ. ad L. Corn. de ſicariis.*) 3. Denique, dum eos qui quid ex miſerrima naufragorum fortuna rapuiſſent, lucratiue fuiſſent, dolo malo tantum fiſco dare iubet, in quantum ex edicto Prætoris ipſi naufrago prædam paſſo actio datur. Neque dubito, quin hæc ita à Claudio ſancita fuerint, inter alia, quibus ille & annonam Populi Romani adiutum & Nauiculariorum naueſque maritimas fabricantium habentiúmve priuilegia auctum iuit, de quo videndus Suetonius, *Claudio cap.* 19. Vlpianus *fragm.* 5. §. *vltim. l.3. de vacat. & excuſ. mun.* Item maneat, Leges Rhodias à Claudio, firmatas *Nerone* auctore; quo & eodem, vt dixi, oratore Rhodiis

libertas

libertas ab eodem Imp. Claudio reddita fuit: cuius alioquin Neronis penſi in Rhodios ſtudij animique, præter libertatem, vt modò dixi, eo oratore redditam, item præter leges Rhodias eo auctore firmatas, alia inſuper argumenta occurrunt: veluti, quòd, cùm Cratonem ad conquirenda per Aſiam vrbéſque Græcorum operum ornamenta miſiſſet, de quo Tacitus, Plinius, & Pauſanias, nullum Rhodiis contigerit: de quo eſt ſingularis Dionis Chryſoſtomi locus, *in Oratione Rhodiaca*, *p.* 335. Ad hoc denique Neronis ſtudium in Rhodios pertinet Antiphili epigramma, quod extat *lib.*1. ἀνθολογ. *cap.* εἰς νήσους.

Ὡς πάρος ἀλίου, νῦν Καίσαρος ἡ Ῥόδος εἰμὶ
Νᾶσος, ἴσον δ' αὐχῶ φέγγος ἀπ' ἀμφοτέρων.
Ἤδη σβεννυμένην με νέα κατεφώτισεν ἀκτὶς
Ἅλιε, καὶ παρὰ σὸν φέγγος ἔλαμψε Νέρων.
Πῶς εἴπω; τίνι μᾶλλον ὀφείλομαι; ὃς μὲν ἔδειξεν
Ἐξ ἁλὸς, ὃς δ' ἤδη ῥύσατο δυομένην.

Quod quidem Antiphili epigramma, ad Libertatem Rhodiis redditam propriè magis refertur.

Verùm ad rem. Sic patet, primum ex Imperatoribus *Tiberium Claudium* Leges Rhodias nauticas firmaſſe, & ſecundùm eas controuerſias nauticas iudicari, Iúſque adeò maris exinde definiri decidique voluiſſe. Nam etſi Rhodij in magna dudum dignatione forent, vt indicio quoque eſt, quod multi titulũ *ciuis Rhodij* maximo pretio ſub Auguſti temporibus emebant & affectabant, quod ex Nicolao Damaſceno liquet, & exemplo Poſidonij Stoici apud Strabonem & Athenæum. Item etſi Rhodiorum εὐνομία, & diſciplina, ac nominatim κατὰ τὰ ναυτικὰ, iam dudum antè commandaretur: Imò etſi Legis Rhodiæ de iactu caput ſeu æquitas apud Romanos iam dudum inualuiſſet, vt apparet ex eo quod Seruius, Ofilius, Labeo, & Sabinus iam in eo argumento verſati deprehenduntur, *ex l.* 2. *in pr.* & §. 3. & *l.* 4. ff. *de lege Rhod. de iactu*, nondum tamen leges Rhodiæ nauticæ in vniuerſum vim legis in Mari ex vlla Principis conſtitutione obtinuerant, ſecundùm quas ſcil. Iudices iudicare neceſ-

ſe haberent. Non certè, ſub Iulio Cæſare, ſub quo fœderata tantùm Romanis erat, vt teſtatur Appianus *Ciuiliũ lib.* 4, quod factum poſt Cæſaris demùm necem, per Caſſium primùm, mox & Antonium, annis ante Dominum noſtrum fermè 43. vt ex Bruti *epiſtolis pluribus*: Appiano, *Ciuilium* 4. Plutarcho, *in v. M. Bruti*: Dione, *lib.* 47. diſcere eſt. Poſt quod, procedente demùm tempore, & ſub Claudio quidem, eò deuentum, vt in ordinariam & aſſiduam Iuriſdictionem, expreſſa Principis illius Auctoritate, Leges Rhodiæ nauticæ venirent.

CAP. X.

De PRINCIPIBVS, poſt Claudium Imp. qui L. Rhodiam firmarunt.

I. Veſpaſianus *l. Rhodiam firmauit. Idem & Rhodum in prouinciæ formulam primus redegit: qui Liberi tamen poſtea mansêre. Conſules, ſub quibus Veſpaſianus leges Rhodias firmauit.* II. Traianus, *ſub quo &* δίδραχμον Ῥοδίων *memoratur.* III. Hadrianus: *cuius & reſcriptum aduerſus poſſeſſores naufragorum deprædatores memoratur.* IV. Seuerus. *Eiuſdem reſcriptum de iure colligendi naufragij. Quid in eo ſit* impunè *colligere naufragium. Tertulliani ſub Seuero locus de L. Rhodia explicatur. Auctoritas legis Rhodiæ tota à nutu Impp. pependit. Cur toties ea à Principibus firmata.*

Poſt

Post Claudium Imp. eius quoque exemplo, Principes deinceps alij Leges Rhodias nauticas, ſubinde firmatum iuêre, qui in ea quoque, quam præmiſi, Auctoritate ſiue fragmento memorantur.

Primus, poſt Tiberium (Claudium ſcilicet) occurrit in Ecloga ipsâ *Veſpaſianus*, qui & ipſe dicitur, *oblatas ſibi à Conſulibus Leges Rhodias Senatuſconſulto firmaſſe.* ἐπὶ ὑπάτων Λαύρου καὶ Ἀγριππίνου. οὗτοι προσήνεγκαν μεγίστῳ καὶ αὐτοκράτορι Οὐεσπασιανῷ, ὃς καὶ αὐτὰ σφραγίσας ἐπὶ τῆς λαμπρᾶς συγκλήτου: Senatuſconſulto inquam firmaſſe : ſic enim Orationes Principum Senatuſconſultis firmari mos erat. Huius verò facti ab Veſpaſiano nulla alibi, quod ſciam, mentio occurrit. Illud tantùm de Veſpaſiano circa Rhodios memorari teneo, eum Rhodiis (pariter vt Græcis) libertatem ademiſſe, Rhodióſque qui hactenus arbitrio ſuo Remp. adminiſtrabant, in prouinciæ formam formulámque redegiſſe, apud Suetonium, *cap.* 8. alióſque, qui ex eo omnes habènt, puta Eutropium, Oroſium, Hieronymum: de quo & Sextus Rufus Feſtus, *in breuiario ad Valentem*: *Rhodus*, inquit, *& Inſulæ primum liberæ agebant, poſtea in conſuetudinem parendi Romanis clementer prouocati peruenerunt, & ſub Veſpaſiano Principe Inſularum prouincia facta eſt.* Extat & Veſpaſiani nummus, in quo ſcriptum, ΡΟΔΙΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙ'Α. Et nihilominus tamen iidem Rhodij liberi deinceps fuere ſub Tito Veſpaſiano: teſtis Plinius, qui ideò *Rhodios liberos* disertè vocat, *lib.* 5. *cap.* 31. vt & inſecutis deinceps temporibus, & Impp, etiam ſub Antoninis (quorum reſcripta hac l. ἀξίωσις continentur) vt clarè teſtatur Dio Chryſoſtomus, *in oratione Rhodiaca*, & Ariſtides ipſe *in Rhodiaca*, & in altera *de concordia ad Rhodios*: ſolumque στεφανικὸν, ſeu Coronarium aurum, ad inſtar liberorum populorum & Satraparum, Romanis Imperatoribus ſoluerunt : de quo locus eſt inſignis apud Suidam, *in voce* στεφανικὸν. Cæterum additur & hoc loco characteriſmus temporis, nempe legem Rhodiam firmatam à Veſpaſiano, *Lauro & Agrippino Coſſ.* ſic enim hic locus accipiendus, tractis his Coſſ. iunctiſq; ad hãc ſententiã de Veſpaſiano. Qui-

dem Conſules in Conſularibus ſeu Faſtis ſub Veſpaſiano nuſpiam apparent. Quare, non ordinarios ſeu ἐπωνύμους, verùm ſuffectos hos Coſſ. fuiſſe oportet, quod etiam Schardio placuit: cuiuſmodi plures alij extra cenſum, Faſtóſque Conſulares ſub Veſpaſiano hoc ipſo memorantur. Certè pro *Lauro* fortè reponat quis *L. Aurelio*: niſi putet quis reponendos hic *T. Aurel. & Atratino Coſſ.* qui ſub Domitiano fuere, vt ita ad Domitianum Veſpaſiani F iſtud quis referat. Certè probare non poſſum P. Fabri ſententiam 3. *ſemeſtr.* 12. qui *Taurum & Criſpinum* Coſſ. hic reponebat, qui congruunt anno tertio Claudij Imp. vt ita κτ̃ περίληψιν Antoninus Conſ. de quo ſuperiori capite, quíque decennio poſt Taurum & Criſpinum, Coſ. fuit, nominatus fuerit in hac legum naualium præfat. Non inquam, id admitti poteſt, vel hac ratione, quod diſertè in d. præfat. dicitur *Veſpaſianus oblatas ſibi ab his Coſſ. leges Rhodias firmaſſe*.

Tertio loco in Eclogâ legibus Nauticis præfixâ, *Vlpius Traianus* Leges Rhodias Senatuſconſulto & ipſe firmaſſe dicitur, ſeu, vt ibi dicitur, *ſiuiſſe obtinere*, ἀπέλυσεν εἶναι τὸν νόμον τῶν Ροδίων ἅμα τῇ σφαιδεστάτῃ συγκλήτῳ. Quod & ipſum argumento eſt vel maximè Legum Rhodiarum auctoritatem ab Impp. nutu pependiſſe. De hoc porrò Principe quod aliunde addam ad rem noſtram, nil habeo: niſi quod Nummi ſunt Traiani, in quibus ſcriptum ΡΟΔΙ. ΔΙΔΡΑΧΜΟΝ, vbi & Neptunus dextro crure nauis proræ inſiſtit, Dextra delphinum, ſiniſtra tridentem tenens: quod quidem Rhodiorum δίδραχμοι an ad Aurum *Coronarium* pertinuerit, alióve, viderint alij.

Quarto loco ſequitur *Hadrianus*, qui in ἐπιγραφῇ tantum Auctoritatis, aliis Impp. qui leges Rhodias ἐθέσπισαν coniungitur. De quo ipſo etiam nihil habeo quod addam, niſi quod ſub eo Gellius, locis duobus, *lib.* 7. *cap.* 3. *& lib.* 15. *cap.* 31. ciuitatem & inſulam Rhodienſem, & inſulæ opportunitate & operum nobilitate, *& nauigandi ſolertia* naualibuſq; victoriis celebratam vocat. Item, Rhodiam inſulã celebritatis antiquiſſimæ, oppidumque in eâ ornatiſſimum pulcherrimumque. Item obſeruo, eundem Imp. Hadrianum, graue admodũ Edictum promulgaſſe,

Digitized by Google

mulgaſſe, quod memoratur *l. 7. ϖ. de incendio, ruina, naufr.* aduerſus poſſeſſores qui iuxta litora poſſident, naufragos deprædantes, déque eorum pœna, probationéque naufragij, & exhibitione reorum, vbi inſuper adiicitur Senatuſconſultum (proculdubio ſub eodem factum) *ne milites aut priuati aut liberti ſeruiue Principis colligendis naufragiis interuenirent.*

De *Pertinace* & *Seuero* quoque altum alibi ſilentium. De iſto obſeruo, memorari reſcriptum eius cum filio Antonino *l. vlt. ϖ. de incendio, ruina, naufr.* quo definitur, licere vnicuique naufragium ſuum impune colligere: *impune*, id eſt, ſic, vt nullus interuenire ei poſſit: contra, naufrago littoralia prædia à priuatis poſſeſſa ad colligenda naufragia ingredi liceat, neque quidquam eo nomine cuiquam dare aut relinquere cogatur. Sed & illud obſeruo, ſub Seuero Imp. Legis Rhodiæ meminiſſe quoque Tertullianum *lib. 3. adu. Marcionem cap. 6. Scilicet nauclero illi non quidem Rhodia lex, ſed Pontica cauerat, errare Iudæis in Chriſtum ſuum non licere*: Cuius loci ſenſus hic eſt, Marcioni Pontico (quem veſut Nauicularium & naufragum ſæpè nobis repræſentat Tertullianus) non cauiſſe legem Rhodiā, ſeu Rhodiorū, qui (vt inquit Gellius *lib. 7. cap. 3.*) *nauigandi ſolertia celebrati erant*, quæ ſc. rectam ei nauigādi rationē cōmonſtraret, quæque proinde eum ab errore vel naufragio vindicaret, verùm Ponticam, maris expertem craſſámque. Hic enim loci iſtius ſenſus eſt, quem aliter cepêre Interpretes.

Sic igitur ex ſuperioribus omnibus liquet, legem Rhodiam, auctoritatem, quantamcúque ea habuit, ab Imperatorum conſtitutionibus habuiſſe, non vi quadā Imperij: imò & variis ſubinde hanc Iudiciariæ tantùm legis Rhodiæ poteſtatem conſtitutionibus firmatam.

Vbi etiam quæri poteſt, cur lex Rhodia, quæ ſemel expreſſa Claudij Imp. conſtitutione inualuerat, toties adhuc firmata deinceps fuerit, firmaríve neceſſe habuerit? Certè duplex ratio ſuccurrit: firmatum ſcilicet ſubinde hoc Rhodiorum velut προνόμιον, quo leges eorum nauticas controuerſias diſcingebant, eo more & tralatitio quidem, quo conceſſa à ſuperioribus Principibus priuilegia firmari ab inſequentibus mos erat. Item,

Digitized by Google

gratiam hanc ſubinde ideò reparari contigiſſe, pro redintegratâ pariter ſæpè gratiâ, quâ ij excidebant, ob motus videlicet & ſeditiones domi aſſiduas: quod, præter Taciti locum ſupra, videre eſt etiam ex Ariſtidis *orat. pro concordia ad Rhodios*: quæ ſanè cauſa fuit, cur iiſdem modò libertas ſeu *αὐτονομία* adempta fuerit, ſæpe rurſum firmata ſeu reddita, quod Tacitus dixit.

CAP. XI.

LIMITATIO, & SENSVS integer Legis.

I. LIMITATIO *in Antonini reſcripto: Vnde argumentum fortiſſimum enaſcitur, Imperium Maris ad Imp. ſpectaſſe. Irrationabiles leges etiam Rhodiæ quædam conſtitutionibus Imp. abolitæ. Docimi ſuper hoc nota.* II. SENSVS *integer Eudæmonis & Antonini, & ſic totius huius l. eruitur. Non quidquid à naufragis, vel ex naufragio habetur, præda ſemper eſt: verum probo more ſæpe retinetur. Maritimæ ciuitates & Inſulæ Nauigantibus & naufragis plurima præſtabant: Inter alia πυρσοῖς: vt contra alij falſo lumine oſtenſo eos fallebant. Quid Antoninum dubium tenuerit in ſp. huius l. & poſt omnia, cur limitatione reſcriptum ſuum claudat. Potiores Impp. leges L. Rhodiâ. Quid, qua de re quæſitum h. l. fuerit. Legum municipalium vel peregrinarum*

narum vſus nihil adſciſcentis Imperio vel Libertati detrahit. Gallorum hac in re defenſio & laus. Reſtituta lectio l.32.π. de Legibus.

AD Reſcripti Antoniniani, quod l.noſtra continetur, interpretationem nunc redeundum eſt, & quidem ad poſtremam eius partem: ἐν οἷς, inquit, μήτις τῶν ἡμετέρων αὐτῷ νόμος ἐναντιοῦται, i. *in quibus nulla conſtitutionum noſtrarum ei aduerſatur.* Hiſce verbis *Limitatio* quædam iuſta continetur. Eam verò vel ſolã ſi ἐπεξόδοξοι attẽdiſſent, nunquã ſanè Maris imperiũ Imperatori abiudicari hac l. putaſſent. Adeò ſcilicet Antoninus Imp. non imperiũ, ſed iudicium tantùm legi Rhodiæ, vel ſecundum leges Rhodîas, *h.l.* committit, vt ne abſolutum quidem committat, verum limitatum, atque infra leges & Conſtitutiones ſuas ſemper poſitum. Hoc ſenſu: ſua equidem iura ſuaſque conſuetudines maritimis prouinciis & Ciuitatibus Inſulisq; ſeruari oportere, quas ab antiquo haberẽt, deriuato more à Rhodiis., quorum Leges in ius commune tranſierunt, verùm intra hunc modum, niſi ſi quâ parte conſtitutiones Imperatoriæ Legibus Rhodiis contrariæ reperiantur: ſiue quia his nominatim derogatum fuerit, ſiue quia contrarium ius aliquod generali aliqua Conſtitutione vel Edicto comprehenſum ſit: cuius æquitas irrationabilem morem & conſuetudinem, quamlibet antiquam quamlibet lege Rhodiâ ſubnixam, peſſumdaret. Erãt ſcil. ſub Imperatoribus, prouinciis, regionibus, & Ciuitatibus & Inſulis, αὐτονομία quædam, ſeu iura nonnulla, προνόμια, priuilegia, relicta fuiſſent, ac maximè liberis ciuitatibus & fœderatis, quæ legibus ſuis vtebantur, vt docet quoque Plinius *lib.*10. *ep.*93.94. (quo certè liberorum numero hoc æuo Rhodios fuiſſe iam ſuprà oſtenſum eſt) à iure communi aliquà tantùm exorbitantibus, attamen irrationabilia penitus his paulatim detracta, ne alioquin conſuetudo rationem vinceret aut legem. Sic ſanè & in Papiniani *l.*1. *de vſuris*, cùm dixiſſet is, *ſpectandum morem regionis in vſuris*, mox ſubiici-

tur,*ita tamen vt legi non offendat.* Sed & Docimus,*in calce legum Nauticarum*,hanc limitationem ita expreſſit:*Cùm inſecutis temporibus quidam legibus Rhodiis* πρὸς κακουργίαν *vterentur*, *& ipſa rerum mutatio nouas leges ex neceßitate poſtularet, quæ ea ſupplerent quæ veteribus legibus deeſſent, eáſque ad decentiorem ſtatum & honeſtiorem* πρὸς τὸ κοσμιώτερον καὶ σεμνότερον *verterent, etiam huiusmodi leges ab Imperatoribus iuris & æqui amantibus, condita ſunt. Vbi itaque non extat lex noua veteri legi Rhodiorum contraria, ſecundùm leges Rhodias nauticæ controuerſiæ iudicantur, vbi verò aliæ leges his aduerſantur, Rhodiorum leges ceſſant,aliæque vim & robur obtinent.*¶ Et hæc quidem ita quoque de limitatione reſcripto Antonini addita, eiúſque ſenſu. Quare ſub finem nunc, explicato ſigillatim libello Eudæmonis & Antonini reſcripto,vtriuſque vim omnem mentémque adeò exprimamus: Dixerat ſcil. Eudæmon,prædam ſeſe paſſum, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσίων τῶν τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων: Neque ſatis prædæ genus expreſſerat: Contra contendebant δημόσιοι quod feciſſent id à ſe iure factum,νόμῳ θαλάσσης. Hic iam Antoninus, animo repetens,non agi de fiſco ſuo,cui aliàs modum illicò poſuiſſet, vti ſanè poſuit *l.1.C.de naufrag.* verum de ciuitatibus maritimis & Inſulis agi, quibus ſuæ quædam erant conſuetudines, ex veteri L.Rhodia, quæ in maritimis controuerſiis ex anteriorum Principum conſtitutionibus obtinere iuſſæ fuerant,denique de *Iure maris* agi, ideò rem hanc omnem ad Rectorem prouinciæ reiiciendam omninò putauit, iudicandam ex præſcripto Legis Rhodiæ: Quid enim? Potuit ſcilicet lege Rhodiâ Inſulanis aut maritimis Ciuitatibus id competiiſſe, iure quodam peculiari, vt in partem aliquam naufragij venirent, ſiue ob ſumptum in pharos ſeu faces ignéſque flagrantes (quos Græci πυρσοὺς vocabant) quibus videlicet nauigantibus in mari, præſertim procelloſo & naufrago, (cuiuſmodi erat Ægeum & Icarium) vada prænunciabantur, & portuum introitus, atque adeò nauigantes in portum deducebantur: vti contra ſæpè falſo lumine oſtenſo priuati quidam maris accolæ nauigantes fallebant, de quo eſt *lex ne piſcatores π. de incend. ruin.* & locus Dionis,*in Euboica.* Potuit & ob aliam aliquam operam, quam

δημό-

Δημόσιοι inſularum illarum in colligendis vel etiam cuſtodiendis naufragiis impendebant, eo nomine, recepto adhuc more, ab his quid iure exigi. Potuit & portorium ſeu vectigal ſolemne ab aliis exigi, eo quòd inſulani illi mare à latrociniis purgarent: vt ſanè Rhodij quoque à minoribus quibuſdam inſulis vectigalia exegêre, eaſque ὑποφόρυς, ſeu tributarias, habuerunt, vt ex Dione & Ariſtide liquet, & Ammiano Marcellino, *lib.* 22. *p.* 257. Immò diſertè fœderatæ liberæque ciuitates quædam maritimæ, etſi ſub populi Romani Imperio conſtitutæ, ſua tamen portoria intra fines ſuos habuêre, expreſſaque fœderis lege ſibi recepêre. Teſtis eſt tabula fœderis initi cum Termenſibus maioribus Piſidis. *Quam legem portoriis terreſtribus maritimiſque Termenſes maiores Piſidæ capiundis intra ſuos fines dixerint, ea lex iis portoriis capiundis eſto.* Vt & altera cum Ambracienſibus. *Ambracienſes portoria quæ vellent terra marique caperent:* Addita vtrubique exceptione, *dum ne quid portorij ab iis capiatur qui publica populi Romani vectigalia redēpta habent:* vel, *dum eorum immunes Romani ac ſocij nominis Latini eſſent.* Vt proinde non hæc iam fortè præda, quod volebat Eudæmon, eſſet, ſeu διαρπαγῆς ſpecies, verùm aut portorium aliquod, aut ſumptus, vel operæ cuiuſdam remuneratio: adeóque νόμ☉· θαλάσσης. Quare hunc morem, ſeu legem maris Imperator Antoninus ſecundùm legē Rhodiam iudicari voluerit, & ſeruis publicis inſularū adiudicari, velut ipſa lege maris probabilem. Retrò, poterat hic mos modū egredi, & ſic prædæ potius accedere: Quare id æquiſſimo tēperamento Imperator Antoninus iudicari iam voluerit ſecundùm Imperatorum conſtitutiones. Vnde iam quoq; apparet, h. l. legē Rhodiā vt nō improbatā (quod nonnulli temerè cenſent) ita retrò nec in omnibus illico, ſeu ἀδιακρίτως approbatā, quæ huiuſce limitationis vis eſt.

Rurſum hinc apparet, quâ de re quæſitum fuerit in ſpecie huius legis: non, inquam, de fiſco, naufragia ſibi vindicante: non de publicanis, id ius ſibi aſſerentibus: non item de modo pœnæ naufragos deprædantium: Quo triplici nomine nil cauſæ erat, cur aut ad Antoninum iretur, vel ab eo ad legem Rhodiam res remitteretur: cùm tot iam aliis legibus, Senatuſconſultis, &

Digitized by Google

Reſcriptis, caſus illi definiti eſſent, quibus proinde iudicis officium abundè inſtruebatur: Verum actum in ſpecie huius legis de caſu quodam ſingulari, vtrum is videlicet ad διαρπαγῆς, ſeu prædæ ſpeciem accederet, necne. Ac proinde, vt finem faciam, in ſummam apparet, quis Antonini ſenſus fuerit, cùm iudicium de iure maris legi Rhodiæ, vel potius ſecundum eam reliquit: nempe, non vt Imperium Maris à ſe abdicaret, verùm vt iudicis officium inſtrueret: certo tamen adhuc modo adhibito; *niſi ſi quà conſtitutiones eius, vel aliorũ Impp. legi Rhodiæ* aduerſarentur, quas vtique potiores eſſe iubet. Quibus ita conſtitutis, vt ad *praxim* res hæc reducatur, apparet, erroneum omnino eſſe & alienum ad hanc legem Interpretum tractatum, *de conſuetudine aduerſus legem inolita*: nam imò eſt hæc huiuſce legis pars poſterior, de caſu contrario, puta de lege aduerſus veterem conſuetudinem lata, vel ſaltem ei contraria.

Contra iam rectè, ex eo quod hac lege cauetur, *ius maris ſecundùm legem Rhodiam iudicari oportere*, ad praxim obſeruetur, nihil ſummo cuiuſquam Imperio detrahi, nihil aliorum libertati officere, etſi fortè lex aliqua municipalis, vel etiam peregrina in vſum deriuetur, ſic vt pro regula ea iã habeatur: Id enim ſæpè fit, non ob vim Imperij, vt cum victis Leges dantur, verùm vltrò, ob eximiam videlicet eius æquitatem & εὐνομίαν, & quidem inter populos eidem Principi ſubditos, vt in ſp. *huius l.* Sic ſanè & in municipiis, in quibus cauſis ſcriptæ leges vel etiam conſuetudo deficerent, ius quo vrbs Roma vteretur, ſeruabatur *l. de quib. 32. ϖ. de legib.* etſi datum iſtud vrbis Romæ dignitati, vnde in omnia regimẽ, iuraque orta erant, & ſic ἀξιώματι tantę vrbis, cui & alia ſimulacra veteris Imperij, ſub Imperatoribus, relicta fuêre, quod alioquin Principi & in principẽ ipſa cõtulerat. Imò & hoc ipſum ſub hac adhuc limitatione, *vt non TAMen,* (i. *non tam tamen*) *ſpectandum eſſet quid Romæ factum eſſet, quàm quid fieri deberet.* Et multo minus igitur cuiuſquam extranei Imperio aut Libertati detrahit, vbi peregrinæ Leges, quæ ſumma ſeſe æquitate commendarunt inuehuntur, & in forum vſúmque deriuantur: ſiue nomine obliterato (quomodo Leges olim à Græcis ciuitatibus petitæ, vel etiam quæ vſquam egregia,

egregia erant, in XII. Tabulas relata fuere) ſiue retento adhuc nomine ſuo gentilitio: quoties videlicet peregrina νομοθεσία, pro Exemplari Iudicibus proponitur. Sic ſanè Romanis hodie legibus vtuntur liberrima omnium Regna populiq́ue, tanquam æqui boniq́ue fonte. Quo qui aliter vtuntur, næ illi perquam ſuaues ſunt, parumq́ue ſibi conſulunt: cùm verſo hodie Regnorum, populorumq́ue ſtatu in aliam quàm Romanum olim Imperium formam, Iuri Romano nonniſi abſurdè quiſquam ſeſe illiget. Et prudentiſſimè omnium *Galli*, qui eo loco Leges Romanas habēt, quo & quatenus fontem boni æquiq; quo ſimul & Dignitati ſuæ rectè conſulunt, & veram Iuris dicendi orbitam tenent. Quod quidem & hic ἐκ παρόδου additum volui, aduerſus in*Rationalia* quorundam hac de re iudicia, qui Gallos eâ re perquam iniquè pipulo differunt.

Ergo, vt eò redeam, nihilo magis iſta Legum Rhodiarum auctoritate, quam ei Antoninus aliiq́ue Impp. tribuunt, ſummo Imperatorum arbitrio ſeu Imperio detrahitur, quàm ſi diſciplinam hodie aut leges militares, vel nauales à Belgis aliiſve quis mutuaretur: & ſecundùm eas controuerſias militares vel nauticas domi iudicari iuberet.

Cap. XII.

Coaetaneorvm Scriptorum ſuffragia ſeu teſtimonia.

Imperatorem Maris dominum exertè dici à coætaneis ſcriptoribus. 1. Appiani *Alexandrini locus ſub Antonino Pio.* 2. Ariſtidis, *ſub Marco Antonino.* 3. Oppiani, *ſub Antonino Caracalla.*

POSTEAQVAM ex ipſiuſmet legis ἀξιώσεις viſceribus, Legumque Rhodiarum Auctoritate, & quidem κατὰ πόδα, tot atque inuictis argumentis effecimus, *Imperatorem non minus maris atque terræ Dominum fuiſſe*, vt tot fermè iam verborum, imò ſuſcepti penè laboris, pœniteat, velut in re adeò clara & perſpicua, atque in oculos incurrente, mantiſſæ tamen atque auctarij cuiuſdam vice, veterum ſcriptorum hac in re conſenſum addere iuuat. Non equidem, vt per ſingulas nunc ætates decurramus, quod nimium, neque huiuſce operæ, verum, quod & ad L. noſtram proximè accedit, & abundè futurum eſt, denunciato tantùm coæuis fermè ſcriptoribus teſtimonio, qui per ea ipſa Antoninorum Imperatorum tempora, quorum reſcripta *h. l.* memorantur, ſub quibus item L. Voluſius Mæcianus vixit, ſcripsère. Quod genus probationis ad rem maximè puto, vbi videlicet conſenſus auctorum συγχρόνων aduocatur, cùm de ſenſu l. alicuius ambigitur.

1. Prodeat igitur primùm *Appianus* Alexandrinus, qui ſub Antonino Pio ſcripſit circa A. D. 150. Is certè, vt eximiâ, ita prolixâ Præfatione Hiſtoriæ ſuæ, quam viginti quatuor libris complexus fuerat, præmiſsâ, Imperij Romani limites deſcribens, non tantùm paſſim ait, *mediterranei maris inſulis omnibus Romanos tùm imperaſſe, atq; in AEGEO etiã mari, MYRTOO, & in cætero mari (quod* noſtrum *vocat) CYCLADAS, & Sporadas tenuiſſe, item Cyprum, Cretam, RHODVM, Lesbum &c. Romanos occupaſſe, omniáque adeò iſta Romanis paruiſſe*, πάντα ταῦτα ἐστι Ῥωμαίοις ὑπήκοα: & rurſum, τὰ κράτιστα τῆς θαλάσσης ἔχοντας dicit, ſed & cùm de Legionum prætenturis, Romani Imperij limiti circumfuſis, agit, addit, κ. συλλάσ... σι τὴν ταύτην τὴν γῆν καὶ θάλασσαν ὥσπερ χωρίον, verùm tandem exertè ſcribit, θαλάσσης τε πάσης ἡγεμονεύουσι τῆς ἐντὸς ἥσπερ καὶ νήσων ἁπασῶν, &c id eſt. *Mediterranei totius maris Imperium & Inſularum omnium tenêre.*

2. *Ariſtides* item Athenienſis, de Marco Antonino Philoſopho, *oratione ad eum ipſum p.* 119. γῆ δὲ καὶ θάλαττα τὸν προστάτην στεφανοῦσιν, i. *terra verò & mare Præſidem* (ita vocat *Imperatorem*) *coronant.* Et idem rurſum de Roma eiúſque imperio ſub eodem

dem Marco Antonino, *tom.* 1. *p.* 354. ἀλλ' ἡ μὲν θάλαττα ὥσπερ ζώνη τις ἐν μέσῳ τῆς οἰκουμένης, ὁμοίως δὲ καὶ τῆς ὑμετέρας ἡγεμονίας τέτακται, ῥεῖ δὲ, &c. quem alioquin locum non vbique rectè vertit Interpres: tu verte, *ſed mare inſtar cinguli cuiuſdam per medium orbem terrarum pariter ſub imperio veſtro agit.* Videndus idem paſſim tota ea oratione & nominatim *p.* 382. 383. 360. 397.

3. *Oppianus* Cilix, ἁλιευτικῶν 3. initio ſtatim ad Antoninum Caracallam Imp.

> Σοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ σκήπτροισι θάλασσα
> Εἱλεῖται, δὲ φῦλα Ποσειδάωνος ἐναύλων.
> *Tuis enim ſub ſceptris Mare*
> *Voluitur, & greges Neptuni incolarum.*

CAP. XIII.

IVDICIVM de nonnullorum Interpretationib.

QVINQVE *aliorum, quamlibet maris Imperium Imperatori vindicantium, Jnterpretationes diſcuſſa.* 1. Alciati *ſententia, eiusque naui: vnde illi nati? ex eo potiſſimum, quòd* νόμον *initio reſcripti pro L. Rhodia accepit.* 2. Ignei *& ſequacium errores. Princeps an dicatur* lex *in* hl. 3. Amayæ *lapſus.* Κύριος, *an ſit nomen ſolutæ omnibus legum repagulis poteſtatis. Non quæſitũ* hl. *de iure fiſci.* 4. Doctiſſ. Petiti *emendatio & interpretatio expenditur. Circa facti ſpecies obſeruatio. Non quidquid libello comprehenditur, ei remedium quoque depoſcitur.* 5. Viri Clariſſimi Seldeni

dua interpretationes ſub manum reuocantur. Iudicium de rebus Nauticis Antonini Reſcripto ad Iudicem remitti: Quo fine.

SVPEREST nunc vltimo loco, vt hanc l. à nonnullis etiam virorum Clariſſimorum erroribus & næuis vindicemus, qui etſi eadem nobiſcum rectè ſentiant, definiantque adeò, hâc quoque l. Imperatori Maris dominium ſeu Imperium adſeri, iidem tamen in eâ interpretandâ non vno genere impingunt: Quos rectam in viam reducere inſtitui, non obtrectandi cuiquam animo ſtudioque, verùm vt hæc l. ſuo & genuino ſemel ſenſui vndiquaque quantum in me reddatur, habeantque viri deinceps veri amantes, in quo pedem figant, οὐδ' ἐν περιτρεπόμενοι.

Ab *Alciato* initium ducemus, à quo & melior Iuriſprudentia proficere cœpit. Is igitur, *lib. 2. Diſpunctionum cap.* 5. cùm perridiculam eorum ſententiam eſſe pronunciaret, qui huiuſce l. auctoritate maris Imperium ad Imperatores non pertinuiſſe cenſent, Antonini tamen reſcripto hunc ſenſum affingit: *Ego mundi*, inquit, *dominus ſum, quia orbem terrarum ex lege mea rego, lex autem* (Rhodia ſcil.) *maris eſt domina, quoniam ex ea ius in Mari redditur.* Quæ & ipſa ſententia Cuiacij fuit, *notis ad Pauli ſententias.* In qua tamen quot ſunt verba, tot quoque ſunt næui. Nam & κόσμον θαλάσσῃ perperam hîc opponit. 2. Et *Dominij* ſpeciem adhuc aliquam mari tribuit, quale nullum hac l. tribuitur, ſed iudicium tantùm ſecundùm eam fieri iubetur: κρινέσθω, inquit, τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων, & oppoſitè quidem ad vocem κυρίου. 3. & *Domini* vocem ad νομοθετικὴν reſtringit, cùm κύριος ſit, qui pleniſſimum rei Dominium & arbitrium habet 4. Sed & νόμον (ibi, νόμος θαλάσσης) quæ ei præcipua errandi cauſa fuit, perperam interpretatur de l. Rhodiâ, cùm ibi, νόμος θαλάσσης coniunctim ſit, ius quodcunque prætenſum in mari, & ſæpe controuerſum. 5. Adde quod & idem interpunctionis vitium cum aliis admittit. 6. neque iam habent ſequentia cum quibus cohæreant. 7. & relatiuum *qua* in inter-

in interpretatione ibi, τῷ νόμῳ, *quâ lege* infarcit. Præ quo omni quid perſpicuum aut fluidum magis, quam ſi continuo ita ſpiritu Reſcriptum legatur, & interpungatur: ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης τῷ νόμῳ τῶν Ῥοδίων ναυτικῷ κρινέσθω, id eſt. *Sum ego quidem orbis* (& ſic maris quoque) *dominus, ſed tamen Ius Maris* (i. ius quod in mari prætenditur, vel obtinere dicitur) *ex lege Rhodia nautica definiatur.*

Secunda ſententia eſt eorum, in quibus Igneus, *repetit ad l. neceſſarios* 5. §. *non alias* 2. *num.* 700. 701. &c. π. *ad S C. Sylanianum* (cuius hac de re ſcripta fateor me non ſine ingenti riſu legiſſe) Forcatulus item, *in Cupidine Iuriſperito. cap.* 9. & Mendoza *lib.* 1. *de pactis cap.* 5. *quæſt.* 2. π. 25. qui hæc verba, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης (quæ tamen Igneus Græca nunquam legere potuit, multo minus intelligere) ita accipiunt, quaſi dixerit Antoninus. *ſe quidem mundi Dominum eſſe, lege autem etiam eſſe ſe maris.* Verùm & hic ſenſus perquam abſurdus eſt, qui non tantùm eodem vitio quò ſuperior laboratitum falſæ interpunctionis, tum & interpretationis, ac nominatim cùm ita κόσμον θαλάσσῃ opponit, neque habent ſequentia cum quibus cohæreant, verum & eo inſuper, quod dicat Imperatorem ſeſe & Dominum mundi dicere, mox & legem quoque Maris: legem inquam maris, quia legem mari dicere poſſit. Quaſi verò non & dominij pars ſit νομοθετική, & qui *dominum* ſe iam dixerat, non & legem à ſe dici poſſe iam dixiſſet? Deinde ſi id ita eſſet, ſaltem dixiſſe Imperatorem oportuiſſet, non legem ſe eſſe, ſed *legem ponere poſſe*, vel *dicere?* Et quis tandem nouus hic eloquentiæ flos, vt Imperator in nudo aliquo breuique Reſcripto, figurato adeò ſermone, poſteaquam ſeſe dominum mundi dixit, ſeſe ipſum quoque legem eſſe dicat? Facile equidem admitto, quod & antea diximus, Imperatorem, pariter vt Magiſtratum quemcumque, νόμον ἔμψυχον dici, ſed inſolens planè eſt, nulloque ſatis exemplo aut ratione nixum, vt ipſemet Imperator ſeſe legem vocet: Quod etſi fieri poſſe diceretur, non hic tamen adhuc admitti poſſet: alioquin enim Imperatorem nonniſi Maris legem, at non & terræ dicendum foret.

Tertia ſententia eſt Amayæ Hiſpani Iuriſconſulti, 1. *Obſer-*

Digitized by Google

uationum. 1. *n*. 76. qui ita hanc l. interpretatur. *Quamuis ego ſim Mundi dominus & Imperator, atque ita legibus ſolutus, neque tenear ex præcepto aliquo ſubditis reſpondere, adhuc tamen lex ſit domina & Regina maris, id eſt rebus quæ in mari acciderunt imperet, cùm pertineat ad res nauticas, neque fiſcus præferatur cum ſubditorum damno, ſed fiſci & priuati æqua lance debet tractari iuſtitia & ideo reſpondere tenebitur fiſcus.* Nempe, moderationis Principis hæc verba eſſe vult, ne fiſcus cum ſubditorum damno locupletetur. Verùm, vt omittam & inuolucra orationis, & communes cum aliis errores, quaſi νόμος (ibi νόμος θαλάσσης;) ſit lex: rurſum, quaſi *lex domina maris* dicatur: Item quaſi ςιγμὴ ponenda ſit, poſt vocem θαλάσσης, vnde iam hæc, *ea res*, in ſequẽtibus infarcit. De ipſa ſententia videamus. Quibus quæſo fidiculis efficiet vnquam, vel ex quibus tandem huius l. verbis exprimet, differentiam inter ſolutam Imperatoris poteſtatem & moderationem eius h. l. contineri? Quod ſi ita eſſet, dicere etiam oportuiſſet Imperatorem, νόμος ἢ τῆς θαλάσσης κύριος ἔστω, vt infrà dicitur κρινέσθω. Deinde, ſi hæc ſententia admittitur, dicendum fuerit, Imperatorem æquanimitatem ſuam in Mari tantùm hîc oſtentare, & per conſequens abſolutam poteſtatem in terra ſibi ſemper vindicare, quod abſurdum. Quinto falſum eſt, κυρίου appellatione hic denotari abſolutã poteſtatem, quam deſcribit æquanimitati oppoſitã: Iam enim diu eſt, cùm κυρίου ſeu *Domini* appellatio, olim quidem odioſa & ab Imperatoribus nonnullis ſpreta, his hoc tempore tribui cœpit, non quaſi index παμβασιλείας, ſolutæque poteſtatis omnibus legum repagulis, verùm ceu titulus iuſtæ dominationis & Imperij. Sextò, toti Iuriſprudentiæ aduerſatur hæc ſententia, quæ nullam talem abſolutam Principis poteſtatem, imò tempeſtatem, agnoſcit, qualem ipſe vult, quod *Vlpianus noſter* oſtẽdit. Tandem, quod antea quoque euicimus, nõ quærebatur in ſp. h. l. de Principe, vel eius fiſco, verùm de Cycladum incolis, eorumque ſeruis, qui compendium ex naufragio quærebãt, de quibus ideò Eudæmon querebatur.

Quarta ſententia eſt Viri Doctiſſimi Samuelis Petiti, qui *Miſcellan.* 3. *cap.* 11. quamlibet & ipſe eiuſdem nobiſcum ſuper Dominio maris ad Imper. pertinente, ſententiæ, nouam

nouam tamen emendationem in hac l. tentat, & vt illi locus eſſe poſſit, geminam querelam libello Eudæmonis contineri putat, ac proinde & duplex ad eas Imp. Antonini reſcriptum præſupponit: ſcilicet, pro illis, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, reponendum cenſet, ὁ δὲ ἄνεμος τῆς θαλάσσης, hoc ſenſu. *Querebatur Eudæmon ſe naufragium feciſſe, & praterea merces ſuas in naufragio fuiſſe direptas: Ad prius reſpondere Antoninum, ſe quidem orbis dominum eſſe, ſed tamen vento imperium eſſe in mare, neque à ſe legem vento dici poſſe, ideoque ne faceret naufragium Eudæmon à ſe præſtari non potuiſſe.* Quod ad alterum vero attinet, iubere Antoninum, *vt ex lege Rhodia iudicio experiatur.* Inuitus cum viro doctiſſimo, cui ego factum diſcupio, congredior, ſed quando huc ſemel proiapſus ſum, ad inſtitutum pertinet, genuinam huius l. vt ſententiam ita & lectionem vndiquaque tueri.

Igitur obſeruo primùm, id ita illi excidiſſe, tum ob vitium interpunctionis, de quo toties: tum ob minus perſpectam horum verborum, νόμος τῆς θαλάσσης, ſignificationem: ex quo gemino fermè fonte aliæ quoque ſententiæ erroneæ enatæ ſunt. Quod rem ipſam attinet, tenendum eſt, Eudæmonem non de naufragio quaſi ei remedium quæreret conqueſtum, ſed de præda tantùm ſeruorum publicorum. Nam etſi duos caſus ſuos in hac facti ſpecie memoret Eudæmon, puta naufragium & deprædationem, (vt & ſuperioribus capitibus eos alio fine diſtinxi) attamen aduerſus deprædationem tantum remedium ab Imp. is poſtulat: ideò videlicet tantùm naufragij mentione factâ, tanquam eius quod præceſſerat, quodque poſteriori cauſam præbuerat, ideo etiam id ita implicitè & inuolutè proponit, ναυφράγιον ποιήσαντες διηρπάγημεν. Non omnia ſcilicet, quæ in facti ſpeciem vel etiam querelam conferuntur, ſeu narrantur, eò pertinent, quaſi ad ea ſingula Imperatoris reſponſum vel remedium expetatur vel exſpectetur, ſed eò ſæpè tantùm, vt caſus plenè figuretur, cùm omnibus circumſtantiis ſuis, antecedentibus & conſequentibus, id genus aliis. Et quidem neceſſario ſæpè, vt in huius l. ſpecie, vbi non ſatis erat Eudæmoni ad atrocitatem facti, ſeu prædæ denotandam, memoraſſe ſeſe direptum, verùm inſuper *naufragij* factam mentionem

Digitized by Google

oportuit, eò quòd atrocior ſit præda, quæ de naufragio fit, improbius furtum & latrocinium, de quo ſuprà. Tandem ſi hæc ſententia admittitur, quid quæſo frigidius eſſe poſſit reſponſo Antonini? haud aliter, atque ſi *mortuum ſpoliatum* quis apud Principem queſtus eſſet, is verò reſponderet, *non potuiſſe ſe efficere quin is moreretur.*

Claudant agmen V. C L. Ioannis Seldeni duæ, ſiue interpunctiones ſiue interpretationes: quarum prior hæc eſt, *Ego quidem Mundi dominus, ſed verò huiuſmodi*, ſeu *illa lex* ſeu *mos eſt maris. Lege Rhodia decernatur nautica quatenus eidem noſtrarum legum nulla aduerſatur.* Hoc ſenſu, regulariter morem ſeu legem maris obtinere, quâ naufragorum bona ad publicanos pertineant: vt ita ὁ νόμος τῆς θαλάσσης referatur ad rem à publicanis geſtam: quæ res geſta cum breuiter & ſuccinctè narrata fuiſſet in libello Eudæmonis nullis additis circumſtantiis, eam voluerit rectè Antoninus decerni, temperamentis ſeruatis, ex quibus vel publicani bona naufragorum reſtituere cogerentur, & retrò naufragi adquieſcere neceſſe haberent, ſed quatenus interea leges Romanæ non aduerſantur. Verùm, vt omittam communes cum aliis errores, veluti interpūctionis & quod δημοσίους *publicanos* interpretatur, coacta ſeu βίαια ſunt hæc nimis omnia, neque verbis ſatis reſpondent. Nempe vult is verba iſta, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης eſſe Imperatoris fatentis morem ſeu legem hanc eſſe, vt naufragorum bona ad publicanos pertineant: Quod planè alienum eſt: nam neque id verba vllo modo ſonant, & quænam hæc oppoſitio fuerit, ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος τῆς θαλάσσης, *ego quidem Mundi dominus ſum, ſed eſt hic mos* ſeu *lex maris?* Certè huius oppoſitionis vim non capio: an enim mos dominio Imperatoris Mundi quidquam adimit? Deinde, an νόμον ſtatim & abruptè vocaſſet Antoninus, cauſa non cognita, quam διαρπαγὴν Eudæmon disertè indigitauerat? Præſupponebat equidem Antoninus, poſſe fieri, vt quam Eudæmon διαρπαγὴν crederet, ea νόμος θαλάσσης eſſet; ſed antequam rei veritatem reſciuiſſet, vti eius ſollicitudinem à ſe abdicat, dum ad l. Rhodiam rem remittit, nihil vtique definire vtramuis in partem

potuit

potuit, imò neque voluit Antoninus, ſed imò ad Iudicem negotium indeciſum remiſit: addito adhuc temperamento quod Iudex ſequeretur. Iam *ſi ſequentia* ſpectamus, quæ à ſuperioribus vir ille CL. diuellit, τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων κρινέσθω, ἐν οἷς μήτις τῶν ἡμετέρων νόμος ἐναντιοῦ) (. Quæ & ſic vertit, *Lege Rhodia decernatur Nautica quatenus eidem noſtrarum legum nulla aduerſatur.*) Hîc quæro vbi compareat iſtud *quatenus*, ait enim Antoninus, ἐν οἷς, &c. hâc apertâ interpretatione, *in quibus*, *&c.* ſimili formulâ, qua Iuriſconſulti de conſuetudine agentes, *in his quæ non ex ſcripto deſcendunt*, vel *de quibus cauſis ſcriptis legibus non vtimur.* Nempe Antoninus caſuum diuerſitatem his verbis indicare voluit: hoc ſenſu, ius Maris ſecundùm leges Rhodias diiudicari oportere, non tamen iis caſibus quibus leges Imperatorum iis contrariæ eſſent. Et ſic non prædæ modum, quod vult Seldeni ſententia, ex L. Rhodia definiri vult his verbis Antoninus, ἐν οἷς, ſed immò caſus non definiri ex eâ, vbi leges Imperatorum contrariantur. Item quæro, quod ſubiectum iam voci iſti κρινέσθω ſubiicietur, quod vtique nullum erit, ſi hic verſus à priori diuellitur, quo apertè ſubiectum continetur, νόμος θαλάσσης? Nempe enim, vt ſummatim huius ſententiæ contextum ediſſerã, 1. de *Iudicio* hîc agitur, κρινέσθω ait lex. 2. Cuius verò rei, ſeu qua de re? *ſuper* νόμῳ θαλάσσης, i. *ſuper iure quod obtinere dicitur in mari.* 3. Quæ iudicij forma ſiue regula? Τῷ νόμῳ τῶν Ροδίων ναυτικῷ, *ſecundùm legem Rhodiam* ſeu *ex præſcripto eius.* 4. Quæ determinatio? ἐν οἷς μήτις, &c. *niſi ſi qua Lex Imperatoria aduerſatur.* Quid perſpicuum magis?

Altera iam Seldeni interpunctio, veritati propior, eadem quidem cum hac noſtra eſt, verùm interpretatio iam diuerſa: nam & νόμον τῆς θαλάσσης itidem de facto ſeu more publicanorum interpretatur, ita, *ſed verò lex* ſeu *mos ille maris*: Cùm tamen neque de publicanis *hl.* agatur: neque νόμος τῆς θαλάσσης hic factum denotet, ſeu morem, ſed *Ius* quod obtinere dicitur in mari vel prætenditur, vt ſuprà oſtenſum eſt.

FINIS.

Digitized by Google

LECTOR. B.

Si quid editioni alicui vitium obiicere poteſt, id omne quaſi manu factâ ad hanc acceſſit: publicæ occupationes, priuata damna, ſtupor amanuenſis, operarum contumacia. Quorum vel vnum ſatis foret, ad mendarum deprecationem. E quibus nonnullas caſtigari ſic velim.

P. 11. l. 14. *Sententiæ*, non *ſententia*. p. 13. l. 6. μεῖζον, non μείζων, & l. 6. ante f. χρηστῆς non χρήστης. p. 17. l. 8. 50. non 51. p. 23. l. 1. *Nicenſes*, non *Nicaenſes*. p. 25. & deinceps *Paraphraſis* non *Periphraſis*: & l. 3 ibid. 22 & p. 23. στιγμὴ non στιγμὲ. p. 31. l. 12. *quin*, non *quia*. l. 14 εἶναι non εἶναι. p 31. in f. dele *ſeu* con. p. 33. l. 21. ἀρχιτεκτονικὸς, non ἀρχιτεκτονικὸς: & l. 6. & 5. ante f. *peculiare* non *peliare*. p. 37. l. 19. *cum*, non *eum* p. 41. l. 18. & p. 48. ἰδιώτικοις non ἰδιώτικοις p. 42. l. 15. *Coorum*, non *Coiorum*. p. 45. l. 7. *Rhodiis* non *Rhodiis*. p. 46. l. 2. poſt illa *lib* 4. adde *non ſubdita*.

Digitized by Google

Q. SEPT. FLORENTIS

TERTVLLIANI

AD NATIONES

LIBRI DVO:

HACTENVS INEDITI:

Nunc primùm, poſt M. CCCC. annos,

AD EXEMPLAR AGOBARDI
Lugdunenſis Epiſcopi, publicati,

NOTIS etiam additis,

à IACOBO GOTHOFREDO IC.

GENEVAE,
Apud Petrum & Iacobum Chouët.

M. DC. XXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

QVOD aliis fermè veterum ſcriptorum monumentis, cùm ex abdito primùm in lucem efferuntur, euenire ſolet, vt Præfationis alicuius apparatum deſiderent, vt ita tùm Operi ipſi fides, tùm editori operæ ſuæ ratio conſtare poſſit: Id ipſum & hi Tertulliani *ad Nationes* libelli efflagitare mihi videntur. Neque enim ambigo, ad noui operis ſiue famam ſiue conſpectum, ſuſpicionis aliquid ilicò nonnemini ſuboriturum, quaſi non tam nouum quàm nothum & ὑποβολιμαῖον aliquid, poſt tot nunc demùm ſæcula, poſt tot etiam Tertulliani editiones, affictum eatur: Vel eo maximè, quòd neque hodie deſint, quibus ſuppoſititia ſubiicere ludus eſt. Quod cùm maiore periculo in Eccleſiaſticis ſcriptoribus (quos *Patres* indigetamus) admittitur, eò acriore hanc in partem, velut in magnâ falſi ſuſpicione, *argumentis, teſtibus, ſcriptorum collatione, aliiſque veſtigiis veritatis indagine opus eſt.* Quare & nobis inter hæc initia viſum faciendum, vt libellis hiſce fidem & veritatem adſtrueremus, de nonnullis aliis eòdem pertinentibus deinceps viſuri.

I. GENVINVM igitur hunc Q. Sept. Florentis Tertulliani fœtum, atque τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον iſtud eſſe, ſi vel alia argumenta abſiſterent, adſtruit vel vnicus ille *Codex Manuſcriptus*, vnde hi libelli à me deſcripti ſunt. Nam præterquam quod character ipſe apud harum rerum intelligentes de ſummâ antiquitate fidem facit, duo inſuper ad rei veritatem argumenta ſuppeditat. Prius argumentum præbet ipſa Codicis inſcriptio: quæ ſic habet. LIBER OBLATVS AD

**

ALTARE SCI STEPHANI EX VOTO AGOBARDI EPI. Ceterùm palàm eſt, Agobardum hunc Epiſcopum, non alium fingi poſſe, quàm Agobardum illum, Lugdunenſem Epiſcopum, Caroli M., Ludouici Pij, & filiorum eius æqualem ſiue coætaneum, quíque ante hos plus minùs octingentos annos vixit. Et ſanè (quod & ipſum ſciri intereſt) Codex hic hanc in vrbem Lugduno iampridem perlatus, è Bibliothecâ Tornæſiana in manus meas annò peruenit: verùm aſpergine longóque ſitu extremis paginarum oris deguſtatus ſeu arroſus.

Alterum ad fidem veritatis argumentum præbet Indiculus librorum Tertulliani, quem auerſâ primâ paginâ Manuſcriptus ille exhibet. HIC SVNT TERTVLLIANI LIB. XXIV. AD NATIONES LIBER I. IT. AD NATIONES LIBER II. &c. Ita quidem Indiculus ille: atenim perierunt ex eo optimo Codice integri octo libri, præter bonam partem libri *de Carne Chriſti*, qui & ideò vltimum ibi hodie locum occupat: periit, inquam, liber *de ſpe fidelium, de Paradiſo, de Virginibus velandis, de Carne & anima, de Patientia, de Pœnitentiâ, de Animæ ſummiſſione, de ſuperſtitione ſæculi.* Quos periiſſe omnes eo dolendum magis, quòd in his quoque nonnulli ſint, qui etiamnum è Tertulliani libris deſideratur: puta liber *de ſpe fidelium*, cuius alioquin non Hieronymus tantum, verùm & ipſe Tertullianus meminit. Deſideratur & liber *de Paradiſo*, cuius pariter & ipſe indicium alicubi facit. Poſtremò deſideratur & liber *de Animæ ſummiſſione*, item *de ſuperſtitione ſæculi*, quorum nulla, quod ſciam, alibi mentio. Ex quo præiudicatum eſſe poteſt, multos etiamnum Tertulliani libros deſiderari: mirum vt iam videri minùs debeat, & hos ad Nationes libellos, hanc ad diem ἀνεκδότους, à me nunc demùm publicari: Ac maximè, cùm Hieronymus ſua iam tempeſtate (id eſt quinti à Chriſto ſæculi ingreſſu) multa Tertulliani opuſcula non extare ſcripſerit: Sed & *Epiſtolâ ad Fabiolam*, librum *de veſtibus Aaron*, qui & ipſe in Indice Tertulliani ferebatur, vſque tum à ſe non repertum in vrbe Roma propter eius vrbis celebritatem conquiri à Fabiola depopoſcerit. Proinde, eo manuſcripto Tertulliani Codice,

præter

præter eos quos nunc damus ad Nationes libros, quíque ibi primum locum occupant, ſuperſunt (cum editis deinceps conferendi) liber *de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos, Scorpiacum, de Teſtimonio animæ, de Coronâ militis, de ſpectaculis, de Idololatriâ, de Cenſu animæ, de Oratione, de Cultu fœminarum libri duo, Ad vxorem libri duo, Exhortatio ad caſtitatem, & vt iam dixi, pars quædam libri de Carne Chriſti.* Atque hæc de Manuſcripto.

Atenim ex *illis ipſis ad Nationes libellis* probatio ad rei veritatem longè maior: ſiue rem & ſubiectam materiam ſpectes, ſiue Orationis & Dictionis ipſius habitum. Nempe & ipſum ſcriptionis argumentum, *Materies* ipſa, fœtum hunc non alij temerè ſiue ſæculo ſiue ſcriptori adſignare valet. Comparentur primùm ætatis iſtius Oratores Chriſtiani quique, Iuſtinus, Tatianus, Athenagoras, Minucius Felix, & qui non? ſed cùm maxime committatur eiuſdem Tertulliani Apologeticus: ſpectetur & ipſa horum temporum facies: eadem vbique Nationum in Chriſtianos præiudicia, eadem crimina comperies: eadem proinde Gentium iniquitas, eadem odij ratio, aduerſus quæ libellis hiſce conſiſtitur: vt proinde non poſſint non illi ad hoc ſœculum ſpectare.

Memorabiles quoque res geſtæ, quæ de proximo libellulis hiſce memorantur, eandem fidem abundè conſignant. Nempe recens Fuſciani Præfectura vrbis *lib.* 1 *c.*16. memoratur, quæ vtique Commodi Imperatoris temporibus (mox vt oſtendam) conuenit. Item Pertinacis cędes, mox & profligatum à Seuero Imp. ciuile bellum Peſcennij Nigri in Syriâ, vt & Clodij Albini in Galliâ prope Lugdunum indicatur *lib.* 1. *c.* 17. Eodèm pertinent & illa Principum Romanorum de rebellibus tum Nationibus cognomina, *eodem cap.* 17. Eodèm ſpectat & æræ Chriſtianæ (i. annorum à Chriſto nato) ad hæc tempora, παχυμερέστερον ſeu laxius licet, quod Tertulliani tamen æuo ſatis ſit, ſupputatio *lib.* 1. *c.* 7. & 9.

Quid dicam, ritus Chriſtiani, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ, quæ huic omninò ſæculo conueniunt, ſtricturas? Non id oſtendunt, quæ de lapſis *extremo cap.* 5. *lib.* 1. ſcribuntur? Quæ

de Cruce à Chriſtianis, vt ſine effigie ſeu ſimulacro hominis expreſſa, ita & ſine cultu vllo, aut ad eam adoratione, vſurpata deſignantur *lib.1.c.12.13.*? Quæ de abſtinentia Chriſtianorum à lauacro diebus conuentuum *lib.1.c.13*?

His addantur & quæ de prauis Nationum moribus in communi huius ſæculi conuerſatione perſtringuntur: cuiuſmodi ſunt, Conſecrationis Principum Romanorum ritus *lib.1.c.10: & lib.2.c.7 & 10*: ac nominatim Proculianum eâ in re periurium *d. lib.1.c.10: & lib.2 c.7.* vt & quæ de periurio per Principem faciliùs tùm quàm per Deum punito dicũtur *lib.1.c.10*: quæ de promiſcuo tùm exponendorum liberorum more *lib. 1. c. 15: & lib.2.c.12*: quæ de metu legis Scantiniæ tùm exolito *lib. 1. c. 15. extremo, & cap. 16*: quæ de ſolemnibus tùm Circi in Principes maledictis: *lib. 1.c.17.* Quæ ſingula vt Tertulliani ſæculo conuenire huius æui ſcriptores oſtendunt, ita & *Notæ noſtræ* pleniùs edocent.

Iam, non & his libellis Tertullianum agnoſcere licet, qualem Euſebius Conſtantini M. æqualis deſcribit, τὼ Ῥωμαίων, inquam, νόμους ἠκριβωκότα ἄνδρα? Non dicam iam verba, vel ſententias, haud aliter atque in aliis Tertulliani ſcriptis, & hic è medio paſſim iure petitas, iuſti inſuper tractatus Iuridici nobis hîc occurrunt. Ecquis enim de formâ criminalium iudiciorum: quis de Confeſſionis reorum naturâ, & requiſitis: quis de Quæſtionis ſeu Tormentorum ratione: quis de Iudicis officio in cauſis criminalibus, huius æui Iuriſconſultus aut aliter aut melius, quàm hiſce libellis fit, ſcripſit? num Papinianus, Tryphoninus? num Calliſtratus, Vlpianus, aliique Tertulliani æquales?

Dictionis etiam ipſius (quod certiſſimum & compertiſſimum hâc in re κοινὸν eſt) gemina hic quæ in ceteris Tertulliani ſcriptis facies, geminus character: quem vtique Tertulliani ſtilum, vt Nepotiano olim dignoſcere contigit (quod Hieronymus prodit) ita & hodie in Tertulliani ſcriptis vel minimùm verſato ab aliis diſtinguere procliue eſt. Videas enim & hîc in omni genere literarum petitum, ſed in eloquendo parùm facilem, & minùs comptum, & multum obſcurum, quod *Lactantij* ſub Conſtantino M. de Tertulliano

Digitized by Google

tulliano iudicium fuit. Videas crebram in ſententiis, difficilem in loquendo, qui *Hieronymi* de eodem ſenſus eſt. Videas, orationē tantâ rationum ſiue neceſſitate ſiue denſitate conſertam, vt ad ſui conſenſum quos ſuadere non potuit, impellat: cuius quot penè verba, tot ſententiæ ſunt: quot ſenſus, tot victoriæ: quod *Vincentij Lerinenſis*, paulò poſt concilium Epheſinum elegantiſſimi ſcriptoris, præiudicium extat.

Mitto ſingulas, vt dictionis, ita & ſententiarum figuras, operoſè recenſere, quæ Tertulliani genium ingerunt & redolent: Florentem ſanè Florentis noſtri luxuriantémque ſtilum vel iſta arguunt. Libro 1. cap. 5. *Neceſſe eſt in corpore & quantum velis integro aut puro, vt neuus aliqui effruticet, aut verruca exſurgat, aut lentigo ſordiſcat: Cælum ipſum nulla ſerenitas tam colata purgat, vt nō alicuius nubiculæ flocculo reſignetur.* Item lib. 1. cap. 12. *Exempli gratia dictum erit: nempe de oliuæ nucleo, & nuce Perſici, & grano piperis ſub terra temperato, arbor exſurgit in ramos, in comam, in ſpeciem ſui generis: eam ſi transferas, vel de brachiis eius in aliam ſubolē vtaris, cui deputabitur quod de traduce prouenit? non illi grano aut nuci aut nucleo? Nā cùm tertius gradus ſecundo adſcribitur, æquè primo ſecundus, ſic tertius redigitur ad primum tranſmiſſus per ſecundum* &c. Quis oro, niſi Tertullianus iſta ſcriberet? Denique Tertullianum omninò vel à limine neſciat neceſſe eſt, qui non Tertullianum hic agnoſcat.

His accedat, & quod ſententię libellis hiſce comprehenſę, *aliis* quoq; *Tertulliani libris* totidē penè verbis repetitę occurrunt. Quale illud lib 1. c. 12. *Omne omninò genus cenſum ad originem refert*: quod vtique cap. 20. de præſcr. adu. hæreticos, ita relatum: *Omne genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt.* Conferat & qui volet caput 4. & 5 ad Martyres cum cap. 18 libri 1. ad Nationes, & re ipſâ pariare prorsùs comperiet.

De Apologetico quid dicam? Bonam, imò meliorem partem ex his ad Nationes libris conflatus eſt: eóque integra penè capita, ſententiæ, periodi hinc transfuſa. Quinimò hiſce libris omiſſa, atque in alium locum dilata, in Apologetico prolixè & accuratè tractata videas: Verſa vice, quæ his libris pleniùs digeſta, ibi paucis ſæpè perſtringi, ne eadem vbique retractarentur.

Digitized by Google

Hactenùs de domo, ſic vt dicam, atque ex ipſius Tertulliani ſinu, hoc in argumẽto certiſſima, ad horum libellorum fidem probatio. Sed neque exertis aut extraneis teſtimoniis hi libri deſtituuntur. Meminit primùm horum librorum diſertis verbis Hieronymus *epiſtolâ ad Magnum*, etiam cum iudicij ſui prærogatiua. *Quid* inquit, *Tertulliano eruditius? quid acutius? Apologeticus eius, & CONTRA GENTES LIBRI cunctam ſeculi obtinent diſciplinam.* Nempe hi *contra Gentes libri*, non alij ſunt, quam iſti *ad Nationes* libri: nam vt *Nationes* & *Gentes* promiſcuè dicuntur, ita quoque & Arnobij *aduerſus Gentes* libri alibi promiſcuè *aduerſus Nationes* inſcribuntur. Neque eſt, quod quiſquam putet, Hieronymum de aliis Tertulliani libris ſenſiſſe, puta *de libro de ſpectaculis, de Coronâ militis, de Idololatriâ:* Nam vt maximè tres hi libelli argumento gentilitio ſint, attamen non contra gentes directi ſunt, verùm ad Chriſtianos ſcripti, quos Tertullianus ab omni commercio ritus gentilitij abhorrentes voluit. Quæ cùm ita ſint, mirum, ex iis omnibus quotquot Tertulliani editiones cum ſua quique laude hactenùs adcurarunt, quique inſuper eorum qui deſiderantur Tertulliani librorum reliquias anxiè collegerunt, neminem vnum adhuc locum iſtum Hieronymi obſeruaſſe, vt librorum *contra Gentes* vel minimum indicium Lectori faceret.

Auguſtinus quoque, etſi libros hos nominatim non laudet, idem tamen (quod ad fidem reique veritatem longe omnium efficax eſt) è Tertulliano ſententiam quandam *libro ſeptimo de Ciuitate Dei cap.* I. vſurpat, quæ ſanè hoc libro neque alibi occurrit. *Qua in re*, inquit, *non dico, quod facetiùs ait Tertullianus fortaſſe quàm verius, ſi Dij ſeliguntur vt bulbi, vtique cæteri improbi iudicantur.* Continetur ſcil. hæc ſententia libro 2. ad Nationes cap. 9: hoc leuiculo tantum diſcrimine, quod Manuſcriptus noſter exhibeat, *vt vultis*: Auguſtinus ex ſuo exhibeat, *vt bulbi.*

Quid ampliùs? Immò Auguſtini libros de Ciuitate Dei legenti notare licet, eum, cùm libros illos ſcriberet (ſaltem Quartum, Sextum & Septimum) Tertullianum illi pro imitamento fuiſſe, atque hoſce libellos ad manum cum habuiſſe.

Digitized by Google

buiſſe. Idem enim illi videas inſtitutum, quod Tertulliano hiſce libellis eſt: refutandi, inquam, Varronis diuinarum libros: atque adeò explodendæ Theologiæ Deorumque diuiſionis, in Phyſicam, Mythicam & Gentilem: tùm etiam propriæ Romanorum Theologiæ, in Deos Certos, Incertos & Electos: tandem & elidendæ præſumptionis illius, qua Romani imperium ſibi religionibus ſuis quæſitum iactabant.

II. FIDE horum ad Nationes librorum iam comprobata, iiſq; adeò Tertulliano vindicatis, proxima eſt στοιχείωσις, (& ipſa ad fidem, ſi quid aliud, opportuna) id eſt, vt in TEMPVS horum libellorum iam inquiramus: vt quia Tertullianum eos ſcripſiſſe liquet, liqueat ſimùl quando eos ſcripſerit. Quod vtique non vno pedato à nobis præſtari poteſt, verùm certis quodammodò gradibus præſtruendum atque eò enitendum.

Primùm igitur, ante Apologeticum ſcriptos hoſce libellos neceſſario argumento efficitur: nempe quòd ea quæ Tertullianus hiſce libellis, ceu alio loco tractanda, in præſens differre ſe ait, ea omnia in Apologetico tractata, & nuſpiam alibi occurrant. Cui rei quinque teſtimonia nobis ſuppetunt. Primum occurrit libro 1. cap. 3: vbi ait, *ſe ſuo loco eam rationem oſtenſurum, quam Nationes ad expugnationem nominis Chriſtiani ſequebantur:* atquin id oſtenditur cap. 2. Apologetici. Eodem libro 1. cap. 7. ait, *de fide reſurrectionis ſuo loco digerendum*, i. tractandum: atquin tractatur id cap. 48. Apologetici. Eodem libro, cap. 10. ait, *poſtmodùm obtundendas Nationes expoſitione totius Chriſtianæ diſciplinæ:* atquin ſedecim capitibus ad illam religionis Chriſtianæ demonſtrationem IAM CONVERSVS (vt ipſemet Apologetici c. 16. loquitur) id in Apologetico præſtat. Eiuſdem libri cap. 1. ait, *Nationes ſuo ordine recognituras, quanam hominis cæde, & infanticidiis tranſegerint:* atquin id recognoſcere licet cap 9. Apologetici. Teſtimonia hæc è libro Priore. Sed & Libro Secundo cap. 7. profitetur, *delibare ſe ibi nolle iſtam ſpeciem* (cur videl. ſufficiens non ſit diuinitatis documentum, diuinandi facul-

Digitized by Google

tas) *eiúſque ſuo loco rationem reddendam* : atquin redditur ea prolixè cap.22. & 23. Apologetici. Sed cum maximè obſeruentur illa,quæ cap.15. libri 1. ſubiicit: *Nunc enim*, inquit, *differimus pleráque,ne eadem videamur vbique retractare*. Ex his interim liquet omnibus, Tertullianum cùm hoſce libros ſcriberet,iam ſub manibus Apologeticum habuiſſe: ſunt enim ea omnia quæ dixi, affecti alterius operis, mox & edendi,indicia certiſſima. Ante Apologeticum itaque ſcripti hi ad Nationes libelli. Hoc proinde inquiſitioni noſtri παρα-σημείωμά τι eſto.

Secundò, Tertullianus, libro 1. ad Nationes cap.16. meminit Præfecturæ vrbis [paulo] ante à Fuſciano adminiſtratæ. *Vnde iſta quoque*,inquit,*talis* ANTE *Tragœdia erupit, Fuſciano Præfecto vrbi indicata punitione* [*ꝫ.cognitione*] *Senatus*. Sanè Dio quoque *in Auito*, horum temporum ſcriptor & ipſe, Φουσκιανοῦ τὴν πολιαρχίαν ἔχοντος meminit: verùm tempus non deſignat. Deſignat,ſaltem in genere,Capitolinus, *in v. Pertinacis*: nempe, Fuſcianum Præfectum vrbi ſub COMMODO Imp. fuiſſe: ait enim, Pertinacem ei in Præfectura vrbana ſucceſſiſſe, ex qua mox cæſo Commodo ad Imperiale faſtigium is conſcenderit. *Pertinax*, inquit, *Præfectus vrbi factus: in qua Præfectura poſt* FVSCIANVM *hominem ſeuerum, Pertinax mitiſſimus & humaniſſimus fuit: & ipſi Commodo plurimùm placuit, quia ille eſſet* [Conſul ſcil,] *iterum* [*Conſul*] *cùm Pertinax factus eſt*. &c. Ex his clarum, Fuſcianum Præfectum vrbi ſub Commodo fuiſſe, Pertinacem verò in Præfectura ei ſucceſſiſſe, mox & Conſulem iterùm factum A. D. 194. Tandem verò cæſo Commodo vltima die anni D. 194. (tot enim annos ad finem Commodi diſertè computat Clemens Alexandrinus lib.1. Stromatum) Pertinax ex eadem Præfectura Kalendis Ianuariis A. D. 195. Falcone & Claro Coſs. Imperator factus eſt: quod præter Capitolinum docet inſuper Herodianus,& Aurelius Victor Schotti, item Eutropius,& poſt eum Hieronymus.

Tertiò, quemadmodum Tertullianus, cap.35. Apologetici,Commodi, & PERTINACIS Imperatorum cædem his verbis deſignat: *Vnde,qui faucibus eius exprimendis palæſtricam*

exer-

Digitized by Google

exercent? Vnde qui armati Palatium irrumpunt, omnibus Sigeriis atque Partheniis audaciores? ita & libro 1. ad Nationes cap. 17. eiuſdem Pertinacis cædem ita δορυφορικῶς indicat: *Nullus in Palatiis ipſis ſanguinis Cæſaris notam fixit!* Porrò Pertinax cæſus A. D. 195. 5. Kal. April. Falcone & Claro Coss. quibus & paulò prius Imperatorem factum oſtendimus: cùm armati videl. Prætoriani Palatium irrupiſſent, quod Herodianus etiam p. 38. ſcribit, vt & Dio, & Capitolinus: cuius verba Tertullianæis quàm proxima apponere iuuat. *Trecenti*, inquit, *de caſtris ARMATI ad Imperatorias ædes cuneo facto milites venere*: & mox. *ſed SVBITO globus ille in PALATIVM PERVENIT.* Ait, *Armatos ſubito in Palatium perueniſſe*: pro quo Tertullianus dixit, *armatos Palatium irrupiſſe.* Quod ideò adiicere libuit, quò liqueret deinceps & hoc argumento, præter ea quæ in *Notis* iam cumulauimus, locum illum Apologetici à viris Doctis ad Plautianum minùs recte referri.

Quartò: ſicut Tertullianus ciuilia Peſcennij Nigri & Clodij Albini bella à SEVERO Imp. profligata in Apologetico memorat his verbis: *Vnde Caſſij & Nigri & Albini? De Romanis niſi fallor, non Chriſtianis*: ita eadem ipſa lib. 1. ad Nationes cap. 17. indicat. *Agnoſcimus ſanè Romanam in Cæſares fidem! Nulla in prouinciis affectata maieſtas? Adhuc Syriæ cadauerum odoribus ſpirant. Adhuc Galliæ Rhodano ſuo non lauant*? Nempe Peſcennius Niger è totius Syriæ Præſide Imperium affectauerat: Albinus verò, in Gallia: quo apud Lugdunum Rhodanuſiam poſteà deuicto, corpus ſeu cadauer eius præciſo priùs capite in Rhodanum vnà cum aliis abiectum fuit: quod & inter alios memorat Spartianus. Nunc perueſtigandum nobis, quando iſthæc acciderint, id eſt, quando bella illa à Seuero Imp. profligata fuerint. Et verò res ita habet. Seuerus Imp., Pertinace, mox & Iuliano interfectis, A. D. 195. intra 30. dies quàm Romam venerat, ilicò aduerſus N grum in Orientem profectus eſt: mox Albinus Cos. factus, & Cæſar creatus A. D. 169. Qui annus vnà cum duobus fermè ſequentib. Nigriniano bello abſumptus fuit: nam triennium eo bello abſumptum Herodianus & Dio expreſsè teſtantur.

Confectum itaque bellum illud A. D. 198. Eo confecto, ſtatim in Albinum mouit Seuerus Imp.: Albinus poſt varia prælia tandem apud Lugdunum menſe Februario x I. Kal. Martias victus: teſte Spartiano: Anno, quod ex ſuperioribus colligere licet, Domini 199: Laterano & Rufino Coss: cui argumentum forte etiam præſtat lex 1. *Cod. de reſtitut. milit.* Iam itaque peruenimus inquiſitione noſtrâ ad A. D. 200.

Quintò: expendenda nobis veniunt duo illa loca quæ occurrunt libro Primo ad Nationes, vbi Tertullianus æræ Chriſtianæ ad ſua tempora annos ſupputare videtur. Nempe cap. 7. ita ſcribit. *Igitur ætati noſtræ nondum anni CCL.* Atenim laxiùs adhuc cap. 9. *vt ſuprà edidimus: ætatis noſtræ nondum anni trecenti.* Ex his locis inquies, nihil certò definiri poteſt: maximè, cùm etiam inter ſe pugnare videantur. Imò, neque vlla pugna eſt, & certi quid ex iis colligi poteſt. Nempe, etſi pro argumenti diuerſitate tempus iſtud modò laxius, modò non ita laxè κατ' ἄρσιν deſignarit Tertullianus, ex vtróque tamen loco illud ſaltem rectè omninò colligitur, annum ducenteſimum Domini iam elapſum fuiſſe. Proinde iam illud conficitur, excurrente aliquo ducenteſimum anno libellos hos conſcriptos.

Sextò expendendus rursùm venit locus ille, quem & ſuperiùs quarto loco expendebamus: hic inquam: *ADHVC Syriæ cadauerum odoribus ſpirant: ADHVC Galliæ Rhodano ſuo non lauant?* Hæc ſcil. verba indicio ſunt, victorias illas Seueri de Nigro & Albino recentiſſimas ac propè calentes tùm fuiſſe. Quo efficitur, non multo poſt 200. annum eáſque victorias libros hos conſcriptos.

NVNC tandem, cùm liqueat libros hos poſt A. D. 200. at verò ante Apologeticum conſcriptos, atque ita duobus his velut munimentis, terminis, περιτειχίσμασι inquiſitio noſtra coërceatur, de Apologetico videndum eſt: de quo alioquin tot támque diſſentientes hanc ad diem proditæ ſunt ſententiæ: quando videl. Tertullianus Apologetici ſui clypeum extulerit. Quatuor itaque mihi (præter ea quæ iam ſupra tertio & quarto argumento expendimus) capite 35. Apologetici oc-

Digitized by Google

occurrunt,ex quibus ad veram temporis rationem deducimur. Primum eſt, quod innuit congiarium nuper à Cæſare datum. Secundo,ſolemnem quandam acclamationem Imperatori factam memorat. Tertiò,ſceleſtarum partium ſocios aut plauſores (poſt vindemiam parricidarum racemationem ſuperſtitem) tùm quotidie reuelatos ait: Quarto, Magos tùm de ſalute Principis malo more conſultos. De acclamatione paulò poſt viderimus, verùm de reliquis tribus occurrit geminus germanus apud Spartianum locus, *in vita Seueri*: quo proinde de tempore iam liquidò edocemur. Sic enim poſt Nigrinianum & Albinianum bellum confectum ſcribit. *Vltus grauiter Albinianam defectionem, Romam venit.* Et mox. *Profectus deinde ad bellum Parthicum eſt, edito gladiatorio munere & CONGIARIO populo dato. Traiecto denique exercitu à Brunduſio continuato itinere venit in Syriam, Parthóſque ſubmouit: Sed poſteà in Syriam rediit, ita vt ſe pararet ac bellum Parthis inferret. Inter hæc Peſcennianas RELIQVIAS Plautiano auctore perſequebatur, ita vt nonnullos etiam amicis ſuis quaſi vitæ ſuæ inſidiatores appeteret. Multos etiam quaſi Chaldæos aut VATES de ſua ſalute conſuluiſſent, interemit.* Ecquis non videt, geminum germanum Apologetico hunc Spartiani locum? Vtérque de congiario agit (de quo alioquin & Herodianus quoque fidem facit) vtérque de reliquiis,ſeu de racematione,de quâ alioquin & Dio *in Seuero*: vtérque de Vatibus ſuper Principis ſalute conſultis. At quando hæc omnia facta? Spartianus omninò tempus deſignat: nempe, quo tempore Seuerus poſt Albinianum bellum confectum partim Romæ agebat: partim ad bellum Parthicum profectus in Syriâ verſabatur. Scriptus itaque Apologeticus, Seuero bello Parthico illigato, & Plautiano tùm poſt vindemiam parricidarum (i. poſt Commodi & Pertinacis interfectores, vel interficiendi auctores ſublatos) ſceleſtarum partium ſocios aut plauſores (i. Nigrinianos, & forte etiam Albinianos) proſequente. Quod etiam rectè viderunt viri nonnulli doctiſſimi, & in his Baronius. Neque aliò pertinet, quod cùm Tertullianus cap. 37. Apologetici, hoſtes Imperij Romani exertos memoret, de

Parthis hunc in modum loquatur, *IPSIque Parthi* : nempe Parthos ita demonſtrans, quod tùm temporis bello aduerſus eos Seuerus Imper. illigatus eſſet. Proinde ex his omnibus iam conficitur, Apologeticum belli Parthici tempore, paulò poſt libros ad Nationes, editum: & conficitur adeò, Libros hos ad Nationes, A. D. 201 conſcriptos, paulò poſt Albinianum bellum confectum: pacato iam imperio, & cùm rumor quoque belli Parthici tùm extinctus eſſet (quod Spartianus alioquin ſcribit) Atque hæc illa fuerit omninò *tranquillitas pacis*, quam memorat *lib*. 1. *cap*. 18. Atenim (vt & hoc adiiciam) poſteriùs adhuc ſcriptus eſt liber *de Pallio* : eo videl. tempore quo non triplex tantum *Imperij præſentis virtus erat*, i. Seuerus cum duobus filiis imperabat, verùm & Plautianus quoque iam oppreſſus fuerat. Id enim eſt, quod per *cactum & rubum ſubdolæ familiaritatis eradicatum* intelligit: Inter cetera honorum quippe Seuerus Imp. cum Plautiano etiam affinitatem contraxerat, τὸν οἶκον ἥνωσαν, data nempe filia Plautiani filio Antonino, decennalibus Imperij ſui. i. A. D. 204: quod *Familiaritatis* appellatione Tertullianus deſignauit.

Supereſt, iis nunc occurramus ſeu reſpondeamus, qui Apologeticum citiùs aut ſeriùs ſcriptum produnt: eorúmque adeò prochroniſmos & metachroniſmos oſtendamus. De prochroniſmo priùs. Nempe, aliquammultorum ſententia hæc eſt, Apologeticum ante Albinum deuictum ſcriptum videri. Hanc ſententiam quibuſnam tueantur vel tueri poſſint illi argumentis, nequedum diuinare aut diſpicere potui. Non enim apertiſſimis verbis Tertullianus in Apologetico profligatis aliis coniurationibus Albinianam quoque connumerat? non Albinum hoſtibus Principum ſeu publicis diſertè députat? pariter vt libro ad Scapulam: quem tamen librum poſt Albinum deuictum ſcriptum nemo ambigit. Sed & ſi meminerimus iſtius, *Tyrannos aliorum victorias fermè facere*, ſimùl norîmus, de Albino & Albinianis nonniſi profligatis Tertullianum in Apologetico egiſſe. Denique his ad Nationes libellis ea ſententia iugulatur: quandoquidem & illi apertè poſt Albini cædem ſcripti ſunt, quos

ta-

tamen Apologetico priores eſſe vt res ipſa clamat,ita &ſuperiùs oſtendimus.

Metachroniſmo laborantes ſententiæ duæ ſunt. Prior eſt illa,quæ Apologeticum ſcriptum ſibi videri ait, anno decimo Imperij Seueri. i A. D. 204. vel etiam vndecimo i. A. D. 205.certè, feruente perſecutione. Tria autem argumenta huius ſententiæ comperio. Primum argumentum eſt, quòd cùm Tertullianus in Apologetico perſecutioni occurſum voluerit, ſanè nonniſi decimo Seueri anno ea in Chriſtianos perſecutio exorta ſit. Verùm rectè contra aſſeritur, quo tempore Tertullianus Apologeticum ſcribebat, non fuiſſe excitatam Seuerianam illam,qualem memorant ſcriptores, perſecutionem: nam & apertè Tertullianus cap. 5. Apologetici ſcribit, *de tot exinde Principibus poſt Domitianum nullum debellatorem Chriſtianorum extitiſſe.* Quid igitur? vt Apologeticus hic directus eſt ad Præſides,& Rectores prouinciarum, hi verò quos nunc damus,ad Nationes: ita Tertullianus partim vulgi odio Chriſtianos ad ſupplicium depoſcentis, ſeu, vt in Apologetico loquitur, *Chriſtianorum depoſtulatoris:* partim Præſidum ſæuitiæ & crudelitati, perſecutionem, non ex aliquo mandato aut edicto Seueri Imp. expreſſo,verùm proprio quodam animi motu, animis propriis, vt loquitur Apolog. cap.37. agitantium,occurrendum credidit. Nempe Præſides, prout acriores erant, ita etiam Leges Principum anteriores perſecutioni ſuæ obtendebant: tùm deinde & Mãdata Principum & S C̃a. (quod etiam Plinij exemplo liquet) quibus hetæriæ ſeu collegia illicita prohibebantur: quod præter *l.1. ff. de collegiis (*vbi & Seueri reſcriptum memoratur*)* oſtendit Tertullianus *c.13. adu. Pſychic.*

Secundum argumentum eorum, qui decimo vel poſt decimum Seueri Imp. anno Apologeticum conſcriptum contendunt, deductum eſt ex adclamatione illa,quam Tertullianus memorat *cap.35.*

De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos.

Nempe ita exiſtimant illi, plebeculam hâc acclamatione liberalitatem Seueri decennalem,cuius & Dio meminit,proſecutam. Verùm oro, non & aliâ occaſione hæc acclamatio,

æquè fieri potuit, cùm paſſim ſciamus factas in omni publica lætitia? Æquè probabiliter cenſeret quis, factam illam acclamationem adſcito in Imperij participatum filio Antonino, quo tempore Seuerus Imp. ad bellum Parthicum Româ proficiſceretur: cui blandiantur & ipſa Tertulliani verba, eo loco videl agentis *de Nouo Cæſare:* blandiantur & Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, vbi nouo Cæſare adſcito vel Imp. electo, huiuſmodi acclamationes frequentes memorantur, & Iuppiter nominatim in his inuocatus: v. ſaltem Lampridium, *in Antonino Diadumeno:* Capitolinum, *in Maximino ſeniore ſub finem.* Verùm, vt quod ſentio expromam, pertinet proculdubio acclamatio illa Tertullianæa ad Kalendas Ianuarias: de quo acclamationum genere v. & Herodianum *p.*33. & diem Votorum: quo & puncti ſolatia à Principe erogabantur, & viceuerſa vota pro ſalute Principis ſuſcipiebantur: *Etiam illâ hora*, inquit, Tertullianus, *qua adclamant:* quibus verbis ſanè ſolemniter recurrens quædam, non extraordinaria acclamatio indicatur. Ita Capitolinus *in v. Pertinacis. His horis quibus ille in Capitolium vota ſoluebat.* Sanè & in Capitolio & Ioui hæc vota annua fiebant, Tertulliano ipſo teſte *cap.*12. *de coronâ mil.* vbi & formulam voti quoque quod Ioui conceptum apponit: *Hunc tibi Iuppiter bouem cornibus auro decoronatis vouemus eſſe futurum:* Quinimò eorundem votorum meminit Tertullianus eodem illo cap. Apologetici. Denique perſpectis his omnibus, reſpexiſſe mihi omninò videtur Tertullianus ad id quod Capitolinus *in Pertinace* memorat *Tertio Nonarum die , VOTIS ipſis , milites Triarium Maternum Laſciuium Senatorem nobilem ducere in caſtra voluiſſe , vt eum rebus Romanis imponerent.* An non enim hoc ipſum eſt, quod Tertullianus ibi ait, *etiam illâ horâ, qua adclamant, De noſtris annis tibi Iuppiter augeat annos , de nouo Cæſare optare* ſeu cogitare *Romanum vulgus?*

Vltimum argumentum eorum qui ad decennalia Seueri vel etiam vltra Apologeticum differunt, eſt, quòd Tertullianus Plautianum & eius conſcios deſignaſſe videatur d. c. 35. his verbis *Vnde qui armati Palatium irrumpunt?* Et mox. *Sed & qui nunc ſceleſtarum partium ſocij aut plauſores quotidie reuelantur,*

Digitized by Google

tur; poſt vindemiam parricidarum racematio ſuperſtes. &c. Verum, vt priorem locum multis argumentis ad Pertinacis cædem: ita poſteriorem ad Peſcennianas reliquias, cùm Spartiani locum cum iſto conferremus, pertinere iam oſtenſum eſt.

Poſtrema ſententia, eadémque metachroniſmo laborans, eorum eſt, qui Apologeticum poſt Seueri obitum ſcriptum cenſent. Argumentum ſi quæras, Tertullianum aiunt in Apologetico de Seuero iam mortuo loqui videri, cùm ſcribit: *Papias leges heri conſtantiſſimus Principum Seuerus excluſit.* Nempe videntur hæc de mortuo loqui? Imò non aliter Tertullianus & de Antonino Caracalla ſuperſtite loquutus, cùm libro ad Scapulam, *Seuerum patrem Antonini* vocauit: Cur enim quæſo ibi Antoninum illis verbis deſignaret, niſi ſi ſuperſtitem oſtenderet? Neque illa reclamant eodem libro: *Euodeæ procuratorem, quem & Antoninus optimè nouerat, lacte Chriſtiano educatus:* vſurpat enim Tertullianus vocem *nouerat*, quia & ille, de quo ibi ſermo, iam mortuus erat, déque re quæ ſub Seuero tranſacta, ibi agitur.

III. ARGVMENTVM nunc poſtremo loco horum ad Nationes libellorum paucis ediſſerendum eſt, & in quo ab Apologetico differant, cùm in quamplurimis alioquin conueniant. Nempe vel eo maximè differunt, quòd hi libri puri puti ἐλεγκτικοὶ ſint: quomodo & Clementis Alexandrini Protrepticum Photius ἐλεγκτικὸν vocauit: Ille verò, quod & titulus plus ſatis oſtendit, ἀπολογητικὸς ſit. In his ad Nationes libris Tertullianus Chriſtianorum cauſam defendendam non ſuſcipit: innocentiam eorum non commendat: veram religionem non adſtruit: verùm Iniquitatem tantùm Nationum in Chriſtianos arguit (quod Libri Primi argumentum eſt) & Vanitatem Deorum Gentilium, ſeu Nationum errorem in ſe traducit (quod Poſterioris libri argumentum eſt) Ita quidem, vt confeſſionem interim ſimulet, atque ſi & crimina forent, & vera forent, quæ Chriſtianis tùm intendebantur. Totum proinde ἐλεγκτικὸν & ἀποτρεπτικόν. Adeò etiam, vt cùm difficile alioquin ſit ἐλεγκτικὸν ſcribere, vt non ἀπολογητικὸν quid

aſpergatur, ſtilum tamen ſuum Tertullianus his libris ita temperauerit, vt nihil ἀπολογητικὰ miſcere voluerit: aut ſi quando vel minimum eò abriperetur, ſtilum ilicò retraheret: quod oſtendunt illa lib. 1. cap. 11. *Sed quid ego*, inquit, *defendam, profeſſus interim confeſſionem temporalem?* Atenim in Apologetico iam de innocentiâ Chriſtianorum aduerſus Nationes congreditur, ſeu innocentiam eorum purgat, ſimùl & ad demonſtrationem religionis Chriſtianæ conuertitur: omnémque adeò reatus & ἀθεότητος ſuſpicionem à Chriſtianis depellit: quod oſtendunt vel ea quæ initio *cap.* 4. & fine *cap.* 16. in Apologetico ſcribit. Elencticâ ſcil. primùm via & ratione pertentandos vel etiam præmuniendos Nationum animos credidit Tertullianus, vt ita viam ſibi ad Apologeticum poſt illa muniret. Denique Tertullianus libros ad Nationes velut præparatorios, & ſic vt dicam interlocutorios aut interdictorios Apologetico ceu iuſtæ defenſioni præmiſit. Quod arguunt & illa quæ inter cetera libris ad Nationes occurrunt. *DVM hæc ratio ſuo loco oſtenditur, edite* &c. Item. *Viderimus de fide iſtorum, DVM ſuo loco digeruntur: INTERIM credite &c.* Rurſùm. *Nunc enim differimus pleráque: INTERIM vt dixi ex aliâ parte non deeſt adæquatio.* Viceuerſâ, ſicut Apologetico libros ad Nationes Tertullianus præmiſit, ita Apologetico tertium librum aduerſus Gentes, *de teſtimonio* in quam *animæ* ſubiecit: ſic vt capite 5. illius libri apertè caput 9. Apologetici indicetur. Nempe libro illo, velut tertia iam viâ, ratione & pedato Nationum animos pertentauit: arceſſitis videl. pleniùs teſtimoniis animæ, i. formulis Gentilium, quibus etiam ipſi in communi conuerſatione *Deum vnum* nominabant. Atque hæc quoque de triplici Tertulliani inſtituto ſub Seuero Imp. aduerſus gentes dicta nunc ſint.

Eſt & alterum iſtud inter hos libellos & Apologeticum diſcrimen: quòd his libellis cum populo agatur, & ad Nationes in vniuerſum directi ſint: in Apologetico vero, Tertulliano cum Rectoribus prouinciarum Iudicibus, legum tutoribus res ſit. Ab hoc gemino diſcrimine, ſi & tertium *ſecundarum* puta *curarum* rationem addas, propagatum poſtea quic-

Digitized by Google

quicquid diſcriminis inter hos libros notari poteſt: ſiue materiam ipſam ſpectes, ſiue dicendi rationem & ordinem. Cœterùm quo facilior etiam horum librorum cuiuis collatio eſſet, eos & argumentis ſingulos inſtruxi, atque in capita diſſecui: pariter vt diſſectus iam Apologeticus ambulat: probabili inſtituto, quicquid contra Zephyrus olim ſenſerit: nam & ita quoque affectata Tertulliani obſcuritas quaſi immiſſo lumine, diſpellitur, & legentis ſtudium à certis carceribus ad certas & iuſtas metas abſque faſtidio prouehitur. Devs propitius hæc & cœtera ſtudia noſtra ad decus Nominis ſui prouexiſſe velit.

Google

EMENDANDA, ADDENDA.

Lib. I.

Pag. 4. lin.19. ſcribendum *Indeuotionem* vnicâ voce. p.10. l.vlt. *De hoc nonnihil in Apologetico.c.46.* p.12.l.4.*probare*,non, probari. p.13.l.10.*vt*,non, *aut*. p.15 l.27. *interea diſcumbe.* p.16.l.4. *Concordat nonnihil.* p.17.l.11.*cap.* 40.*&* 41. p.27.l.17. *lucernarum.* p.28.l.20. *poſtmodùm.*

Lib. II.

Pag.43.l.14. *forma: Quadratum* &c. l.pen. *con*, non *cog.* p.51.l.25. *lenonio.* p.53.l.10. *cæcitatem, eſt admodum* &c. p.54.l.5. *orbata.* p 60.l.11. poſt vocem victui,adde, *& artium.* l.22. *vt quo iam.* l.vlt.*prouocatis.* p.61.l.5. *poſteritas c.* l.8. *eu praua.* l.9.Expungenda vox *Latio*, quæ non eſt in Ms. p.62.l.3. *eraria.* l.9.Expungenda vox *bella*,quæ abeſt à Ms. l.20.*ac penes.*

IN NOTIS.

Pag.72. ante *etiam ſpectaculis*,adde. *Canes pronubi*] In re fœda fœdiore verbo vſus in Apolog.canes lenones. l.vlt.ſcribe: *vt etſi reus.* p.75. lin.1. *Itaque de nominis merito.* p.89. poſt *alia tenemus*, adde. *Forte* etiam dixerit Tertullianus, *initiatum volentibus*: Initiatum, pro initiationem. p.93. poſt σεσ[illegible] adde. Sed & Solinus id ex Megaſthene refert. item poſt illa,*ab aliis*, ſubiunge,*Cynamolgis. Cynodontibus.* p.123.l.8. poſt *aſſurgentes*, adde. *v.Herodianum in Iuliani electione* p.41.l.18. *lib.2.c.8.* p.128.l. 18. poſt *ſuffecerit*, addantur hæc. Fuit quoque tempus, cùm *Onochoëten* cum *aſino Ochi* non ita improbabiliter conferrem:de quo v. Plutarchum *in lib.de Iſide & Oſiride:* & Ælianum 10. *de animalibus cap.*28. p.132.l.24. delendum, *Sub extremis.* p.135.l.39. fœdiſſimum mendum irrepſit: itaque pro *caput*, reſcribendum, *corpus.* Tandem monendum, PAGINAS textus, pleriſque locis Notatum adnotatas, nonnullis locis deſiderari. Hæc & leuiora alia primæ huic Editioni æquus Lector condonabit.

TERTVL-

TERTVLLIANI AD NATIONES LIBRI DVO.

Digitized by Google

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.

INIQVITATEM Nationum in Chriſtianos hoc priore libro Tertullianus decem argumentis, ſeu (vt ipſe loquitur) titulis, demonſtrat.

Primùm, quòd ignorent, *& quidem vltrò, religionem Chriſtianam quam oderunt, quámque condemnant.* Cap. 1.

Secundò, quòd Iudiciorum *& quæſtionum formam in ſolis Chriſtianis non obſeruent.* Cap. 2.

Tertiò, quòd Nomen *Chriſtianum ſolum odiſſe ſe rebus ipſis teſtentur.* Cap. 3.

Quartò, quòd Authoris *ſui nomine ſectam Chriſtianorum oderint.* Cap. 4.

Quintò, quòd ex Malis *quibuſdam inter Chriſtianos hominibus totam religionem Chriſtianam æſtiment.* Cap. 5.

Sextò, quòd Legum *præiudicio nitantur, quæ Chriſtianos plectunt, neque vlterius inquirendum ſibi fas putent.* Cap. 6.

Septimò, quòd Famam *ſequantur.* Cap. 7.

Octauò, quòd Tertium *genus hominum Chriſtianos appellent.* Cap. 8.

Nonò, quòd Cladis *omnis authores & cauſas Chriſtianos conſtituant.* Cap. 9.

Poſtremò, quòd Accuſent *Chriſtianos de iis, quorum ipſimet Gentiles rei ſint, quæque etſi de Chriſtianis vera forent (id enim illis largitur Tertullianus) tamen in ijs neque reprehendenda neque punienda forent, vtpote cùm eorundem criminum Gentiles rei ſociique eſſent.*

1 Religionem *igitur Chriſtianam fruſtra accuſari, ob Deorum cultum neglectum.* Cap. 10.

Et in vicem ſuperductam monſtruoſam ſuperſtitionem & cultum, veluti Aſininum. Cap. 11.

Crucis. Cap. 12.

Solis. Cap. 13.

O*nochoëtis.* Cap. 14.

Item Sacramenta, Sacrificia, & Sacra Chriſtianorum fruſtra reprehendi: veluti quod vulgo proditum infanticidium, atque exinde epulum & litationem. Cap. 15.

Vt & inceſtum. Cap. 16.

2 Indeuotionem *item in Cæſares Chriſtianis fruſtra obijci.* Cap. 17.

3 Obſtinationem *in tormentis & ſuppliciis ſubeundis.* Cap. 18.

4 Præſumptionem *ſeu perſuaſionem denique Chriſtianorum de Reſurrectione & vltimo iudicio fruſtra vanam dici.* Cap. 19.

Concluſio *huius libri & ſuperiorum omnium poſtremo* Cap. 20. *ſubiungitur.*

TERTVL-

Digitized by Google

TERTVLLIANI AD NATIONES LIBER PRIMVS.

De INIQVITATE Nationum in Chriſtianos.

De IGNORANTIA. CAPVT I.

[*Concordat Apologetici Caput* I.]

TESTIMONIVM *IGNORANTIAE* veſtræ, quæ INIQVITATEM dum defendit, reuincit, in promptu eſt, quòd omnes qui vobiſcum retrò ignorabant & vobiſcum oderant, ſimul eis contigit ſcire, deſinunt odiſſe qui deſinunt ignorare: Immò fiunt & ipſi quod oderant, & incipiunt odiſſe quod fuerant. ¶ Adeò *quotidie adoleſcentem numerum Chriſtianorum* ingemitis, *obſeſſam* vociferamini *Ciuitatem: in agris, in caſtellis, in inſulis Chriſtianos: omnem ſexum, omnem ætatem, omnem denique dignitatem tranſgredi à vobis*, quaſi detrimento, doletis: Nec tamen hoc ipſo ad æſtimationem alicuius latentis boni animos promoueritis: uon licet rectiùs ſuſpicari, non libet propiùs experiri: hic tantùm curioſitas humana torpeſcit: Amatis ignorare, quod alij gaudeant inueniſſe: Mauultis neſcire, quia iam odiſtis, quaſi certè non odituros vos ſciatis. Atquin, ſi nullũ erit odij, repperietur optimũ vtique ab iniuſtitiâ priore diſcedere: ſin vero cauſa conſtiterit, nihil odio detrahetur: quod

Digitized by Google

adeò amplius iniuſtitiæ ſcientiâ cumulabitur,niſi ſi emendari pudet,aut excuſari piget. ¶ Scio planè,quâ reſponſione ſoletis redundantiæ noſtræ teſtimonium conuenire: *Non vtique eo bonum præiudicari, quia pleroſque conuertat , & ſibi rapiat,* inquitis. Noui demutationem mentis in malas partes: Quot deſertores bonæ vitæ , quot transfugæ? in peruerſum multi bonâ fide, immò iam plures pro extremitatibus temporum: Verùm, deficit adæquatio comparationis iſtius: nam de malo ita conſtat apud omnes, vt ne ipſi quidem rei qui ad malum tranſeunt, & à vobis in peruerſa diuertunt,defendere malum pro bono audeant: turpia,timori: pudori,impia habent: denique geſtiunt latere, deuitant apparere, trepidant deprehenſi, negant accuſati: ne torti quidem facilè aut ſemper confitentur,certè damnati mœrent: exprobrant etenim quod erant in ſemetipſos: malæ mentis ab innocentiâ tranſitum vel fato imputant: adeò nolunt ſuum eſſe,quia malum negare non poſſunt. Chriſtiani verò quid tale conſequuntur? neminem pudet, neminem penitet,niſi tantum priſtinorum: ſi denotatur, gloriatur: ſi trahitur,non ſubſiſtit: ſi accuſatur, non defendit: interrogatus,confitetur: damnatus, gloriatur. Quod hoc malum eſt, in quo mali natura ceſſat?

De IVDICIORVM *peruerſa forma.* CAPVT II.

[*Concordat Apologetici Caput* 2.]

IN quo ipſi etiam contra formam iudicandorum malorum iudicatis. Nam,nocentes quidem perductos,ſi admiſſum negent,tormentis vrgetis *ad confeſſionem:* Chriſtianos verò ſponte confeſſos tormentis comprimitis AD NEGATIONEM. Quæ tanta peruerſitas, vt confeſſioni repugnetis,tormentorum officia mutetis,gratis reum euadere,inuitum compellentes negare? Præſides extorquendę veritatis de ſolis nobis mendacium exquiritis,vt dicamus NOS NON ESSE quod ſumus: Opinor;non vultis nos malos eſſe,ideóq; geſtitis de iſto nomine excludere! Sanè ceteros ad hoc tenditis & carnificatis, vt negent eſſe quod eſſe dicuntur! Atquin illis negantibus non creditis: nobis ſi negauerimus, ſtatim creditis. ¶ Si

certi-

Digitized by

certi eſtis nos nocentiſſimos eſſe,cur etiam in hoc aliter quàm nocentes à vobis agimur? Non dico,quòd neque accuſationi,neque recuſationi ſpatium commodetis: Soletis & inaccuſatos & indefenſos non temere damnare: Sed, verbi gratia, ſi de homicida confutatur, non ſtatim confeſſo eo nomen *homicidæ* diſpuncta cauſa eſt, aut ſatiata cognitio, quamquam confeſſis difficile credatis,verùm inſuper conſequentia exigitis (*quotiens cædem egerit, quibus telis, quibus in locis, quibus ſpoliis, ſociis, receptoribus*) ne quid omninò mali hominis delireſcat,aut deſit aliquid inſtruendæ ad ſententiam veritati: Porrò de nobis,quos atrocioribus ac pluribus criminibus deputatis, breuiora ac leuiora elogia conficitis. Credo, non vultis oneratos, quos omni opere perditos vultis, aut non putatis requirenda quæ noſtis! Hoc ergo peruerſius,ſi cogitis negare, de quibus certiſſimè ſcitis. ¶ Immò, quò magis odio veſtro competebat, ſepoſitâ formâ iudicandi, proprio ſtudio non *ad negationem* certare,ne quos odiſtis liberaretis, ſed ad confeſſionem ſingulorum ſcelerum, quò magis inimicitiæ ſatiarentur exaggeratione pœnarum, dum recognoſcitur, quot quiſque iam conuiuia illa celebraſſet,quotiens in tenebris incurſaſſet inceſta. ¶ Quid? quòd eradicandi generis diffundenda erat requiſitio, porrigenda quæſtio in ſocios, conſocios, quæ perducerentur infantariæ, & coci ipſi, canes pronubi, emendata res eſſet. ¶ Etiam ſpectaculis gratia adgregaretur: Quanto enim ſtudio in caueam conueniretur,depugnaturo aliquo,qui centum infantes deuoraſſet? ¶ Sedenim, tam horrenda tamque monſtruoſa de nobis deferuntur, vtique erui debuerunt, ne incredibilia viderentur,& odium in nos publicum refrigeſceret: nam & plerique fidem talium temperant, honorantes naturam quærere pabulum ferinum, quam concubitu ab humano genere præcluſit.

De NOMINIS *odio.* CAPVT III.

[*Concordat Apologetici Cap.* 2. & 3.]

VOS igitur,aliàs diligentiſſimi, ac pertinaciſſimi diſcuſſores ſcelerum longe minorum,cùm talibus tam horren-

dis & omnem impietatem ſupergreſſis eam diligentiam deſeratis, neque confeſſionem recipiendo (iudicantibus ſemper laborandam) neque exquiſitionem digerendo (damnatoribus ſemper conſulendam) iam apparet, omne in nos crimen non alicuius ſceleris, ſed NOMINIS dirigi. Adeò, ſi de criminum veritate conſtaret, ipſa criminum nomina damnaretis, ac commodarent, vt ita pronunciaretur in nos, ILLVM HOMICIDAM, *vel* INCESTVM, *vel* QVODCVNQVE IACTAMVR, DVCI, SVFFICI, AD BESTIAS DARI PLACET. Porrò, ſententiæ veſtræ nihil niſi CHRISTIANVM CONFESSVM notant, nullum criminis nomen exſtat, niſi nominis crimen eſt. Hæc etenim eſt reuera ratio totius odij aduerſus nos: *Nomen* in cauſa eſt, quod quędam occulta vis per veſtram *ignorantiam* oppugnat, vt nolitis ſcire pro certo, quod vos pro certo neſcire certi eſtis, & ideò nec creditis quæ non probantur, & ne probentur facilè non vultis inquirere, vt *Nomen* inimicum ſub præſumptione criminum puniatur: Adeò, vt de *nomine* inimico recedatur, ideò negare compellimur, dehinc negantes liberamur, tota impunitate præteritorum: iam non cruenti, neque inceſti, quia *nomen* illud amiſimus. Sed, dum hæc ratio ſuo loco oſtenditur, vos quam inſequimini ad expugnationem nominis, edite quod nominis crimen? quæ offenſa? quæ culpa? Præſcribitur enim vobis, *Non poſſe crimina obicere, quæ neque inſtitutum dirigit, neque prolatio adſignat, neque ſententia enumerat.* Quod Præſidi offeratur, quod de reo inquiratur, quod reſpondetur vel negatur, quod de conſilio recitatur, id reum agnoſco. Itaque de nominis merito, ſi qui reatus eſt nominum, ſi qua accuſatio vocabulorum, ego arbitror nullam eſſe vocabulo, aut nomine querellam, niſi cùm quid aut Barbarum ſonat, aut infauſtum ſapit, vel impudicum, vel aliter quàm enunciantem deceat aut audientem delectet. Hęc vocabulorum aut nominum crimina, ſicuti verborum atque ſermonum barbariſmus eſt vitium, & ſolœciſmus, & inſulſior figura: *Chriſtianum* verò *nomen*, quantum ſignificatio eſt, de *vnctione* interpretatur: Etiam cùm corruptè à vobis *Chreſtiani* pronuntiamur (nam ne nominis quidem ipſius liquidò certi eſtis) ſic quoque de ſuauitate vel bonitate modulatum eſt.

Detinetis

Digitized by Google

Detinetis igitur in hominibus innoxiis etiam nomen innoxium noſtrum, non incommodum linguæ, non auribus aſperum, non homini malum, non patri infeſtum, ſed & Græcum aliis & ſonorum, & interpretatione iucundum. Et vtique non gladio, aut cruce, aut beſtiis punienda ſunt nomina.

De AVCTORIS ET SECTAE *odio.* CAPVT IV.

[*Concordat Apologetici. Cap.3.& 46.*]

SED dicitis, *Sectam nomine puniri ſui auctoris.* Primò quidem, ſectam de auctoris appellatione mutari, vtique probum vſitatúmque ius eſt: dum Philoſophi quoque de auctoribus cognominentur, & Pythagorici & Platonici, vt Medici Æraſiſtrati, & Grammatici Ariſtarchij: Itaque, ſi ob auctorem malum mala ſecta, tradux mali nominis, plectitur, atquin temeritate præſumeretur: prius erat cognoſcere auctorem, vt cognoſceretur ſecta, quàm de ſecta inſpectionem auctoris retinere: At nunc neceſſariò ignorando ſectam, quia ignoratis auctorem, aut non recenſendo auctorem, quia nec ſectam recenſetis, in ſolum nomen impingitis, quaſi in illo detinentes ſectam & auctorem, quos omninò non noſtis. Et tamen Philoſophis patet libertas tranſgrediendi à vobis in ſectam & auctorem & ſuum nomen, nec quiſquam illis odium mouet, cùm in mores, ritus, cultus, victúſque veſtros palàm ac publicè omnem eloquij amaritudinem elatrent, cum Legum contemptu, ſine reſpectu perſonarum, vt quidam etiam in Principes ipſos libertatem ſuam impunè iaculentur. Sed veritatem ſæculo operoſiſſimam Philoſophi quidem affectant, poſſident autem Chriſtiani: ideóque qui poſſident, magis diſplicent: quia qui affectat, inludit: qui poſſidet, defendit: Denique Socrates ex ea parte damnatus eſt, qua propius temptauerat veritatem, Deos veſtros deſtruendo: Quanquam nondum tunc in terris nomen Chriſtianum, tamen veritas ſemper damnabatur: itaque & *Sapientem* non negabitis, cui etiam Pythius veſter teſtimonium dixerat: *Virorum,* inquit, *omnium Socrates ſapientiſſimus:* Vicit Apollinem veritas, vt ipſe aduerſus ſe pronuntiaret: confeſſus eſt enim, *Se Deum non eſſe,*

Digitized by Google

ſed *eum* quoque *ſapientiſſimum* affirmans, qui Deos abnuebat: Porrò apud vos eo minus ſapiens, quia Deos abnuens: cùm ideò ſapiens, quia Deos abnuens: Quo more etiam nobis ſoletis, *Bonus vir Lucius Titius, tantum quod Chriſtianus:* item alius, *Ego miror Gaium Seium grauem virum factum Chriſtianum:* Pro ſtultitiæ cæcitate laudant quæ ſciunt, vituperant quæ neſciunt, & id quod ſciunt eo quod neſciunt vitiant: Nemini ſubuenit, ne ideo bonus quis & prudens, quia Chriſtianus, aut ideo Chriſtianus, quia prudens & bonus: cùm ſit humaniùs occulta manifeſtis adiudicare, quàm manifeſta de occulto præiudicare? Aliquos retro ante hoc *Nomen* vagos, viles, improbos norant, *emendatos repentè* mirantur, & tamen mirari quàm aſſequi norunt: Alii tanta obſtinatione certant, vt cum ſuis vtilitatibus depugnent, quas de commercio iſtius *Nominis* capere poſſunt: Scio maritum, vnum atque alium, anxium retro de vxoris ſuæ moribus, qui ne mures quidem in cubiculum inrepentes ſine gemitus ſuſpicionis ſuſtinebat, comperta cauſa nouæ ſedulitatis & inuſitatæ captiuitatis, omnem vxori patientiam obtuliſſe, negaſſe Zelotypum, maluiſſe lupæ quam Chriſtianæ maritum: ipſi ſuam licuit in peruerſum demutare naturam, mulieri non permiſit in melius reformari. Pater filium de quo queri deſierat, exheredauit. Dominus ſeruum, quem præterea neceſſarium ſenſerat, in ergaſtulum dedit: Simul quis intellexerit Chriſtianum, mauult nocentem: nam & ipſa per ſe traducitur diſciplina, nec aliunde prodimur, quàm de bono noſtro: ſi & mali de ſuo malo rabiant, aut nos ſoli contra inſtituta naturæ peſſimi de bono denotamur. Quid enim inſigne præferimus, niſi primam ſapientiam, quâ friuola humanæ manus opera non adoramus: abſtinentiam, quâ ab alieno temperamus: pudicitiam, quam nec oculis contaminamus: miſericordiam, quâ ſuper indigentes flectimur: ipſam veritatem, quâ offendimus: ipſam libertatem, pro quâ mori nouimus? Qui vult intellegere qui ſint Chriſtiani, iſtis indicibus vtatur neceſſe eſt.

De Malis quibuſdam inter Chriſtianos. Capi. V.

[*De hoc nihil in Apologetico.*]

Qvod

QVOD ergo dicitis, *Peſſimi & probroſiſſimi auaritiâ, luxuriâ, improbitate*, non negabimus quoſdam: ſufficit & hoc ad teſtimonium Nominis noſtri, ſi non omnes, ſi non plures: Neceſſe eſt in corpore, & quantum velis integro aut puro, vt neuus aliqui effruticet, aut verrucula exſurgat, aut lentigo ſordeſcat: Cœlum ipſum nulla ſerenitas tam colata purgat, vt non alicuius nubiculæ flocculo reſignetur: Modica macula in fronte, in parte quadam exemplari vis, à quo vniuerſitas munda eſt: *Maior boni portio modico malo ad teſtimonium ſui vtitur.* Cùm tamen aliquos de noſtris malos probaris, iam hoc ipſo Chriſtianos non probatis? Quærite ſectam, cui malitię deputatur. Ipſi in conloquio, ſi quando aduerſus nos, *Cur ille*, inquitis, *fraudator, ſi abſtinentes Chriſtiani: cur immitis, ſi miſericordes?* Adeò teſtimonium redditis, non eſſe tales Chriſtianos, dum cur tales ſint qui dicuntur Chriſtiani, retorquetis: Multum diſtantiæ inter crimen & nomen: inter opinionem & veritatem: Nam & nomina ſic ſunt inſtituta, vt fines ſuos habeant inter dici & eſſe: Quot denique *Philoſophi* dicuntur, nec tamen legem Philoſophiæ adimplent? Omnes nomen de profeſſionibus geſtant: ſeducant nomen ſine profeſſionis pręſtantia, qui ſuperficie vocabuli infamant veritatem: Non ſtatim ſunt, qui dicuntur: ſed quia non ſunt, fruſtra dicuntur, & fallunt eos qui rem nomini addicunt, cùm de re ſtatus nominis competat: Et tamen eiuſmodi neque congregant, neque participant nobiſcum, facti per delicta denuò veſtri: quando ne illis quidem miſceamur, quos veſtra vis atque ſæuitia ad negandum ſubegit: Vtique enim facilius inter nos inuiti deſertores diſciplinę, quàm voluntarii continerentur: Ceterùm ſine causâ vocatis *Chriſtianos*, quos ipſi negant Chriſtiani, qui ſe negare non norunt.

De LEGVM præiudicio. CAP. VI.

[*Concordat Apologetici Cap.* 4.]

HIS propoſitionibus reſponſionibúſque noſtris, quas veritas de ſuo ſuggerit, quotiens comprimitur & coartatur conſcientia veſtra, tacitæ *Ignorantiæ* ſuæ teſtis, confugitis æ-

Digitized by Google

ſtuantes ad arulam quandam, id eſt LEGVM auctoritatem; *Quòd vtique non plecterent ſectam iſtam, niſi de meritis apud Conditores legum conſtitiſſet.* Quid ergo prohibuit apud exſecutores quoque legum proinde conſtare, cùm de ceteris criminibus quæ ſimiliter legibus arcentur ac puniuntur, niſi prius requiratur, pœna ceſſat? verbi gratia, homicidam, adulterum lege, diſcutitur tamen de ordine admiſſi: & tamen cognitum eſt omnibus genus facti: Chriſtianum puniunt leges: ſi quod eſt factum Chriſtiani, erui debet: nulla lex prohibet inquirere: Atquin pro legibus facit inquiſitio: Quomodo enim legem obſeruabis cauendo quod lege prohibetur, adempta diligentiâ cauendi, per defectum agnoſcendi quid obſerues? Nulla ſibi lex debet conſcientiam iuſtitiæ ſuæ, ſed eis à quibus captat obſequium. *Ceterùm ſuſpecta lex eſt, ſi probari ſe non vult:* Meritò igitur tamdiu iuſtæ in Chriſtianos & reuerendæ & obſeruandæ cenſentur, quamdiu ignoratur quod perſequuntur: meritò, poſt agnitionem iniquiſſimæ repertæ, *cum ſuis macheris & patibulis & leonibus* deſpuuntur: *Legis iniuſtæ honor nullus eſt.* ¶ Vt opinor autem dubitatur de iniquitate legum quarundam, cùm quotidie nouis conſultis conſtitutiſque duritias nequitiaſque earum temperetis.

De FAMÆ præiudicio. CAP. VII.
{*Concordat Apologetici.* Cap. 7. & 8.}

VNde ergo, inquitis, *tantum de vobis FAMAE licuit; cuius teſtimonium ſuffecerit forſitan Conditoribus legum?* Quis, oro, ſponſor aut illis tunc, aut exinde vobis, de fide? Fama eſt: Nonne hæc eſt

Fama, malum, quo non aliud velocius vllum?

Cur *malum*, ſi vera ſemper ſit, non mendacio plurimum; quæ ne tum quidem cùm vera defert, à libidine mendacii ceſſat, vt non falſa veris intexat, adiciens, detrahens, varietate confundens? Quid? quòd ea conditio illi, vt nonniſi quod mentitur perſeueret: tamdiu enim viuit, quamdiu non probat quicquam: ſi quidem approbata cadit, & quaſi officio nunciandi functa, decedit; exinde, *res* tenetur, *res* nominatur:

nec

nec quiſquam dicit, verbi gratia, *Hoc Romæ aiunt factum*: aut, *Fama eſt illum Prouinciam ſortitum*: ſed, *Ille Prouinciam ſortitus eſt*: &, *Hoc factum eſt Romæ*. Nemo famam nominat, niſi incertus, quia nemo ſit famâ, ſed conſcientia certus: nemo famæ credit, niſi ſtultus, quia ſapiens non credit incerto: Fama, quantacunque ambitione diffuſa eſt, ab vno aliquando ore exorta ſit neceſſe eſt, exinde in traduces quodammodo linguarum & aurium ſerpit, & modicum originum vitium rumoris obſcurat: vt nemo recogitet, ne primum illud os mendacia ſeminauerit, quod ſæpè fit aut æmulationis ingenio, aut ſuſpicionis arbitrio, aut etiam noua mentiendi voluptate. Sed benè, quòd *Omnia tempus reuelat*, teſtibus ſententiis & prouerbiis veſtris, ipſaque natura, quæ ita ordinata eſt, vt nihil lateat, etiam quod fama non prodidit. Videte qualem prodigiam aduerſus nos ſubhornaſtis, quia quod ſemel detulit tantoque tempore ad fidem corroborauit, vſque adhuc probare non potuit. Principe Auguſto nomen hoc ortum eſt: Tiberio, diſciplina eius inluxit: ſub Nerone, damnatio inualuit (vt iam hinc de perſona perſecutoris ponderetis: ſi pius ille Princeps, impii Chriſtiani: ſi iuſtus, ſi caſtus, iniuſti & inceſti Chriſtiani: ſi non *hoſtis publicus*, nos hoſtes publicè: quales ſimus damnator ipſe demonſtrauit, vtique æmula ſibi puniens: Et tamen permanſit, eraſis omnibus, hoc ſolum inſtitutum Neronianum: iuſtum denique, vt diſſimile ſui auctoris) Igitur ætati noſtræ nondum anni CCL: Tot iniqui intereà, tot cruces diuinitatem conſecutæ, tot infantiæ trucidatæ, tot panes cruentati, tot ſtrages lucernarum, tot errores nuptiarum: & adhuc Chriſtianis ſola fama decernit. Habet quidem grande fundamentum de vitio ingenij humani, felicius in acerbis atrocibúſque mentitur: quanto enim proni ad malitiam, tanto ad mali fidem oportuni eſtis: facilius denique falſo malo, quàm vero bono creditur. ¶ Si quem tamen apud vos prudentiæ locum INIQVITAS reliquiſſet, ad explorandam famæ fidem vtique iuſtitia poſcebat diſcipliceere; à quibus potuiſſet fama in vulgus, & ita in totum Orbem, dari: Ab ipſis enim *Chriſtianis* non opinor, cùm vel ex forma à lege omnium myſteriorum ſilentij fides debeatur: quanto magis

talium, quæ prodita non iuuarent inter humana aduerſione præſentari ſupplicium? Si ergo non ipſi proditoris ſui, ſequitur vt *extranei:* Oro vos, extraneis vnde notitia? cùm enim iuſta & licita myſteria omnem arbitrij extraneum caueant? niſi inlicita minus ſpernunt: Adquin extraneis tam honorare quàm confingere magis competit. ¶.. *domeſticorum* curioſitas furata eſt per rimulas & cauernas. Quid? cùm domeſtici eos vobis prodentes, omnes à nullis magis prodimur, quanto magis, ſi atrocitas tanta ſit quæ iuſtitia indignationis omnem familiaritatis fidem rumpit, non potuerit continere, quod horruit, mens: quod expauit, oculus? ¶ Hoc quoque mirum, ſi & ille qui tanto impatientiæ iure proſiluit, deferre, non & probare geſtit, & ille qui audiit, & non videre curauit: ſiquidem par fructus eſt & delatoris, ſi quod detulit probet: & auditoris, ſi quod audit etiam ſibi credat. ¶ *Tunc* inquitis, *primò delatum & exhibitum eſt, auditum & inſpectum eſt, atque exinde famæ commendatum.* Hoc quidem ſuperſcendit omnem admirationem, ſi ſemel deprehenſum eſt quod ſemper admittitur: niſi deſiuimus iam talia factitare: atquin & idem vocamur, & in iſdem deputamur, & de die redundamus: quod plures, hoc pluribus odioſi: magis increſcit odium, increſcente materia: proficiente multitudine reorum, quid ita non proficit multitudo nuntiatorum? Quod ſciam, & conuerſatio notior facta eſt: ſcitis & dies conuentuum noſtrorum: itaque & obſidemur & opprimimur, & in ipſis arcanis congregationibus detinemur: Quis vmquam tamen ſemeſo paueris ſuperuenit? quis incruentato pa... veſtigia dentium deprehendit? quis tenebris repentino lumine inruptis inmunda aliqua, ne dixerim inceſta, indicia recognouit? Si præmio impetramus, ne *tales* in publicum extrahamur, quare & opprimimur? poſſumus & omninò nō extrahi: Quis enim proditionem criminis alicuius, ſine crimine ipſo, aut vendit aut redimit? ¶ Sed quid extraneis ſpeculatoribus, & indicibus detractem, qui talia obiciatis, quæ non ab ipſis nobis cum maxima vociferatione publicentur, aut ſtatim audita ſi priùs demonſtrantur, aut poſteà reperta ſi interim celentur? Sine dubio enim initiarum volentibus mos eſt prius ad Magiſtrum ſacrorum vel Patrem adire:

tum

tum ille dicet, *Infans tibi qui adhuc vagetur neceſſarius qui immoletur, & panis aliquantum qui in ſanguine infringatur : præterea, candelabra qua canes annexi deturbent, & offulæ quæ eoſdem canes: ſed & mater aut ſoror tibi neceſſaria eſt.* Quid ſi nullæ erunt? opinor legitimus Chriſtianus eſſe non poteris? Hæc, oro vos, denunciata ab aliis ſuſtinent prodi? Diuerſum opus non eſt ſcire illos : prius fallaciæ negotium perpetratur, gnaris & dapes & nuptiæ ſubiciuntur. ¶ Nihil enim vnquam retrò de Chriſtianis myſteriis audierunt, tamen poſteà cognoſcant neceſſe eſt vel aliis quo inducunt præminiſtranda : Cæterum quam vanum eſt profanos ſcire, quod neſciat ſacerdos? Tacent igitur & accepto ferunt, & nihil Tragœdia Thieſte velo edipodis erumpunt, & non protrahunt ad populum : fide in miniſtros & magiſtris & de ipſis potiores morſus iam doctis .....rapiunt. Si nihil t. le probetur, grande neſcio quid æſtimari oportet, cuius compenſatio tantarum atrocitatum tolerantiâ conſtat. Miſeræ atque Miſerandæ Nationes, ecce proponimus vobis diſciplinæ noſtræ ſponſionem : *Vitam æternam ſectatoribus & conſeruatoribus ſuis ſpondet, è contrario profanis & æmulis ſupplicium æternum æterno igni comminatur : ad vtramque cauſam mortuorum reſurrectio prædicatur.* Viderimus de fide iſtorum, dum ſuo loco digeruntur : Interim credite, quæ admodum nos : volo enim ſcire, ſi per talia ſcelera adire parati eſtis, quæ admodum nos? *Veni, ſi quis es, demerge ferrum in infantem vel ſi alterius officium eſt, tu modò ſpecta morientem animam antequam vixit, certè excipe rudem ſanguinem in quo panem tuum ſaties, veſcere libenter intereà, diſcumbe, dinumera loca vbi mater aut ſoror torum preſſerit : nota diligenter, vt cùm tenebræ inruerint, temptantes ſcilicet diligentiam ſingulorum, non errens extraneam incurſans: piaculum feceris, niſi inceſtum : Hæc cùm expunxeris, viues in æuum.* Cupio reſpondeas, ſi tanti facias æternitatem? immò idcirco nec credis, & iam ſi credideris nego te velle, & iam ſi velles, nego te poſſe : cur autem alij poſſint, ſi vos non poteſtis? cur non poſſitis, ſi alij poſſunt? Impunitatem, æternitatem quanto conſtare vultis? An hæ nobis omni modo redimendæ videntur? An alij ordines dentium Chriſtianorum, & alij ſpecus faucium, & alij ad inceſti libidinem nerui? Non opi-

Digitized by Google

nor:ſatis enim eſt nobis ſola ver..... à veſtra poſitione diſcerni.

De TERTIO GENERE hominum CAP. VIII.

[*Concordat Apologetici. Cap.* 8.]

PLanè, *Tertium genus* dicimur. Cynopennæ aliqui, vel Sciapodes, vel aliqui de ſubterranea Antipodes! Si qua iſtic apud vos ſalteratio eſt, edatis vel imprimũ & ſecundũ genus, vt ita de tertio cõſtet. Pſammeticus quidẽ putauit tibi ſe ingenio exploratus ſi de prima generis: dicitur enim infantes recenti è partu ſeorſum à commercio hominum alendos tradidiſſe nutrici, quam & ipſam propterea elinguauerat, vt in totum exules vocis humanæ non auditu formarent loquellam, ſed ſuo promentes, eam primam nationem deſignarent, cuius ſonum natura dictaſſet: Prima vox PACTOS renuntiata eſt: Interpretatio eius *panis* apud Phrygas nomen eſt: Phryges primi genus exinde habentur. Sed hoc vnum erit de vanitatibus veſtrarum fabularum non otioſè nobis rettactandum, quo fidem veſtram vanitatibus quàm veritatibus deditam demonſtrare geſtimus. An omnino credibile ſit, tali membro deſecto, vaſtato, ipſius animæ organo vtique radicitus cæſo, caſtratis faucibus, quæ etiam extrinſecus periculoſò vulnerantur, exinde tabo in præcurdia refluente, poſtremò aliquamdiu ceſſantibus alimẽtis, vitam nutrici perduraſſe? Age nũc, perſeuerauerit filomelæ medicamentis ..... quam & ipſam prudentiores, non linguæ cæde, ... udoris rubore mutam interpretantur. Si ergo vixit, potuit & future aliquid obtuſum: & exarticulatum ſonum tinnitúmque ſine modolatu labellorum expranſo ore, lingua ſtupente de ſolis faucibus cogi licet: id fors tunc infantes, quia vnicum, facilius commentati paulò modulatius, vt pote linguatuli, in ventum alicuius interpretationis impegerit. ¶ Sint nunc primi Phryges, non tamen *Tertij* Chriſtiani: Quantæ enim aliæ gentium ſeries poſt Phrygas? Verùm recogitate, ne quos *Tertium genus* dicitis, principem locum optineant, ſi quidem non vlla gens

gens non Chriſtiana: itaque quæcunque gens prima, nihilominus Chriſtiana: Ridicula dementia, *Nouiſſimos* dicitis, & *Tertios* nominatis. ¶ Sed de ſuperſtitione, *Tertium genus* deputamur, non de natione, vt ſint *Romani, Iudæi*, dehinc *Chriſtiani.* Vbi autem *Græci?* vel ſi in Romanorum ſuperſtitionibus cenſentur (quandoquidem etiam Deos Græciæ Roma ſollicitauit) vbi ſaltem *Aegyptij*, & ipſi, quod ſciam, priuati, curioſæque religionis? Porrò ſi tam monſtroſi qui *Tertij loci*, quales habendi, qui primo & ſecundo antecedunt?

De CALAMITATVM cauſis, auctoribus. CAP. IX.
Concordat Apologetici Cap. 40. & 47.

SED quid ego mirer vana veſtra, cùm ex formâ naturali concorporata & concreta interceſſit malitia & ſtultitia, ſub eodem mancipe *erroris?* Sanè, quia non miror, enumerem neceſſe eſt, & vos recognoſcendo miremini, in quantam ſtultitiam incidatis, qui *Omnis cladis publicæ* vel *iniuriæ nos cauſas eſſe vultis: ſi Tiberis redundauerit, ſi Nilus non redundauit, ſi cælum ſtetit, ſi terra mouit, ... tiua vaſtauit, ſi famis afflixit, ſtatim omnium vox, CHRISTI .... TVM.* Quaſi modicum habeant aut aliud metuere! Quid igitur? Opinor, vt contemptores Deorum veſtrorum. Hæc iacula eorum ..... camus. Vt ſupra edidimus, ætatis noſtræ nondum anni trecenti, quantæ clades ante id ſpatium ſupra vniuerſum Orbem ad ſingulas vrbes & prouincias ceciderunt? quanta bella externa & inteſtina? quot peſtes, fames, ignes, hiatus, motúſque terrarum ſæculum digeſſit? vbi tunc Chriſtiani, cùm res Romana tot hiſtorias laborum ſuorum ſubminiſtrauit? vbi tunc Chriſtiani, cùm Hierennape, & Delphos, & Rhodos, & Creta inſulæ multis cum milibus hominum peſſum ierunt, vel quam Plato memorat maiorem Aſiam aut Africam in Atlantico mari merſam: cùm Vulſinios de cœlo, Tarpeios de ſuo monte perfudit ignis, cùm terręmotu mare Corinthium ereptum eſt? cùm totum orbem cataclyſmus aboleuit? Vbi tunc non dicam *contemptores Deorum* Chriſtiani, ſed ipſi Dei veſtri, quos clade illa poſteriores loca, oppida approbant, in quibus nati,

Digitized by Google

morati, ſepulti ſunt, etiam quæ condiderunt: non alias enim ſuperfuiſſent ad hodiernum, niſi poſtumæ cladis illius? ¶ Si relegere & reuoluere non curatis teſtimonia temporum, aliter vobis renunciata, imprimis ne Deos veſtros, iniuſtis illos pronuncietis, qui propter contemptores etiam cultores ſuos .... nt: tunc enim voſmetipſos errare probatis, ſi eos traditis, qui vos ...... s profanarum non diſcernunt. ¶ Quod ſi, vt vnus atque alius .... mus ait, *ideircò vobis quoque iraſcuntur, quoniam de noſtrâ eradicatione neglegetis*, abſolutum eſt de infirmitate & mediocritate eorum: nam non iraſcerentur vobis in animaduerſione ceſſantibus, ſi ipſi exſequi poſſent: Quanquam & aliàs confitemini iſtud, ſi quando illos ſupplicio noſtro videmini vlciſci: Ab aliud à maiore defenditur: Pudeat igitur Deos ab homine defendi.

De DEORVM *neglectu, contemptu.* CAP. X.
Concordat Apologetici Cap. 12.13.14.15.

EFfundite iam omnia venena, omnia calumniæ tela infligite huic Nomini, non ceſſabo vltra repellere: at poſtmodum obtundentur expoſitione totius noſtræ diſciplinæ: nunc vero eadem ipſa de noſtro corpore vulſa in vos retorquebo, eadem vulnera criminum in vobis defoſſa monſtrabo, quo macheris veſtris admentationibúſque cadatis. ¶ Iam primo, quod in nos generali accuſatione dirigitis, *Diuortium ab inſtitutis maiorum*, conſiderate etiam atque etiam, ne vobiſcum communicemus crimen iſtud. Ecce enim per omnia vitæ ac diſciplinæ corruptam, imo deletam, in vobis antiquitatem recognoſco. De Legibus quidem iam ſupra dictum eſt, quod eas nouis de die conſultis conſtitutiſque obruiſtis: De reliquâ verò conuerſationis humanæ diſpoſitione palàm ſubiacet, quanta à maioribus mutaueritis cultu, habitu, apparatu, ipſóque victu, ipſóque ſermone (nam priſtinum vt rancidum relegatis) excluſa vbique antiquitas in negotiis, in officiis, totam auctoritatem maiorum veſtra auctoritas deiecit: Sanè, quod vobis magis probro eſt, laudatis ſemper vetuſtates, & nihilominus recuſatis: quâ peruerſitate tant .....

maiorum

Digitized by Google

maiorum apud vos permanere probari debuerunt, cùm ea quæ probatis recuſetis? Sed & ipſum quod videmini à maioribus traditum fideliſſimè cuſtodire & defendere, vel quo maximè reos nos tranſgreſſionis poſtulatis, de quo totum odium Chriſtiani nominis animatur, *Deorum* dico *culturam*, perinde à vobis deſtrui ac deſpici oſtendam; niſi quod perinde: nos enim contemptores Deorum haberi nulla ratio eſt, quia nemo contempnit quod ſciat omnino non eſſe: *Quod omninò eſt, id contempni poteſt: quod nihil eſt, nihil patitur*: igitur quibus eſt, ab eis patiatur neceſſe eſt: Quo magis oneramini, credentes eſſe & contempnentes: colentes & deſpuentes, honorantes & laceſcentes. ¶ Licet etiam hinc recognoſcere: imprimis, cùm alij alios Deos colitis, eos quos non colitis, vtique contempnitis: prælatio alterius ſine alterius contumeliâ non poteſt, *nec vlla electio non reprobationem componitur*: qui de pluribus ſuſcipit aliquem, eum quem non ſuſcipit deſpexit. Sed, *tot ac tanti ab omnibus coli non poſſunt!* Iam ergo tunc primo contempſiſtis, non veriti ſcilicet ita inſtituere, vt omnes coli non poſſent. ¶ Atenim illi ſapientiſſimi ac prudentiſſimi Maiores (eorum inſtitutis renuntiare non noſtis, maximè in perſonâ Deorum veſtrorum) ipſi quoque impij deprehenduntur: Mentior, ſi nunquam cenſuerant, *Ne qui Imperator fanum quod in .... nouiſſet prius dedicaſſet, quàm Senatus probaſſet*: vt contigit M. Æmilio, qui vouerat Alburno Deo: vtique enim impiiſſimum, immo contumelioſiſſimum admiſſum eſt, in arbitrio & libidine ſententiæ humanæ locare honorem diuinitatis, vt Deus non ſit, niſi cui eſſe permiſerit Senatus. Sæpè Cenſores inconſulto populo adſolauerunt: certi Liberum Patrem cum ſocru ſua Conſules Senatus auctoritate non Vrbe ſolummodo, verùm totâ Italia eliminauerunt: Ceterum, Serapem & Iſydem & Arpocratem & Anubem prohibitos Capitolio VARRO commemorat, eorumque à Senatu deiectas, nonniſi per vim popularium reſtructas: Sed tamen & Gabinius Conſul Kalendis Ianuariis, cùm vix hoſtias probaret, præ popularium cætu, quia nihil de Serape & Iſide conſtituiſſet, potiorem habuit Senatus cenſuram, quàm impetum vulgi, & aras inſtitui prohibuit. Habetis igitur in Maioribus ve-

Digitized by Google

ſtris, etſi non nomen, attamen ſectam Chriſtianam, quæ Deos neglegit. ¶ Horum, ſi vos ſaltem integrum honoribus veſtris rei eſſe læſæ religionis: ſed inuenio conſpiraſſe à vobis tam ſuperſtitionis quàm impietatis profectum: Quanto enim inreligioſiores deprehendimini? Priuatos enim Deos, quos *Lares* & *Penates* domeſtica conſecratione perhibetis, domeſtica & licentia inculcatis, venditando, pignerando pro neceſſitate ac voluntate. Eſſent quidem tolerabiliora eiuſmodi contumeliæ ſacrilegia, niſi quòd eò iam contumelioſiora, quod modica. ¶ Sed, aliquo ſolatio priuatorum & domeſticorum Deorum querellæ iuuantur, quo publice turpius contumelioſiuſque tractetis. Iam primum, quos in aſtarium regeſſiſtis publicanis ſubd . . . tis, omni quinquẽnio inter vectigalia veſtra proſcripto addicitis: Sic Serapeũ, ſic Capitolium petitur, addicitur, conducitur . . . . . . ſub eadẽ voce præconis, eadem exactione Quæſtoris. Sed enim agri tributo onuſti viliores, hominum capita ſtipendio cenſa, ignobiliora (nam hæ ſunt captiuitate notæ pœnæ) Dei vero qui magis tributarij magis ſancti, immo qui magis ſancti magis tributarij: maieſtas conſtituitur in quæſtum: negotiatio religione proſcribitur, ſanctitas locationem mendicat: exigitis mercedem pro ſolo templi, pro aditu ſacri, pro ſtipitibus, pro oſtiis: venditis totam diuinitatem, non licet eam gratis coli: plus denique publicanis refigitur, quàm Sacerdotibus. ¶ Non ſuffecerat vectigalium Deorum contumelia, de contemptu ſcilicet æſtimanda, nec contenti eſtis Deis honorem non habuiſſe, niſi etiam quæcunque habetis depretietis aliqua indignitate: Quid enim omnino ad honorandos eos facitis, quod non etiam mortuis veſtris ex æquo præbeatis? Exſtruitis Deis templa, extruitis aras Deis, æquè mortuis aras, eiſdem titulis ſuperſcribitis literas eaſdem: ſtatuis inducitis formas, vt cuique ars aut negotium aut ætas fuit: Senex, de Saturno, imberbis de Apolline, virgo de Diana figuratur, & miles in Marte, & in Vulcano faber ferri conſecratur: Nihil itaque mirum, ſi hoſtias eaſdem mortuis, quas & Deis ceditis, eoſdémque odores excrematis. Quis iſtam contumeliam excuſet, quæ vt aut mortuos cum Deis deputet? Regibus quidem etiam ſacerdotia

dotia adſcripta ſunt ſacrique apparatus, vt tenſæ & currus & ſoliſternia & lectiſternia .... tie & ludi. ¶ Planè quoniam illis cœlum patet, hoc quoque non ſine contumelia Deorum: Primò quidem, quod non decuerit alios eis ...... rari, datum ſit poſt mortem Deos fieri: Secundum, quod tam libere atque manifeſtè coram populo non peieraret contemplaret ... litis in cœlum recepti, niſi contemneret quos deieraret, quàm ipſe quàm ei qui ei peierare permittunt: conſentiunt enim ipſi nihil eſſe quod deierant, immo inſuper & præmio afficiunt quia publicè contempſerit periurij vindices: quanquam periuria apud vos quod vnuſquiſque purus eſt. ¶ Immo iã *per Deos* deierandi periculum euanuit; potiore habita religione *per Cæſarem* deierandi, quod & ipſum ad offuſcationem pertinet Deorum veſtrorum: faciliùs enim *per Cæſarem* peierantes punirentur, quàm paruulum Iouem. ¶ Sed contemptus honeſtior eſt, habens quandam ſuperbiæ gloriam (venit enim aliquando etiam de fiducia, vel conſcientiæ ſecuritate, vel naturali ſublimitate animi) Deriſus vero quanto laſciuior, tanto denotatior ad contumeliæ morſum: Recognoſcite igitur quàm deriſores inueniamini Numinum veſtrorum: Non dico, quales ſitis in ſacrificando, quòd enecta & tabida quæque mactatis: de opimis autem & integris, ſuperuacua ſui capitula & vngulas & plumarum ſetarumque præuulſa, & ſi quid domi quoque habituri fuiſſetis. ¶ Omitto, quę vulgæ aut ſacrilegæ gulæ videbuntur maiorum prope religionem conuenire: atquin doctiſſimi grauiſſimi, quatenus grauitas atque prudentia de doctrina proficere credunt, & irreuerentiſſimi erga Deos veſtros ſemper exiſtunt, nec eis ceſſat literatura, quàm vt aut turpius aut vana aut falſa de Deis inferat. Ab ipſo exordi ...... veſtro, eius vnde omnia & omne æquore, cui quantum honorem additis, tantum Deis veſtris derogaſtis, magnificando qui de eis luſit. Adhuc meminimus Homeri: ille opinor eſt, qui diuinam maieſtatem humana conditione tractauit, caſibus & paſſionibus humanis Deos imbuens, qui de illis fauore diuerſis gladiatoria quodammodo paria commiſit: Venerem ſauciat ſagitta humana, Martem tredecim menſibus in vinculis detinet fortaſſe periturum ea

dem Iouem pene perpeſſum à cælitum plebe traducit, aut l a-crimas eius ſuper Sarpedonem excutit, aut luxuriantem cum Iunone fœdiſſimè inducit, commendato libidinis deſiderio per commemorationem & enumerationem amicarum. Exinde quis non Poëtarum ex auctoritate Principis ſui in Deos inſolens, aut vera prodendo aut falſa fingendo? Et Tragici quidem aut Comici pepercerunt, vt non ærumnas ac pœnas Dei præfarentur! Taceo de Philoſophis, quos ſuperbia ſeueritatis & duritia diſciplinæ ab omni timore ſecuros, nonnullus etiam afflatus veritatis, aduerſus Deos erigit: denique & Socrates in contumeliam eorum quercum & canem & heram iurat: nam etſi idcirco damnatus eſt, cùm penituerit Athenienſes damnationis, diſcriminatores quoque inpenderit, reſti ... tur teſtimonium Socrati: & poſſum retorquere, probatum eſſe in illo, quod nunc reprobatur in nobis. Sed & Diogenes neſcio quid in Herculem luſit: & Romani ſtili Diogenes VARRO trecentos Ioues, ſeu Iuppiteres dicendum eſt, ſine capitibus inducit. ¶ Cetera laſciuiæ ingenia etiam voluptates veſtras per dedecus Deorum adminiſtrant: Deſpicite duos Lentulorum & Hoſtiorum ſacrilega venuſtate, vtrum mimos an Deos veſtros in trophis & locis rideatis? Sed & hiſtrionicas litteras magna cum voluptate ſuſcipitis, quæ omnem fœditatem deſignant Deorum: Conſtupratur coràm vobis maieſtates in corpore impuro, fumoſum & diminutum caput imago cuiuſlibet Dei veſtit, luget Sol filium fulmine extinctum letantibus vobis, Cybela paſtorem ſuſpirat faſtidioſum non erubeſcentibus vobis, & ſuſtinetis Iouis elogia modulari. Planè religioſiores eſtis in Gladiatorum cauea, vbi ſanguinem humanum ſuper inquinamenta pœnarum proinde ſaltant Dei veſtri argumenta & hiſtorias nocentibus erogandis, aut in ipſis Deis nocentes puniuntur: Vidimus ſæpè caſtratum Attin Deum à Peſſinunte, & qui viuus cremabatur Herculem induerat. Riſimus & meridiani ludi de Deis luſum, quòd Diſtis pater Iouis frater gladiatorum exſequias cum malleo deducit, quòd Mercurius, in caluitio penaculus, in caducæo ignitulus, corpora exanimata iam mortemve ſimulantia è cauterio probat. ¶ Singula iſta, quęque adhuc in-

ueſtigare

ueſtigare quis poſſit, ſi honorem inquietant diuinitatis, ſi maieſtatis faſtigium adſolant, de contemptu vtique cenſentur quàm eorum qui eiuſmodi faciant, quàm eorum qui ita ſuſcipiunt. Quare neſcio, ne plus de vobis Dei veſtri quàm de nobis querantur, non .... ex aliâ parte adulamini, redimitis ſi qua delinquitis, & poſtremò licet vobis in eos quos eſſe voluiſtis: nos verò in totum auerſamur.

De ASINI *cultu.* Cap. XI.

[*Concordat Apologetici Cap.16.*]

NEc tantum in hoc nomine rei deſertæ communis religionis, ſed *ſuperductæ monſtruoſæ ſuperſtitionis*: nam, vt quidam ſomniaſtis, caput aſininum eſſe Deum noſtrum, hanc Cornelius Tacitus ſuſpicionem fecit. Is enim in Quarta Hiſtoriarum ſuarum, vbi de bello Iudaico digerit, ab origine gentis exhorſus, & tam de ipſa origine quàm de nomine religionis vt voluit argumentatus, *Iudæos* refert *in expeditione vaſtis in locis aqua inopiâ laborantes, onagris, qui de paſtu aquam petituri æſtimabantur, indicibus, fontibus vſos euaſiſſe, ita ob eam gratiam conſimilis beſtiæ ſuperficiem à Iudæis coli.* Inde opinor præſumptum, nos quóque vt Iudaicæ religionis propinquos eidem ſimulacro initiari. Atenim idem Cornelius Tacitus, ſane ille mendaciorum loquaciſſimus, oblitus affirmationis ſuæ in poſterioribus refert, *Pompeiū Magnum de Iudæis debellatis captiſque Hieroſolymis templum adiſſe & perſcrutatum nihil ſimulacri repperiſſe*: Vbi ergo is Deus fuerit? vtique nuſquam magis quàm in templo tam memorabili, præſertim omnibus præter Sacerdotibus clauſo, quo non vererentur extraneum. Sed quid ego defendam, profeſſus interim confeſſionem temporalem omnium in vobis ex pari transferendorum? .... r Deus noſter, aſinina aliqua perſona: Certè negabitis vos eadem .. .. ere nobiſcum? Sanè vos totos aſinos colitis & cum ſua poena & ..... iumenta & pecora & beſtias quæ perinde cum ſuis præſepibus conſecratis: Et hoc forſitan crimini datis, quòd inter cultores omnium tantum Aſinarij ſumus.

Digitized by Google

De CRVCIS *cultu.* CAPVT XII.

[*Concordat Apologetici Cap. 16.*]

SED & qui nos *antiſtes* affirmant, conſa ..... eos erit noſter. Crucis qualitas, ſignum eſt de ligno: Etiam de materiâ colitis penes vos cum effigie. Quanquam ſicut veſtrum humanâ figurâ eſt, ita & noſtrum ſuâ propriâ: viderint nunc liniamenta, dum vna ſit qualitas: viderit forma, dum ipſum ſit Dei corpus: ¶ Quòd ſi de hoc differentia interſedit, quanto diſtinguitur à Crucis ſtipite Pallas Attica, & Ceres Faria, quæ ſine formarum dipalo, & ſoliſtaticulo ligni infirmis repræſentatur? Pars Crucis, & quidem maius, eſt omne robur, quod directâ ſtatione defigitur. ¶ Sed nobis tota Crux imputatur, cum antemnâ ſcilicet ſuâ, & cum illo ſedilis exceſſu. Hoc quidem vos incuſabiliores, qui mutilum & truncum dicaſtis lignum, quod alij plenum & ſtructum conſecrauerunt. ¶ Enimuero de reliquo integra eſt religio vobis integræ Crucis, ſicut oſtendam. Ignoratis autem etiam originem iſtam Deis veſtris de iſto patibulo proueniſſe: nam omne ſimulacrum, ſeu ligno ſeu lapide deſculpitur, ſeu ære defunditur, ſeu quacunque alia locupletiore materia producitur, plaſticæ manus præcedant neceſſe eſt: plaſta autem lignum Crucis inprimo ſtatuit, quoniam ipſi quoque corpori noſtro tacitâ & ſecretâ lineâ Crucis ſitus eſt: Quod caput emicat, quod ſpina dirigitur, quod humerorum obliquatio ......ſi ſtatueris hominem manibus expanſis, imaginem crucis fe..... Huic igitur exordio, & velut ſtatimini argilla deſuper intex..... latim membra complet & corpus ſtruit, & habitum quem placuit..... læ intus cruci ingerit, inde circino & plumbeis modulis pręe.... tio ſimulacri in marmor, in lutum, velæs, vel quodcunque placuit Deum fieri tranſmigratur: A cruce, argilla; ab argilla, Deus: quodammodo tranſit crux in Deum per argillam. Crucem igitur conſecratis, à qua incipitur conſecratus. Exempli gratia dictum erit: nempe de oliuæ nucleo & nuce Perſici & grano piperis ſub terra temperato arbor exſurgit in ramos, in comam, in ſpeciem ſui generis: eam ſi transferas, vel de brachiis eius in aliam ſubolem

vtaris,

vtaris, cui deputabitur quod de traduce prouenit? non illi grano aut nuci aut nucleo? Nam cùm tertius gradus ſecundo adſcribitur, æquè primo ſecundus, ſic tertius redigitur ad primum tranſmiſſus per ſecundum. Nec diutius ſuper iſto argumentandum eſt, quando naturali præſcriptione omne omninò genus cenſum ad originem refert, quantóque genus cenſetur origine, tanto origo conuenitur in genere. Si igitur in genere Deorum crucem originem co . .tis, hic erit nucleus & granum primordiale, ex quibus apud vos ſimulacrorum ſyluæ propagantur. ¶ At manifeſta iam: Victoria vt . . mina, & quidem auguſtiora quanto lætiora, veneramini: Con.... ....one quid melius extollant, cruces erunt inteſtina quodammo...... æum: Itaque in victoriis & cruces colit caſtrenſis religio, ſigna adorat, ſigna deierat, ſigna ipſi Ioui præfert. Sed ille imaginum ſuggeſtus, & totius auri cultus, monilia crucum ſunt. Sic etiam....... .bris atque vexillis, quæ non minore ſanctitate militia cuſtodit, ſiphara illa veſtes crucum ſunt. Erubeſcitis opinor incultas & nudas cruces colere.

De SOLIS *cultu.* CAPVT XIII.

[*Concordat Apologetici Cap.* 16.]

ALij planè humaniùs, ***Solem, Chriſtianum Deum æſtimant,*** quòd innotuerit ad Orientis partem facere nos præcationem, vel die *Solis letitiam* curare. Quid vos minus facitis? Non plerique affectatione adorandi aliquando etiam cæleſtia ad Solis initium labra vibratis? Vos certe eſtis, qui etiam in laterculum ſeptem dierum Solem recepiſtis, & ex diebus ipſorum prælegiſtis, quo die lauacrum ſubtrahatis, aut in veſperam differatis, aut otium & prandium curetis: Quod quidem facitis exorbitantes & ipſi à veſtris ad alienas religiones: Iudæi enim feſti, Sabbata, & cena pura, & Iudaici ritus lucernarum, & ieiunia cum azimis, & orationes litorales, quæ vtique aliena ſunt à Diis veſtris. Quare, vt ab exceſſu reuertar, qui Solem & diem eius nobis exprobratis, agnoſcite vicinitatem: non longe à Saturno & Sabbatis veſtris ſumus.

D

Digitized by Google

De ONOCHOETE. Caput XIIII.

[*Concordat Apologetici. Cap. 16.*]

NOua iam de Deo noſtro fama ſuggeſſit, nec adeò nuper: Quidam perditiſſimus in iſta ciuitate, etiam ſuæ religionis deſertor, ſolo detrimento cutis Iudæus (vti .... magis poteſt beſtiarum morſus, & ad quas ſe locando quoti ... toto iam corpore decutit) & cùm incedit pictura in nos p...... ſub iſta proſcriptione, ONOCHOLTES: Is erat auribus canteriorum, & in toga, cum libro, altero pede vngulato: & credidit vulgus .... Iudæo: Quod enim aliud genus ſeminariæ infamiæ noſtræ? ...... in tota ciuitate OENOCHOLTES prædicatur. Sed & hoc tamq ... heſternum, & auctoritate temporis deſtitutum, & qualitate ...... infirmum, libenter excipiam ſtudio retorquendi. Videamus igitur, an hîc quoque nobiſcum deprehendamini: neque enim intereſt, qua forma, dum deforma ſimulacra curemus? Sunt penes vos & canino capite & leonino & de boue & de ariete & hirco cornuti Dij, caprigenæ, vel anguini, & alites plana fronte & tergo. Quid itaque noſtrum vnicum denotatis? plures ONOCHOETÆ penes vos deprehenduntur.

De INFANTICIDIO & exinde pabulo. Cap. XV.

[*Concordat Apologetici. Cap. 9.*]

SI in Deis æqualitate concurrimus, ſequitur vt ſacrificij vel ſacri quoque inter nos diuerſitas nulla ſit, vt ex alia ſpecie comparationis ſatisfiat. Nos *Infanticidio* litamus ſiue initiamus! Vos, ſi de memoria abierunt, quæ cœde hominis, quæque infanticidiis trãnſegiſſe, recognoſcetis ſuo ordine: nunc enim differimus pleráque, ne eadem videamur vbique retractare. Interim, vt dixi, ex alia parte non deeſt adæquatio: nam etſi non aliter, tamen non aliter vos quoque infanticidæ, qui infantes æditos enecantes legibus quidem prohibemini, ſed nullæ magis ... es tam impunè tam ſecurè ſub omnium conſcientia vnius æ..... tabellis eluduntur. Sed nec eo diſtant, ſi vos non ritu ſacri, neque .... tis: atquin hoc aſperius

rius, quod frigore & fame aut beſt . . . . .tis, aut lógiore in aquis morte ſemergitis. At & ſi quo . . . . . diſſimilius penes vos ſit, eo adicite, quo veſtra pignora ex . . . . . . .s, & ſupplebitur, immò ſuperaccruabitur in vobis quicquid . . . . . . ratione defecerit. Sed de ea impietatis hoſtia dicimur . . . . dum ita quoque in vobis recognoſcitur, vbi opportunius poſitum eſt: non multo ſecernimur à veſtra voracitate: ſi illa impudica eſt, noſtra verò crudelis, coniungimur ſi forte natura, qua ſemper ſeuitia cum impudicitia concordat. Quanquam quid minus, imò quid non amplius, facitis? parum ſcilicet humanis viſceribus inhiatis, quia viuos & puberes deuoratis? parum humanum ſanguinem lambitis, quoniam futurum ſanguinem elicitis? parum infante veſcimini, quia infantem totum præcocum perhauritis?

De INCESTO. CAP. XVI.

[*Concordat Apologetici Cap.* 9.]

VEntum eſt *ad horam lucernarum, & caninum miniſterium, & ingenia tenebrarum.* Quo in loco metuo ne cedam. Quid enim tale in vobis detinebo? Verùm iam laudate conſilium inceſti verecundi, quòd adulteram noctem commenti ſumus, ne aut lucem aut veram noctem contaminaremus, quod etiam luminibus terrenis parcendum exiſtimauimus, quod noſtram quoque conſcientiam ludimus: quodcunque enim facimus ſi volumus ſuſpicamur: Ceterùm inceſta veſtra pro ſua libertate & luce omni, & nocte omni, & tota cœli conſcientia fruuntur, quodque felicius proue . . . . cùm palam miſceatis inceſta toto conſcio cœlo, ſoli ipſi igno . . . . . : nos verò etiam in tenebris ſcelera noſtra recognoſcere poſſumus. Planè Perſæ, Theſias edit, tam ſcientes quàm non horrentes cum matribus liberè fiunt: Sed & Macedones id quo probauerunt . . . . eſt factitare: ſiquidam cùm primus ſcenã corũ Oedippus . . . . . intrauit trucidatus oculos, riſu ac deriſu exceperunt: Tra . . . . . . conſternatus retracta perſona, *Numquid*, ait, *Domini, diſplicui vobis*? reſponderunt Macedones: *Immò tu quidem pulcher*: Aut ſcriptor vaniſſimus ſi finxit,

Digitized by Google

aut Oedippus dementiſſimus ſi ita fecit: atque exinde alter ad alterum, elaune ten matera dicebatis. ¶ Sed, *vna vel alia gens quantula macula totius orbis? Nos enim omnem infecimus ſolem, omnem polluimus Oceanum!* Date igitur aliquam nationem, vacantem ab eis quæ omne hominum genus ad inceſtum trahunt: ſi qua gens concubitu ipſo & ætatis ac ſexus neceſſitate, ne dixerim libidine & luxuria caret, ea erit quæ carebit inceſto: ſi qua ab humana conditione priuata quadam natura remota eſt, vt neque ignorantiæ, neque errori, neque caſui oppoſita ſit, ea erit quæ ſola Chriſtianis reſpondere conſtantius poſſit. Reſpicite igitur luxuriam inter errores & ventos fluctuantem, ſi deſunt populi, quos ad hoc ſceleris incurſent lata vada & aſpera erroris? Inprimis cùm infantes veſtros alienæ miſericordiæ exponitis, aut in adoptionem melioribus parentibus, obliuiſcimini quanta materia inceſti ſubminiſtratur, quanta occaſio caſibus aperitur? Planè ex aliqua diſciplina... iores aut certo reſpectu eiuſmodi euentum à libidine temper..tis: quocunque loco domi aut peregre, vt non diſperſio ſeminum & ſaltus vbique luxuriæ neſcientibus filios edat quos aut ipſi poſtarodum parẽtes aut alij.... incurſent, quando etiam ætatum moderatio libidine excluſa ſit: Quotcunque adulteria, quotcũque ſtupra, quotcunque publicatæ libidinis..... ſiue ſtatiuo vel ambulatorio titulo, tot ſanguinis mixtiones, tot compagines generis, tot inde traduces ad inceſtum: vnde adeò mimis & Comœdis argumentorum venæ fluunt. Vnde iſta quoque talis ante Tragœdia erupit, *Fuſciano Præfecto Vrbi*, iudicata punitione Senatus. Fortuita neglegentia comitum vltra ianuam progreſſus iter prætereuntibus tractus domo excidit: qui eum nutrierat Græculus vel à limine Græculo more captauerat intrans: inde mutatus Aſiæ ætate Romam in venalicio refertur, emit imprudens pater, & vtitur Græco: dehinc, vt veſtra, adoleſcentem dominus in agrum & vincula legat: illic iamdudum Pædagogus & Nutrix pœnas dabant: repreſentatur eis tota cauſa, referunt inuicem exitus ſuos, illi, *quòd alumnus in pueritia periſſet*, ille, *ſe quoque à pueritiâ periſſe*, ceterùm, *eodem euentu Romæ natum honeſtâ domo*; forſitan & ſigna quædam retexuerit. Igitur Dei.

Dei voluntate ...., vt tanta ſæculo macula exprobraretur: *Spiritus Dei de die concutit:* tempora cum ætate reſpondent, aliquid & ocul ide liniamentis recordantur, proprietates nonnullæ in corpore recenſentur: dominos, immò iam parentes, tantum prælatæ inquiſitionis diligentia impellit: inueſtigatur venaliciarius, infeliciteri nuenitur: reuelato ſcelere parentes ſibi laqueo medentur: bona filio ma.. ſuperſtiti Præfectus adſcribit, non ad hereditatem ſed ad ſtipendium ſtupri & inceſti. Satis erat vnum iſtud exemplum publicæ eru...... eiuſmodi ſcelerum deliteſcentium in vobis: *Nihil ſemel euenit in rebus humanis, ſemel planè erui poteſt.* De ſacramentis noſtræ religionis opinor intentatis, & ſunt paria veſtris etiam non ſacramentis.

De IRRELIGIONE IN CAESARES. CAP. XVII.

[*Concordat Apologetici Cap.* 35.]

DE OBSTINATIONIBVS verò, vel præſumptionibus, ſi qua proponitis, ne iſtæ quidema d communionem comparationis abſiſtunt. Prima obſtinatio eſt, quæ ſecunda ab eis religio conſtituitur Cæſarianæ maieſtatis, quòd *inreligioſi* dicamur *in Cæſares, neque imagines eorum repropitiando, neque Genios deierando: Hoſtes populi* nuncupamur. Ita verò ſit, cum ex vobis Nationibus quotidie Cæſares & Parthici & Medici & Germanici fiant. Hoc loco *Romana gens* viderit, in quibus indomitæ & extraneæ nationes: Vos tamen de noſtris aduerſus noſtros conſpiratis. Agnoſcimus ſanè Romanam in Cæſares fidem! Nulla vmquam coniuratio erupit, nullus in Senatu vel in Palatiis ipſis ſanguinis Cæſaris notam fixit! Nulla in prouinciis affectata maieſtas! Adhuc *Syria* cadauerum odoribus ſpirant: adhuc Galliæ *Rhodano* ſuo non lauant? ❡Sed omitto veſaniæ crimina, quia nec iſta Romanum nomen admittunt: Vanitatis ſacrilegia... ueniam, & ipſius vernaculæ gentis inreuerentiam recognoſcam, .. feſtiuos libellos quos ſtatuæ ſciunt, & illa obliqua nonnunquam ... taà concilio atque maledicta, quæ Circi ſonant: Si non armis .... im lingua ſemper rebelles eſtis. Sed aliud opinor eſt, non iurare ... Genium

Digitized by Google

Cæſaris! Dubitatur enim de periuris iure, cùm ne per Deos ...... veſtros ex fide deieretis. ¶ Sed non dicimus *Deum Imperatorē, ſuper* .... im, quod vulgò aiunt, *ſannam facimus.* Immò qui *Deum* Cæſarem dicitis, & deridetis, dicendo quod non eſt, & maledicitis quia .... t eſſe quod dicitis: mauult enim viuere, quàm DEVS FIERI.

De CONTEMPTV mortis & tormentorum. CAP. XVIII.

[*Concordat Apologetici Cap. vlt.*]

RElìquum Obſtinationis in illo capitulo collocatis: quòd *neque gladios, neque Cruces, neque beſtias veſtras, non ignem, non tormenta ob duritatem ac contemptu mortis animo recuſemus.* Atenim hæc omnia apud priores maioréſque veſtros non contemni modò, ſed enim magna laude penſantia virtute didicerunt. Gladius quot & quantos viros voluntarios piget proſequi: Crucis verò nouitatem numeroſæ abſtruſæ Regulus veſter libenter dedicauit: Regina Ægypti beſtiis ſuis vſa eſt: Ignes poſt Carthaginenſem fœminam Aſdrubale marito in extremis patriæ conſtantiorem docuerat inuadere ipſa Dido: Sed & tormenta mulier Attica fatigauit Tyranno negans, poſtremo, ne cederet corpus & ſexus, linguam ſuam paſtam expuit totum eradicatæ cōfeſſionis miniſterium. ¶ Sed veſtris iſta ad gloriam, noſtris ad duritiam deputatis. Deſtruite nunc gloriam maiorum, quò nos quoque deſtruatis: contenti eſtote detrahere etiam laude parentum ad præſens ne nobis locum detis. ¶ De his forſitan & temporum qualitas robu...... ris antiquitatis exegerit ingenia duriora: at nunc tranquillitas pacis & ingenia mitiora & mentes hominum etiam in extraneos:..... inquitis, *veteribus vos cōparate, nobis neceſſe eſt in vobis odio proſequi, quod à nobis non probatur, quia nec inuenitur in nobis.* Reſpondete igitur ad ſingulas ſpecies, non eadem voce exempla depoſco: ſi contemptu ſcilicet mortis gladius de maioribus fabulas fecit, vtique non vitæ amore gladio vos adlatanıſtas auctoratis..... mortis nomen militiæ datis. Si femine aliquid de beſtiis famoſa mors eſt, medie quotidie pacis ſponte liberà ad beſtias itis: ſi crucem configendi

figendi corporis machinam nullus adhuc ex vobis Regulus pepigit, attamen iam ignis contemptus euaſit, ex quo ſe quidam proximè veſtiendum incendiali tunicâ ad certum vſquequaque locum auctorauit: Si flagris mulier inſultauit, hoc quoque proxumè inter venatorios ordine tranſcurſo remenſus eſt; vt taceam de calonica gloria.

De RESVRRECTIONE & VLTIMO IVDICIO. CAPVT XIX.

[*Concordat Apologetici Cap.* 47.48.49.)

HVcuſque opinor horrenda obſtinationum Chriſtianarum: quæ ſi vobiſcum communicamus, ſupereſt deridenda perſonarum conferamus: quanquam de PERSVASIONIBVS omnis obſtinatio noſtra præſtruitur: *Mortuorum enim præſumimus reſurrectionem*; ſpes reſurrectionis, faſtidium eſt mortis. Ridete igitur quantumlibet ſtupidiſſimas mentes, quæ moriuntur vt viuant: Sed quò facilius rideatis, & reſolutius decachinnetis, arrepta ſpongea vel inter . . lingua delete literas interim veſtras, quæ ſimiliter aſſeuerant, *animas in corpora redituras.* Attamen quanto acceptabilior noſtra præſumptio eſt, quæ in eadem corpora redituras defendit? vobis autem quanto vanius traditum eſt, hominis ſpiritum in cane vel mulo aut pauone rediturum? Item, *Iudicium annuntiamus à Deo pro cuiuſque meritis poſt interitum deſtinatum:* Id vos Minoi & Radamantho adſcribitis, iuſtiore . . . . . . Ariſtide recuſato: *eo iudicio iniquos æterno igni, pios & inſontes amæno in loco* dicimus *perpetuitatem tranſacturos:* Apud vos . . . . quoque Pyriflegetontis & Elyſij non alias indicio diſponitur. Nec Mythici ac Petici ſoli talia canunt, ſed & Philoſophi de animarum recipi prouocatione, & iudicij, diſtributione confirmant.

CONCLVSIO. CAPVT XX.

QVoniam igitur vſque, *Iniquiſſimæ* Nationes, non agnoſcitis, immò inſuper execramini veſtros, ſi nihil inter nos diuerſitas habet: ſi vnum & eidem ſumus? Quia non odiſtis,

quod eſtis, date dextras potius, compingite oſcula, miſcete complexus, cruenti cum cruentis, inceſti cum inceſtis, coniurati cum coniuratis, obſtinati & vani cum æqualibus: pariter Deorum numina læſimus, pariter indignationem eorum prouocamus: Habetis & vos *Tertium genus*, etſi non de tertio ritu, attamen de tertio ſexu: illud aptius de viro & femina viris & feminis iunctum. Aut numquid ipſo vos collegio offendimus? *Solet æqualitas æmulationis materiam ſumminiſtrare:* ſic figulus figulo, faber fabro inuidet. ¶ Immò iam de fine ſimulata confeſſio redigit conſcientia veritatem & ad conſtantiam verit.... (Nam omnia iſta in nobis ſolis erunt, & à nobis ſolis reuincuntur quibus .. lata ſunt) agnitionem ſcilicet diuerſæ partis, vnde ſcientia inſtructa & conſilium inſpirat & iudicium gubernatur. Veſtra denique ſent....... *Ne cauſam quis iudicet, niſi duobus auditis*, quod in nobis ſoli negle ..... naturæ vitio ſatisfacitis, vt quæ in nobis non refutetis, in aliis ...... tis, aut quorum relatum in vobis memineritis, ea in alios iactetis .... opere occupatiores eritis, in extraneos caſti, in voſmetipſos in .... exertiores foris, ſubiecti domi. Hæc eſt *Iniquitas*, vt gnari ab....... abſoluti à reis iudicemur: Auferte ſtipulam de oculo veſtro, aut...... de oculo veſtro, vt ſtipulam de alieno extrahatis: emendate voſmetipſos prius, vt Chriſtianos puniatis: Niſi quod emendaueritis non punietis, immò eritis Chriſtiani: immò ſi fueritis Chriſtiani, eritis emendati: Diſcite quod in nobis accuſetis, & non accuſabitis: recognoſcite quid in vobis non accuſetis, & accuſabitis. ¶Patet etiam hinc vobis (quantum aperire potuerimus) è paucis iſtis libellulis, erroris inſpectio, & veritatis recognitio: Damnate veritatem, ſed inſpectam ſi poteſtis, & probate errorem, ſed repertum ſi putatis. Quòd ſi præſcribitur vobis, *Errorem amare, & odiſſe veritatem*, cur quod amatis & oditis, non noueritis?

TERTVLLIANI AD NATIONES
LIBER I. EXPLICIT.

TERTVLLIANI
LIBER SECVNDVS
AD NATIONES.

E

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI.

VANITATEM DEORVM, ſeu Theologiam Nationum, Tertullianus hoc poſteriore libro exagitat: Deoſq́ adeò Gentilium Deos non eſſe demonſtrat.

Generali primùm hac præſcriptione, quòd ab hominibus inſtituti fuerint. Deinde generalem Deorum diuiſionem, tandem Romanorum Deos proprios exagitat.

GENERALEM igitur Deorum ſeu Theologiæ diuiſionem à Varrone Diuinarum libris propoſitam, explodit: In Phyſicam ſcilicet, Mythicam & Gentilem: idq́ in commune. Cap. 1.

1 Mox ſpecialiter Phyſicam refutat, à Philoſophis propoſitam. Cap. 2:

Ac nominatim eam, quæ Elementa Deos conſtituit explodit: tribus argumentis, quæ ad adſtruendam illorum diuinitatem afferebantur confutatis, primo inquam. Cap. 3.

Secundo. Cap. 4.

Tertio. Cap. 5.

Ac præterea nouo ipſe argumento diuinitatem eorum deſtruit. Cap. 6.

2 Mythicam *Theologiam refutat*. Cap. 7.

3 Gentilem *denique*. Cap. 8.

ROMANORVM Deos proprios exagitat:

1 *Quia* immerentes *in diuinitatem allecti*. Cap. 9.

2 *Quia* fœdi. Cap. 10.

3 *Quia per negotia & vitæ humanæ officia ſigillatim* diſtributi *& adſignati*. Cap. 11.

4 *Quia Dÿ illi omnes* homines *aliquando fuerunt, ergo non Dÿ (quod Saturni exemplo velut antiquiſſimi oſtendit)* Cap. 12.

5 *Quia poſt mortem Dÿ fieri non potuerint, aut debuerint: ſiue de Natiuis agatur (id eſt de iis qui ex Diis orti dicebantur, poſteaq; in diuinitatem allecti)* Cap. 13:

Siue de factis, id eſt iis, qui ex hominibus nati in Deos allecti ſunt. Cap. 14.

Ac nominatim ÿ qui in ſydera relati, qui malis aut locis præpoſiti. Cap. 15.

Etſi quidam illorum vitæ humanæ neceſſaria quædam & commoda demonſtrauerint, vel commenti ſint. Cap. 16.

Poſtremò Imperium Romanum *Deorum cultu neque partum neque auctum fuiſſe, contra quàm Romani iactitabant, commonſtrat*. Cap. vlt.

TER-

Digitized by Google

TERTVLLIANI
AD NATIONES
LIBER SECVNDVS.

De Vanitate Deorum, ſeu Errore Nationum in ſe.

Capvt I.

NVnc de Deis veſtris, Miſerandæ Nationes, congredi vobiſcum *defenſio noſtra* deſiderat: prouocans ipſam conſcientiam veſtram, ad cenſendum, an verè Dei vt vultis, an falſo, vt ſcire non vultis? Hæc enim ... eria eſt erroris humani, per artificem eius, ne ignorantia erroris ... ..., quò magis rei ſitis: *Patent oculi nec vident: hiant aures, nec audiunt: cor ſtupet, ſaliens neſcit animus quod agnoſcit.* Denique, ſi tantam peruerſitatem vnâ præſcriptione diſcuti liceret, in expedito eſſet nuntiatio, *Cùm omnes iſtos Deos ab hominibus inſtitutos, non manifeſtam hinc excidere fidem veræ diuinitatis, quòd nihil vtique coeptum diuinum videri iure poſſit?* ¶ Sed enim multa ſunt, quibus teneritas conſcientiæ obduratur in calloſitatem voluntarij erroris: ingenti manu veritas obſidetur, & ipſa de ſua virtute ſecura eſt: quidni quæcunque vult de ipſis aduerſariis ſocios protectoréſque ſibimet aſſumit, & omnem illam expugnatorem multitudinem proſternit? ¶ Aduerſus hæc igitur nobis negotium eſt, ad-

Digitized by Google

uerſus inſtitutiones maiorum, auctoritates receptorum, leges dominantium, argumentationes prudentium: aduerſus vetuſtatem, conſuetudinem, neceſſitatem: aduerſus exempla, prodigia, miracula, quæ omnia adulterinam iſtam diuinitatem iſtam corrobauerint. ¶ Quare ſecundùm veſtros Commentarios, quos ex omni Theologiæ genere cepiſtis, gradum conferens, quoniam maior in huiuſmodi penes vos authoritas literarum, quàm rerum eſt, elegi ad compendium VARRONIS opera, qui RERVM DIVINARVM ex omnibus retrò digeſtis commentatus, idoneum ſe nobis ſcopum & poſuit.

¶ Hunc ſi interrogem, *Qui inſinuatores Deorum?* aut Philoſophos deſignat, aut Populos, aut Poëtas: Triplici enim genere Deorum cenſum diſtinxit: vnum eſſe *Phyſicum*, quod Philoſophi retractant: aliud *Mythicum*, quod inter Poëtas volutetur: tertium *Gentile*, quod populi ſibi quiſque adoptauerunt. Igitur, cùm Philoſophi Phyſicum coniecturis concinnarint, Poëtæ mythicum de fabulis traxerint, Populi Gẽtile vltrò præſumpſerint, vbinam veritas collocanda? In cõiecturis? ſed in........ ceptio eſt: In fabulis? ſed fœda relatio eſt: In adoptionibus? ſed........ & municipalis adoptatio eſt: Denique apud Philoſophos incerta, quia varia: apud Poëtas omnia indigna, quia turpia: apud populos paſſiua omnia, quia voluntaria. Porrò diuinitas, ſi veram retractes, eâ definitione eſt, vt iſtud neque argumentationibus incertis colligatur, neq; fabulis indignis contaminetur, neque adoptionibus paſſiuis iudicetur: haberi enim debet, ſicut eſt, certa, integra, communis: quia ſcilicet omnium. Ceterùm, quem Deum credam, quem ſuſpicio æſtimauit, quem hiſtoria iactauit, quem ciuitas voluit? Digniùs multò neminem credam, quàm dubitandum, aut pudendum, aut adoptiuum.

De PHYSICA *Theologia.* CAPVT II.

SEd, *Phyſicorum* auctoritas *Philoſophorum*, vt mancipium ſapientiæ, patrocinatur. Sane, mera ſapientia Philoſophorum:

rum : cuius infirmitatem prima hæc conteſtatur, *varietas opinionum*, veniens de ignorantiâ veritatis : Quis autem ſapiens, expers veritatis,qui ij ſius ſapientiæ ac veritatis patrem & dominum Deum ignoret ?....... diuina aliàs enunciatio Solomonis,*Initiũ*,inquit,*ſapientiæ*,..... *in Deũ*:Porrò timoris origo, notitia eſt: Quis enim timebit,quod ignorat?Itaque Deum timuerit, ignotio omnium Deum omnium notitiam & veritatem adſecutus, plenam atque perfectam ſapientiam obtinebit. Hoc autem Philoſophiæ non liquidò ſucceſſit: licet enim per curioſitatem omnimodæ literaturæ inſpiciendæ, diuinis quoque ſcripturis vt antiquioribus..... videri incurſaſſe, & inde nonnulla dempſiſſe, cùm tamen..... nt, probant ſeſe aut omnia deſpexiſſe, aut non omnibus....... (nam & alias eueritatis ſimplicitas per ſcrupoloſitatem....., ve fide nutat) & ita accedente libidine gloriæ ad proprij ingenij opera mutaſſe: per quod incertum abiit etiam quod inuenerant,& facta eſt argumentationum inundatio, de ſtillicidio vno atque alio veritatis: inuento enim ſolummodo eo,non vt inuenerunt expoſuerunt:vt de qualitatis eius & de natura,etiam de fide diſceptent: Platonici quidem, curantem rerum & arbitrium & iudicem: Epicurei, otioſum & inexercitum, &,vt ita dixerim, *neminem*:poſitum verò extra mundum,Stoici:extra mundum, Platonici, quem non penitus admiſerant neque noſſe potuerunt,neque timere, nec inde ſapere: exhorbitantes ſcilicet ab initio ſapientiæ, id eſt metu in Deum.

¶ Extant teſtimonia tam ignoratę quàm dubitatæ inter Philoſophos diuinitatis. Diogenes cõſultus, *Quid in cælis agatur? Nũquã*,inquit,*aſcẽdi*:Itẽ,*an Dei eſſent? Neſcio*,inquit,*niſi, vt ſint expedire*. Thales Mileſius, Crœſſo ſciſcitãti, *Quid de Deis arbitraretur?* poſt aliquot deliberandi cõmeatus nihil renũtiauit. Socrates ipſe Deos iſtos quaſi certus negabat : idem Æſculapio gallinacium ſeſecari quaſi certus iubebat. Et ideò cùm tam incerta & inconſtans definiendi de Deo Philoſophia deprehenditur, quem potuit :........ re eius, quem non liquidò tenebat determinare? ¶ De *mundo*.... dicimus? Hunc enim Phyſicum Theologiæ genus cegunt : q...... ta Deos tradi-

Digitized by Google

derunt, vt *Dionyſius Stoicus* tritariam Deos diuidat: vnam vult ſpeciem, quæ in promptu ſit (vt Solem, Lunam. . . .) aliam, quæ non compareat (vt Neptunum) reliquam, quæ de hominibus ad diuinitatem tranſiſſe dicitur (vt Herculem, Amphiaraum) Aequè *Arceſilaus* trinam formam diuinitatis ducit, Olympios, Aſtra, Titaneos (de Cœlo & Terra ex his Saturno & Ope Neptunum, Ioue͂, & Orcum & ceteram ſucceſſionem. *Xenocrates* Academicus bifariam facit, Olympios & Titanios qui de cælo & terra. *Aegyptiorum* plerique quattuor Deos credunt, Solem, & Lunam, Cælum, ac Terram. Cum reliquo igni ſuperno Deos hortos *Democritus* ſuſpicatur: cuius inſtar vult eſſe Naturam *Zenon*. Vnde & VARRO ignem mundi animum facit, vt perinde in mundo ignis omnia gubernet, ſicut animus in nobis: Atqui vaniſſimè: *Nam cùm eſt*, inquit, *in nobis, ipſi ſumus: cùm exiuit, emorimur:* Ergo & ignis cùm de mundo per fulgura proficiſcitur, mundus emoritur!

ELEMENTA Deos non eſſe: refutatúrque primum hanc ad rem argumentum. CAP. III.

HIs ita expeditis, videmus Phyſicum iſtud ad hoc ſubornatum, vt Deos *Elementa* contendat, cùm ex his etiam alios Deos natos alleget: Dei enim nonniſi de Deis naſcerentur: quos quoniam in Mythico apud Poëtas plenius ſuo loco examinabimus, tamen quod de ipſis interim retractandum eſt, quod ad præſentem ſpeciem facit, ſimul & de præſenti ſpecie ad ipſos . . . . . an oſtenſuri ſumus, Deos nullo modo videri poſſe, qui de elementis nati dicuntur: Vt iam hinc præiudicatum ſit, Deos elementa non eſſe, cùm qui de elementis nati dicuntur, Dei non ſunt: Æquè demonſtrando, orta Deos non eſſe, ad illam magnatorum ſpeciem præſtrue . . . . non eſſe defendi, quorum parentes, id eſt elementa, Dei non ſunt. Scitum, *Deum è Deo naſci: quemadmodum, de non Deo non Deum*. Igitur, quod elementa contineat, *Mundus* iſte (vt ſummaliter tractem de vniuerſitate, partibus eius præminiſtrans: nam quæ conditio

Digitized by Google

conditio eius, eadem vtique erit & elementorum & membrorum) aut ab aliquo inſtitutus ſit neceſſe eſt (qua Platonis humanitas) aut à nullo (quæ Epicuri duritia) & ſi inſtitutus eſt habendo initium, habebit & infinem: ita quod aliquando non fuit ante initium, & quandóque non erit poſt finem, non capit vtique videri Deus, carens ſubſtantiâ diuinitatis, id eſt æternitate, quæ ſine initio & fine cenſetur. Si verò inſtitutus omninò non eſt, ac propterea Deus habendus, quòd vt Deus neque initium neque finem ſui patitur, quomodo quidam aſſignant elementis, quæ Deos volunt, generationem, cùm Stoici negent, quicquam . . . naſci? Item, quomodo volunt, quos de elementis natos ferunt, Deos haberi, cùm Deum negent naſci? Itaque quod mundi erit, hoc Elementis adſcribetur, Cœlo dico & Terræ & Sideribus & Igni, quæ Deos & Deorum parentes aduerſus negatam generationem Dei & natiuitatem fruſtra credi propoſuit VARRO. Et qui VARRO indicauerat animalia eſſe cœlum & aſtra. Quòd ſi ita eſt, etiam mortalia ſint neceſſe eſt ſecundum animalis formam: nam etſi immortalem conſtat animam, ipſi hoc ſoli licebit, non etiam illi cui adnectitur, id eſt corpori: nemo autem negabit . . . . corpus eſſe, cùm & contingamus ea, & contingamur ab eis, cer . . . . . pora ex illis decidere videamus: Ergo ſi animalia depoſit . . . . . . ne animæ, qua corporum conditio, mortalia, non vtique . . . . Et tamen vnde animalia VARRONI videntur elementa? *Quoniam. . . . ventur.* Ac ne ex diuerſo proponatur, multa alia mouer. . . . . vt plauſtra, vt machinas ceteras, vltrò præuenit, dicens, *Eo animalia credita, quod per ſemetipſa mouerentur, nullo extrinſecus apparente motatore eorum vt iniatore, ſicuti apparet qui rotam compellit, & plauſtra voluit, & machinam temperat.* Igitur niſi animalia, non mobilia per ſe. Porrò allegans, quid non appareat, oſtendit quid quæſiſſe debuerat, id eſt artificem & arbitrum motus: neque enim ſtatim non eſt, quod quia non videmus non credimus eſſe: immò eò altius inueſtigandum eſt quod non videatur, vt quod videatur quale ſit ſcire poſſimus. Alioquin ſi tantum ea quæ comparent ideò eſſe credantur quia comparent, quomodo Deos etiam eos . . .

F

cipitis, qui non comparent? ſi autem videntur eſſe qui non ſunt, cur non ſint ... non videntur? Motatorem dico cœleſtium rerum. Sint ergo & anima ... quia mobilia per ſe, & iam mobilia per ſe, quia non per alium, tamen .... non ſtatim Dei quia animalia, ita nec ideo quia per ſe mobilia: aut .... vetat vniuerſa animalia, vt mobilia per ſe Deos haberi? ..... lia ſane vanitate Aegyptiis licet.

ELEMENTA Deos non eſſe: & ſecundùm argumentum refutatur. CAP. IV.

AIunt quidam, *propterea DEOS* .... *atos, quòd thin & ſieſta procurrere ac motari interpretatio eſt* .... vocabulum iſtud non eſt alicuius maieſtatis: à curſu enim & motu .... tatis eis dominatione formatum eſt. Sed cùm etiam ille vnus Deus .... s, Θεὸς cognominetur, nec tamen aut motus vllus aut curſus .... at, quia nec viſibilis cuiquā ſit, palàm eſt, vt vocabulum iſtud .... ſumptum propriumque, quia ſe natiuum, diuinitatis inuentum .... interpretationis eius aſtutiâ, veriſimilius eſt non à curſu & motu Θεοὺς dictos, ſed de appellatione *veri Dei* mutuatum, vti quos æquè Deos excudiſſetis, Θεοὺς cognominaretis.

¶ Denique quàm ita ſit, probatio ſuppetit, cùm etiam vniuerſos Deos veſtros, in quibus nullus curſus aut motus officium denotatur, Θεοὺς communiter appelletis: itaque ſi æquè Θεοὺς æquè immobiles, diſceditur vocabuli interpretatione pariter, & diuinitatis opinione, quâ curſu & motu modulata reſcinditur. Quod is nomen iſtud proprium diuinitatis, & ſimplex, nec interpretatorium in illo Deo reprehenſum, in cetera quæ Deos vultis, docete etiam qualitatis inter illos eſſe conſortium, vt iure conſiſtat collegium nominis communione ſubſtantiæ. ¶ Porrò Θεὸς ille iam h .... ſolo, quòd non ſit in promptu, vacuatâ comparatione eorum qui in.... tu ſunt & viſui & ſenſui: ſed ſenſui ſatis quod eſt teſtimonij ad diuer... tem occulti & manifeſti renuntiatio: ſi elementa palàm

Digitized by Google

palàm propo.... omnibus: ſi contra Deus, nemini,quomodo poteris ex eâ parte quam..... diſti quæ vides congredi? Cum ergo non habes coniungere ſenſu,.... ratione,quid vocabulo coniungis, vt coniungas etiam poteſtate? Ecce enim Zeno quoq; materiam mundialem à Deo ſeparat, vel eum per *illam tamquam mel per fauos tranſiſſe* dicit: itaque *materia* & *Dei* vocabula, duæ res: pro diſcrimine vocabulorum etiam res ſeparantur: etiam materiæ conditio vocabulum ſequitur: quòd ſi materia non eſt, quia ſic & appellatio præſcribit, quomodo quæ ſunt in materia, id eſt elementa, Dei habebuntur, cùm membra à corpore alig.... eſſe non poſſint? ¶ Sed quid ego cum argumentationibus Phyſiologicis? S.......... aſcendere debuit de ſtatu mundi, non in incerta deſcen......... .. lo Platonica forma,quadratum eum angulatumque com.. .... do circino rotundo ita collegit,quod ſine capite ſolum credi laborat. Sed Epicurus qui dixerat, *Quæ ſuper nos, nihil ad nos*, cùm & ipſe Cælum inſpicere deſiderat, Solis orbem pedalem deprehendit: Adhuc ſcilicet frugalitas & in cælis agebatur: Denique vt ambitio profecit, etiam Sol aciem ſuam extendit: ita illum orbem maiorem Peripatetici denotauerunt. Oro vos,quid ſapit coniecturarum libido? Quid probat tanta præſumptione aſſeuerationis otium affectatæ moroſitatis eloquij artificio adornatum? Meritò ergo Mileſius Thales... totum cœlum examinat & ambulat oculis, in puteum cecidit..... r, multum inriſus Aegyptio illi; *In terra*, inquit, *nihil perſpici...... cœlum tibi ſpeculandum exiſtimas?* Itaque caſus eius per figuram....... s notat, ſcilicet eos qui ſtupidam exerceant curioſitatem..... naturæ, quàm prius in artificem eius & Præſidem,in vacuum..... ndum habituros.

ELEMENTA Deos non eſſe: & tertium argumentum confutatur. CAP. V.

QVin ergo ad humaniorem aliquanto con..... imur opinionem, quæ de communi omnium ſenſu & ſimplici cog...... deducta videatur? Nam & VARRO meminit eius, *Creditam prætereà* dicens, *Elementorum diuinitatem*, *quòd nihil*

Digitized by Google

omninò ſine ſuffragio illorum gigni,ali,prouehi poſſit ad vitæ humanæ & terræ ſationem:quando ne ipſa quidem corpora aut animas ſufficere licuiſſet ſine elementorũ tẽperamento:quo habitatio iſta mundi circulorum cõditionibus fœderata præſtatur(niſi qu. d . . . . incolatui denegauit enormitas frigoris aut caloris) . . . . . . Deos credi: Solem, qui diei de ſuo cumulet, fruges caloribus . p . . . . . . & annum ſtationibus ſeruet: Lunam,ſolatium noctium,patrocinium menſum gubernaculis: Item ſidera, ſignacula quædam temporum ad mutationem notandorum: Ipſum denique Cœlum, ſub quo omnia:in terra,ſuper quam omnia: & quicquid illorum inter ſe ad commoda humana conſpirat. Nec tantum beneficiis fidem diuinitatis elementis conuenire, ſed etiam de diuerſis quæ tamquam de ira & offenſa eorum inc . . . ſoleant, vt fulmina,vt grandines, vt ardores,vt auræ peſtilentes, item diluuia,item hiatus motuſque terrarum. Et iure credi Deos, quorum natura honoranda ſit in ſecundis, metuenda ſit in aduerſis, domina ſcilicet iuuandi & nocendi. Porro, ſi ita ſentiuntur in . . . . . conuerſatione,non perinde rebus ipſis quibus iuuantur ſiue læduntur aut gratias referunt, aut querellas intendunt,ſed his ſub quorum . . . & poteſtate operatio rerum decurrit:Nã in voluptatibus . . . . . nõ tibiæ aut cytharę coronam ad prẹmium adiudicatis,ſed artifici,qui tibiã & citharam ſuauitatis temperet vi: Æquè,cùm quis . . . . tudine male eſt,non lanis,nec antidotis, aut malagmatis ipſis gratiam meminiſtis, ſed medicis, quorum opera atque prudentia . . . . . . dia proveniunt: Item in aduerſis,qui ferro ſauciantur,non gladium ipſum aut lanciem accuſant,ſed hoſtem vel latronem: Et quos . . . ., . , tegulas aut imbrices arguunt, ſed vetuſtatem: Sicut & naufragi non petræ ſed fluctibus imputant, ſed procellæ merito: Certum enim eſt, quodcunque præſto eſt, adſcribendum,non per quod fit,ſed à quo fit:quia is eſt caput facti,qui & vt fiat,& per quid fiat, inſtituit:Et ſunt in omnibus rebus tres tituli iſti, *Quod eſt, Per quod eſt, & A quo eſt:* quia prius eſſe quid,quid velit fieri,& quod poſſit inueniri. Et ita rectè in ceteris agitis,auctorẽ conſiderãtes:At in Phyſicis contra naturã regula veſtrã,qua in ceteris ſapientiam iudicatis, auferẽdo ſummũ gradũ auctoris, & quæ ſi . . t nõ à quo fieri,ita credere cõtingit elementorũ poteſtates & ar . . . eſſe,quæ ſunt ſeruitutes & officia:Non in iſta

in-

Digitized by Google

inueſtigatione ali . . . . . us artificis intus & domini, ſeruitutis autem non tendimus elementorum , ... operis eorum quas facis poteſtatis. Sed Dei nō ſeruiunt:ea igitur . . . . . ſeruiunt, Dei non ſunt. Aut doceant vulgo fieri,vt de licentia paſſiuitatis,libertas approbetur : de libertate, dominatio: de dominatione,diuinitas intellegatur: Nam ſi omnia hæc ſuper nos certis curriculis, legitimis . . . . . . ibus,propriis ſpatiis, æquis vicibus ſub legis inſtar conſtituta vol . . . . . s temporibus, & exercendis temporum ducatibus,occurrere meminerunt, ... ?. ex ipſa obſeruatione conditionum ſuarum , & fide operum & inſtantia . . . . & cura demutationum , memoria reciprocatorum , aliquam dominationem ſibi præeſſe perſuadeant vobis , cui apparere videatur . . . . negotiatio mundialis perueniens ad humani generis vtilitatem & . . . . , nem? Non enim potes dicere , *ea ſibi agere iſta,ac ſibi curare* , *nec quiquam hominum cauſa diſponere*,cùm propterea defendas elementis diuinitatem , quod ab illis aut turbari te,aut lædi ſentias: nam ſibi præſtant,nihil eis debes.

ELEMENTA Deos non eſſe,nouo adhuc argumento probatur. CAP. VI.

AGE iam, conceditisne diuinitatem non modò non ſeruiliter currere , ſed in primis integrè ſtare , neque minui , neque intercipi, neque corrumpi debere ? Ceterum abiit omnis felicitas eius , ſi quid patitur vmquam. Ecce autem & aſtra intercidunt , & intercidiſſe ſe atteſtantur : Confitetur & Luna quantum amiſerit , cùm reſumit. Iam maiora eius detrimenta ſoletis in aquæ ſpeculo conſiderare , vt nihil amplius vllam . . . . credam quod maginorum. Ipſe etiam Sol ſæpè defectione temptatus eſt. Fingite qualibet rationes cœleſtiū caſuum,non volet Deus aut minor fieri , aut eſſe deſinere. Viderint igitur humanæ doctrinæ patrocinia, quæ coniectandi artificio ſapientiam men . . . . . . & veritatem : Nam aliàs natura ſic eſt , vt qui melius dixerit, hic ver . . . . . xiſſe videatur : non qui verius , is melius. Cete-

Digitized by Google

ùm, cui res examinabitur veriſimilius, vtique dicet & elementa iſta ab aliquo regi, quàm vltrò.....: igitur non Deos, quæ ſub aliquo. ¶ At ſi in iſto erratur, melius eſt ſimpliciter, quàm, vt Phyſici, diligenter. Sed enim ſi ad Mythic........tes, meliùs iam in Phyſico mortalitas errat, eis diuinitatem adſcribendo, quæ ſuper omnem putat ſitu & vi & magnitudine & diuinitate ſentiri: Quod enim ſuper hominem, credas Deo proximum.

De MYTHICO *Deorum, & Theologiæ genere.*

CAPVT VII.

CEterùm, ... MYTHICVM tranſeamus (quod Poëtis deputatur) neſcio an tantum....... mediocritati noſtrę, an tanti de documẽtis diuinitatis conf.......... vt mox Africanos, & Boëtus, Ampharaus: Delibanda enim non eſt ſpecies iſta, cuius ſuo loco ratio reddetur. Interim, hos certè homines fuiſſe, vel eo palàm eſt, quod non conſtanter *Deos* illos, ſed *Heroas* appellatis. ¶ Quid ergo contendimus? ſi addicenda mortuis diuinitas erat, non vtiq; talibus. Ecce vos, cùm eadem licentiâ præſumptionis ſepulchris Regum veſtrorum cælum infamatis, nonne probatis quóſque iuſtitiâ, virtute, pietate, & omni bono eiuſmodi conſecrationis ſolacio one........ is: contenti pro talibus etiam irrideri peierantes. At è contrario impios,.... pes etiam, priſtinis humanæ gloriæ præmiis aufertis, decreta eorum .... los lancinatis, imagines detrahitis, monetam repercutitis: Ille autem conſpector omnium, comprobator, immò ...... tor bonorum, tantæ indulgentiæ ſuæ ordinationem vulgo pro .... & plus diligentiæ atque iuſtitiæ hominibus licebit in diſtribuend........ nitatibus ſapere? Mundiores erunt Regum & Principum Comi..... àm ſummi Dei? Atquin horretis & auerſamini vagos, exules....... s debiles, ſorditos natos, inhoneſte inſtitutos: contra, inceſtos, adulteros, raptores, parricidas etiam legibus exarendis. Riden...... raſcendum ſit, tales Deos credi, quales homines eſſe non debeant?

¶ Sed-

Digitized by Google

¶ Sedenim in iſto Mythico genere, quod Poëtæ ferunt, quàm incerti agitis . . . . . . conſcientiæ pudorem, & pudoris defenſionem: Nam quotiens miſe . . . . , turpia, vel atrocia Deorum exprobramus, allegationem Poëti . . . . e vt fabuloſa defenditis: Quotiens vltrò ſiletur de eiuſmodi Poëtica, modò non erratis, ſed inſuper honoratis, vtque in neceſſariis artibus habetis: Denique per hanc initiatricem literaturæ ingenuitatis ſtudia producitis. Criminatores Deorum Poëtas eliminari Plato cenſuit: Ipſum Homerum ſanè coronatum ciuitate pellendum: At cum ecipiatis illos & retineatis, cur non credatis talia retexentibus de Deis veſtris? Igitur ſi creditis Poëtis, cur tales Deos colitis? Si ideò colitis, quia non creditis Poëtis, cur laudem mendacibus fertis, nec cauetis ne offendatis eos, quorum detrectatores honoratis? ¶ Sanè *fides à Poëtis non exigenda!* Nonne qui dicitis Deos poſt mortem factos, homines confitemini ante mortem? Quid ergo noui, ſi qui homines fuerint, humanis aut caſibus, aut criminibus, aut fabulis polluuntur? ¶ *Non creditis Poëtis!* cùm de relationibus eorum etiam ſacra quædam diſpoſueritis? Cur rapitur Sacerdos Cereris . . . . tale Ceres paſſa eſt? Cur Saturno alieni liberi immolantur, ſi ille . . . . . percit? Cur Ideæ maſculus amputatur, ſi nullus illi faſtidioſi . . . . cens libidinis fruſtratæ dolore caſtratus eſt? Cur Hercule . . . . . luctum mulieres Lanuuie non guſtat, ſi non mulierum cauſa p . . . . . .

¶ *Mentiuntur ſanè Poëtæ!* ſed non ideò, quod talia geſſerint . . . . . . , homines quas defuerint, nec quod diuinas adſcribſerint to . . . . . . diuinitatis, cùm interim vobis credibilius viſum eſt, Deos fuiſ. . . , . . . non tales: quam tales, ſed non Deos.

De GENTILI *Deorum, & Theologiæ genere.* CAP. VIII.

SVpereſt GENTILE illud . . . . . . inter populos Deorum; quos libidine ſumptos, nō pron . . . . veritatis, docet priuata notitia. Deum ergo exiſtimo vbique . . . . , vbiquè præſentem, vbiq; dominantem, omnibus colendum, omnibus

demerendum. Atenim cùm illi quoque quos totos orbis communiter colit, excidant probationi veræ diuinitatis, quanto magis iſti, quos ne ipſi quidem municipes ſui norunt? Nam quæ idonea auctoritas præcucurrit eiuſmodi Theologiæ, quam etiam fama deſtituit? Quanti ſunt, qui norunt viſum vel auditum & Argatim, Syrorũ: Cæleſtem, Afrorum: Varſutinam, Maurorum: Obodaneduſſirem, Arabum: Belenum, Noricum: vel (quos VARRO ponit) Caſinienſium, Dei ... etim.: Narnenſium, Viſidianum: Athemenſium, Numentinum: Æſculanorum, .. chariam, & Quampræuerint: Vulſinienſium, Norriam: quorum ne nominum quidem dignitas humanis cognominibus diſtat? Satis rideo etiam ... s decuriones cuiuſque municipij, quibus honor intra muros ſuos deter... atur.

¶ Hæc libertas, adoptandorum Deorum, quouſque profecerit, Ægyptiorum ſuperſtitiones docent, qui etiam beſtias priuatas colunt ſp.... corcodrillos & anguem ſuum: Patum eſt, ſi etiam hominem conſacra.... Illum dico, quem, non iam Aegyptus aut Græcia, verùm totus orbis...... Afrij iurant: de cuius ſtatu quid conici poteſt apud noſtras litteras..... riſimile videatur poſitum eſt. Nam *Serapis* iſte quidam olim Ioſef...... fuit de genere ſanctorum, iunior inter ceteros fratres, ſed excellior....... ab iſdem fratribus per liborem venumin Aegyptum datur ſerui...... lia Regis Aegyptiorum Farao: à Reginâ minus pudicâ deſide.........., ma non obſequebatur: è contrario ab eadem delatus, à Rege .... datur: illic ſomnia quibuſdam non perperàm interpretatus, vim ſpiritus ſui oſtendit. Intereà Rex quoque ſomnia terribilia quædam illi detractis quos conuocauerat valuit exponere: Ioſef expedimenta de carcere edocuit, ſomnium Regi aperit: illos bouem ſeptem opimiſſimos defluentes, totidem annorum vbertatem ſignificare: poſteriores æque ſeptem ineptos, ſubſequentium ſeptem annorum inopiam: Prædicare ſæpe itaque de recõdendis præſidiis, in futuram famem de copiâ priore: credidit Rex: exitus rerum, & prudentem, & ſanctum ſemper, & neceſſarium probauit. Itaque Farao vniuerſæ Ægypto & frumentandæ & exinde curandæ eum præfecit. Hunc *Serapitẽ* ex ſuggeſtu, quo caput eius ornatum,

tum vocauerunt: cuius ſuggeſtus modialis figura, frumentationis memoriã obſignatura, frugum ſuper caput eius fuiſſe, ipſis ſpicis, quibus per ambitum notatur, apparet: Propterea & canem, quem .... inferos deputant, ſub dexterâ eius dicauerunt, quod ſub manu eius ..... compreſſatur Ægyptiorum: & Fariam adiungũt, quam filiam ..... Farao deriuatio nominis eſſe demonſtrat: nam & tunc Farao ..... cetera honorum & remũnerationum, filiam quoq; in matrimonium ei dederat. Sed quia & feras & homines colere ſuſceperant, vt .... ciem in vnum *Anubin* contulerunt, in quo naturæ conditionis .... potius argumenta videri poſſe conſecraſſe: Gens rixoſa, ſuis Reg .... recontrans, in extraneis deiecta, ſanè & gula & ſpurcitia .... etiam ſerui ipſa.

De Diis R O M A N O R V M. *Ac primùm, eos* immerentes *in diuinitatem allectos.* Cap. IX.

HÆc ſecundum tripertitam diſpoſitionem .... diuinitatis aut notiora aut inſigniora digeſſimus, vt poſſit .. .. ſatis reſponſum de Phyſico genere, de Poëtico, de Gentibus. Et quoniam omnis ſubſtitutio, non iam Philoſophorum, nec Poëtarum, nec Populorum à quibus tradita eſt, ſed dominantium *Romanorum*, à quibus occupata eſt, à quibus auctoritatem ſibi extruxit, alia iam nobis ineunda eſt humani erroris latitudo: immò ſilua cedenda, quæ vndique conceptis ſuperſtitionum ſeminibus, vitiis pueritatem obumbrauit.

¶ Sed & Romanorum Deos Varro bifariam diſpoſuit, *Incertos, & electos.* Tantam vanitatem! Quid enim erat illis cum *Incertis*, ſi Certos habebant: niſi ſi Attico ſtupori recipere voluerunt: nam & Athenis ara eſt inſcripta, *Ignotis Deis*? Colit ergo quis, quod ignorat? Tum ſi *Certo* ..... ant, contenti eſſe debuerunt, nec *Electos* deſiderare: In quo etiam inteli ..... deprehenduntur: ſi enim Dei, vt vultis [*vt bulbi*: ita Auguſtinus legit, 7. *de ciuit. Dei. c.*1.] eliguntur, qui non ſeliguntur ..... bi pronuntiantur. ¶ Nos verò bifariam Romanorum Deos recognoſci ..., *Communes* & *Proprios*, id eſt

quos cum omnibus habent, & quos....... ſunt commenti: & numquid hi ſunt *Publici* & *Aduentitij* dicti? ..... m arx docent, *Aduentitiorum*, ad fanum Carne: *Publicorum*, in Pa..... ... Quare *Communes* Dei quàm Phyſico, quàm in Mythico compre..... tur, actum eſt iam de iſtis ſpeciebus. De *Propriis* dicere...... et. De Romanis ſtupeamus, tertium illud genus *Hoſtilium Deorum*...... ſe?. eò quòd nulla gens alia tantum ſibi ſuperſtitionis inuenerit......... duas ſpecies dirigimus: alios de hominibus aſſumptos, alios in .. conceptos. Igitur quoniam idem illis color ſuppetit conſecrationis mortuorum, tanquam ob merita vitæ, eandem & nos reſponſionem opponamus neceſſe eſt, neminem ex his quoque tanti fuiſſe.

¶ Patrem diligentem *Ænea* crediderunt: militem numquam glorioſum, lapide debilitatum (quod telum quantum volgare, atq; caninum, tantò ignobile volnus)! Sed & proditor patriç Æneas inuenitur tam Æneas, quam Antenor: Ac ſi hoc verum nolunt, Ænea certè patria flagrante dereliquit ſocios fœminæ Punicæ ſubiciendus, quæ maritum Haſdrubalem Æneæ timiditatem his ſupplicantem hoſti non comitatu, raptis ſecum filiis formam & patrem ſibi habere, non in fugam ſapit, ſed in ignes ardentes Carthaginis, vt in amplexus patriæ pereuntis incubuit. Pius Æneas, ob vnicum puerum & decrepitum ſenem, Priamo & Aſtyanacte deſtitutis: Atquin Romanis magis deteſtan ... qui pro ſalute Principum & domus eorum, aduerſus liberos & coniuges & o... pignus ſuum deierant. Conſecrat filium Veneris, & hoc Volcanus ſcien ... titur, & Iuno concedit ſibi ſepte parentum in cœlo ſedent. Cur non potius Argiui iuuenes Dei habiti, quod matrem ne in ſacris piaculum committeret, plus quàm humano more iugales prouexerunt? Cur non magis Dea, quæ magis pia? illa filia patris in carcere fame defecti vberibus ſuis educ..... Quid aliud Æneę glorioſũ, niſi quòd pręlio Laurẽtino nuſquam cõparuit? Rurſus forſitan ſolito more quaſi deſertor è prælio fugerit. ¶ *Romulus* ęquè poſt mortem Deus: ſi quia vrbem condidit, ... alij, vſque in fæminas, vrbium auctores: Sane Romulus & fratrem interfecit, & alienas virgines dolo rapuit: ideò Deus, ideo *Quirinus*........ tunc parẽtibus *queritatum* eſt per illum! ¶ Quid *Sterculinus* meruit ad diuinitatem?

tatem? ſi agros ſtercoribus iuuando diligens fuit, plus fimi Augeas conferebat. Si *Faunus* Pici filius in ius agitabatur mente ictus, curari eum magis, quàm conſecrari decebat. Si *Fauni filia* pudicitiâ præcellebat, vt ne conuerſaretur quidem inter viros, aut barbaria, aut conſciētia deformitatis, aut rubore inſaniæ paternæ, quanto dignior Bonâ Deâ *Penelopa*, quæ inter tot viliſſimos amatores diuerſata, obſeſſam caſtitatem tenerè protexit? Eſt & *Sanctus*, propter hoſpitalitatem à Rege Plotio fanum conſecutus: Potuit & Vlixes de humaniſſimo *Alcinio* vnum amplius Deum vobis contuliſſe.

FOEDOS Deos à Romanis in diuinitatem allectos.

CAPVT X.

AD *fædiora* feſtino. Nō puduit Auctores Veſtros *de Laren-* . . . . palam facere ſcortum: hæc meritorum fuit: ſiue dum Romuli nutrix: & ideo lupa quia ſcortum: ſiue dum Herculis amica eſt, etiam mortui Herculis, id eſt iam Dei: Nam ferunt, edituum eius ſolum forte in æ calculis ludentem vt ſibi concluſorem quem non habebat repreſentaret, vna manu Herculis nomine, alia ex ſua perſona luſum iniſſe: *ſi ipſe viciſſet, cenulam &* . . . *rtulum ex ſtipitibus Herculis ſumeret: ſi verò Hercules, id eſt manus altera, eadem Herculi exhiberet.* Vicit manus Herculis (id quoque potuit duodecim titulis eius adſcribi) Aedituus cænam Herculi dependit, ... m Larentinam conducit: cenat ignis, qui Sol, & ipſius Herculis co . . . . mnia ara conſumpſit: Larentina in æde ſola dormit . . . . de lenonis ludo iactitat ſe ſomniis Herculis functam, & po . . . . animo contemplatur ſomnio pati: Eam de æde progredi . . . . . mane primo quidam adoleſcens (tertius quod aiunt Hercules) concupiſcit: ad ſe . . . . id dictū ſibi ab Hercule, vtiq; . . . . ceantur: nō enim impune licui . . . . dem quoque ſcribit: Mox illa prop . . . . per Herculem fuerat inſecuta, agrum . . . . diuinitatem & filiabus ſuis, quas vt ipſas h . . . . dium à Larentina Romanorum numina digni . . . .

.... lade: tot vxoribus Herculi cara, ſola enim diues .... or Cerere quæ mortuo placuit. Tot exemplis & vo.. .... quis non Deus affirmari potuit? ¶ Quis denique *Antinoo* contro.......... nitatis agitauit, quod decorior Ganymedes, aut carior ſuo amatori.....? Apud vos mortuis cælum viam ab inferis ad aſtra ſubigitis: Paſſ....... ta aſcendunt: ne multum putetis vos præſtare Regibus veſtris.

ADSIGNATOS & diſtributos per ſingula humanæ vitæ officia ſeu negotia à Romanis Deos traducit.

CAPVT XI.

NON contenti eos *Deos* aſſeuerare, qui viſi retrò, auditi contrectatique ſunt...... effigies deſcriptæ, negotia digeſta, memoria propagata, vmbr... quaſi incorporales, inanimales: & nomina de rebus efflagitant........ ſanciunt, diuidentes omnem ſtatum hominis, ſingulis poteſtat........ ſo quidem vteris conceptu: vt ſit Deus *Conſeuius* quidam, qui conſationibus concubitalibus præſit: & *Fluuionia*, quæ infantem in vtero.......: hinc *Vitumnus* & *Sentinus*, per quem viuiſcat infans & ſentiat.......: Dehinc *Dieſpiter*, qui puerum perducat ad partum. Cum prin.......... & *Candelifera*, quoniam ad candelæ lumina pariebant: & quæ .... us dictæ. Peruersè natos................... .. ro *Proſa* Carmentis eſſe prouin.................... : & ab effatu *Farmus*: & aliis à lo........................ uem ad cauendum ſumminiſtrat................... *rix* & *Albana* & vna *Runcinia*: Mirum.................. non eſſe prouiſos. Exinde & primi cibi ſum..................., *Potina* & *Edula*: & ſtatuendi infantis, *Sta*..................... do, *Abeona*: & *Domiducam* & habent *Edeam*.................. æ & malam. Item voluntatis, *Volumnum*, *Voletam*............. *entinam* pauoris, ſpeine, *Neleiam*: Voluptatis, *Volupiam*....... .... ntiæ, *Præſtitiam*: Æquè ab actu, *Peragenorem*: à conſiliis, *Conſum*:......... *ventam*, nouorum togatorum: viuorum iam, *Fortuna barbata*. ¶ .... Nuptialibus diſſeram. *Afferenda*

renda eſt, ab afferendis dotibus ordinata : .... *dor*, & *Mutunus*, & *Tutunus*, & *Deuertunda*, & *Subigus*, & *Præmat* .... Parcite Dei impudentes luptãtibus ſponſis: nemo interuenit, ... quorum votum eſt foris gaudentes erubeſcunt.

HOMINES omnes fuiſſe, quos Romani Deos prædicent: idque Saturni exemplo comprobat. CAP. XII.
[*Concordat Apolog. cap.* 10.]

ET quoniam vſque Deos....... quia differendum *Quales* Deos receperitis, quantum vobis erubeſ....... ? Rideam vanitatem, an exprobrem cæcitatem? Eſt admodum:.. ......nam quot Deos & quos vtique producam ? Maiores, an & Minores ? Veteres, an & Nouicios? Mares, an & fœminas? Cœlibes an & le............? Artifices, an & Inertes ? Ruſticos, an & Vrbanos: Ciues an & Peregrinos? Tot enim familiæ, tot nationes cenſus bona fide quærunt, vt diſpici & diſtingui deſcribique non poſſint: vt quanto diffuſa res eſt, tanto ſubſtringenda nobis erit : & ideò, qui in iſta ſpecie vnum tuemur propoſitum demonſtrandi, *Illos omnes homines fuiſſe*, non quidem vt cognoſcatis, nam quaſi oblita agitis, conpendio ab ipſa diſpiciendi rationem ſummam originem generis illorum retractando. Origo enim, totius poſteritatis. Ea origo Deorum veſtrorum, *Saturno* vt opinor ſignatur: Neque enim ſi VARRO antiquiſſimos Deos Iouem, Iunonẽ & Mineruam refert, nobis excid.... debet, omnem patrem filiis antiquiorem: tam Saturnum, Ioue: quam Cælum, Saturno: de Cælo enim & Terra Saturnus: & tamen Cęli & Terrę originem omitto. Erãt vnde Cælibes diu, & Orbi, antequam mariti & parẽtes? Longo ſcilicet æuo creſcendum illis fuit ad tantam proceri ..... Denique, ſimùl cœpit & Cælo vox inſoleſcere, & vbera Terræ lapillis ...., faciunt nuptias inter ſe: Credo, aut Cælum deſcendit ad ſponſam, ... aſcendit ad ſponſum! Concepit tamen Terra de Cælo, & peperit illa Athos: Athos, Saturnum: mirâ ratione: Vtri parentum ſimilis? ſed & ...... rit, certè ante *Saturnum* neminem procreauerũt: niſi vnam poſt ......

Digitized by Google

Opem: exinde de ſubole ceſſatum eſt: Nam Saturnus quidem Cælum . . . . . . uit dormientem, legimus *Cælum* genere maſculino, ceterum . . . . . . pater, niſi maſculinus: Sed & vnde caſtrandum? fax illi: Hoc ſ . . l . . . . . ? nondum enim Vulcanus artifex ferri. *Terra* verò Orbata . . . . etſi adhuc vili ætate alij nubere. Sed nec habebat Cælum . . . . tamen niſi illam mare amplectitur, ſed olet ſalſuginem . . . . aquis aſſueta. ¶ Ita Saturnus vnicus maſculus Cæli atque Terræ. Sed ipſe pubeſcens ſororis ſuæ iungitur. Nondum leges quæ ingeſta prohiberent, nec quæ parricidium plecterent. Itaque filios virili ſexu deuorabat: melius ipſe, quàm lupi ſi exponeret: Timebat ſcilicet, ne quis illorum de paterna falce didiciſſet: Nato mox, & abalienato Ioue, ſaxum infantis ementiti deglutiuit. Hoc ingenio diu ſecurus, tandem filio quem nondum digeſſerat . . . . nebris adulto, oppreſſus, regnóq; priuatus eſt. Hunc vobis patriar. . . . Deorum, Cælum & Terra, Poëtis obſtetricantibus, procreauerunt. ¶ . . . eleganter quidam ſibi videntur Phyſiologi eſſe, per allegoricam . . . . umentationem, de Saturno interpretari Tempus eſſe: & ideo Cælum & . . . ram parentes, vt & ipſos origini nullos. Et ideò falcatum, quia tempore . . . . . dirimantur. Et ideo voratorem ſuorum, quòd omnia ex ſe edita . . . . . ipſum conſumat. Nominis quoque teſtimonium compellent: *Chron* . . . . um Græcè, vt *Chronon*: Æquè Latini vocabuli à *ſationibus* rationem . . . . nt, qui eum procreatorem coniectantur: per eum ſeminalia cæli . . . . . . m deferri: Opem adiungunt, quòd opem viuendi ſemina confe . . . . , ... & quòd opere ſemina euadant. Quæ, oro, huius tranſlationem . . . . ponas: aut Saturnus fuit aut tempus? Quomodo Saturnus . . . . Quomodo tempus? vtrumq; enim non potes, corporale ineo . . . . mare. Quid autem prohibuit *Tempus* coli in ſua qualitate? . . . . eius hominis, aut fabulam hominis in ſuâ ſpecie, non in tempo r . . . . ? Quid ſibi vult intellectio iſta, niſi fædas materias mentitis argumentationibus collorare? Saturnum neque ideo qui . . d . . . . tempus, aut dum eum tempus facis, iam nec hominem vis fuiſſe. Pla . . . . s omnino Saturnus in terris humanæ qualitatis apud veteres me-

memorias recenſetur. Poteſt incorporaliter fingi quodvis quod non fuerit omninò: Vacat fingendi locus, vbi veritas eſt: Cum autem Saturnum conſtat vixiſſe, fruſtra demutatis: Nō conceditur vobis, quem non negabitis fuiſſe hominem, qui neque Deus, neque tempus defendi poteſt. Extat apud literas veſtras vſquequaq; Saturni cenſus. Legimus apud Caſſium Seuerum, apud Cornelios (Nepotum & Tacitum) apud Græcos quoque Deodorum, quíve alij antiquitatum canos collegerunt. Nec fideliora veſtigia e ... quàm in ipſa *Italia* ſignata ſunt: nam poſt plurimas terras & at .... hoſpitia, Italię, vel, vt tunc vocabatur, *Oenotria*, conſedit: Ex ...... s ab Iano, ſiue Ianæ (vt ſi alij vocant) Mos quem coluerunt, *Satur* .... dictus: Vrbs, quam depalauerat, *Saturnia* vſque nunc eſt: Tota d ..... Italia de Saturno vocabatur: Tali teſte terrā, quę nūc do .... orbi, etiamſi de origine Saturni dubitatur, de actu tamen c .... hominem illum fuiſſe. Ita ſi homo Saturnus, proculdubio D .....: Immò, quia homo, non vtiq; de Cælo atque Terra, ſed cui parentes .... quibuſdam facile fuit illum Deorum filium dici, quorum poſs .... videri. Quis enim non Cęlū ac Terram patrem ac matrem vene .... tia appellet? An de conſuetudine humana, quę ignoti quique .. ... nato apparentes *de cælo aduenisſe* dicuntur. Proinde .... ſemper eg ...... repentino, vbique inoleuit *Cælitem* dici. Nam & volgo generis ..... tos, *Terræ filios* iactitamus. Nihil allego de ſtatu antiquitatis, quo ... rudes tunc agebantur & oculi & mentes hominum, & cuiuslibet nou ...... aſpectus, quaſi diuino commouerentur: nedum & Regis, & quidem primi. ¶ Adhuc de Saturno immorabor, quòd & ceteris compendium pręſtruam, ſatiatā primordiorum diſputatione: Nec p .... rmittam potiora teſtimonia *diuinarum literarum*, quib. fides pro antiquitate ſuperiore debetur. Ante enim *Sibylla*, quàm omnis litteratura .... Illa ſcilicet Sibylla, veri vera vates: de cuius vocabulo Dæmo .. rum vatibus induiſtis. Ea Senatorio verſu in hunc ſenſum de Saturni proſapia & rebus eius exponit:

Decima, inquit, *genitura hominum, ex quo cataclyſmum prioribus accidit, regnauit Saturnus, & Titan, & Iamfetus, Terræ & Cæli fortiſſimi filij.*

Digitized by Google

Si qua ergo, vel veſtris . . . . . . oribus litteris veſtris ſuperioribus, ſed idcirco magis proximis . . . . . . m illius ætatis, fides adiacet, ſatis de Saturno & proſapia eius . . . . . . um eſt, homines fuiſſe: Tenemus compendium, in ceteros origi . . . . ptionem, ne per ſingulos euagemur. Qualitas poſterita . . . . ncipibus generis oſtenditur: mortalia de mortalibus, terre . . . . is, gradus ad gradus comparantur: Nuptię, conceptus . . . . s cucurrerunt, patrię, ſedes, regna, monumenta . . . . qui natos non poſſunt negare, mortuos credant: . . . . confitentur, Deos non putent.

FIERI Deos poſt mortem non potuiſſe aut debuiſſe, ex Diis natos, ſeu Natiuos *Deos.*

CAPVT XIII.

SEdenim manifeſtis vis ſua adſiſtit: Quos à primordio poſſunt non aſſerere . . . . diuinitatem, affirmando illos poſt mortem Deos factos, vt VARRO, & qui cum eo ſomniauerunt. Hîc igitur conſiſto: . . . . alle . . . in hoc nomen & numen, vt in Ordinem Senatorium . . . . . . eſt . . . . cedatis iam neceſſe eſt, aliquem ſummum dominatorem . . . . . allegandi poteſtatem & quaſi Cæſarem: neque quiſquam aliis preſt . . . . non . . . . dominetur. Ceterum, ſi potuerunt Deos ſeſe facere poſt mortem, a . . . . . deterioris conditionis ab initio eſſe voluerunt: aut ſi nemo eſt, qui Deos . . . . . ., quomodo facti dicentur, qui nonniſi ab alio fieri potuiſſent? Ita . . . . . datur vobis renuendi locus, eſſe mancipem quendam Diuinitatis. ¶ Perſpiciamus itaque cauſas allegandæ mortalitatis in cælum. Harum duplicem rationem credo proferetis: Aut enim ille . . . . quis id præſtans facit, vt habeat vel amnicula, vel mu . . . ., vel etiam ornamenta faſtigij ſui: aut meritorum neceſſita . . . . s dignis quibuſque. Aliud quid ſuſpicare non datur. Nemo . . . . giendo alicui, aut non ſua aut illius cauſa facit. Sed neque . . . . petere numini vt eſt tanta & poteſtas, vt ſcilicet

i cet..... faciat, & ſi tanta humanitas inrogetur, qui egeat opera .... merita quorundam: & quidem mortuorum: quo mirum .... tio ſibi immortales inſtituere potuiſſet: Nec diutius de. .... tus conquiret, qui humana diuinis comparauit. ¶ Sa........ rior opinio eſt, diſcuti debet, ſi Deus reminis .... buta ſi priſtinis viris .... recogitandum, quod exinde nemo dig .... ſi capere iam locus non poteſt. Tantis videlicet .... a metuerit antiquitas. ¶ Ergo an meruerit, re................. meruiſſe, proponat ipſius merita. Si quid in cuna .. lis.......... litatis, valent, ad ſuffragium Diuinitatis, inceſto .. m .... Opem & Saturnum fratres recepiſtis: Furtiuus infans..... ter indignus & tecto & vbere humano: meritoque incre...... tam mala manebant. Adultus denique qualemcunque genitorem ...... liciſſimum, Regē aurei ſcilicet ſæculi, ſub quo laboris inopiæ ..... æpax quieſcebat: *ſub quo nulli ſubiacebant arua colonis*, ... *tellus nullo poſcente ferebat.* Sed oderat patrem inceſtum eius.... caſtratorem. Ecce autem & ipſe cum ſorore miſcetur: vt huic pri...... tum putem, ἐπὶ πᾶσι τὸ ταμεῖον. Tam pius pater quam pius filius...... m tunc legibus ageretur, in duos culleos diuidi Iouem decuit......, dubitaret, libidine ab inceſto corroborata, in leuiora, id eſt. .... & ſtupra diffundere? de quo Poëtica ſic luſitauit. *Quomodo*...... *de fugitiuo palam factum ſolemus & operam eius percon*...... abuſui nundinare: Modo in prætia luxuriæ cum figurando ...... bouem aut pretium bouis penſauerit, & imbrem pergulis .... aditum pecunia ruperit: Modo in ſimilitudines actuum ip...... im, qui rapuit, cycnum, qui cātauerat. Adeò nō fabulæ iſtæ ſunt de fa............................ ſit an nō laſciu.....................na hominum, quos .... emiſſa iam pridem à fide per incr .... non eſt nobis extenſius agendum. Si enim & re............... pibus & proſeminatoribus ſuis morata plebs eadem q............ natura, alibi auctoritas exigebat ſimilitudinem morum ...., quanto deterior, qui non melior? priuato enim titulo Iouem *Optimū*............ tis: & eſt Vergilij Ægus Iuppiter Optimus.

Proinde inceſti in ſuos, impudici in extraneos, impii, iniuſti, cui nullam inſignem infamiam fabula reliquit .. Deus fieri non fuit dignus.

FIERI Deos poſt mortem non debuiſſe aut potuiſſe ex hominib. natos, ſeu Deos Factos.

Cap. XIIII.

SEd quoniam alios ſeorſum volunt in diuinitatem. . . . min- bus receptos, & diſtingui inter *Natiuos* & *Factos*, ſecundum Dionis . . . . . cum, de iſtâ quoque ſpecie adiciam. De ipſo quidem *Hercule* . . . . ma reſponſionis, an dignus cælo & diuinitate, ſic enim pro v . . . . meritis addicunt diuinitatem? Si ob virtutem, quod feras conſtan . . . . rit, quid tam memorabile? nonne ludo puniti, vel etiam ad . . . . a- renariæ vilitatis plurimas in vnum, & quidem ſtudioſiores . . . . ciunt? Scio peragratum orbem: quantis & locupletibus dulcis . . . . . tas, aut Philoſophis famulatoria mendicitas idem præſti . . . . . . minerunt, Aſclepiadem Cynicum vnica vaccula, cuius & do . . . . . . & ſi quando vbere alebatur, orbem totum oculis ſubegiſſe. Si . . . . etiam ad inferos adiit, quis hoc neſciat, viam ad inferos omni. . . . . as plurimas . . . . s ille Pompeius . . . . qui nec oſtias al . . . . n vnum agnulum Byrſæ Cartha . . . . re: Quo magis Scipio quam Hercules ob . . . . ti deputatur? Adicite potius titulis Hercula . . . . um vxorum, & factas Omfales, & ob decori pueri amiſſio . . . . deſertam militiam Argonautarum: Adicite ad gloriam poſt turpi . . . . am, etiam furias eius: Auctorate ſagittas, quæ filios & vxorem . . . . erunt: Qui tunc dignius rogo ſeſe inrogaſſet præ dolore parri . . . . Qui vxoris ob laſciuiam venenis circumuentus magis meru . . . . honeſta morte moreretur. Hunc vos de pyrâ in cælum ſuble . . . . a facilitate, quâ & *aliū* ignis & diuini confectum, qui pauca e . . . . ingenia commentus,

Digitized by Google

tus, dicebatur mortuos ad vitam recuraſſe .... filius, tam homo, quam Iouis nepos, Saturni pronepos .... ſpurius vt incerto patre, vt Argiuus Socrates detulit .... repertum, turpius Ioue educatum, canino ſcilicet vbere .... nemo negare poteſt, fulmine hauſtus eſt. Malus Iuppiter ....ſus eſt impius in nepotẽ, inuidus in artificem. Sedenim pin .... um eius non occultauit, cupiditatẽ & auaritiam lucri ...... atam, quâ quidẽ ille viuos ad mortem, non mortu ...., præuaricatione venalis medici agebat. Dicitur etiam mater eius eodem caſu obiſſe: merito ..... ſam m...... beſtiam ediderat, iſdem quaſi ſcalis ad cælum erupiſſe. Et tamen Athenienſes ſcient eiuſmodi Deis ſacrificare: nam Æſculapio & Matri inter mortuos parentant: quaſi non & ipſi Theſea ſuum adorent: Mer...... Deum, qui niſi conſeruatricem ſuam in litore peregrino dereliquit, eâdem obliuione, immò amentia, quæ patri cauſa mortis fuit.

De relatis in S Y D E R A: *& per leuia maláque officia diſtributis.*

Cap. XV.

Longum foret recenſere etiam de illis quos in *ſidera* ſepeliſtis, & audaciter Dei .... tratis: Sic opinor digni de celo Caſtores, & Perſeus & Erigona, quemadmodum & Iouis exſoletus. Sed quid mirandum? etiam canes & ſcorp ..... cancros in cœlum tranſtuliſtis. Differo de his quos in oraculis ... . & teſtimonium hic diuini, qui & Triſtitiæ Deos arbitros eſſe voltis .... *dius*, qui animam corpore viduet, quem intra muros cludi no..... tendo damnaſtis? Item *Cæculus*, qui oculos ſenſu exani...,... *bana*, quæ in orbitatem ſemina extinguat: & ipſius *Mortis* ...... Vt cetera tranſuolem, etiam locorum vrbis, vel loca, Deos ar..... patrem & *Diua Arquis* & *Lana* & montium *Septemontium* ... illi faciunt, qui in iſdem locis aras vel ædes habent, præterea .... in alieno loco aut mercedibus habitant. Taceo *Aſcenſum* ..... & *Leuicoiam* à cliuis. Taceo Deos *Forculum*, à foribus: & *Car* ......

nibus, & liminum *Limentinum*, ſiue qui alij inter vicinos ap . . . . . . num *Ianitorum* adorantur. Quid enim magnum? cùm & habeant in lupanaribus, in culinis, & in imo carcere: in i. . . . . itaque propr . . . . aliiſque Romanorum Deis, quibus totius vitæ officia diſtribuuntur, taliter, vt ceteris Deis opus non ſit. Immò, cùm priuatim apud Romanos deputentur, quos ſupra ſignauimus, nec facilè foris cogniti, quomodo ea omnia quibus illos præeſſe voluerunt in omni genere humano & omnigente proueniunt? Vbi prædes eorum, nonmodo honore, ſed ipſa quoque notitia carent.

FRVCTVVM & neceſſariorum victui inuentores non ideò in Deos allegendos fuiſſe.

Cap. XVI.

SEd enim *quidam fructus & ne . . . . . ia victui demonſtrauerunt?* Quæſo vos, cùm dicitis inueniſſe illos, non . . . . . fitemini prius fuiſſe quæ inuenirentur. Cur ergo non auctorem po . . . . . . noratis, cuius hęc dona ſunt: ſed auctorem transfertis in repertores? . . . . . quam inueniſſet, vtique auctori gratias egit, vtique illum Deum ſenſit: . . . . miniſterium inſtitutoris, à quo & ipſe inſtitutus eſt qui inuenit . . . . ſum quod inueniretur. Ficum viridem Romæ nemo nouerat . . . . um Cato Senatui intulit, vt quoniam prouincia hoſtilis eſſet, cui ſub . . . . ſemper inſtabat exprimeret. Ceraſium Cn. Pompeius de Ponto . . . . . Italiæ prouolgauit. Potuerunt mihi nouorum apud Romanos pomorum . . . . ruiſſe pręconium diuinitatis. ¶ Tam vanum hoc, quam etiam . . . . *commenta Deos haberi:* quibus ſi comparentur noſtræ ætatis . . . . o dignius poſteris, quam prioribus conſecratio competiſſet . . . on in omnibus iã artificiis antiquitas exoleuit, vſu quotidiano inſtruente nouitatem: atque adeò quos ob artes ſanctifi . . . . . . in ipſis artibus & Prouocatis in æmulis inſuperatos.

IM-

Digitized by Google

IMPERIVM ROMANVM Deorum cultu neque partum, neque auctum fuiſſe.

Capvt XVII.

DEnique ...... toribus ſuis non negatis omnibus his quos Deos antiquitas voluit, poſteritas p .... ſuperſtitionum ..... l.., præſumptio, cui .... bemus; *Propterea ſcilicet Romanos totius orbis domin* .... *ſe, quod officiis religionum meruerint domina* .... cis præualeant. Nimirum, *Sterculius* .... hoc imperium Latio.. ſeu Romanorum diſtin .... tem extraneo potius .. .. tores & deſtitutores in .... ti, ſepultique ſunt. Ita nempe .... oblitus antrum illud Idæum .... diſſimum odorem. Nonne omni Capitolio .... vt illa potius terra regnaret, ... poſthabitâ Samo dilectam, & vtique Eneadarum ignibus adoleri ......

---- hic illius arma
Hic currus fuit, hoc regnum Dea gentibus eſſe
Si qua fata ſinant, iam tunc tenditque fouétque.

Miſera aduerſus fata non valuit. Nec tamen tantum honoris Romani ſatis decreuerint, vt dede .... Carthaginem ſibi, quantum Larentinæ. ¶ Si Dei iſti conferendi in pote .... vit enim Iuppiter Cretæ, & Saturnus, Italiæ: & Iſis Ægypto .... regnauerunt, quibus etiam operati plerique traduntur. Itaque .... mines facit, & deditius Admeti ciues Romanos imper .... lem cultorem ſuum Crœſum ambiguis ſortibus fallendo .... timebat Deum verum conſtanter prænunciare regno exc .... poteſtate regnandi quoq; velut in vrbes ſuas tueri .... potuiſſent. Si Romanis pręſtitiſſe valuerũt, cur Athenas à Xerxe Minerua non defendit? Vel cur Delfos de manu Pyrri Apollo non eruit? Seruarint vrbem Romam, qui ſua perdiderunt!

¶ Si hoc religioſitas Romana meruit, atqui, nõ poſt ſummũ imperium auctis iam rebus ſuperſtitio quęſita eſt? Et ſi à Numa

ſacra introducta ſunt,nondum tamen aut ſimulacris aut templis res veſtras diuina fruſtrabant. Frugi religio & paupertina ſuperſtitio ...... eraria,& vaſa ſordida, & nidor ..... exilis, & Deus ipſe nuſquam .... religioſi, quam maiores, quia religioſi. ¶ Atquin quomodo ...... religionem,& Deorum profundiſſimam curam imperium Romanis .... videri poſſit,quod læſis potius Deis auctum eſt?Niſi fallor enim omne Regnum vel Imperium bellis quæritur, & bellis ampliatur. Porrò bella. ....ib & Dei vrbis: Nam eadem ſtrages & mænium & templorum, pares cedes & ciuium & ſacerdotum: eædem rapinæ profanorum & ſacrorum. Tot ſacrilegia Romanorum, quod tropæa: tot deinde Dei .... , ibus triumfi. Manent & ſimulacra captiua: & vtique ſenti . ... os non amant. Sed quia nihil ſentiunt,impune læduntur . ... leduntur, fruſtra adorantur. Itaque, quorum faſtigium .... adultum eſt, non poſſunt videri religionis meritis excreuiſſe......... nis ſiue lædendo creuerunt. Regnum vniuerſæ nationes .... temporibus habuerunt,vt Aſſyrij,vt Medi,vt Perſæ,vt Ægyptij .... aut penes quoſdam,& tamen qui amiſerunt, non ſine religionibus & cultu,& depropitiorum Deorum mora .... ceſſit vniuerſa penè dominatio. Sors temporum ita volutat ..... Quærite quis temporum vices ordinauit. Idem regna diſpenſat, & . ... penes Romanos eam ſummam, tanquam pecuniam de multis numinibus exactam in vnam arcam congregauit. Quid de eâ ſtatuerit, *ſciunt proximi ei.*

AD NATIONES LIBER II.
EXPLICIT.

NOTÆ
IN TERTVLLIANI
LIBROS
AD NATIONES.

Digitized by Google

AD TITVLVM
LIBRI I.

AD NATIONES] Hieronymus, epiſtolâ ad Maghum, hoſce libellos, *Libros contra Gentes* indigetat: *Quid Tertulliano,* inquit, *eruditius? quid acutius? Apologeticus eius, & CONTRA GENTES libri, cunctam ſæculi obtinent diſciplinam.* Eadem diuerſitas in Arnobianis: nam qui vulgo *Arnobij diſputationum aduerſus Gentes libri* dicuntur, in Mss. *aduerſus Nationes* inſcribuntur. Verùm, vnum idémque eſt: Quanquam illud à Tertulliano magis puto: nam & cap. 7. lib. 1. *Miſera atque Miſerandæ,* inquit, *Nationes.* & cap. vlt. lib 1. *Iniquiſſimæ Nationes,* & lib. 2. cap. 1. *Miſerandæ Nationes.* Porrò inter hæc initia vel hinc obſeruandum, Tertullianum hiſce libellis ad Nationes vniuerſim ſermonem dirigere: in Apologetico verò, ad ſolos hactenùs Imperij Romani Antiſtites miniſtros, legum tutores, executores, i. Proconſules & Præſides. Atque hoc inter alia diſcrimen inter hos libellos & Apologeticum eſt:

NOTÆ

Digitized by Google

NOTAE IN LIBRVM PRIMVM.

DE INIQVITATE *Nationum in Chriſtianos*] Hunc titulum huic libello præſcripſi : eſt enim hoc eius argumentum, ſeu ſubiectum adæquatum (Tertullianus ipſe diceret, *localem ſubſtantiam cauſæ præſentis*, cap.1. de corona militis.) Itaque & ſtatim à limine libri: *Teſtimonium ignorantiæ veſtræ, quæ Iniquitatem dum defendit, reuincit*: & cap.7. *ſi quem tamen apud vos prudentiæ locum Iniquitas reliquiſſet.* Inde & cap.vlt. *Iniquiſſimas Nationes* vocat: tum & hæc ſubiicit: *Hæc eſt Iniquitas, vt gnari ab ignaris, abſoluti à reis iudicemur.* Poſterior verò liber eſt, *de VANITATE DEORVM Gentilium, ſeu de ERRORE Nationum in ſe.* Atque ita duobus his in vniuerſum titulis, i. accuſationibus ſeu criminibus (Iniquitatis, inquam, in Chriſtianos : & vanitatis cultus ſui, ſeu Erroris in ſe) hiſce duobus libellulis aduerſus Nationes Tertullianus conſiſtit, earúmque veſaniam omnem perſtringit. Quò ſanè ſpectat & illud cap.1. de teſtimonio animæ (qui liber & ipſe ad Nationes directus eſt) *vt æmuli*, inquit, *perſecutoreſq́; eius de ſuo proprio inſtrumento, & ERRORIS in ſe, & INIQVITATIS in nos rei reuincantur.* ¶ Porrò prioris huiuſce libelli, qui de Iniquitate eſt, duo ſumma ſunt capita, duæ præſcriptiones. Prior eſt, de iniquiſſimis PRÆIVDICIIS ſeu præſumptionibus, quibus Nationes Chriſtianos vrgebant: quò ſpectant nouem priora capitula. Poſterior præſcriptio continet RELATIONEM ſeu retorſionem criminum, quæ Nationes Chriſtianis intendebant, ſimulatâ interim συγχωρητικῶς criminum obiectorum confeſſione. ¶ PRÆIVDICIORVM iniquitatem in his ſequentibus notat: Quod Nationes vltro *ignorent* quid ſit in cauſa Chriſtianorum c.1: quòd peruerſam in Chriſtianos *iudiciorum & quæſtionum* formam exerceant. c.2. quod nudum Chriſtianorum *nomen* c.3. item *auctorem & ſectam* odiſſe ſe rebus ipſis teſtentur. c.4. quòd Religionem ipſam Chriſtianã de *malis* quibuſdam æſtiment. cap.5: quod *Legum* præiudicio teneantur. c.6: quod *Famam* ſequantur. cap.7. quod *Tertium genus hominum* Chriſtianos deputent. cap.8. quod *Cladium publicarum* cauſas & illices Chriſtianos inclament. cap.9.

Digitized by Google

Ad Cap. I. de Ignorantia.

Concordat Apologetici cap. 1.

***de* IGNORANTIA**] **Eundem titulum in Mſs. rectè præfert A-pologetici** caput 1. quod huic reſpondet. Faciunt hûc & illa cap. 3. *Nomen in cauſa eſt, quod quadam occulta vis per veſtram ignorantiam oppugnat*: item iſta cap. 6. *conſcientia veſtra tacita ignorantia ſua teſtis.*

Teſtimonium] Hoc ipſum medio fermè capite 1. Apologetici continetur: Et eſt alioquin abruptum hoc principium, aliter quàm in Apologetico, vbi *Iudices* attentos, beneuolos facere oportuit.

dùm defendit, reuincit] id eſt, *dùm excuſat, condemnat*, vt paulò clariùs in Apolog: quanquam & in eodem paulò ante: *quam iniquitatem idem titulus* [ignorantiæ ſcil.] *& onerat, & reuincit.*

qui retrò ignorabant, &c] Inuerſa hæc in Apolog: & cum maiore aliquo rationis lumine: *qui retrò oderant, quia ignorabant quale ſit quod oderant*: eodem tamen ſenſu.

retrò] Vocem hanc *Retrò* vſurpat paſſim Tertullianus hoc temporis ſignificatu: Ex amplâ meſſe, vel hæc ſufficient: cap. 4. huius libelli: *aliquos retrò ante hoc nomen vagos*: & poſt, *anxium retrò de moribus vxoris ſuæ*: cap. 7. *nihil enim vnquam retrò de Chriſtianis myſteriis audierant*, &c.

Simùl eis contigit] *Simùl*, pro *ſimulac*, vel *ſimulut*: quomodo etiam habetur in Apologetico Mſ. Puteanorum hodie fratrum, meorum, & altero Fuldenſi. Ita rursùm cap. 4: *ſimùl quis intellexerit Chriſtianum*: & lib. 2 cap. 12. *denique ſimùl cœpit & Cœlo vox inſoleſcere, & vbera Terræ lapilli* .... Ex aliis libris vel hoc vnum addo: de pœnit. cap. 6. *Dominum ſimul cognoueris, timeas: ſimùl reſpexeris, reuerearis.*

Adeò] Voce hac inceptiua *Adeò* peculiari ſignificatu Tertullianus vtitur, pro *Nempe*: Ita rursùm hoc eod. cap. *Adeò nolunt ſuum eſſe* (pro quo in Apolog: *nolunt enim* &c.) item cap. 3: *Adeò, ſi de criminum veritate conſtaret.* iterum, *Adeò vt de inimico nomine recedatur.*

Ciuitatem] *Ciuitatis* appellatione, ne quis turbetur, hîc & in Apol. Tertullianus non certam aliquam ciuitatem deſignat, verùm quaſcunq; tandẽ, ſplẽdidiſſimas, celeberrimas prouinciç ſuç capita, vertices, in quibus (vt initio c. 1. Apol. indicatur) Rectores prouinciarum *præſidebant*, indicat: *Ciuitatis* nempe appellatione eas quas dixi hoc ſæculo intellexêre: Eodémque etiam ſenſu *vrbs, in l. 4. D de damno inf: & l. 3. C. Th. de decur. vrb. Roma* effertur &c: Sub quibus videl. aliæ minores, municipia, agri, oppida, caſtella erant. Hinc & gemino germano huic loco Apolog. cap. 37. *veſtra omnia impleuimus, VRBES, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa.* Ecce, hîc in eâdem re *vrbes* collectiuo numero, quæ *ciuitatis* appellatione, ſingulari prolatu, hîc deſignantur. Imò apertiſſimè ad Scapulam *cap. 2. cùm tanta hominum multitudo pars penè maior ciuitatis CVIVSQVE in ſilentio & modeſtia agimus.* Eodem pertinet & illud cap. 8. *ſi quidem non vlla gens non Chriſtiana.*

Digitized by Google

quaſi detrimento] i. quaſi imminuto ea re Imperio Romano, quaſi quid ei hoc religionis Chriſtianæ profectu decederet: Simili ſignificatu de pallio cap. 2: *Multa & alia huiuſmodi detrimenta habitum orbis nouauère, ſitúſque mouère.*

hoc ipſo] *hoc ipſo modo*, in Apolog.

ſi nullum erit odij] i. ſi nihil erit odij, ſi abdicatum fuerit odium. Itaque in Apol. *ſi nullum erit odij debitum*, vel vt in Fuldenſi habebatur, *meritum*

¶¶ PAG. 6. *redundantia noſtra*] i. multitudinis Chriſtianorum in dies augeſcentis, & profectus: ſic & infrà cap. 7. *de die redundamus.* Hanc porrò Chriſtianorum ſuo tempore redundantiam non vno loco effert Tertullianus

conuenire] eludere, repellere, arguere: *Conueniendi* voce hoc ſignificatu vtitur noſter millies.

Noui] Ita hunc locum interpunxi, vt eſſet initium reſponſionis Tertullianeæ: quod perſuadent illa mox, *verùm deficit adæquatio.* Quanquam &, ſi aliter interpungas, nihilo deterior erit ſenſus: præſertim cùm in Apologetico hæc obiectioni ipſi cohæreant. Quod ſi ita eſt, initium reſponſionis, ab illis verbis *In peruerſum* &c. conſtituendum fuerit.

pro extremitatibus temporum] vide de hoc aliquid & extremo huius operis, ſeu finem *libri* 2. Noſter de cultu fœm. c. 9. *nos ſumus, in quos decucurrerunt fines temporum:* & quæ ſequuntur: Itaque & illud eſt quod ait cap. 3. de monog. *tempus magis nunc in collecto factum.* v. & cap. 1. de pudicitia.

tranſeunt] ita rurſum mox, *mala mentis ab innocentiâ tranſitum*: At in Apologet. *quos malum rapit* (ſic ſuprà, *quia pleróſque conuertat aut rapiat*) nempe, propter ſequentia illa, *vel fato imputant*: nam hoc eſt propriè *rapi.*

damnati] ita quoque Fuldenſis Apolog.

exprobrant in ſemetipſos] *Dinumerant in ſemetipſos*: ita Apologet: quod æquè rectum, neque mutatum oportuit à Latinio, qui Tertulliani genium nunquam nouit, in *deonerant ſemetipſos.* Vtrúmque, pro *imputant, expoſtulant.* Dinumerare in ſemetipſum, eſt expoſtulare ſecũ, ſemetipſum incuſare, deteſtari: pro quo in lib. de pœnitentia. c. 1. *ſemetipſos execrantur.* ſe reum & velut debitorem conſtituere, nam debitum delicti figura eſt: vt ipſe ait *de orat. c.* 7. αὐτοκατάκριτον Græci dicunt: ſua ſe ſententia damnare. Similis locutio Lucæ 7. v. 30. τὴν βουλὴν τοῦ θεοῦ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτούς *abrogarunt in ſemetipſos*

Poëta. *Exemplo quodcunq; malo committitur,* IPSI
DISPLICET *auctori: prima eſt hæc vltio, quòd* SE
IVDICE *nemo nocens abſoluitur.* Mitto ſimilia.

Contra, *inſons damnatus*, *fama reclamat*, IN SE *omnia* REPONIT, quod Seneca dixit 4. *de benef. cap.* 21.

vel fato] id eſt *etiam fato*: ne quis alioquin hîc aliquid deeſſe putet: præſertim, cùm videat ita legi in Apologetico, *vel fato vel aſtris.* Nam & hoc ipſum ἐξηγητικὸν tantum eſt: fatorum enim, quæ dixerunt, neceſſitatem aſtris Nationes adſcribsêre. Sunt igitur hæc ἀλληλα.

negare non poſſunt] & ſic *agnoſcunt*, vt eſt in Apol.

Digitized by Google

quid tale conſequuntur] Abſciſiùs, & tamen perſpicuius, in Apol. *Chriſtianis vero quid ſimile?*

niſi tantum priſtinorum] i. quòd non citiùs, quòd non iam anteà Chriſtianus fuerit: nam & ita paulò clarius Apolog. *niſi plane retrò non fuiſſe*: & Minucius Felix: *vnum ſolummodo, quòd non ante fuerint, pœnitent*: Noſter ad Scapulam cap. 2 *nec aliunde noſcibiles, quàm de emendatione vitiorum priſtinorum.*

gloriatur] *gratias agit*, in Apologetico *cap.* 1. (quod huic reſpondet) & ruſum *c.* 46. *eiuſd. Apol.* & *c. vlt.* quod ſolemne alioquin fuit fortitudinis Chriſtianæ carmen, nempe, DEO GRATIAS: quod benè iam notatum viris Doctis.

Si trahitur, non ſubſiſtit] i. in ius vocatus ſtatim ſequitur: ſeu (vt eſt in xII.) atque it: non caluitur, pedémve ſtruit, non moratur, non fruſtratur.

confitetur] *vel vltrò*: additum in Apolog. ſic & l. 1. §. 27. ff. de quæſtionibus: *ſi quis vltrò de maleficio fateatur*. pro quo infra cap. 2. *ſponte confeſſos* &c.

mali natura] *naturalia mali* in Apol. quanquam & veteres Codices habent *naturam mali*. Intelligit autem ſceleris & criminis comites: nempe, *timorem, pudorem, tergiuerſationem, pœnitentiam, deplorationem*: quæ etiam nominatim addita in Apolog: etſi iam ſuperius ſatis indicata.

Ad CAP. II. de IVDICIORVM peruerſa forma. Concordat Apologetici cap. 2.

* *de IVDICIORVM &c.*] Non malè etiam in Vaticano Codice caput 2. Apologetici, quod huic reſpondet, titulum hunc præfert. *Peruerſitas, quæ in damnandis & abſoluendis Chriſtianis obſeruatur.* Duo nempe circa iudiciorum, quæ ſuper Chriſtianis tum agitabantur, formam ſeu rationem Tertullianus hoc capite ſuggillat. Primùm, quòd confitentes ſe Chriſtianos ad negandum vrgerentur. Tùm, quòd Inquiſitio diligens in eruendis criminibus quæ Chriſtianis intendebantur non adhiberetur. Quam huiuſce capitis ſummam, initio ſequentis capituli etiam ita colligit: ad locum, inter cætera: *Cùm eam diligentiam deſeratis, neque CONFESSIONEM recipiendo (iudicantibus ſemper laborandam) neque EXQVISITIONEM digerendo (damnantibus ſemper conſulendam)*

Formam iudicandorum malorum] *Forma iudicandorum malorum*, eſt mos iudiciorum criminalium. Eadem formula occurrit medio *cap. 2. Apolog.* & poſt, *aduerſus formam, aduerſus naturam iudicandi*. Ita & mox infrà hoc cap. *ſepoſitâ formâ iudicandi*. Formam autem iudiciorum intelligit: quâ & *confeſſio* rei, ſi modò naturæ conueniat, iuſque & naturam recipere poſſit (vt loquuntur noſtri, de quo *inf. c. vlt.*) recipitur, nemóq; ad negandum crimen quæſtioni ſeu tormentis ſubiicitur: & *Inquiſitio* nihilominus accurata & propè pertinax fit.

malorum] *Malorum*, i. reorum. ſic & infra: *opinor, non vultis nos malos eſſe*: & mox: *ne quid omninò mali hominis deliteſcat*. In Apol. pariter cap. 2. *Leges malos erui iubent*. Vlpianus, Tertulliani æqualis (lib. 7. de off. Proconſulis, quo Principum reſcripta in Chriſtianos complexus fuerat) l. 13. ff. de off. Præſidis. *ſollicitè agat, vt malis hominibus prouincia careat, eósq; conquirat.*

per-

peruerſitas] In eodem argumento Apolog. *quò peruerſius, cùm &c.* & mox. *quid me torques in peruerſum?* ſed & Minucius Felix. *Exercentes in his peruerſam quæſtionem, non qua verum erueret, ſed qua mendacium cogeret.*

tormentorum officia mutetis] vide pariter cap. 4. *ad Scapulam*

gratis reum euadere compellentes] negando ſcil. tantum ſe Chriſtianum: *Gratis*, i. tota impunitate criminum: vt inf. cap. 3. *Dehinc negantes liberamur, tota impunitate præteritorum: iam non cruenti, neque inceſti, quia illud nomen amiſimus.* Sed & Minucius Felix. *Et ſi quis infirmior malo preſſus & victus Chriſtianum ſe negaſſet, fauebamus ei quaſi eierato nomine iam omnia facta ſua illa negatione purgaret.* Denique aperta hæc Iuſtini imitatio eſt *Apolog. 2. p. 136.*

opinor] vox hæc *Opinor* (pariter vt vox *credo* infrà *hoc ipſo* cap. & *lib. 2. c. 12.*) è Tertulliani ironiis eſt, vt Apologetici *cap. 2.* ita & hoc libro: neque ſemel: Ita cap. 6. inf. *vt opinor autem dubitatis:* cap. 7. *opinor, legitimus Chriſtianus eſſe non poteris:* rursùm *an alij ad inceſti libidinem nerui? Non opinor.* cap. 12. *Erubeſcitis opinor incultas & nudas cruces colere.* Apologetici c. 8. *alia nos opinor natura, Cynopenæ aut Sciapodes.*

Sanè] Perſiſtit in ironiâ: vel certè largientis hoc eſt: ac ſi diceret: Sit ita, ſeu fingamus, ceteros reos à vobis quæſtionibus & tormentis ideò ſubiici vti negent, attamen ſi negauerint crimen, non ideò aut ilicò fidem negantibus adhibetis. Ceterùm conferendus Apologeticus *cap. 2.* vbi quædam præterea adiiciuntur.

tenditis & carnificatis] *tenditis*, eculeo ſcil: *carnificatis*, omni alio tormentorum ingenio ſeu genere.

¶¶ PAG. 7. *Si certi eſtis*] Sequitur de peruerſa *Quæſtione* ſeu *Inquiſitione*, imò de inquiſitionis ſeu examinationis omnis neglectu, in causâ Chriſtianorum: quam fieri tamen accuratiſſimam à Nationibus oportuiſſe, quinque rationibus Tertullianus demonſtratum it. Prima eſt, ipſa *Sententiæ* promendæ ratio: ſeu iudicandi forma, quæ vtique, vt deliberationis plena eſſe poſſit (vt eſſe debet *l. 2. C. Th. de ſent. ex periculo recit.*) veritatis omnis & conſequentium omnium: i. circunſtantiarum cognitionem deſiderat: & (vt loquitur hic Tertullianus) *ſatiari cognitionem* Iudicis poſtulat. Nempe, non ſatis eſt reum crimen tumultuariè, per ſaturá, generatim fateri, verùm inſuper circumſtantias criminis erui & cognoſci oportet: qualitatem facti, locum, modum, tempus, conſcios, ſocios, vt eſt in Apol. *cap. 2.* Id quod etiam Pragmaticis notum.

Non dico] At verò in *Apologetico* id dicit, & ita quidem, vt primore omnium loco id vrgeat, initio *capitis 2.*

neque accuſationi.] vide quæ benè notantur ad *l. 1. π. de requir. reis:* quibus & hic deinceps locus accedet: vide pariter cap. 4. ad Scapulam, vbi *concuſſio* non eſt pecuniæ extorſio à Chriſtiano, aut ſimplex captura, verùm eſt, coitus in delationem innocentium, & pecuniæ etiam forte acceptio ad id faciendum, atque exinde alicuius tanquam rei cum elogio ad Præſidem tranſmiſſio: quo ſenſu omninò concuſſio accipitur *l. 2. π. de concuſſionib.*

recuſationi] *Recuſationem* vocat, contrà cauſationem, i. defenſionem: itaque mox: *ſoletis indefenſos non temerè damnare.* Idem *innocentiæ commendationem* appellat Apologetici cap. 2.

Digitized by Google

Spatium commodetis] Paulus 5. Sent. l.18.§. pen.ﬀ.de quæſtionib. ***Cogniturum de criminibus Præſidem oportet ante diem palàm facere, cuſtodias ſe auditurum, ne hi qui defendendi ſunt, ſubitis accuſatorum criminibus opprimantur: quamuis defenſionem quocunq; tempore poſtulante reo negari non oportet, adeò vt propterea & differantur & proferantur cuſtodiæ.*** Quin & anni ſpatium habent rei adnotati, ad impediendam bonorum occupationem. *v. tit. ﬀ. de requir. reis: l.2.C.eod. l.2.Co. Theo. de accuſat.*

Soletis &c.] Inuerſa oratio: pro, *non temerè ſoletis inaccuſatos & indefenſos damnare.*

non temerè] i. *omninò non:* quomodo clariùs & abſciſiùs Apologetici *ca.* 2. habetur.

ſi de homicidâ confutatur] Fortè ſcripſerit Tertullianus, *homicidiâ. Homicidia,* pro *homicidio.* vt infrà, *infantaria, prodigia, mendacia, ſeminaria*; item & *Initia,* pro Initia: de quibus ſingulis ſuo loco.

confutatur] *Confutari,* eſt accuſari.

quamquam] i. præterquam quod

confeſsis difficile credatis] *Confeſsis* haud illicò fides habenda: neque Confeſſiones reorum, pro exploratis facinoribus haberi oportet, ſi nulla [alia] probatio religionem cognoſcentis inſtruat: *l.1.§.17.27. ﬀ. de quæſtionib.* vbi & cauſam videbis. Conſule & inter Pragmaticos, Clarum *lib.5. ſenten. §. fin. quæſt.55. nominatim n.*10.11. Denique & ipſe confeſſus nonnullas aliquando aduerſus propriam confeſſionem exceptiones proponere poteſt.

Porrò] i. Atenim: quomodo etiam accipienda vox ea cap. 3. *Porrò ſententiæ veſtræ nihil niſi Chriſtianum confeſſum notant:* Item cap.4. *Porrò apud vos eo minus ſapiens.*

criminibus deputatis] *Deputandi* vox hoc ſignificatu frequens apud noſtrum: ſic rurſum cap.7. *cui malitia deputatur:* item. *in iiſdem deputamur*

elogia] *Elogia,* criminum tituli: atque etiam ſententiæ criminales, in quibus crimina ſigillatim recenſentur: vt infinitis aliis locis, ita & *hic:* ſimpliciter pro ipſis criminibus cap.10. inf. *& ſuſtinetis Iouis elogia modulari.* Breuiora porrò & leuiora elogia de Chriſtianis, ideò facta memorat, quia hoc vnum continebant, *Ille Chriſtianus,* vt vel ex inſigni quoque illa Viennenſium & Lugdunenſium epiſtolâ compertum eſt: ATTALVS CHRISTIANVS: vel, *Ille Chriſtianum ſe confeſſus.* ſic infra cap. 3. *ſententiæ veſtræ nihil, niſi Chriſtianum confeſſum notant.* Apologetici cap 2. *Quid de tabella recitatis, Chriſtianum?* Ex his interim quæ hoc cap dicuntur & ſimilibus infra cap.3. (ibi, *vt ita pronunciaretur in nos, Illum homicidam, vel inceſtum, vel quodcunq; iactamur, duci, ſuffici, ad beſtias dari placet*) liquet, Iudices de iure Rom. in ſententiis cauſam, ſeu crimina expreſſiſſe: Proinde conquieſcat ſuper eo deinceps Doctorum altercatio: de quâ alioquin v. Albericum *in l. proponendum. §. illo num.* 34. *& ſequ. Cod. de iudic.* & Clarum 5. *ſentent.§. vlt. quæſt.* 93. Socinum, *in regula* 244.

¶ *Immò*] *Secunda* ratio, cur accuratiorem in Chriſtianorum crimina quæſtionem Nationes agitare deberent: nempe vt ita *Odio* ſeu Inimicitiæ

Na-

Nationum ſatisfieret,per ſingulorum criminum enarrationem, & exaggerationem.

Seposita forma iudicandi] id eſt,quamlibet ea non foret iudicandi forma, ſeu ratio, etſi exactam illam inquiſitionem, quæſtionem, iudicij iuriſque ratio non depoſceret,nempe ſingula crimina erui,atque elogiis ſeu ſententiis ea exprimi,attamen id factum in causâ Chriſtianorum oportuit.

inimicitia ſatiarentur] ita ſupra, *ſatiata cognitio.* & lib.2.c.12. *ſatiata primordiorum diſputatione.*

pœnarum] Conſequens,pro antecedenti: *Pœna* pro criminibus quibus pœnæ imponuntur.

in tenebris incurſaſſet inceſta] in Apologetico cap.2. *quot inceſta contenebraſſet:* vt primus B.Rhenanus ex Codice Gorz. rectè reſtituit: quod etiam hic locus explicat. *Contenebrare inceſta*, eſt in tenebris,per tenebras inceſtum admittere,in inceſtum incurrere, per ingenia tenebrarum,vt loquitur noſter *cap.16.inf.* per incertum ſortis,vt Minucius Felix. *Incurſandi* ſanè verbum hâc in re defœda,depropera propriiſſimum:& alioquin eſt incurſare,in aliena incurrere: ſic & infra cap. 7. *non erres, extraneam incurſans:* & illo cap.16. *quos aut ipſi poſtmodum parentes aut alij filij incurſent.* Non abſimiliter & alibi de pudicitia cap.4. *Nec enim intereſt, nuptam alienam, aut viduam quis incurſet, dum non ſuam feminam.* lib.2. c.2.inf. *Licet enim per curioſitatem omnimoda literatura inſpicienda, diuinis quoque ſcripturis vt antiquioribus.,... videri incurſaſſe & inde nonnulla dempſiſſe.* Neque minùs *Erroris* vox propria *v.cap.7.inf.*

¶ *Quid, quod*] *Tertia* ratio accuratæ in Chriſtianos inquiſitionis faciendæ: nempe *Generis* eradicatio: i. vt ita ſocij, conſcij, atque adeò omnes qui ope, conſilio, miniſterio adfuerunt,eruentur,eradicentur.

eradicandi generis] *ergo* ſcil.ſeu ad eradicandum genus,Græco dicendi genere,etiam Iuriſconſultis noſtris vſurpato: de quo ſatis Priſcianus,Budæus, Antonius Auguſtinus,& Briſſonius. Vnicum Papiniani exemplum hoc eſto in l. 118. §.1. ϖ. de v.o. *In propoſito enim diem non differenda actionis inſertum videri.*

porrigenda quæſtio in ſocios, conſocios, &c.] Igitur ex ſententiâ quoque Tertulliani de ſe confeſſus, in caput aliorum i.ſociorum,conſciorum,participum interrogatur,torquetur? quod etiam probat *lex* 17.ϖ. *de ſc. Silaniano:* & Paulus 5. *ſent.tit. de quæſt.*14. §.1. & lex 1.§.27.ϖ. *de quæſtionib.* lex 23.§ 4.ϖ. *ad L. Aquil. lex* 6 §.1. ϖ. *de cuſtod. & exh. reor.* At quin id negant *lex repeti* 16.§.1.ϖ. *de quæſtionibus:* & Paulus 5. *ſentent. tit. de iudiciis l.*12. §.*vlt. lex vlt.*C.Th. *de accuſationi: ſeu lex* 17.C.*Iuſt.eod.tit* ſic vt,hanc veteris iuris auctoritatem *d.l.vlt.&* 17. vocent, i. certam iuris definitionem, ſiue regulam: & rationem etiam addunt,vt & Paulus *d* §.*vlt.* ne videl. alienam ſalutem in dubium deducat, qui de ſuâ deſperauit. Placet præ aliis hæc conciliatio,in iis criminibus,quæ ſui natura ſine ſociis committi non adſolent, vel etiam,quæ non committi poſſe ſine ſociis,participibus, mandatoribus lex præſumit, in iis inquam porrigi iure quæſtionem in ſocios, conſcios &c. i. reum interrogari de ſociis &c. quod vtique in ſpecie legum illarum in ſpeciem inter ſe diſſidentium cernitur: de quâ communi opinione v. Clarum 5.*ſentent.* §.*vlt.q.*21.*n*3.

Digitized by Google

verſ. dictum ſocij. Et verò de hoc genere criminum ſunt illa quoque crimina, quæ Chriſtianis intendebantur, quæq; ſacramento quodam & per cœtum& congregationem committi dicebantur: puta coitio ad inceſtum, infanticidium, atque inde litatio ſeu epulum.

conſocios]. ita clarè in M s. at in Apolog. cap. 2. *conſcios.*

infantaria] *Infantariam* vocauit Martialis *lib.* 4 *ep.* 88. infantum amantem: & Tertullianus noſter 1. *ad Marcionem cap.* 14. dixit, *infantare*, pro infantili cibo paſcere. At *infantaria* nomen hic pertinet ad infanticidium, ſeu (vt conſtitutio Valentiniani Senioris loquitur) infantis necandi piaculum, atque exinde pabulum: pro quo *infantia trucidata* dicuntur inf. c. 7. Itaque & in Apologetici loco c. 2. qui huic reſpondet, *quot quiſq; iam infanticidia deguſtaſſet. Infantaria*, eadem formâ, qua forte ſup. *homicidia* hoc ipſo cap. *mendacia.* cap. 7. *Initiæ*, pro initia. eod. cap. 7. *ſeminaria* cap. 14.

¶ *Etiam ſpectaculis*] *Quarta* ratio diligentioris Quæſtionis de Chriſtianorum criminibus agitandæ: nempe, ipſa *voluptatis*, ſeu ſpectaculorum ratio.

¶ *Sedenim*] Poſtrema ratio: nempe *Odij publici concitatio.*

fidem talium temperant] *Temperare fidem* alicuius rei verbo iuris eſt, non omnem ei fidem & plenam adhibere, quin incredibilem penè putare, præiudicare.

honorantes naturam] Senſus hoc loco ſatis apertus, verba non adeò: quò pertinent alioquin & illa initio ca. 8. Apologetici. *vt fidem ipſius naturæ appellem.* Sed & illa ex epiſtola Viennenſium & Lugdunenſium: ἀλλὰ μηδὲ πιστεύειν [θέμις] εἴ τι τοιοῦτο πώποτε παρ' ἀνθρώποις ἐγένετο. v. & Athenagoræ *Apol. ſub f.* & Minutium *in Octauio.* Sanum tamen hunc locum præſto, niſi quod pro *concubitu*, adſero, *concupitu.* Vult ſcil. Tertullianus, naturæ hunc etiam vulgo honorem deferri naturali quadam præſumptione, vt nemo non præſumptum habeat, naturam humanam pabulum è feris appetere: contra, humanum pabulum auerſari: Reſpondent denique hoc loco iſta: *quærere, & concupitus*: mox, *pabulum ferinum*, & *humanum genus* inter ſe opponuntur. Dicendi genus autem inſolens & Græcum, *honorantes naturam quærere*, pro, quæ quærat.

AD CAP. III. de NOMINIS odio.

Concordat Apologetici cap. 2. & 3.

* *de* NOMINIS *odio*] ſeu *de odioſo Chriſtianitatis titulo:* vt habet inſcriptio Vaticana cap. 3. Apologetici, quod huic reſpondet. Tertium porrò ordine hoc *Præiudicium eſt*, quo Nationes Chriſtianos inauditos prædamnabant, *odium Nominis*

cùm talibus &c.] Ellipſis vocis *in*: pariter vt in illo infrà: *nullam eſſe vocabulo aut nomine querellam*, ellipſis *de.*

¶¶ PAG. 8. *iudicantibus ſemper laborandam*] i. de quâ laborare iudices ſemper debent. Nempe iudex id agere quantum poteſt debet, vt reus manifeſtis

manifeſtis

nifeſtis probationibus vrgueatur & conuictus ſit, ſuum tamen ipſe crimen ore proprio fateatur: facit ad aliquid *lex* 1. *C Th de pœnis*: ſeu *lex* 16. *Cod. Iuſt eod tit.* de quo v. Gulielmum de Benedictis *in cap. Rainutius in verbo mortuo* 1. *num.* 349 *de teſtam.* & Maſuerium *tit. de probat.* §. *idem vt delatus.*

damnatoribus ſemper conſulendam] Qui ritè, citra Syndicatus, vt hodie loquuntur, metum, reum damnare volent, quæſtionem ſeu inquiſitionem diligentem, & propè pertinacem adhibere oportet.

commodarent] *Commodare* apud noſtrum paſſim eſt, commodi aliquid adferre. Vnum è multis prætereà dabo: cap. 4. de pallio: *quas natura agro potiùs eluctando commodauit.*

ſuffici] γρ *ſuffigi*: nempe, cruci. Plenam interim ſententiæ formulam hic obſerua: & in eâ, præter elogium, ſeu criminis nomen (de quo ſup. *c.* 2. *ad v elogia*) rurſum, præter pœnæ genus, nota vocem *placet*, quæ in ſententiis ſolemnis fuit.

Porrò] atenim: iam notaui ſup. *cap.* 2.

exſtat] in ſententiis & elogiis veſtris in Chriſtianos.

quædam occulta vis &c.] *Quædam ratio æmula operationis inſequitur.* Apologet. cap. 2.

nec creditis] Negatiuam *nec* expungendam tùm ipſa ſententia euincit, tum & caput 2. Apolog. vbi ita diſertè: *& credunt de nobis quæ non probantur.* Negatiuæ expungendæ alterum exemplum præbebit caput 15. viciſſim, addendæ, mox duobus locis & cap. 10. Quòd mendæ genus vt pronum ceteróquin, ita & hoc libello librario non ſemel excidit.

& ne probentur facilè] γρ *& ne reprobentur facilè*: tùm ex ipſa ſententiâ, tum præiudicio Apolog. vbi ita: *ne probentur non eſſe.*

vt nomen inimicum] Pleniùs in Apolog. *vt nomen illius æmulæ rationis inimicum.*

ſub præſumptione criminum puniatur] Pleniùs iterùm in Apol. & per antitheſin, *præſumptis, non probatis criminibus de ſuâ ſola confeſſione damnatur. Præſumptio*, eſt πρόληψις: qua voce vtuntur Iuſtinus, alij, hâc in re

vt de nomine inimico recedatur] i. vt id nomen, quod vnicum Nationes perſequuntur, eieremus. v. notata ſup. cap. 2. *ad v. gratis.* Ita cap. 2. Apol. *cogitis tormentis de confeſſione decedere.*

dùm] *Dùm*, pro intereà dùm, donec: Ita quoque cap. 7. *viderimus de fide iſtorum, dùm ſuo loco digeruntur*: & cap. 15. *dùm iſta quoque in vobis recognoſcitur, vbi opportuniùs poſitum eſt*: poſitum eſt, i. expoſitum, tractatum.

dùm hac ratio ſuo loco oſtenditur] *Apologeticum* hîc omninò indicat, vt & duobus illis locis, quos proximè *cap.* 7. *&* 15. laudaui: quibus adde & quartum circa initium dicti cap. 15. expreſſiſſimum: *Vos, ſi de memoriâ abierunt, quæ cade hominis, quæq; infanticidiis, recognoſcetis ſuo ordine*: *Nunc enim differimus pleráque, ne eadem videamur vbiq; retractare. Interim, vt dixi*, &c. Nempe in Apologeticum iam incumbebat Tertullianus, cùm hoſce libellulos ſcriberet, atque in eum aliquammulta hîc omiſſa ſtudio & iudicio diſtu-

lit: de quo in *Prolegomenis.* Ceterùm fidem & hîc liberauit Tertullianus: pluribus enim Apologetici cap.2.hanc rationem,ſeu iudiciorum formam, quam Nationes circa Chriſtianos ſeruabant, oſtendit: quâ ſcilicet *negare compellebantur, & negantes liberabantur.*

vos quam] ὑστερόπρωτον: pro, *quam vos*: vt lib.2. cap.12. *quàm lupus ſi exponeret*

Præſcribitur] *Præſcriptio* quid ſit,iam notum vel ex Tertulliani noſtri libro *de Præſcriptionibus aduerſus hæreticos. & tit.* ff. *de exceptionib. præſcript.* Attende inter cætera Vlpianum in l.15. §.7.ff. ad L.Iul.de adulter. *Præſcriptiones,quæ obijci ſolent accuſantibus,ante ſolent tractari,quàm quis inter reos recipiatur.* Attende & hûc noſtri locum lib.1.adu. Marcionem c.1.*Sed alius libellus hunc gradum ſuſtinebit aduerſus hæreticos, etiam ſine retractatu doctrinarũ reuincendos,quod hoc ſint,de præſcriptione nouitatis. Nunc quatenus admittenda congreſſio eſt, interdum, ne compendium præſcriptionis vbiq; aduocatum diffidentia deputetur, regulam aduerſarij priùs prætexam, ne cui lateat in quâ principalis quæſtio dimicatura eſt* Itaque *Præſcriptionum compendia* vocat & lib.3.*adu. Marc.c.1. & de patientia c.4.* Duas alias præſcriptiones habes & *cap.11. & c.vlt.inf. huius libri.*

Non poſſe] Non poſſe *vos* ſcil Similis præſcriptionis formula *c. vlt. inf. Quòd ſi præſcribitur vobis, Errorem amare, & odiſſe veritatem:* vos ſcil.

crimina, quæ neque inſtitutum dirigit] *Inſtitutum* eſt primùm accuſatoris, indicis,apparitoris vel ſpiculatoris, beneficiarij,curioſi,aut alterius accuſatio,indicium,notoria,oblatio rei,quibus ſolemniter accuſatio ſeu iudicium criminale dirigitur, inſtituitur: quæque etiam accuſator reo edere cogitur,vt ſciat quibus ſit criminibus reſponſurus Itaque mox hiſce verbis reſpondent ſequentia illa: *quod Præſidi offeratur.* Et alioquin inſtituere accuſationem,ſeu crimen, iuris verba ſunt. Item,inſtituti huius criminalis pars eſt,defenſio rei, & ſic cauſæ peroratio: & poſt hæc iudicis cognitio. Denique,*inſtitutũ* eſt, ordo,proceſſus criminalis, ſtilus. Proximo ſenſu in l.4.C.Th quorum appell non recip. *oportuerat te publici inſtituti reſpectu,confeſſione detectos legum ſeueritate punire.*

prolatio adſignat.] *Prolatio* crimen adſignare dicitur à Tertulliano: *Prolationis* ſcil. appellatione exaudienda ſunt omnia illa quæ in iudiciis proferuntur,quibus cauſa inſtruitur,&,vt loquuntur,crimen verificatur: inſtrumenta,teſtes,interrogata,reſponſiones: itaque mox reſpondent illa: *quod de reo inquiratur,quod reſpondetur vel negatur.* Vt ceteroquin *proferendi* & *prolationis* vox hâc in re propria, ita vel hic Papiniani locus (quem æqualem habuit Tertullianus) cum hoc componatur in l.6. ff. de quæſtionibus. *ſi cauſa perorata,teſtibus prolatis,abſolutio ſecuta fuerit.* Ecce tria pariter,vt hoc loco: *Cauſa perorata,*eſt *inſtitutum: teſtes* prolati,& *prolatio* idem: *abſolutio, & ſententia* paria.Inſtitutum, dirigit iudicium: prolatio, crimen adſignat: ſententia, enumerat. His nempe tribus proceſſus criminalis abſoluitur.

de conſilio] Apuleius Apologia. *Cùm Lollius Vrbicus V C. verum videri & ratum eſſe debere,* DE CONSILIO *Conſularium virorum pronuntiaſſet.*

Ita-

Itaque de nominis mentio] *ſc. itaque non de nominis merito: ſi qui* &c.

Si qui: & mox, *ſi qua*] *ſi qui*, pro, *quis*. *ſi* παρέλκει paſſim apud noſtrum. Ita infrà cap. 4. *ſi & mali de ſuo malo rabiant*. Itaque & hic locus in Apolog. c. 3. ita expreſſus. *Quis nominum reatus? qua accuſatio vocabulorum?*

Ego arbitror &c.] Aperta Iuſtini, & Athenagoræ imitatio, quorum verba non exſcribo, quia multa ſunt.

vocabulo aut nomine] pro *de vocabulo, aut de nomine*: ellipſi vocis *de*.

niſi cùm quid] Apologet. cap. 3. ita: *niſi aut barbarum ſonat aliqua vox nominis, aut infauſtum, aut maledicum, aut impudicum.*

quantum ſignificatio eſt] in Apol. c. 3. *quantum interpretatio eſt*: vel, vt ex Ms. Doctiſſ. Salmaſius amicus noſter exhibet, *quantum denominationi*: pro, quantum ad denominationem.

interpretatur] paſſiuè: vt etiam Iuriſconſulti (alios nunc non laudo) *l. 13. π. de reb. dub. l. 12. π. de R. I.* at in Apol. *de vnctione deducitur*.

Etiam cùm corruptè] *Chreſtiani* vocem rectè non pro genuinâ obtrudit, verùm ex corrupto à Nationibus nomine argumentandi occaſionem arripit.

vel bonitate] *vel benignitate*, in Apolog. Iuſtini autem & hæc imitatio

modulatum eſt] i. *compoſitum eſt*, vt in Apol. eſt. *Modulari* paſſiuè: ſic & cap. 10. *ſuſtinetis Iouis elogia modulari*: & lib. 2. c. 4. vbi pariter de vocis Θεοῦ interpretatione, *curſu*, inquit *& motu modulata*. *Modulari* autem, componi: ita de Oratione, c. 11. *expandimus* [manus] *& dominicâ paſſione modulantes*, i. crucem fingimus orantes expanſis manibus, & ſic ad modum crucis Dominicæ componimur

¶¶ PAG. 9. *Detinetis*] *Detinere* eſt præiudicio reum iudicare: in Apol. c. 3. extremo, *nomen detinetur*, quod mutare non debuit Doctiſſ. Iunius. ſic infrà cap. 4. *in illo detinentes ſectam*: & cap. 16. *Quid enim tale in vobis detinebo?* Ex aliis Tertulliani libris vel hoc vnum habe. 2. ad vxor. c. 8. *Quam huius amentiæ cauſam detineam?* Quinimò & Tertulliani diſcipulus lib. de habitu virginum: *peior adulterâ detineris.*

patri] *ſp. patria.*

Et vtique] & ſanè, & ſaltem, & maximè.

AD CAP. IV. de AVCTORIS & SECTÆ odio. Concordat Apologetici cap. 3. & 46.

Sed dicitis &c.] in Apolog. *atenim ſecta oditur, in nomine vtique ſui auctoris.*

dùm cognominentur] *Dum*, pro *cùm*, paſſim noſter: etiam Iuriſconſulti: inter alia l. 19. in f. π. de receptis qui arbitr. *dùm arbiter eſſe deſierit.*

AErasiſtrati] pro Æraſiſtratei. Ἐρασιστράτειον διδασκαλεῖον ἐν Σμύρνῃ meminit etiam Strabo *lib. 12. extremo.*

temeritate præſumeretur] temerarium id foret, temerè id fieret.

prius erat cognoſcere] Dicendi genus Græcum: pro, *priùs erat vt cognoſceretur.*

inſpectionem auctoris retinere] i. de auctore diſpicere nolle, in eum nolle inquirere, eum nolle *recenſere*, qua voce mox vtitur, inſpectionem impedire: vt ad Romanos 1. v. 18 ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων.

in Principes] confer Apolog. *cap.* 46. Eadem porrò hoc ſæculo in Principes & vulgi licentia effrœnis notatur infrà *cap.* 17.

veritatem ſæculo operoſiſſimam] i. quam mundus ferre, ſuſtinere non poteſt, velut pernimiùm grauem, mordacem, & totam de aceto.

Philoſophi quidem affectant] in Apologetico cap. 46. *Mimuè Philoſophi affectant.* Vlpianus: *veram, niſi fallor, non ſimulatam Philoſophiam affectantes.* Infrà lib. 2. c. 4. de iiſdem *otium affectatæ moroſitatis.*

Denique] voce hac, *denique*, vtitur Tertullianus paſſim, non ad finem dictorum, & pro poſtremo, verùm cùm validiſſimum quid dicturus eſt. Sanè eo ſenſu ter vtitur his libellulis in eodem Socratis (quem ſapientiſſimum prædicabant) exemplo: nempè *hîc & cap.* 10. *in* 9. *argumento*: & *lib.* 2. *cap.* 1. ſimiliter cap. 5. infrà *Quot denique Philoſophi dicuntur, nec tamen legem Philoſophiæ adimplent?* & c. vlt. huius libri. *Veſtra denique ſententia eſt, ne cauſam quis iudicet.* Ita quoq; Iuriſconſulti: vnicum exemplum apponam. Papinianus l. 8. ff. ad L. Iul. maieſtat. *In quæſtionibus læſæ maieſtatis etiam mulieres audiuntur. Coniurationem denique Sergij Catilinæ Iulia mulier detexit, & M. Tullium Coſ. indicium eius inſtruxit.*

Socrates] Ter hanc hiſtoriam de Socrate memorat: hîc, & *cap.* 10. & *lib.* 2. *cap.* 1.

Quanquàm] v. inf. cap. 10. *ibi, habetis* &c.

Pythius] v. Apologetici *cap.* 46. & de anima *cap.* 1.

¶ PAG. 10. *Porrò*] atenim; pariter cap. 2. & 3. ſup.

Quo more] confer Apologetici *cap.* 3. *in pr.*

Bonus vir Lucius Titius &c.] In Apolog. c. 3. *Bonus vir Caius Seius, tantùm quòd Chriſtianus. Item alius. Ego Lucium ſapientem virum repente factum Chriſtianum.* Inuerſa vides τεχνικὰ illa nomina, ſed & dimidiata quoque apponi: pariter vt apud Iuſtinum *Apol. ad Senatum Rom.* Λούκιός τις. atenim hîc plenè, *Lucius Titius*: quomodo paſſim in libris noſtris, & apud Auguſtinum 2. *de Ciuit. Dei cap.* 24. v. & Plutarchum, ἐν αἰτίοις.

tantum quod Chriſtianus] *Tantum quod*, μόνον ὅτι: & ita quoque in Apologetico: Familiaris Tertulliano locutio, vt videre eſt vel ex lib. eius 4. *adu. Marcionem cap.* 26. 29. 31. Itaque & huius deinceps loci præiudicio ſua ſtabit Apologetico lectio quam & Mss. ceteroquin tuentur.

Ego miror] Et hinc liquet, quidnam in Apologetico ſi forte ſupplendum ſit, vbi alioquin vocem *deſero* infarciunt, quæ à Mss. rectè abeſt. Itaque hinc conſtituenda ita lectio. *Ego Lucium ſapientem virum repente factum Chriſtianum miror.* Et ſanè ita quoque Fuldenſis diſertè exhibet. Abſque hoc foret, minimâ mutatione ita legerem: *Ergo Lucium ſapientem virum*

rum repente factum Chriſtianum ! *Ergo*, pro *ego*, formâ admirantis vel indignantis.

Nemini ſubuenit] Tertulliani locutio, pro, nemini in mentem venit (quomodo infra cap. 7. *vt nemo recogitet ne)* In Apolog. *nemo retractat*.

ne] vtrum non, nùm: ſimiliter Apol. c. 3. & inf. cap. 7. *vt nemo recogitet, ne primùm illud os mendacia ſeminauerit.*

humanius] *iuſtius* in Apol. c. 3. Humanitatis, imò iuſtitiæ & iuris pars eſt, ex iis potius quæ manifeſta ſunt nobis, de occultis benè opinari, quàm manifeſta ex occultis damnare. Quæ ipſæ quoque *iudicij* partes ſunt.

occulta manifeſtis adiudicare &c.] i. vt eſt clariùs in Apolog cap 3. *occulta de manifeſtis praiudicare, quàm manifeſta de occultis prædamnare. Adiudicare*, eſt æſtimare: ſic cap. 5. *qui rem nomini addicunt*, i. qui rem ex nomine æſtimant

aliquos retrò] in Apolog. *alij quos retrò.*

mirari quàm aſſequi] Ellipſis τ͂ *magis*, paſſiua apud noſtrum. ſic infrà cap. 8. *vanitatibus quàm veritatibus.*

norunt] malunt:

depugnent] in Apolog. c 3. *Nonnulli etiam de vtilitatibus ſuis cum odio iſto paciſcuntur.* Elegantius: quanquam ab eadem mente: nempe, potiorem habere Nationes odij in Chriſtianum nomen, quam vtilitatis ſuæ rationem: denique quod commodum ſibi, quod vtile habere inſuper, dùm ſuo velificentur odio.

vnum atque alium] id eſt vnum atque alterum. ſic cap. 9. *Quod ſi, vt vnus atque alius....... mus ait.* & cap. 16. *vna vel alia gens* & lib. 2. c 2. *de ſtillicidio vno atq; alio veritatis.* Porrò huius rei exemplum inſigne ſub Vrbico memorat Iuſtinus *Apologia ad ſenatum Romanum.*

de vxoris ſua moribus] Propria locutio, atque è iure. Nota ſcilicet de moribus actio, & notæ retentiones ob mores. In Apolog. quoque cap. 6. *vbi eſt illa felicitas matrimoniorum, de moribus vtiq; proſperata* ? Quanquam *morum vitia* in iure non tam latè accipiantur: atque à criminibus ſeparentur l 2. C. Th. *de repudiis*: propriè enim morum vitia ſunt, mediocres culpæ, veluti ſi rem familiarem vxor haud adcuraret, domo abeſſet: atenim & hîc eâ appellatione Tertullianus complectitur, ſi luparetur.

gemitus] χ. *gemitu*. In ſimili argumento noſter 2. ad vxorem cap. 5. *Et hac, ignorans quiſque rationem, ſimpliciter ſuſtinebit ſine gemitu ſine ſuſpicione &c.*

compertâ causâ] i. comperto, ſeu cùm comperiſſet, quòd Chriſtiana facta fuiſſet vxor, atque adeò mores iam in melius mutaſſet, maritumque iam & domum adcuraret.

patientiam] *Patientia* vox hâc in re propria: *v.* ſaltem *l.* 29. ϖ. *ad L. Iul. de adulter.* &c. Noſter in Apolog c. 39. *qui non amicorum ſolummodò matrimonia vſurpant, ſed & ſua amicis patientiſſimè ſubminiſtrant.* & libro de pa-

tientia cap. vlt. ***Diabolus docuit & ſuos patientiam propriam: illam dico, qua maritos dote venales, aut lenociniis negotiantes vxorum poteſtatibus ſubijcit.*** ***Patientiam*** autem hîc ***obtuliſſe***, eſt, paratum ſe dixiſſe, quidvis potius in moribus vxoris & ferre & pati, dùm ne Chriſtiana perſeueraret. Apol. cap. 3. ***contenti iniuriâ, dum ne domi habeant quod oderunt***, Chriſtianam ſcil.

negaſſe zelotypum] negaſſe ſe zelotypum amplius aut eſſe, aut fore, faceret iam quod animo cùmque ſederet: ita mox, ***maluiſſe lupa quam Chriſtianæ maritum***, ſe eſſe ſcil. In Apologetico cap. 3. *vxorem iam pudicam maritus iam non zelotypus eiecit* : quam poſtremam vocem non malè exhibet codex Fuldenſis.

Filium, de quo queri deſierat] i. filium iam obſequentem (poſteaquam ſcil. Chriſtianam fidem amplexus fuiſſet) Itaque in Apol. cap. 3. *filium iam ſubiectum pater retrò patiens abdicauit*: quomodo rectè hunc locum exhibet Ms. Fuldenſis, quod etiam ex hoc noſtro liquet. Senſus autem eſt. Pater filium heri Gentilem atque immorigerum, & de quo antea querebatur, hodie Chriſtianum, & ſic mutatis moribus iam morigerum, de quo proinde querendi cauſas iam habere deſierat, abdicauit: nempe ideò tantùm, quia Chriſtianus eſſet: mutato patientiæ genere: ſic vt iam facilem ſe & patientem præbere ad filij culpas paratus eſſet, ſi modò Chriſtianam religionem eieraret.

exheredauit] Veriùs id mutatum, in Apolog. c. 3 in, *abdicauit*: nam cùm duo ſint (quod notiſſimum) patrum iratorum in liberos fulmina, abdicatio ſcil. & exhæredatio, atque interea pluſimum ſit, inter cœtera ſanè & hoc vel maximè intereſt, quòd illa inter viuos exercetur: hæc verò, vltimo iudicio amentatur, i. vibratur: quanquam & ἀποκηρύξειν Græculi Iuriſconſulti etiam pro exhæredatione promiſcuè efferunt. Vtrúmque certè fulmen noſter, libro de præſcript. adu. hæreticos cap. 37. his verbis coniunxit: *Vos certè exheredauerunt ſemper & abdicauerunt, vt extraneos, vt inimicos.*

Seruum iam &c.] in Apolog. c. 3. ***Seruum iam fidelem dominus olim mitis ab oculis relegauit.***

neceſſarium] hæredem ſcil. de quo monere putidum.

in ergaſtulum dedit] Eodem ſenſu, ſed verbis iuris magis, in Apolog. ***ab oculis relegauit.*** ſic infra cap. 16. *Dehinc, vt veſtrâ, adoleſcentem Dominus in agrum & vincula legat.* Vlpianus, Tertulliani æqualis, l. 35. §. 3. ff. de hæred. inſtit. *ſi ſeruus fuerit miſſus in villam, interim illic futurus, quia dominum offenderat, quaſi ad tempus relegatus.*

ſi & mali &c.] & hîc παρέλκει τὸ *ſi.* v. ſup. cap. 3. quanquam & *ſic*, pro *ſi* non malè reponas.

Quid enim inſigne &c.] Inſignis verò hic Chriſtiani hominis characteriſmus: à quo etiam non abit Plinij Relatio illa.

primam ſapientiam] *Primam ſapientiam* vocat, religionem Chriſtianam, quæ ad verum Deum relictis idolis conuertitur. Pariter cap. 4. de pallio. *Enimuerò, cùm hanc primam ſapientiam veſtit* [pallium] *qua vaniſſimis*

ſu-

Digitized by Google

ſuperſtitionibus renuit, tunc certiſſimè pallium ſuper omnes exuuias &c. Huic opponit, lib. 2. cap. 2. *meram ſapientiam Philoſophorum, cuius infirmitatem multa conteſtantur.*

Ad Cap. V. de Malis quibuſdam inter Christianos.

* Huius capituli ſententiam aliquatenus adumbrauit in Apologetico *cap.2. ſub fi. c.44. in fi. cap.46. in fi.* ſed maximè, c.46. Eſt autem ordine quintum *Praeiudicium*, quo de hoc capite agitur:

¶¶ Pag. 11. *Peſſimi*] vos Christiani ſcil. eſtis.

Neceſſe eſt] Floridus hic locus, ſi qui alius, & *Florente* noſtro dignus, quémque nemo niſi Tertullianus quidam expreſſerit.

neuus] alluſum eò: *nulla tam culta facies, in quâ non ſit naeuus. Aliqui* autem, pro *aliquis*: ſicut *qui*, pro *quis*, paſſim apud noſtrum.

effruticet] De anima cap. 27. *paritérque inſinuata ſulco & aruo ſuo, pariter hominem ex vtráque ſubſtantia effruticent, in quo rurſùm ſemen ſuum inſit.*

colata purgat] *Colare*, eſt purum tranſmittere, purare, defœcare. aduerſus Valentin. cap. 23. *ſi non & iſtum Sophia maeſtitia colaſſet.* Praeter inſignem Matthaei locum 23. v. 24. Gloſſae Philoxeni, *Colat.* ὑλίζει, διυλιοῖ. *Colatum* διυλισμένον. Apuleius: *Non illi norunt aruum colere, aurum colare, equum domare.* Manilius lib. 5. *colare vagos inductis retibus amnes.* Hinc *colatum*, pro purgato, defœcato, ſereno: & *Colatius*, pro puriore, apud noſtrum cap. 48. de anima. *Certiora & colatiora ſomniari affirmant ſub extimis noctibus.*

reſignetur] i. maculetur, inquinetur: noſter 1. adu. Marcionem c.28. *ſignat igitur hominem nunquam apud ſe reſignatum! lauat hominem nunquam apud ſe coinquinatum!*

exemplari vis à quo vniuerſitas munda eſt] χ. *exemplarij viſa, quo vniuerſitas munda eſt. Exemplarium* non vno loco apud noſtrum, pro *exemplar*: vt c. 5. *de Idololatr. cap 38. & cap.40. adu. Hermogenem.* &c.

vniuerſitas] *Vniuerſitatem* vocat, faciem vniuerſam rei cuiúſque.

cui malitia deputatur] χ. vel *malitia*, vel *deputantur*: de voce *deputandi* iam ſup. *cap.2.* ſenſus eſt, vt ſecta aliqua velut mala traduci poſſit, eam ipſam de malo reuincendam, atque ita ex ſe, non ex perſonis aeſtimandam. Eodem pertinet ſolemne illud noſtri, cap.3. de praeſcript. adu. haereticos. *Ex perſonis probamus fidem, an ex fide perſonas?*

Multum diſtantia] Et hic locus Tertulliano dignus: fundus autem illi & hîc Iuſtinus *Apologia* 2.

inter opinionem & veritatem] *Opinio* & *veritas* quo differant, Iuriſconſulti quoque ſaepè tractant.

Quot denique Philoſophi &c.] v. & Iuſtinum in hoc ipſo argumento *Apolog.* 2. facit & lex *in honoribus* §. *Philoſophis* π. *de vacat. & excuſ. mun.*

lex 6. *Cod de munerib. patrimoniorum:* &c.

ſeducant] *ſed ſeducant.*

qui rem nomini addicunt] i. qui rem, ſectam & profeſſionem de ſolo nomine æſtimant: ita ſup. cap. 4. *occulta manifeſtis adiudicare*, eſt occulta de manifeſtis æſtimare.

Et tamen euiuſmodi &c.] Ter, vt dixi, hoc ipſum perſtringit in Apologetico: nempe *cap. 2. ſub fi. cap. 44 fi. cap. 46. in fi.* ſed & cap. 4. ad Scapulam. *Viderint, qui ſectam mentiuntur, quos & ipſi recuſamus.* Ad cenſuram autem & excommunicationem pertinet hic locus: Quâ ſcil. perſtricti, neque congregabant neque participabant, vt hic loquitur, cum Chriſtianis: ſeu Chriſtiani cum his non miſcebantur. De quo, vt mittam nunc alios, & Apologetici c. 39. *Ibidem caſtigationes & Cenſura diuina: nam & iudicatur magno pondere, vt apud certos de Dei conſpectu, ſummumq; futuri iudicij præiudicium eſt, ſi quis ita deliquerit, vt à communicatione orationis & conuentus & omnis ſancti commercij relegetur.* Origenes quoque contra Celſum *lib 3.* ἵνα τοὺς μὲν τὰ ἐπίρρητα πράξαντας ἀπείργωσιν [illegible] ἐπὶ τὸν κοινὸν σύλλογον.

Quando ne illis quidem miſceamur &c.] Ad *Lapſos* & libellaticos, Negatores, Thurificatos, ſacrificatos, pertinet hic locus, vno verbo ad *inuitos* deſertores diſciplinæ Chriſtianæ, quos ſcil. Nationum vis atque ſæuitia ad negandum ſi forte ſubegerat: pariter vt locus ſuperior, ad delictorum reos, puta fraudationis, luxuriæ, ſeu mœchiæ & fornicationis, improbitatis, vno verbo, ad *voluntarios* diſciplinæ Chriſtianæ deſertores. De quibus vtriſque Tertullianus ait, *Chriſtianos cum his non miſceri*, eos *neque congregare neque participare cum Chriſtianis:* Et quidem abſolutè, nullo temperamento addito. Cuius occaſione, nonnulla, & ſtrictim tamen, monere iuuat, vt ita hæreſeos labe Tertullianum hac parte, quâ vulgò adſpergitur, liberemus. Tertullianus itaque, cùm tria peccatorum genera conſtituat, vnum quotidianæ incurſionis, cui omnes ſumus obiecti, veniamque Eccleſiæ & pacem meretur, alterum eorum, quæ monſtra vocat, de quibus nil attinet dicere: tertium, grauiorum delictorum & exitioſorum conſtituit, puta, homicidiun, Idololatriam, Negationem, mœchian, fornicationem De horum grauiorum & exitioſorum delictorum reis horum temporum (Tertulliani ſci.) diſciplina ita fermè obſeruauit, vt ij Deo committerentur. i. vt poſt longam quamlibet diuque tractam pœnitentiam pacem ab Eccleſiâ impetrare non poſſent, neque eorum ratio haberetur, verùm in perpetuum Eccleſiâ & abſolutione vel in morte priuarentur: quod vt ipſe Tertullianus *libro de prudicitia* teſtatur, ita & Cyprianus locis infinitis, ac nominatim *ep. ad Antonianum*, comprobat: Sed & comprobant præterea, quæ Tertullianum cum Ep. Romano commiſerunt, quæque tandem vt Romæ ita & Carthagine interlocutoriis primùm ſententiis, mox & Conciliis poſtremùm ſuper eâ re habitis, ſub Cornelio & Cypriano ſancita ſunt. Et nihilominus tamen iiſdem Tertulliani temporibus magna ſententiarum priuatarum hâc parte libertas fletit, ſtante nihiloſeciùs Eccleſiæ vnitate, mox vt ex Cypriano probabimus.

Digitized by Google

mus: Adeò quidem, vt eoſdem Patres variaſſe deprehendere liceat: atque modò hanc, modo illam ſententiam amplexos liqueat. Cui rei fidem vt exemplo ſuo facit Cyprianus, in eâ quam dixi *ep. ad Antonianum* (his verbis: *Mea apud te & perſona & cauſa purganda eſt, ne me aliquis exiſtimet à propoſito meo leuiter deceſſiſſe: & cùm Euangelicum vigorem primò & inter initia defenderim, poſtmodùm videar animum meum à diſciplinâ & cenſurâ priore flexiſſe, vt his qui libellis conſcientiam ſuam maculauerint, vel nefanda ſacrificia commiſerint, laxandam pacem putauerim. Quod vtrúmq; non ſine librata diu & ponderata ratione à me factum eſt: Nam cùm acies adhuc* &c.) Ita & exemplo quoque ſuo ante Cyprianum fidem facit Tertullianus noſter: nam cùm antea mœchos & adulteros ad pacem Eccleſiæ pœnitentes admittendos putaſſet, poſteà tamen cum aliis nonnullis Africæ Epiſcopis, ipſe ſecundi ordinis Epiſcopus, laxandam Eccleſiæ pacem mœchis & fornicatoribus, non minùs quàm aliorum grauiorum delictorum reis, puta Lapſis & homicidis, negauit, quocunque tandem Martyrum interuentu, & cuiuſlibet tandem Epiſcopi auctoritate: ſcripto etiam eam in rem expreſsè libello de pudicitiâ: cuius *cap.* 1. *& vlt.* potiſſimùm attendenda ſunt. Et hæc eſt illa ſententia, quæ Tertullianum cum Ep. Romano commiſit: qui Ep. Romanus, etſi tùm neque homicidis neque lapſis veniam laxaret, atque ita in eo cum Tertulliano ei conueniret, mœchiæ tamen & fornicationis delicta pœnitentiâ functis dimiſſurum ſe proſcripſerat. In quâ controuerſia ſanè vt veteris Eccleſiæ morem & ſeueritatem, ita & ſui temporis Epiſcopos Africę nonnullos conſentientes habuit Tertullianus: id quod ex eâ Cypriani ep. ad Antonianum diſcere licet. *Et quidem*, inquit, *apud Anteceſſores noſtros, quidam de Epiſcopis iſtinc in prouincia noſtra dandam pacem mœchis non putauerunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauſerunt: non tamen à Coëpiſcoporum ſuorum collegio receſſerunt, aut Catholicæ Eccleſiæ vnitatem vel duritiâ vel cenſuræ ſuæ obſtinatione, ruperunt, vt quia apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat de Eccleſiâ ſepararetur.* Quæ cùm ita ſint, hæreſeos notâ hac parte Tertullianus perperàm aſpergitur, quæ alias ſi forte Montanizanti rectè intenditur.

Vtique enim] Velim omninò cum hoc loco committi extrema libri *de pudicitia*, vbi acriter in eum Eccleſiæ Romanæ morem inuehitur, quo mœchi & fornicatores pacem Eccleſiaſticam partim Martyrum quorumcúnque etiam laicorum auctoritate ſeu interuentu ſeu commendatione, partim indulgentiâ Epiſcopi Romani emerebantur: cùm tamen non tam facilè Lapſis pax Eccleſiaſtica redderetur. *Quacúnque*, inquit, *auctoritas, quacúnq; ratio mœcho & fornicatori pacem Eccleſiaſticam reddit, eadem debebit & homicidæ & idololatræ pœnitentibus ſubuenire: certe, negatori: ET VTIQVE illi, quem in prælio confeſſionis tormentis colluctatum ſæuitia deiecit. Cæterùm indignum Deo & illius miſericordiâ (qui pœnitentiam peccatoris morti præuertit) vt FACILIVS in Eccleſiam redeant, qui ſubando quàm qui dimicando ceciderunt. Vrget nos dicere iniquitas: contaminata potiùs corpora reuocabis, quàm cruentata? Quæ pœnitentia miſerabilior, titillatam proſternens carnem, an verò laniatam?*

L

Quæ iuſtior venia in omnibus cauſis, quam VOLVNTARIVS, *an quam* INVITVS *peccator implorat? Nemo volens negare compellitur: nemo nolens fornicatur* &c. Vides eandem ſententiam, imò & verba. Adde & comparem locum Cypriani *ep. ad Antonianum*: vbi inter alia: *fraudatores & mœchos à latere atque à comitatu ſuo ſeparet: quando multo & grauior & peior ſit mœchi quàm libellatici cauſa, cùm hic* NECESSITATE, *ille* VOLVNTATI *peccaverit, &c.*

Ad Capvt VI. de Legvm præiudicio.
Concordat Apologetici cap. 4.

quotiens comprimitur &c.] *cùm ad omnia occurrit veritas noſtra.* ita in Apolog.

¶ Pag. 12. *arulam*] *Arula* vocem vſurpat quoque Tertulliani Gentilis *in Apolog.*

proinde] pro *perinde* paſſim noſter vſurpat.

LEGVM *auctoritatem &c.*] De his aduerſus Chriſtianos legibus inſignis eſt admodùm Lactantij locus lib. 5. c. 11. *Quinetiam* inquit, *contra pios iura impia condiderunt: nam &* CONSTITVTIONES *ſacrilegæ, & Diſputationes Iuriſperitorum leguntur iniuſtæ. Domitius de officio Proconſulis libro ſeptimo* RESCRIPTA PRINCIPVM *nefaria collegit, vt doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui ſe cultores Dei* CONFITERENTVR. Quod de Vlpiani libro 7. ait Lactantius, eo comprehenſa fuiſſe Reſcripta Principum in Chriſtianos, eius hodie nihil comparet: illud tantum ex iis quæ ſuperſunt reliquiis liquet, eo libro 7. Vlpianum de conquirendis à Proconſule malis hominibus, item de grauiſſimis criminibus egiſſe, ſacrilegio, Maieſtatis, Collegij illiciti &c. Atquin hæc ipſa crimina ſunt, quæ Chriſtianis intendebantur. Sed & de pœnis illis quæ in Chriſtianos ſolemnes fuêre, puta beſtiarum, crucis &c. eo libro 7. Vlpianum egiſſe comperio.

niſi priùs requiratur &c.] Iuſtini imitatio 2. *Apolog.* καὶ γὰρ τοὺς κατηγορουμένους ἐφ' ὑμῶν πάντων πρὶν ἐλεγχθῆναι οὐ τιμωρεῖται.

homicidam, adulterum lege] *Leges puniunt*, vel quid tale reponendum: niſi ita capias, *Lege homicidam, adulterum*, i. quamlibet legas (in legibus ſcil.) homicidam, adulterum, nominatim puniri &c. Concordat autem Apolog. c. 2. *Qui hodie de confeſſo homicida, ſcientes homicidium quid ſit, nihilominùs ordinem extorquetis admiſſi.*

Quomodo enim &c.] Senſus hic eſt, Leges publicorum iudiciorum (nam de his agitur) à Iudicibus non obſeruari, i. non rectè executioni tradi, niſi ſumma cautione adhibita & diligentia, i. inquiſitione, quæſtione diligenti peractâ, niſi excuſſo crimine. In Apologetico *cap. 4. extremo*, ita hæc ſententia exprimitur. *Nulla lex vetat diſcuti, quod prohibet admitti: quia neque Iudex iuſtè vlciſcitur, niſi cognoſcat admiſſum eſſe quod non licet, neque*

ciuis

Digitized by Google

ciuis Legi fideliter obſequitur, ignorans quale ſit quod vlciſcitur Lex.

ſi probare] ita quoque Fuldenſis Apologet. *ſi probari*: non vt vulgo, *quæ probari.*

probare] ita editum volui, & ita exhibet Ms. at in Apologetico *probari.* *Si probare ſe non vult*, id eſt, ſe à iuſtitiâ commendari, ſuam iuſtitiam explorari. In Apolog. hæc ſubiiciuntur: *improba autem, ſi non probata dominetur.*

cum ſuis macheris & patibulis & leonibus] Hæ ſcilicet pœnæ Legibus in Chriſtianos conſtitutæ fuêre (de quo *cap.* 18. ῑ.) de quibus olim egerat Vlpianus lib. 7. de off. Proconſulis. At vbi ſupplicium *Ignis*? quæ & ipſa pœna fuit de numero quatuor ſolemnium illarum, quæ in Chriſtianos exercitæ, pœnarum? Sed, de Legibus hîc agi meminerimus: atqui noſter c. 4. ad Scapulam disertè *Cremamur*, inquit. *quod nec ſacrilegi, nec hoſtes publici veri, nec tot maieſtatis rei pati ſolent: nam & nunc à Præſide Legionis, & à Præſide Mauritaniæ vexatur hoc nomen, ſed gladiotenus, ſicut & à primordio MANDATVM eſt animaduerti in huiuſmodi.* Quod de ſacrilegis ait, id etiam Vlpianus lib. 7. de off. Proconſulis in l. 6. ff. ad L. Iul. peculatus, teſtatur: vbi ait *ſacrilegorum pœnam moderandam vsq; ad beſtiarum damnationem*: quæ vtique non tam grauis pœna fuit, quàm ignis: vt initium eiuſdem l. oſtendit, ſimul & lex 8. ff. *ad L. Corn. de falſis*: quæ eſt ex eodem Vlpiani libro 7. v. & Paulum 5. *ſent. tit.* 19.

vt opinor &c.] Hic locus indicatur infrà cap. 10. ibi. *de Legibus iam ſuprà dictum eſt, quòd eas nouis de die conſultis conſtitutiſque obruiſtis.* Argumentum ipſum hoc pleniùs exequitur noſter in Apologetico tribus capitibus 4. 5. 6. & quidem inter cœtera, allato exemplo recentiſſimo Seueri Imp. qui legibus Papiis *derogauerat*, at non etiam eas *abrogauerat*, quod falsò pleriſque traditum alibi iam refutare memini.

nequitias] *Nequitias* legum vocat leges iniquas, *nec æquas.*

Ad CAPVT VII. de FAMÆ præiudicio. Concordat Apologetici cap. 7. & 8.

non mendacio plurimum] ita in Ms. ſed ſcripſit fortè Tertullianus *non mendacia plurimum.* *Mendacia*, pro mendacium: quomodo ſuprà cap. 2. *infantaria*, pro infanticidium: *prodigia* hoc ipſo cap. pro prodigium: *homicidia* cap. 2. loco homicidium: *ſeminaria* cap. 14. pro ſeminarium. Eâdem igitur audentiâ, *mendacia*, pro mendacium dixerit noſter, pariter vt in illo Conſtantinianæ donationi ſubtexto: *Quam fabulam longi temporis mendacia finxit.* *Mendacitatem* quoque noſter dixit de *præſcript. adu. hæreticos*: vt idem *atrociam*, pro atrocitate *cap.* 10. *adu. Iudæos.* Niſi hoc placet, dixerit Tertullianus, *famam mendacio plurimum malum* ſeu *plerimum*, i. mendacio plenum, plerum: ſanè in Apologetico cap. 7. hoc ita effertur: *fama plurimùm mendax.*

defert] ita quoque Ms. Fuldenſis Apolog. pro quo vulg. *affert*.

à libidine mendacij] in Apologetico cap. 7. *ſine mendacij vitio*. Libido mendacij: vt lib. 2. c. 4. *libido coniecturarum*.

falſa veris intexat] Cyprianus *de Idolor. vanit.* de dæmonibus qui in ſtatuis, *falſa ſemper veris inuoluunt*.

varietate confundens] *demutans de veritate* in Apol.

quod mentitur] *quod*, pro, *quoad*, quatenus, quandiu: pro quo in Apol. *cùm mentitur*. ſic & infra c. 10.

decedit] i. locum veritati & rei facit ipſi: pro quo in Apol. eodem ſenſu, *rem tradit*.

¶ PAG. 13. *nec quiſquam*] amplius ſcil. ſeu deinceps.

Nemo famam &c.] in Apol. hæc ita. *Fama, nomen incerti, locum non habet, vbi certum eſt*.

ſtultus] leniore vocabulo, velut apud Iudices, in Apolog. *inconſideratus*.

ab vno ore] in Apol. *principe*. Nempe os, vnde primùm famæ initium datum, *Principem famæ* ibi vocat: at mox infrà, *primum os*. Caput famæ dicere poſſis: vt lib. 2. c. 5 *caput facti*, i. fons auctor & cauſa efficiens

exorta ſit neceſſe eſt] ita quoque rectè in Ms. Puteani Apolog. proinde id aliâ lectione mutatum aliquando non oportuit.

quodammodo] hæc vox abeſt ab Apolog.

& modicum originum vitium &c.] in Apol. ita: *& ita modici ſeminis vitium cetera rumoris obſcurat*.

rumoris] pro rumores: vt infrà, *proditoris*, loco proditores: & lib. 2. c. 5. *ſeruitutis*, & mox *poteſtatis*

vt nemo recogitet, ne &c.] ita cap. 8. *verùm recogitate, ne &c.*

ne primum illud os] Huius quoque loci præiudicio firmatur lectio Apologetici Puteanei.

mendacia] *mendacium* in Apolog. itaque & hîc reponat quis, *mendaciam*

æmulationis] *Æmulatio*, non vulgari ſenſu, verùm pro teſtata inimicitia, odio. ſic infrà cap. vlt. *ſolet æqualitas æmulationis materiam ſumminiſtrare*: Apolog. c. 3. *poſt tribunal de veſtra rideat æmulatione iterum Chriſtianus*: & eiuſd. Apol. c. 7. *tot hoſtes eius, quot extranei, & quidem proprij ex æmulatione Iudæi* &c. cap. vlt. eiuſd. Apol. *vt eſt æmulatio diuinæ rei & humanæ: cùm damnamur à vobis, à Deo abſoluimur*. Ita & *æmulus* pro, inimico, hoſte, aduerſario bis hoc ipſo capite. Alibi infinita teſtimonia: etiam apud Cyprianum: inter cœtera ep. Antonianum: vbi de Cornelio Ep. Rom. *Cùm multo patientiùs & tolerabiliùs audiret leuari aduerſus ſe æmulum Principem, quàm conſtitui Romæ æmulum ſacerdotem*. Quam vocis *æmulus* vim ſi attendiſſet ſcriptor diligentiſſimus Obſeruationum ſacrarum, 23 *obſ. lib.* 1. tam alienum ſenſum iſti loco primus non affinxiſſet. Tres interim fontes mendacis famæ hîc referat Tertullianus: Odium, ſeu malignitatem: ſuſpicionem ſeu ſuſpicacem animum: & innatam nonnullis mentiendi voluptatem.

noua:

noua mentiendi voluptate] *Nouam* vocat, miram, extraordinariam, atque adeò & notham, ſpuriam (quomodo Varro Modio apud Nonium, *cap. 2. v. comedones. notham* comedonum *voluptatem* dixit.) ψευδολογίᾳ: quâ φιλοψευδεῖς ſunt nonnulli, ἐμφύτῳ ζῶσι πρὸς τὸ ψεῦδος. Itaque & ita clariùs expreſſum hoc in Apologetico, *non noua ſed ingenita quibuſdam mentiendi voluptate*

teſtibus ſententiis veſtris] è quarum numero hæ. Menandri ἄγει τὶ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος: Sophoclis. ἅπανθ' ὁ μακρὸς κἀναρίθμητος χρόνος φύει τ' ἄδηλα Item. πάντ' ἐκκαλύπτων ὁ χρόνος εἰς τὸ φῶς ἄγει. &c. Ita quoque ſententiam iuris Orator noſter vſurpat *cap vlt.*

ipſaque natura] in Apolog. *ex diſpoſitione naturæ diuinæ* : quam vltimam vocem habet Fuldenſis.

quæ ita ordinata eſt] actiuè, ſed eodem ſenſu in Apologetico, *quæ ita ordinauit*.

vt nihil lateat] Temperatur hoc in Apol. addita voce *diu: vt nihil diu lateat.*

etiam quod fama non prodidit] Elegantiùs in Apolog. etſi eodem ſenſu: *etiam quod fama non diſtulit.*

prodigiam] Prodigioſa primùm mihi vox hæc viſa: ſed poſtea à Tertulliani genio haud adeò alienam comperi: ita ſup. *Infantariam, Homicidiam, Mendaciam* dixit: *ſeminariam*, infrà cap.14. *Prodigia* igitur pariter, pro prodigium. Amat ita noſter, fœmineis neutra mutare.

tantóque tempore &c.] *tantóque temporis ſpatio* in Apol. vt etiam habet Fuld. Concinit quoque cap. 4. ad Scapulam. *quam* [*ſectam*,] *inceſtam, quam crudelem, tanto tempore nemo probauit.*

ad fidem] Cautiùs in Apolog. *in opinionem. Fides* nempe, rei certæ: *opinio*, incertæ, atque etiam vanæ credulitas.

Tiberio diſcipina eius inluxit] ſæpè hoc inculcat in Apologetico *cap.* 5. 7. 21. 40: ſed & alibi.

Vt iam hinc] Similis & vera obſeruatio Apologetici cap. 5. *ſed tali dedicatore damnationis noſtræ etiam gloriatur: qui enim ſcit illum, intelligere poteſt, nonniſi grande aliquod bonum à Nerone damnatum.* Et mox. *Tales ſemper nobis inſecutores, iniuſti, impij, turpes, quos & ipſi damnare conſueſtis* &c.

ætati noſtræ nondum anni C C L.] Ita apertis literis M s: & laxiùs tamen adhuc infrà cap. 9: &, quod mireris, ad hoc ipſum caput reſpiciens; *vt ſuprà edidimus, ætatis noſtræ nondum anni trecenti.* Quò hæc tam laxè, imo tam variè, vt ſibi Tertullianus excidiſſe ſtilúmque vertiſſe videatur? Verùm in hæc inquiro in *Prolegomeno*.

tot iniqui intereà &c.] Hæc & ſequentia συγχωρητικῶς, vel potiùs εἰρωνικῶς: de quibus alioquin ſingulis *cap.* 12. 15. 16.

tot cruces diuinitatem conſecutæ] ex Gentilium videl. opinione, ſeu calumniâ. de qua v *cap.* 12. haud aliâ, atque infantariæ crimen intenderunt.

infantia trucidata] *infantaria*, ſuprà cap. 2.

tot panes cruentati] vt infra hoc ipſo cap. *quis incruentato panis veſtigia den-*

Digitized by Google

tium deprehendit? ita enim ibi lego.

errores] propriè: v. inf c. 16: pariter vt *incurſandi vox* de quâ ſup cap. 2.

Chriſtianis ſola fama decernit] i. cum Chriſtianis &c: cuiuſmodi ἐλλιπεῖς Tertulliano paſſiuæ.

Quanto proni ad malitiam, tanto ad mali fidem oportuni] Loquendi ratio Tertulliano prona: è multis pauca dabo. Infrà rurſum cap. 11. *quantóque genus cenſetur origine, tanto origo conuenitur in genere.* lib. 2. cap. 12 *quanto diffuſa res eſt tanto ſubſtringenda nobis erit.* Aduerſus Iudæos cap. 10. *quanto incredibile, tanto magis ſcandalum futurum* De pœnitentia cap. 3. *tanto potior ad pœnam, quanto principalis ad culpam.* De Idololatria c. 4. *Quanto præcedit, vt fiat quod coli poſsit, tanto prius eſt ne fiat ſi coli non licet.* de habitu muliebri cap. 7 *tanto locupletiores, quanto nocentiores,* Libro 2. ad vxorem: cap. 3 *quanto poteſtas vitandi fuit, tanto contumacia crimen oneratur:* & cap. 5 *quanto curaueris ea occultare, tanto ſuſpectiora feceris:* & cap. 8. *quanto diues aliqua eſt, tanto capacem domum oneribus ſuis requirit* De teſtimonio animæ cap. 5. *Hæc teſtimonia animæ, quanto vera. tanto ſimplicia: quanto ſimplicia, tanto vulgaria: quanto vulgaria. tanto communia: quanto communia, tanto naturalia: quanto naturalia, tanto diuina.* &c.

diſciplicere] ita Ms. ſed nemo non diſpicit, reponendum, *diſpicere.*

ab ipſis enim Chriſtianis, non opinor] in Apol. generalius, & abſciſiùs, *ab ipſis enim reis non vtique.*

à lege] ita Ms: quod etiam nonnemo tueatur. ſed malit alius, *ac lege:* In Apol. cap. 3 locus hic aliter expreſſus, & pleniùs, exemplo etiam ſubiecto: *cùm vel ex forma omnium myſteriorum ſilentij fides debeatur. Samathracia & Eleuſinia reticentur. Omnium myſteriorum:* nam & ita quoque habet Fuldenſis, non vt vulgò, *omnibus myſteriis.*

¶ PAG. 14. *non iuuarent*] i. exacerbarent. *prouocarent*, vt eſt perſpicuius in Apol. c. 7. Ad eundem modum (ne alia nunc congeram) vel in Codice Theodoſiano, l. vlt. quibus equorum vſus: l. 14. de operibus publ. *non iubere,* pro, vetare, interdicere vſurpatur.

inter humana aduerſione præſentan ſupplicium] Ita corruptiſſimè Ms. Præſentanea tamen emendatio aduertenti: *inter humanam auerſionem, præſentaneum ſupplicium.* auerſionem, i. auerſationem. At in Apolog c. 7. ita: *quæ prodita interim* [vox hæc abeſt à nonnullis] *etiam humanam animaduerſionem prouocabunt.* Sententia huius loci hæc eſt: Etſi cœteroquin Chriſtianorum odio iam plus ſatis imbutæ ſint Nationes, eoſque modis omnibus humanum genus auerſetur, attamen vbi prodita fuerint crimina illa, quæ Chriſtianis imputantur, etiam ſupplicia in eos exacerbanda. *Humanam* igitur *auerſionem* vocat, odium illud, quo Nationes imbutæ.

proditoris] loco *proditores* (vt eſt quoque in Apol.) ſicut ſupra, *rumoris,* pro rumores.

Oro vos] Conciſiùs in Apolog. *& vnde extraneis notitia?* Formula hæc alioquin vſitata Tertulliano: ſic rurſum hoc ipſo cap. *Hæc oro vos, denunciata* & lib. 1. c. 4 *oro vos, quid ſapit coniecturarum libido?*

cùm enim] i. cùm ſcilicet, quandoquidem, nempe cùm: voce *enim* vtitur

Digitized by Google

tur noſter hoc ſenſu, pro nempe: ſic infrà cap.16 *Nos enim omnem infecimus ſolem:* & hoc eodem cap. *Nihil enim vnquam retrò* &c. In Apologetico ſimplicius, *cùm ſemper etiam* &c.

iuſta & licita myſteria &c.] In Apol. ita, *cùm ſemper etiam piæ initiationes. Piæ initiationes*, quæ hîc *iuſta & licita myſteria:* Quare & huius quoque libelli præiudicio ſua conſtat lectio Apologetico.

omnem arbitrij extraneum caueant] ※ *arbitrum extraneum.* In Apolog. quoque, & pleniùs. *arceant profanos & ab arbitris caueant. Ab arbitris*, nam ita habet Fuldenſis: *caueant*, pariter, vt hîc: quare non eſt quod in *careant* id mutetur.

niſi inlicita &c.] *niſi ſi impij minus metuunt.* Apol.

¶ .. *domeſticorum*] ſuppleo. *At domeſticorum* &c. Nempe hæc noua Nationum inſtantia eſt (cui mox reſpondet) puta: Etſi neque vos Chriſtiani ipſi myſteria veſtra prodideritis, neq; extranei prodere potuerint, ſaltem domeſtici veſtri ea prodere potuerunt, vt pote quæ curioſi ipſi per rimas & cauernas hauſerint.

Quid] Reſpondet Tertullianus. Age, viderint myſteria quæ dicitis noſtra domeſtici noſtri: quî fit igitur, vt cùm cæteroquin à nullis prodamur magis, quam ab hiſce domeſticis, non tamen prodamur in tam atroci facinorum genere, quod nobis impingitur, quodque non potuerint non cum horrore videre. Leuia facile diſſimules, atrocitas omnem rumpit fidem familiaritatis, omnem reſpectum: Hæc quidem ita hoc libello Tertullianus: at nō & in Apologetico, vt pote quòd proximè domeſticorum indicia emerſiſſent. Quod teſtatur c.1. Apol. *ſi denique quod* PROXIME ACCIDIT, DOMESTICIS INDICIIS *nimis operata ſectæ huius infeſtatio* [os] *obſtruit defenſioni.* &c. Ecce, *proximè accidiſſe* ait, vt domeſticorum indicia emerſerint. Quare, non audio eam lectionem refingentem Virum alioquin doctiſſimum, cui Tertullianus iam multa debet, plura vt ſpero dehinc accepto laturus. Conqueritur ſcil. eo loci Tertullianus, nuper adeò Præſides domeſticorum indiciis nimio plus deferentes, nullâ vlteriore inquiſitione habitâ, defenſioni Chriſtianorum locum dare noluiſſe: quod vtique in iuris diſciplinam incurrat: nam etſi in nonnullis criminibus ſerui aduerſus dominos audiantur (ac nominatim in crimine maieſtatis, adulterij) attamen *iudicaturi ſententiam formare non debent* (vt loquitur Seuerus Imp. in *l.1. Cod de quæſtionibus*, circa hæc ipſa tempora, A. D. 198.) i. ſola domeſticorum indicia ad condemnationem non ſufficiunt, & vt noſter loquitur cap.3. ſup, ſola *crimen non adſignant*: nam, vt noſter rurſum cap. vlt: *Inquiſitio Indicii iudicium gubernat:* & exquiſitionem digerere, damnantibus ſemper conſulenda res eſt.

eos] ※ *reos:* vt mox, *proficiente multitudine reorum:* vel ſanè, *eros*; i. heros ſeu dominos.

à nullis magis prodimur] *Serui* nempe naturâ dominorum hoſtes: quod vt paſſiuitù, etiam de prouerbio notum, ita & noſter pariter indicat Apol c.7. *Tot hoſtes*, inquit, *eius* [diſciplinæ Chriſtianæ] *ex æmulatione, Iudæi: ex*

nis, vt ſup. *ſemeſum pueri.* Confer autem mox illa quæ ſequuntur. *Infans tibi, qui adhuc vagietur* [ita reſcribo] *neceßarius qui immoletur: & panis aliquantum, qui in ſanguine infringatur.* item. *excipe rudem ſanguinem in quo panem tuum ſaties: veſcere libenter.* & Apolog. c. 7. *item panis, quo ſanguinis iurulentiam colligas.* In Apologetico autem hic locus ita exprimitur. *Quis cruenta vt inuenerat Cyclopum & Sirenum ora Iudici reſeruauit?* vel, vt alij habent, *reſerauit?*

immunda] In Apolog. ſententia hæc & clariùs & exaggeratiùs expreſſa. *Quis, vel in vxoribus, aliqua immunda veſtigia deprehendit?*

Si præmio] Nouam ſibi Nationum obiectionem fingit: hanc nempe: Vos Chriſtiani præmio & pecuniâ id impetratis, ne crimina veſtra propalentur. Verùm reſpondet: Si ſparſis nummis crimina noſtra, vt vultis, redimeremus, vtique & nos ipſos redimeremus, & ſic nec proderemur ipſi: Atquin prodimur: proinde neque criminum noſtrorum ſilentium redimimus: Homo & crimen eius non poſſunt non ſimùl ambulare: ſi criminis ſilentium vendis, quid hominem criminoſum trahis, quid tradis? ſi criminis ſilentium redimis, & te proculdubiò redimis. Atque hoc eſt ipſum, quod indicatur Apologetici cap. 7. *Quis talia facinora cum inueniſſet vendidit, ipſos trahens homines?* trahens, ad Iudicem ſcil. Cæterùm quid Tertullianus in hanc partem ſenſerit, vtrum videl. Chriſtianus ſe redimere poſſit, ſibique conſulere pecuniâ aut etiam fuga, vide librum de fuga *cap.* 12 13.

proditionem criminis alicuius, ſine crimine ipſo] ita Ms. ſed clarè reponendum, *criminoſi alicuius, ſine crimine ipſo*: Nempe hîc opponuntur, *homo criminoſus*, & *crimen ipſum*: vt in loco Apologetici compari, quem modò conſignaui, *homines ipſi* & *facinora* opponuntur.

¶ *Sed quid*] Nouum hoc argumentum eſt, à *Conditione & more myſteriorum.* Si crimina, quæ nobis intenduntur, myſteria noſtra ſunt, vtique latere etiam per nos ea non poſſunt: è duobus enim alterum neceſſe eſt: vel, vt ab initio ea demonſtremus accedentibus ad myſteria noſtra: vel ſanè, ex poſtfacto ab his ipſis ea deprehendantur.

initiarum volentibus] ita Ms: at Apologetici c. 8. *volentibus initiari*: An igitur & ita hîc quoque legendum fuerit? Stylus Tertulliani in Græcanicum flexus ſuadeat, *initiorum volentibus*, τελετῶν ἐπιθυμοῦσι. Imò & *Initiarum volentibus*, nullo mutato: vt *Initiarum* dixerit, pro *initiorum*, cuiuſmodi inflexionum & generum mutatorum exempla iam alia tenemus.

Magiſtrum ſacrorum vel Patrem] Minùs in Apol. *patrem ſacrorum.* Patrum & Magiſtrorum horum frequens mentio etiam in veteribus inſcriptionibus. Capitolinus quoque *in Marco* meminit. *Fuit in eo ſacerdotio & Præſul & Vates, & Magiſter, & multos inaugurauit & exaugurauit, nemine præeunte, quòd ipſe carmina cuncta didiciſſet.* Eunapius ἅμα τι γὰρ ὁ ἐκ Θεσπιῶν ἐλήλυθεν πατὴρ ὢν τῆς Μιθριακῆς τελετῆς: nempe, patrem ſacrorum Mithriacorum indicat. Arnobius lib. 4. *patres religionum nouarum* vocat. Ex hoc autem Tertulliani loco, ſi quo alio, clarum, quid muneris hoc fuerit.

adire] *illum quæ præparanda ſint deſcribere*: hoc add. in Apol: & ita quidem retractâ hûc voce *illum*,

¶¶ Pag. 15. *infans tibi, qui adhuc vagetur, neceſſarius*] ita Ms. quod quis fortè hâc interpretatione ſuſtinere tentet, vt, *infans qui adhuc vagetur*, ſit tener (quomodo eſt in Apol.) quique ſe adhuc ſuſtinere non poteſt. Verùm puto ſcripſiſſe Tertullianum, *vagietur*: vt *vagior*, pro *vagio* dixerit (de cuiuſmodi alioquin patiendi terminationibus, contrariis verborum generibus eſt apud Nonium *caput* 7.) Ita quoque Plauti illud accipiunt nonnulli, quod neſcio an probem, Actu. 2. ſc. 5. *ſine ire paſtum. SA Enim metuo, vt poſſim in bubilem reijcere, ne vagientur.* Quod rem attinet ipſam, hûc pertinet, quod & antea ex Apolog. protuli, *Quis vnquam taliter vagienti infanti ſuperuenit?*

neceſſarius, & mox, *neceſſaria*] Propria vox Apuleius lib. 11. *Indidem mihi prædicat quæ forent ad vſum teletæ* NECESSARIO *præparanda*. Idem, *inſtructum teletæ* vocat

qui immoletur &c.] in Apolog. c 8. *qui neſciat mortem, qui ſub cultro tuo rideat.*

& panis aliquantum &c.] in Apol. *item panis, quo ſanguinis iurulentiam colligas.*

candelabra] additum in Apol. *& lucernæ.*

quæ canes annexi deturbent &c] Diſtinctiùs in Apol. c. 8. *& canes aliqui, & offulæ quæ illos ad euerſionem luminum extendant.*

ſed & mater &c.] in Apolog. *ante omnia cum matre & ſorore tua venire debebis.*

Quid ſi nullæ erunt] Diſtinctiùs in Apolog. *Quid ſi noluerint, vel non fuerint? Quid denique ſine pignore ſingulares Chriſtiani?* (Nempe tribus ex his cauſis, matres vel ſorores nullæ eſſe poſſunt) *ſine pignore*, quæ verba exhibent ex Fuldenſi Ms. *ſine pignore ſingulares Chriſtiani*, i. qui ſoli de familiâ ſuâ Chriſtiani, quibus nullæ prætereà charitates, nulli affectus Chriſtiani.

opinor &c.] v. cap. 2. *ſup.* In Apol. expreſſiùs, nonnullis additis, *non erit, opinor, legitimus Chriſtianus, niſi frater aut filius*: vbi *non eris* exhibet Fuldenſis, pariter vt hîc.

Hæc oro vos] vt ſup. hoc ipſo cap. *oro vos vnde extraneis notitia?* Abeſt autem hæc ſententia integra ab Apolog vſque ad ea *Nihil enim* &c.

ſuſtinent], differunt

¶ *Nihil enim &c.*] De hâc voce *enim* iam ſup. dixi, hoc ipſo cap. ſenſus igitur hic eſt: Fac, pone, eſto, ſcilicet, nempe. In Apolog clariùs *Quid nunc & ſi iſta omnia ignaris præparantur? certe poſtea cognoſcunt, & ſuſtinent, & ignoſcunt.*

vel aliis] ſaltem aliis.

quo inducunt] ſ. *quos inducunt.*

accepto ferunt] i adquieſcunt: *ſuſtinent* & *ignoſcunt*: vt Apol. c. 8. in fi. *Accepto ferre* propriè imaginariæ ſolutioni adquieſcere: hinc, & cuicunque rei

Digitized by Google

rei adquieſcere. Ita c.13. Apol. *accepto ferent Dei veſtri, immò gratulabuntur, quod pares eis fiant Domini ſui.*

& nihil Tragœdia Thieſte velo edipodis erumpunt] ita Ms: verùm procliuis quà reſtitutio, quà literarum compulſio, *& nihil Tragœdia Thieſtæ vel Oedipodis erumpunt*: i. nihil tale efferunt, quale Tragœdia Thieſtæ vel Oedipodis continet. Nempe notum, cœnas Thyeſteas & Oedipodis Chriſtianis à Nationibus obiectas, patet nominatim ex epiſtolâ illâ Viennenſium & Lugdunenſium, quæ apud Euſebium *lib. 5. Hiſtor. Eccl. cap. 1.* ex Athenagoræ *orat. pro Chriſt.* Theophilo *ad Autolycum lib. 3.* &c.

& de ipſis] i. & iis, qui inter eos &c.

.... *rapiunt*] *ꝫ dentibus rapiunt*: vt ſup. *quis incruentato panis veſtigia dentium deprehendit?* & inf. *an alij ordines dentium Chriſtianorum?*

Si nihil tale] Noua defenſio, ab ipſa *Naturæ* fide: quomodo Tertullianus hanc defenſionem ingrediens in Apologetico loquitur. Obſeruandum autem in Apologetico hoc argumentum ſuperius anteuer-uertere.

Miſerandæ Nationes] ita quoque initio *libri 2.*

ecce proponimus &c.] *Ecce proponimus horum facinorum mercedem, vitam æternam repromittimus*, ita Apolog. cap. 8. reſtrictiùs ad propoſitum: & ideò ibi nonniſi de vitæ æternæ repromiſſione agit, & quidem pauciſſimis illis verbis. At hic latiùs diffunditur.

Viderimus de fide iſtorum, dùm ſuo loco digeruntur] An intelligit caput 19. huius libri, quod eſt de reſurrectione & vltimo iudicio? Non: neq; enim fidem reſurrectionis &c. eo capite ſuis argumentis adſtruit, verùm retorſione tantum vtitur. Itaque intelligit omninò Apologeticum, cuius cap. 48. fidem iſtorum multis digerit.

Interim] propriè hic vox hæc. i. ad tempus: cui opponitur mox *admodùm*, i. omninò, prorſus, firmiter: *quæ admodùm nos*, credimus ſcil. quæ verba alioquin abſunt ab Apologetico.

Volo enim ſcire] Clarius hæc ſententia expreſſa in Apolog. *De hoc enim quæro, an & qui credideris, tanti habeas ad eam tali conſcientiâ peruenire?*

Si quis es] abſunt ab Apologetico.

in infantem] ad πάθος excitandum adiicit in Apol. c. 8. *nullius inimicum, nullius reum, omnium filium.*

ſpecta morientem animam antequam vixit] Emolliuit hoc in Apol. c. 8. ſic enim: *Aſſiſte morienti homini antequam vixit, fugientem animam nouam expecta.* Nempe quia duriuſculum illud & calumniæ obnoxium videbatur, quaſi mortalem animam faceret, ideò & cautiùs iam loqui didicit: etſi alioquin *anima* pro homine vulgò quoque accipitur.

certè] i. ſaltem: quæ tamen vox omiſſa in Apol.

rudem ſanguinem] Ita quoque Minucius Felix. *Putas poſſe fieri, vt tam molle tam paruulum corpus fata vulnerum capiat, vt quiſquam illum rudem ſanguinem nouelli & vixdum hominis cædat, fundat, exhauriat.*

Digitized by Google

in quo &c.] *Eo panem tuum ſatia.* ita in Apol.
interea diſcumbe] *intereà diſcumbens* in Apol.
torum preſſerit] abeſt Apol.
tenebræ irruerint] *tenebræ ceciderint canina,* in Apol.
temptantes ſcilicet diligentiam ſingulorum] abſunt ab Apol.
non errens] ϰ *non erres*, vt etiam eſt in Apol.
extraneam incurſans] abſunt ab Apol. Cœterùm de voce *incurſandi* v. quæ dixi *ad cap.2.*
feceris] ita quoque Apol. Fuld: pro quo vulg: *admiſeris.*
niſi inceſtum] ſc: feceris, κατ' ἔλλειψιν: at in Apol. expreſsè: *piaculum enim admiſeris, niſi inceſtum feceris.*
Hæc cùm expunxeris] i. cùm hæc impleueris, peregeris, his initiatus fueris, his conſignatus. Nempe expungendi voce hoc ſenſu paſſim vtitur noſter: Itaque in Apologetico, etſi eodem ſenſu, attamen clariùs, *Talia initiatus & conſignatus* &c.
uiues] *viuis*, conſtanter in Apolog.
Cupio reſpondeas &c.] Confer Apol: qui in paucis differt.
impuritatem &c. vſque ad *alij ordines*] abſunt ab Apol.
omni modo] quâlibet tandem ratione, etiam infanticidio, & exinde pabulo: etiam inceſto.
& alij ſpecus faucium] abſunt ab Apolog.
inceſti] *inceſtam* in Apol: & fortean ita quoque erat in Ms. Minucius; Felix quoque *& inceſtæ libidinis feruor ebrietate exarſit.*
ver . . . . .] ϰ *veritate*
¶ PAG. 16. *poſitione*] *Poſitiones* etiam vocant Pragmatici, qui ad hanc diem neſciunt ſe cum Tertulliano loqui.

AD CAP. VIII. de TERTIO genere hominum. [Concordat nonnihil * Apolog. cap.8.]

* Nempe obiter tantum cap. 8. Apologetici hæc neque plura hanc ad rem pertinentia ſcribit: *Alia* (Fuldenſis habet *alij*) *nos opinor natura Cynopenæ aut Sciapodes:* De hâc enim Gentiliũ obiectione ſeu præiudicio, quo Chriſtianos *Tertium genus hominum* deputabant, vocabant, quódque ex profeſſo hic diluit, in Apologetico nihil: & neſcio an quiſquam præterea hoc æuo eius meminerit: nunc ſaltem, non recordor. Huius rei quædam rurſum mentio cap. *vlt. inf.* Sanè fuit hæc quoque poſteà Iuliani Apoſtatæ obiectio, teſte Cyrillo *lib.1 adu. Iulianum:* ſed eo ſenſu, quòd neque Gentiles, neque Iudæi, Chriſtiani eſſent: Et proculdubiò ea quoque fuit mens Nationum hoc Tertulliani ſæculo. Vt proinde in hoc quoque diluendo δεινόν aliquid videre mihi videar: à quo non ſemper liberi fuêre veterum Patrum & oratorum Chriſtianorum quique.
Planè, Tertium genus dicimur Cynopennæ &c.] Ita locus hic interpungen-

gendus. Dicitis vos Nationes, nos eſſe *tertium genus quoddam hominum.* [Nempe] Cynopennæ &c. Ab hac ſcil. voce incipit reſponſio Tertulliani, & quidem διασυρτικῶς.

Cynopennæ] Ita diſtinctis prorsùs literis Ms. huius libelli: ita etiam Mss. Apologetici Puteani, Vaticani, Fuldenſis, alij veteres etiam excuſi: niſi quòd nonnulli vnico *n* exhibent, *Cynopenæ*. Sed *Cynopennæ* hi, hanc ad diem anxiè quæruntur, & poſt omnia nuſpiam inueniuntur. Sunt proinde, qui tandem amplius quærendum ſtatuant. Eſt, qui *Cynophanes* ſubſtituit, capite canino ſcil. homines, de quibus Plinius lib. 7. c. 2. Eſt qui *Cynophanes* quoque, verùm caninâ impudentiâ & improbitate, interpretatur. Neque deeſt, qui *Cyclopes* ſubiiciat. Quæ omnia fruſtra ſunt. *Cynopennæ* enim vox vndiq; recta eſt, atq; *Sciapodibus* vt & *Antipodibus* appoſitè iūgitur Plinius ſcil. ex Cteſia (quem noſter, etiā hoc libello, laudat) memorat lib. 7. c. 2. *in multis* [Indiæ] *montibus genus hominum fuiſſe capitibus caninis, ferarū pellibus velatum, pro voce latratum edens, vnguibus armatum, venatu & aucupio veſci ſolitum*. Et ſanè in iis Cteſiæ fragmentis quæ ſuperſunt, id ipſum comparet: vbi ait, eos habere ὄνυχας ὁμοίως κυνῶν μακροτέρους δὲ καὶ στρογγυλωτέρους. Hi ſunt igitur Cynopennæ iſti, canino non modò capite, ſed & caninis ſignatè vnguibus homines: Nempè πίννα Heſychio interprete eſt πτέρνα, *calx; calcaneum, veſtigium pedis*. Ab ea itaque corporis parte dicti *Cynopennæ*, vt ita ab aliis Cynocephalis ſepararentur, quibus caput hactenùs caninum fuit: quanquam & hos ipſos (Cynopennas ſcil.) ab Indis *Calyſtrios*, quod Cynocephalos valet, communi nomine dictos idem Cteſias tradit. Tandem obſeruari cupio, quod & ipſum non parùm ad hanc noſtram verámque de Cynopennis interpretationem facit, tria hominum genera hic de pedum ſingularitate Tertullianum deſignaſſe, *Cynopennas, Sciapodas, Antipodas*: Diceres, Canipedes, Vmbripedes, Auerſipedes.

de ſubterraneâ] *De ſubterraneâ* abſolutè, ὑπογαίῳ: quanquam non ità liquidum, quomodo ſcripſerit Tertullianus: nam in Ms. ita expreſſum, *de ſubterraneantipodes*: vt poſſit etiam ſcripſiſſe, de *ſubterraneo Antipodes*. quomodo lib. de anima cap. 28. *mortem ſimulat, ſubterraneo latitat*: & in ſequentib. mox *hypogeum* vocat.

Vel aliqui de ſubterraneâ Antipodes] Horum non meminit Tertullianus *in Apologetico*, cùm tamen Cynopennarum & Sciapodum meminerit: quæ tria hominum genera fabuloſis hic apertè connumerat, quod διασυρμὸς eius perpetuus oſtendit. Et verò Patribus huius ſæculi perſuaderi non potuit, eſſe aliquos Antipodas aduerſis veſtigiis, & ipſorum opinione penſiles ſeu pendulos. v. Lactantium *lib. 3. c. 24* & Auguſtinum 16 *de Ciuit. Dei* 9. v. tamen eundem & *lib. Categoriar. cap.* 10. An igitur Tertullianus quoque ſententiam hâc parte tam citò mutauerit? an verò animi dubius iam inter hos penſiles & pendulos Antipodas pependit? an quid aliud cauſæ ſuæ apud iudices ſeruienti in mentem fuiſſe putabimus?

apud vos ſalteratio eſt] γρ *apud vos alternatio eſt*. vel etiam *alteratio*: i. ſpe

Digitized by Google

cies, diuiſio, diſtinctio. Verùm, illud malo.

imprimum] *Imprimum*, pro primum. ſic infrà cap.12. *Plaſta autem lingum crucis inprimo ſtatuit.* Pariter, *infinem*, pro finem, lib 2 cap.3. *habendo initium, habebit & infinem.* Haud abſimilis compoſitio vocis *abaliud* infrà cap. 9.

Pſammeticus] Nota equidem hæc de Pſammetico narratio, ex Herodoto, *lib.2. in prin.* & Claudiano, *lib.2. in Eutropium*: Sed, quam variè referri ſolitam ipſe Herodotus oſtendit: aliter enim ſibi eam Memphis in Ægypto à Vulcani Sacerdotibus narratam: aliter eam Græcos memoraſſe, multis inuolutam inepriis. Tertullianus itaque Græcorum narrationem hîc quæ omnium vaniſſima ſecutus. Nam cùm Ægyptij narrare ſoliti ſint, pueros illos paſtori inter pecora educandos fuiſſe traditos, atque in deſertâ casâ ſeorſim collocatos, ſilentio ad eos accedentibus indicto, capraſque ad lactandos eos admotas: Tertullianus, pueris his nutricem admotam ſcribit, ſed quæ propterea elinguata fuerit: atquin hæc Græcorum narratio fuit: Ἕλληνες inquit, Herodotus λέγουσι ἄλλα τε μάταια πολλά, καὶ ὡς γυναικῶν τὰς γλώσσας ὁ Ψαμμήτιχος ἐκταμὼν, τὴν δίαιταν οὕτως ἐποιήσατο τῶν παιδίων παρὰ ταύτῃσι τῇσι γυναιξί

putauit tibi ſe ingenio exploratus ſi de prima generis] Corruptus admodùm locus, ſed de ingenio ita exploratè reſtituendus. *putauit ſibi de ingenio explorandum de fide primi generis.* Herodotus. Ψαμμήτιχος ἠθέλησε εἰδέναι οἵτινες γένοιατο πρῶτοι. & mox. Ψαμμήτιχος δὲ ὡς οὐκ ἐδύνατο πυνθανόμενος πόρον οὐδένα τούτου ἀνευρεῖν, οἳ γένοιατο πρῶτοι ἀνθρώπων, ἐπιτεχνᾶται τοιόνδε.

ſed ſuo] *Sed de ſuo*, ſponte, αὐτομάτως: quam natura dictaſſet, mox vt loquitur.

PACTOS] Herodotus ait, βεκκός Et Heſychius quoque: Βεκός, inquit, ἄρτος, ἢ ἄσιτος φρύγες. vbi reſcribo ἢ ἄσιτος ὡς φρύγες: indéque etiam βεκκεσέληνον deducunt. vitioſum itaque, *Pactos.*

vanitatibus quàm veritatibus] Ellipſis τοῦ *magis*: vt ſup.c.4. *mirari, quàm aſſequi*

filomela] *Filomelam* vocat nutricem illam, cui præſecta lingua: Nota enim fabula de Philomela.

medicamentis . . . . :] ℞ *medicamentis vita:*

. . . . doris] ℞ *ſed pudoris*

& future] ℞ *effutire*

exarticulatum] ἀδιάρθρωτον.

expranſo] ℞ *expanſo*

impegerit] ℞ *impegerint.*

¶ PAG. 17. *& ipſi quod ſciam, priuati*] *Quod ſciam*, pro certò, omninò. vt ſup. cap. 7. *Quod ſciam & conuerſatio notior facta eſt.* vbi vide plura.

priuati] ſuſtineri iſtud poteſt: ἰδιογνώμονες: ſed malit quis, *priuata*

AD

AD CAP. IX. de CALAMITATVM cauſis, auctoribus.

Concordat Apologetici cap. 40. 41.

concreta] Ita & çap. 1. de Ieiuniis, *Libidinem & gulam vnita & concreta* ait

mancipe erroris] Ita alibi dixit, *mancipes idolorum.* cap. 1. de Idololatr. *mancipem diuinitatis*, lib. 2. c. 13. ꝭ. & Apolog. c. 11. *mancipes ludorum*, cap. 10. de ſpectaculis: *Mancipem* ſcil. vocat, auctoiem, præſidem, curatorem, cuſtodem fiduciarium: Sic & lib. 2. c. 2. *mancipium ſapientiæ, auctoritas Philoſophorum* vocatur: imò forte & Philoſophi ipſi, *mancipes ſapientiæ.*

ſi Tiberis redundanerit] i. vt eſt in Apolog. cap. 40. *Si Tiberis aſcenderit in mœnia.*

Si Nilus non redundauit] i. *ſi Nilus non aſcendit in arua*, vt in Apol. *cap.* 40. clarius expreſſum.

ſi cælum ſtetit] pro eo dixit noſter *de Ieiuniis, cùm ſtupet cælum.*

.... *va vaſtauit*] *κ ſi votiua vaſtauit.* quod omiſſum in Apolog. contentus expreſſiſſe quod de fame ſequitur. *Votiua* ſunt, votis omnium expetita, εὐκταῖα, optabilia maximè, ac nominatim fruges, vindemiæ. Haud adeò diſpari ſenſu *l. 1.* C. *Th. de feriis.*

ſtatim omnium vox, Chriſti .... tum] Lego, *Chriſtianorum fatum.* Popularia ſcil. hæc verba (vt ea Arnobius vocat) fuêre de Chriſtianis, quaſi publicorum incommodorum illices forent: vel, vt alibi efferuntur, CAVSA CHRISTIANI. Vt omittam alios, ipſe Tertullianus Apol. initio cap. 40 *Chriſtianos eſſe cauſam*, vel vt ex Fuldenſi referunt, *in causâ.* Arnobius lib. 1. *Chriſtianorum causâ mala omnia Dij ferunt.* & poſt: *ſi malorum cauſa nos ſumus.* Imò & noſter paulo ante: *omnis cladis publicæ vel iniuriæ nos cauſas eſſe vultis.* Auguſtinus 2. de ciuit. Dei, initio c. 3. *Memento me adhuc contra imperitos agere: ex quorum imperitiâ illud quoq; ortum eſt vulgare prouerbium: pluuia defecit, cauſa Chriſtiani.* Dixit igitur noſter *Chriſtianorum fatum*, formula proculdubio ipsâ Nationum: quibus fatum pro cauſa: *fatum Chriſtianorum* itaque, & *cauſa Chriſtiani* idem. Quam calumniam hîc noſter non vnâ reſponſione reuincit: quarum prior à temporum teſtimoniis petita eſt, vt ipſe poſterioris reſponſionis initio loquitur: quâque ipsâ defungitur quoque Apologetici cap. 40. ſed & Arnobius *lib.* 1. Et in anteceſſum tamen hîc διασυρτικῶς & falsè eam calumniam ſubmouet, his verbis. *Quaſi modicum habeant aut aliud metuere!* ac ſi diceret. Dicitis, nempe Chriſtianos eſſe omnium publicorum incommodorum illices, auctores: quaſi verò veriſimile ſit, eos auctores cladium eſſe & calamitatum earum, quibus ipſi communicent. Neminem credibile eſt ſibi malum arceſſere. Sed hoc σιωπητέον. ¶ Notandum interim in Apolog. Tertullianum illius formulæ loco, voces ipſas populi Chriſtianos ad ſuppli-

cium depoſcentis exhibere, *ſtatim* inquit, *Chriſtianos ad leonem.*

Quid igitur] ita diuinabam ab initio: nunc verò ita coniicio *qui Deum metuunt opinor* &c. nam veſtigia hæc ſuperſunt *qui dm* ....

..... *camus*] χ *reuincamus.*

vt ſupra &c.] nempe cap. 7. Vbi tamen non ita laxè: *Nondum, anni,* inquit, CCL: de quo *in Prolegomenis.* At in Apologetico *c.* 40. annos non ſupputat, verùm titulum temporis tantùm, à quo Chriſtiana diſciplina cœpit, deſignare contentus eſt. *Oro vos ante Tiberium, id eſt, ante Chriſti aduentum, quanta clades?*

Hierennape] vel *Hierennapæ* Ita claris literis in Ms. Ita quoque Apologetici Mss. Gallici, ac nominatim Puteani *Hierannapean*: Bongarſij, *Iherrannapeam*, quod eodem recidit: Vaticanus, *Hieramapeam:* alter, *Hieramiapean*: Fuldenſis *Hienarranda penes.* Quo quid faciendum, atque vbinam inueſtiganda illa quæ iam nuſpiam eſt, diu eſt cùm funem contentionis ducunt. Sanè, qui *Hierapolin* ſubſtituerunt, præterquàm quod à libris omnibus deſtituuntur, fœdiſſimè errant: Hierapolis enim viceſimo demùm Neronis anno terræmotu concidit: de quo Euſebius Chronico. N. 2080. & Oroſius *lib* 7. *c.* 7. Atquin propoſitum ſeu inſtitutum Tertulliani, quo oſtenſum iuit multas huiuſcemodi clades ante Chriſtianam diſciplinam orbe incurſaſſe, omninò requirit, vt hęc quā hîc indicat Chriſtianā diſciplinā retroſior ſit. Doctiſſimus Iunius reponendum putauit *Hieram cepeam*, quam vtique maris Cyprij inſulam contra Neampaphum memorat Strabo *lib.* 14. *extremo* & Plinius *lib.* 5 *c.* 31. Fuit cùm crederem, *Hieramnapeam* olim inſulam quandam dictam, ad aliarum *Hierarum* diſcrimen, quas vtique cognominibus ita diſtinctas videmus. Ita non tantum *Hieracepia inſequentis* (de quâ modò diximus) verum & *Hiera Aeolia*, de quâ Plinius *lib* 2 *c.* 106 & *Hiera Sycaminos*, quam memorat idem *lib.* 6. *c.* 29. & *Hiera-Automate*, de quâ idem *lib.* 2. *c.* 87 *& lib.* 4. *c.* 12. Cuiacius duo inſularum nomina hîc ſuſpicabatur, *Hieran* & *Napeam.* Neque adeò improbiliter quis coniiceret, *Hieran* & *Napeam* hîc deſignari: nempe *Hieran*, quam Plinius in Lesbo obiiſſe memorat *lib.* 5. *cap.* 31. & *Napaam*, i Napæos Scythas, quos idem interiiſſe refert, *lib.* 6. *cap.* 17. Omnibus tamen expenſis, *Hieren, Nean, Anaphen*, has tres inquam inſulas hîc deſignari exiſtimem, vel ſaltem duas has *Hieren, Anaphen* Sanè Plinius quoque *lib.* 2 *c.* 87. (cui titulus. *de Inſulis enatis*) has tres inſulas coniunxit: eodémque loco, de Delo, Rhodo, quarum pariter hîc mentio, egit. *Claræ iam pridem*, inquit, *inſulæ* DELOS, *&* RHODOS, *memoria produntur enatæ. Poſteà minores vltra Melon,* ANAPHE, *inter Lemnum & Helleſpontum* NEA. & mox. *Inter Cycladas* HIERA, *eademq; Automate.* Tandem & de CEA inſula à mari hauſta, de qua mox, idem agit *c.* 92.

Delphos] Ita quidem Ms. ſed reponendum, vt in Apologetico cap. 40. *Delos* Quò pertinet & illud cap. 2. de pallio. *Cùm inter inſulas nulla iam Delos, harenæ Samos:* quem locum rectè faciunt, qui cum Sibyllinis componunt. Audis autem & hîc Tertullianum dicentem, *Delum peſſum iuiſſe:* quod

Digitized by Google

quod quomodo & quando factum, iam alij rectè probarunt.

& Rhodos] Hanc poſteà dignatione auxit, & priuilegiis ſuis reſtituit Tiberius Claudius, ídque Neronis tum iuuenis & priuati interuentu: de quo eſt illud Antiphili epigramma lib. 1. ἀνθολογίας tit. εἰς νήσους. Nempe D. Iunio, & Q. Haterio ANTONINO Coss. i. A. D. 55 Nerone 16 annos nato Oratore Rhodiis libertas reddita fuit, adempta antea ſæpè aut firmata, teſte Tacito *lib.* 12. *Annal.* Eóque pertinet etiam, quod Procemio Legum Nauticarum continetur, *Neronis oratione factum, vt Tiberius A. Cæſar* (Claudium intelligit) *à Rhodiis leges Nauticas peteret, eáſque ipſum confirmatas & obſignatas Conſuli* ANTONINO *tradidiſſe.*

& Creta] Ita diſertè Ms. noſter: atenim in Apolog. c. 40. & *Coon*: quod omninò rectum. Itaque & hîc reſcribo *Cea*, quæ ſanè eadem cum *Coo*. Plinij locus hûc omnino facit *lib.* 2. *c.* 92. *Ex inſula Cea, amplius* XXX. *M. P. abrupta ſubitò cum plurimis mortalium rapuit mare*

maiorem Aſiam aut Africam] In duplici mendâ cubat hic locus: Itáque κ. *maiorem Aſiâ & Africâ*: Maiorem *Aſiâ* & *Africâ*, non Aſiam aut Africam: cui ſimile mendum in Apol. c. 40. *Memorat & Plato maiorem Aſia & Africa terram Atlantico mari ereptam.* niſi & ibi Græciſmum putemus. Rurſùm reſcribendum hic vt dixi, *Maiorem Aſia* ET *Africâ*: pariter vt ſcriptum in Apologetico *Aſia* ET *Africa*: Neque enim id Plato voluit, aut abſciſſam hanc inſulam Aſiæ & Africæ, aut hanc inſulam vel Aſiâ vel Africâ maiorem, verùm ſecretam hanc inſulam ab Aſiâ & Africâ, & vtráque ſimùl maiorem fuiſſe. νῆσον, inquit, τῆς Λιβύης ἅμα καὶ Ἀσίας μείζονα. (Quanquam ſuſtineri poſſit vocula *aut*, ſi pro coniunctiuâ eam accipias) Porrò videri poſſit Tertullianus hâc parte neque ſibi conſtitiſſe: quandoquidem *libro de pallio*, hanc inſulam non maiorem Aſiâ & Africâ, ſed eam *aquaſſe* tantùm ſcribit: Verùm & hoc ſatis pro ſuſcepti argumenti ratione, & ad rei magnitudinem, atque vt in incerto.

Tarpeios] Ita omninò Ms. Atenim in Apologetico cap. 40. *Pompeios*: ſed & lib. de pallio cap. 2. *Quo magis*, inquit, *de montibus ſuis Campania ſperet erepta Pompeios.* Mihi hîc & in Apologetico magis placet *Tarpeios*: cladem quippe Pompeiorum, ſub Nerone demùm eueniſſe Regulo & Virginio Coss. i. A. D. 65. vel etiam ſuperiore A. D. 64. memorant Seneca 6. *Naturalium*: Tacitus, 15. *Annalium*, alij: & quidem ex terræmotu. Atquin, hanc de qua Tertullianus, Chriſtiana diſciplinâ antiquiorem fuiſſe oportet, ſi inſtituto ſuo ſatisfactum voluit: ac prætereà igne conflagrata ea. Sanè *Tarpeiorum* quoque meminit Stephani ecloga. Τάρπη πόλις Ἰταλίας, καὶ Ταρπήϊον ὄρος, καὶ ἐθνικὸν Ταρπηϊος: vbi qui Saturniam vrbem, in qua poſteâ Roma, intelligit, prorsùs ſomniat.

cùm terramotu] in Apol. c. 40. ita. *ſed & mare Corinthium terramotus ebibit*

aboleuit] Ad Nationum & Iudicum guſtum propiùs ex Platone id emolliuit in Apol. cap. 40. his additis, *vel, vt Plato putauit, campeſtre ſolummodo.*

N

illa] cataclyſmi, ſeu *diluuij*, quod in Apolog. expreſſum.

loca, oppida approbant] In Apolog. *conteſtantur ipſæ vrbes.*

nati, morati, ſepulti ſunt] In Apolog. *nati mortuiq́ ſunt.*

¶¶ PAG. 18. *non alias*] i. non aliter, vt cap. 19. *non alias iudicio diſponitur.*

ſuperfluiſſent ad hodiernum] in Apol. *in hodiernum manerent: ſuperfluiſſent,* pro *ſuperfluxiſſent*: niſi quis malit, *ſuperfuiſſent.*

poſtumæ] ✗ *poſtuma,* loca oppida ſc. At in Apol. *poſtuma* (vrbes ſcil.) rectum eſt.

¶ *Si relegere*] Poſterior hæc Tertulliani reſponſio ad calumniam illam Nationum, quâ Chriſtianos cladis omnis publicæ cauſas dicebant: Vt ſuperior Hiſtorica, ita hæc Theologica magis, quam ipſam vrget & *Apolog. c.41.* vt & Arnobius *lib. 1.* Quanquam hæc ipſa φυσική: Itaquè cùm eam eludi facile poſſe ſciret, nonnulla ſubiecit eo Apologetici c. 1. ab illis verbis, *hoc inquitis in Deum veſtrum repercutere eſt*, ad finem capitis vſque

iniuſtis illos] ✗ *iniuſtos*: pro *illos* neſcio an non habuerit Ms. *Deos.* Ceterùm in Apol. pariter *tam ingratos, tam iniuſtos.* Arnobius lib. 1. *Quid quod & iniquos inducitis & iniuſtos, & æquitatis vel modicæ nullam habere prorſùs rationem: Quid eſt enim tam iniuſtum, quàm in alios iraſci, & alios lædere? Chriſtianum nomen odiſſe, & diſpendiis omnibus ſuos labefactare cultores?*

.......*nt*] ✗ *caſtigant* vel *lædunt*: *lædendi* ſanè verbo vtitur & in Apolog. & Arnobius

eos] Deos

......*s*] ✗ *à turbis profanorum*

¶ *Quòd ſi*] Neque hoc argumentum φυσικώτερον in Apologetico tractat: tractant & alij, & in his quoque Lactantius *lib. 2. c. 4. & lib. 5. c. 21.* & Lactantio paulò antiquior Arnobius lib. 1. vbi hæc inter alia. *Ergo humana patrocinia Dij quærunt, & niſi veſtra fuerint adſertione protecti, idonei non ſunt ipſi qui propulſare, defendere ſuas valeant contumelias* &c.

Vnus atque alius] Ita & cap. 4. ſup. *Scio maritum vnum atque alium.* vbi v. plura.

.......*mus*] fortè *vaniſſimus.*

abſolutum eſt] i. hinc iam præiudicatur.

ſi ipſi exſequi poſſent] ita legebam initio, nunc ex veſtigiis literæ *d* lego, *ſi ipſi ex ſe quid poſſent.* Ita Lactantius lib. 2. c. 4. *ſi eos poſſe aliquid arbitrarentur*: & lib. 5. c 21. *ſi illi nihil poſſunt.*

quanquam & alias] Lactantius lib. 5. c. 21. *Ipſi Deos ſuos deſtruunt, quorum poteſtati diffidunt*

Abaliud à maiore defenditur] *Abaliud* eſt, quod ab alio pendet, inferius, obnoxium: ſic dictum, vt ἀφέτεροι, ſic enim lego (etſi aliter legi poſſe ſcio) apud Heſychium, pro ὕστεροι: apud eundem ἀφετηρία, ἀρχὴ ἡγεμονία.

Pudeat &c.] Cyprianus pariter in eâ ad *Demetrianum* epiſt. qua peculiariter hanc ipſam calumniam retundit. *Pudeat te eos colere, quos ipſe defendis: Pudeat tutelam de iis ſperare, quos tu ipſe tueris.*

Digitized by Google

AD CAP. X. de DEORVM neglectu, contemptu.

Concordat Apologetici cap. 12. 13. 14. 15.

ALTERA huius libri Prioris pars ad finem libri ſequitur, ſeu altera Præſcriptio aduerſus Nationes. Superior nempe præſcriptio fuit, Præſcriptio *Praiudiciorum* iniquiſſimorum, quibus Chriſtianos Nationes, nullâ vlteriore criminum quæ Chriſtianis intendebantur inquiſitione habitâ, vrgebant, damnabant. At nunc ſequitur pars huius libri *ἀντικατηγορικὴ*, nempe Præſcriptio *Correatus*, atque adeò Criminum, quæ Chriſtianis imputabantur, in Nationes retorſio, ſeu relatio, ſeu repercuſſio: non quidem ad transferendum in eas crimen (quæ alioquin Relationis apud Oratores natura eſt) verùm ad communicandum, comparandum, adæquandum. Porrò, duum generum criminationes perſequitur: Vnũ genus eorum, quæ falſo omninò Chriſtianis intendebantur: de quibus *cap.* 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. Alterum eorum, quæ vera quidem erant, ſed perperàm crimini deputabantur: de quibus cap. 10. 18. 19. Horum omnium confeſſionem hic Tertullianus ſimulat, ſeu profitetur interim temporalem confeſſionem (vt ipſemet loquitur *c.* 11. *& c. vlt.*) quaſi & vera forent & crimina forent illa, ſed mox oſtendit, ea ipſa crimina in Nationib. deprehendi: ac proinde iniquitate ſummâ ea in ſolis Chriſtianis detineri, puniri, quæ inter Nationes impunita ſint. Eſt igitur hæc pars Repercuſſiua, Tranſlatória, Relatoria, Retorſionalis, Comparatiua. Quò pertinent illa huius cap. initio: *NON CESSABO* (ad finem libri) *vltrà repellere. Nunc eadem ipſa de noſtro corpore vulſa in vos RETORQVEBO: eadem vulnera criminum in vobis defoſſa monſtrabo, quò macheris veſtris admentationibúſque cadatis.* Cap. 11. *Sed quid ego defendam, profeſſus interim confeſſionem temporalem omnium in vobis ex PARI TRANSFERENDORVM?* cap. 14. *Sed & hoc libenter excipiam ſtudio RETORQVENDI.* Alia his ſimilia ſingulis fermè

capitibus occurrent : ſed cùmprimis conſulendum eſt caput *vlt*. Tertulliano igitur ſatis hic fuit, criminum retorſione vti, ac non etiam innocentiam Chriſtianorum purgare: Atenim in Apologetico defenſionem prætereà Chriſtianorum inſtituit, atque obiecta refutat. Fidem faciunt vel hæc cap. 4. Apologetici. *Nec tantum refutabo, quæ nobis obijciuntur, ſed etiam in ipſos retorquebo qui obijciunt : vti erubeſcant accuſantes, non dico peſſimi optimos, ſed iam vt volunt, compares ſuos.*

¶ Inquies, Iuris diſciplinam huic Relationi refragari *l.* 1. (quæ data fuit circa hæc ipſa tempora. A. D. 197.) *& l.* 19. *C. qui accuſare: l.* 12. *C. Th. de accuſat. l.* 7. *ff. de publ. iudic.* & conſtitutionibus ita obſeruatum, vt non Relatione criminum, ſed innocentia reus purgetur, vt ſcribit Vlpianus Tertulliani æqualis *d. l.* 7: neque tantum in accuſatores, verùm & multo magis in Iudices *d. l.* 12. Denique, neminem ſibi obiectu eiuſdem criminis blandiri, neque de ſe confeſſum veniam propter flagitia adiuncti vel communione criminis ſperare poſſe, vt fermè loquitur *d. l.* 12 *C. Th. de accuſat.* ſeu *lex* 17. *C. eod.* Vera hæc omnia in priuatis accuſationibus, verùm ſumma æquitas Relationis criminum in Nationem integram, vbi ea in aliis damnare ſuſtinet, quæ admittit ipſa, non modò totâ impunitate, verum inſuper & iure iam quodam legitimo.

poſtmodùm] Nempe in Apologetico : ibi enim conuertitur Tertullianus ad demonſtrationem religionis Chriſtianæ, vt ipſemet poſt retorſionem criminum fine cap. 16. loquitur. *Quæ omnia*, CONVERSI IAM *ad demonſtrationem religionis noſtræ, repurgauimus. Quod colimus, Deus vnus eſt* &c. Itaque veram diuinitatem quam Chriſtiani colunt, & ſic ſtatum religionis, adſtruit *cap.* 17. 18. 19. 20. 21 22. 23. 24. Fidem Chriſtianorum in Principes exponit. *cap.* 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. Conuentuum, quos Chriſtiani agitarent, innocentiam aperit. *cap.* 39. Quorum omnium nihil hoc libello præſtat.

macheris] ita Ms. quod & ſuſtineri poteſt: ſed malim, *machinis*.

admentationibusq;] Notum quid *amentum*, nempe ἅμμα λόγχης ἢ ἑτέρου τινὸς, ὃ ἀμέντον ἐστι: vnde & *amentare* vibrare, intorquere telum, iaculum. Lucano quoque vox vſurpata. Noſter lib. 4. adu. Marcionem cap. 33. *Cui famulatam videns Phariſæorum cupiditatem, amentauit hanc ſententiam, Non poteſtis Deo ſeruire & Mammonæ.* Hoc igitur eſt amentatio : quod etiam totus hic locus vel plus ſatis oſtendit, vbi de *telis in corpore defoßis, &*

inde

Digitized by Google

nde vulſis agit.

Iam primo] Tria enim præcipua Chriſtianorum olim crimina : ἀθεότης, θυέστεια δεῖπνα, Οἰδιπόδειαι μίξεις. quæ eodem ordine Tertullianus hîc perſequitur , quo & Græci Oratores Chriſtiani , & in his Athenagoras.

per omnia vitæ ac diſciplinæ] διὰ πάντος τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας.

iam ſuprà] nempe cap. 6.

conſultis conſtitutisq;] *Conſulta* Patrum ſeu SCa intelligit , & *Conſtituta* Principum : quæ duæ hâc tempeſtate iuris publicè conſtituendi viæ fuêre.

De reliqua] Diſtinctè hæc enarrat Apologetici *cap.6.*

palàm ſubiacet] φανερῶς ὑπόκειται i. palàm eſt: vt Apolog. cap.15. *intelligi ſubiacet.*

à maioribus] & hic Græciſmus : pro, *contra maiorum inſtituta: à maiorum inſtitutis diuerſi.*

cultu, habitu, apparatu] vide hanc ad rem librum de pallio.

quâ peruerſitate tant ..... maiorum &c.] Locus hic diu me torſit: Interim ita reſtituo. *Quâ peruerſitate, tanta inania maiorum apud nos permanere, probariq; debuerunt, cùm ea quæ probatis recuſetis ?* hoc ſenſu. Peruerſiſſimi eſtis vos Gentiles, qui exigitis vt tot & tam inania maiorum conſtituta apud nos Chriſtianos permaneant, atque à nobis probentur, cùm tamen ipſi vos ea inſtituta maiorum, quæ probare vos iactatis, quæ laudatis, factis & rebus ipſis recuſetis?

¶ PAG. 19. *Sed & ipſum*] confer extrema cap. 6. Apologetici.

à vobis deſtrui ac deſpici oſtendam] i. Nunc oſtenſum eo: Id enim prolixe hoc capite decem argumentis præſtat : Atenim in Apologetico id fine capitis 6. tantùm indicat, atque tractatum eius in cap.13.14.15. differt. Item , *cap.1. ad Scapulam* , breuiter tantum hoc ipſum perſtringit. *Longum eſt , ſi retexamus quibus aliis modis derideantur & contemnantur omnes Dij ab ipſis cultoribus ſuis.* Nempe, vt equidem ſuſpicor, eo libro (quem ſeriùs ſub Antonino Caracalla ſcripſit) prolixiùs hîc & in Apologetico iam digeſta retexere noluit : *ne* (quod ipſe ait inf. cap. 15.) *eadem videretur vbique retractare.*

niſi quod perinde] Senſus omninò ſuadet , *niſi quod non perinde* : additâ videl. negatione (quæ & aliis locis librarij errore excidit : ſic & infrà legendum, *& ſi quid domi quoque habituri non fuiſſetis*) Maiore ſcilicet crimine Nationes Deos ſuos deſpicere vult Tertullianus , quàm Chriſtianos , & vt mox loquitur , *magis onerari. Perinde* igitur, & *non perinde* à Nationibus & Chriſtianis Deos deſpici ait : *perinde*, nempe quoad crimen ipſum : *non perinde* ; quantum ad criminis qualitatem ſeu atrocitatem. Geminum eſt illud cap. 15. infrà (contrariâ ratione expunctâ voce *non*) *Nam etſi aliter ; tamen non aliter vos quoque infanticidæ* : Nempe *aliter* ; quia alio ritu, alio modo : *non aliter* , quia reipſa & in ſubſtantia veritatis conuenirent.

quod eſt & mox *quod nihil eſt*] Credulitate & fide veſtrâ, noſtráque. Itaque Apologetici cap.12. extremo. *Poſſumus enim videri lædere eos, quos certi ſumus omninò non eſſe? Quod non eſt, nihil ab vllo patitur, quia non eſt*. & c.13. *quos præſumitis eſſe.*

¶ *Licet etiam &c.*] i. Et verò è ſequentibus decem argumentis, quæ nunc ſubiiciam, id cognoſcere licebit: Quorum duo priora, *Neglectum* Deorum arguunt: *Contemptum*, quinque ſequentia: *Deriſum*, tria poſtrema. Nempe his tribus titulis irreligio in Deum abſumitur: *Neglectu, Contemptu, Deriſu.*

Imprimis] *Primum* hoc è decem argumentis irreligionis Nationum in Deos ſuos: quod etiam cap.13. Apologetici tractat: nempe, quòd *Non omnes Deos ſuos coluerint, verùm alij alios.* Id quod rurſùm vrget. *lib* 1.*c.*9.

non poteſt] Additur in editis Apologetici vox *procedere*, in Fuldenſi vox *eſſe* Et neutrum tamen hic deſideratur: Abſolutè, *non poteſt*, pro *non potens eſt*, ſeu non valet, οὐ δύναται, οὐ κρατεῖ, οὐκ ἰσχύει ſic & ĩ. cap. 14. *vt ille magis poteſt beſtiarum morſus*, i. magis valet nouitque. Sic & *ingenio poſſe & eloquio* dicimus, quod etiam vſurpat noſter *aduerſ. Valent c.*4. Sed & cap.4. ad Scapulam, in ſolemni illâ & populari adclamatione, poſt ſiccitatem Chriſtianorum precibus depulſam. *Tunc & populus adclamans*, DEO DEORVM. *Et* [i. item] *QVI SOLVS POTES*, *in Iouis nomine Deo noſtro teſtimonium reddidit*. *Potes*, i. potens es: nam ita legendum, non *potens*: etſi ſcio *potentis* nomen, vel etiam *potis*, Dîs tributum.

reprobationem componitur] ϰ. *reprobatione componitur* ſimplicius in Apol. c.13. *Non poteſt procedere* [vel, *eſſe*] *electio ſine reprobatione.* Haud abſimiliter 1. ad vxorem 3. *Prælatio ſuperiorum, diſſuaſio eſt infimorum.*

Sed] occurrit ſuffugio Nationum.

¶ *Atenim*] *Secundum* argumentum Neglectus Deorum: nempe, quod *in Senatus arbitrio diuinitatem iam olim poſuerint*, & Deos aliquos Vrbe, Capitolio, Italiâ eliminarint: Quod ipſum vrget *Apolog c.*5.*&* 13.

Fanum quod in .... o nouiſſet] ϰ *fanum quod in prælio* [vel, *in bello*] *vouiſſet:* quod etiam ſequentia clarè oſtendunt

dedicaſſet] an, *dedicaſſit*, veteri formula?

M. Æmilio, qui vouerat Alburno Deo] Ex veſtigiis fugientis ſcripturæ reſcripſi *M. Æmilio:* quanquam *Æmileo* expreſſum fuerat. Porrò hanc hiſtoriam nemo veterum quorum ſcripta ad nos peruenerunt, memorat præter Tertullianum, quique ex eo habent: ipſe memorat non hîc tantum, verùm & in *Apol. c.*5. & *lib.*1. *adu. Marcionem cap.*18. (ex eo Euſebius *lib.*2. *Hiſtor. Eccl. cap.*2: ex Euſebio Nicephorus.) Nullibi tamen diſtinctiùs, quàm hoc loco: Sed mirùm cùm *M. AEmilium* & hîc & in Apol. nominet, *Metellum* deſignari 1.adu. Marcionem cap.18. *Alioquin ſi ſic homo Deum commentabitur, quomodo Romulus Conſum. & Tatius Cloacinam, & Hoſtilius Pauorem, & Metellus Alburnum, & quidam ante hoc tempus Antinoum, hoc aliis licebit.* Non audio qui ita concilìant, Metellum collegam Æmilij A.V.C. 638. hunc Deum Alburnum commentatum eſſe, at Æmilium Senatus auctoritate feciſ-

feciſſe. An enim alius Dei commentator, quam qui conſtituit, facit? Annon Romulus, Tatius, Hoſtilius, Hadrianus, Deorum ſuorum illorum iidem commentatores, factores? Quinimò, non hoc loco diſertè M. Æmilius Alburno Deo *fanum in bello vouiſſe* ait? At quid hoc eſt, niſi commentari? Tandem non & in Apologetico Alburnum Aemilij Deum vocat? *Scit*, inquit, *M. AEmilius de Deo SVO Alburno?* Itaque aliud quærendum.

adſolauerunt] i. fana ſolo adflixerunt, dixerunt. *Adſolare*, eſt ſolo æquare, deiicere, ad ſolum deprimere: ſic & hoc cap. rurſùm in fi. *maieſtatis faſtigium adſolant*. Et quidem *adſolare* hoc loco abſolute, pro templa, imagines Deorum deiicere.

certi] ꝗ *certè*: niſi referas ad *Conſules*. Confer autem cum hoc loco c. 6. Apologet.

cum ſocru ſua] ita diſerte Ms. noſter: in Apologetico cap. 6. *cum myſteriis ſuis*: quare & hoc argumento reponas hic, *cum ſacro ſuo*: & intelligit, *Bacchanale ſacrum*

Ceterùm Serapem &c.] Hanc rem obiter perſtringit & cap. 6. Apolog. Sed & Arnobius lib. 2. *Quid vos*, inquit, *AEgyptiaca numina, quibus Serapis atque Iſis eſt nomen, non poſt Piſonem & Gabinium Coss. in numerum veſtrorum retuliſtis Deorum?* Nullibi tamen & nemo tam exactè, quam hic.

Serapem] Ita rurſùm mox, *de Serape & Iſide*. At vt alij, ita idem in Apolog. *Serapidem*

& Anubem] In Apol. *cum ſuo Cynocephalo*: quod idem. Nota omnia de latratore Anubi.

prohibitos Capitolio] In vulgatis Apolog. additum *inferri*, quod & ipſum tamen, vt hinc, ita & à Ms Fuldenſi abeſt

eorumq; à Senatu deiectas] ſupplenda vox *aras*, quæ librario excidit: & verò ita quoque Apolog. c. 7. *euerſis etiam aris eorum abdicauerunt*.

popularium] *Populares*, pro vulgo hîc: itaque mox promiſcuè, *præ popularium metu, & impetum vulgi*. Atque eo quoque ſenſu *populares* in l. 1. §. 12. ꝟ. de off. Præf. vrbi (etſi aliter Cuiacio viſum) l. 2. 4. Cod. de off. Præf. vrbi: & apud Capitolinum, *in Marco*: Spartitanum, *in Peſcennio Nigro*. De quo, aliâ occaſione.

Gabinius Conſul] Atqui cap. 6. Apol. *Piſoni & Gabinio Coss.* ſimùl tribuit: *Piſo & Gabinius Coss. non vtiq; Chriſtiani, &c.*: Sed & Arnobius quoque tempus ita adſignat, *Piſonem & Gabinium Coss?* Etſi rectè vtrique id tribuatur, potiores tamen Gabinij partes fuêre, vt ex hoc loco liquet. At quid faciemus Valerio Maximo *lib. 1. c. 3. in fi.* qui L. Æmilio Paulo hoc ipſum tribuere videtur? Rem ita compono, ſimùl & ſummam huius rei ita in quatuor tempora colligo. Senatus Serapidis, Iſidis &c. imagines Capitolio eiecit, aras deiecit: Hæc ante Gabinium. Gabinius Cos. Kal. Ianuar. cùm vulgus vrgeret, vt aræ reſtituerentur, id tùm prohibuit: Hoc ſecundum tempus. Poſtea tamen per vim popularium reſtructæ fuerunt:

Digitized by Google

Hoc tertium. Octennio poſt Gabinium, L. Æmilio Paulo Coſ. fana etiam diruta. Hoc quartum. Quanquam duo hæc poſtrema non malè etiam inuertas, & tempora commutes.

Kalendis Ianuariis cùm vix hoſtias probaret] Notum de *auſpicio* Conſulari Kalend. Ianuariis: & de *probandi* voce.

conſtituiſſet] nulla eis ſacra feciſſet.

cenſuram] quod Senatus cenſuerat anno ſuperiore.

¶¶ PAG. 20. *Horum*] *Tertium* argumentum irreligionis Nationum in Deos: ſed primum *Contemptus* argumentum: nempe quod *Vendere*, *Pignorare* Priuatos Deos, i. Lares ſoleant: & componendus cum hoc Apolog. c. 13. *verſ. Domeſticos Deos.* Ceterùm locus hic corruptus, etſi ſenſus in aperto: hic videl: veniâ adhùc dignam maiorum irreligionem, ſi modò vos Nationes quæ hodie eſtis, religioſiores eſſetis: facilè pateremur maiores veſtros reos eſſe læſæ religionis, ſi vos ſaltem integrum honorem Deis veſtris exhiberetis. Nempe tranſitus hic eſt à ſuperioribus duobus argumentis, quæ maiores ſpectant, ad ſequentia, quæ etiamnum Nationes irreligioſe circa Deos agitarent.

domeſticâ & licentiâ] nempe domeſticos, domeſticâ quoque licentiâ: & vt in Apol. eſt c. 13. *domeſticos Deos, domeſticâ poteſtate*: viceuerſâ, *publicos, æquè publico iure.*

inculcatis] In Apol. c. 13. *tractatis.* Nempe *Inculcare*, pro conculcare, violare, indignè tractare. de pœnitentia c. 7. *formidant videri inculcare quod conſecuti ſunt.* de patientia cap. 15. *linguam frœnat, manum continet, tentationes inculcat, ſcandala pellit.* Lib. 2. ad vxorem, cap. 5. *ſuſtinent quidem, ſed vt inculcent, vt inludant huiuſmodi fœminis:* de præſcription. adu. hæreticos cap. 8. *hæretici inculcant ad importandam curioſitatem.* Inde & *inculcator* eidem cap. 6. adu. Gnoſticos: *iam & inculcatorem eius voluit efficere per virtutem: ne ſolummodò euaſiſſet, verùm etiam deuiciſſet inimicum.*

pignorando] additum præterea in Apol. *demutando*, mox & ad huius mutationis exempla, ſeu formam, plura ſubiicit.

eſſent quidem tolerabiliora] Petronius. *Hæc ipſa tolerabilia eſſent* &c.

¶ *Sed aliquo*] *Quartum* argumentum Irreligionis Nationum in Deos ſequitur, ſed ſecundum Contemptus argumentum: nempe, quòd *Vectigales Deos publicos Romani publicanis addicerent.* Et confer Apologetici *cap. 13. verſ. publicos æquè.*

publicè] *publicos nempe Deos*, vt diſertè expreſſum in Apolog.

quos in haſtarium regeſſiſtis &c.] In Apologetico cap. 13. tota hæc ſententia, vſque ad ea verba, *ſic Serapeum* &c. his pauciſſimis exprimitur: *quos in haſtario vectigales habetis.*

publicanis ſubd.... tis] *ſc. ſubditatis*: quæ vox reſpondet illis, quæ ſup. tertio argumento, *venditando, pignorando. Subditare* eſt pignorare, addicere: in Gloſſis (quas Cyrilli vocant) *ἐνεχυράζω ſubdito, pignero. ἐνεχυρασμὸς Clarigatio, ſubditacio. Pigneracio. ἐνεχυρασις ſubditas, Pigneratio.*

omni quinquennio] Paſſiua iam obſeruatio eſt, in quinquennium ſeu luſtrum

Digitized by Google

luſtrum publicas, ſed & priuatas, conductiones factas: v. ſaltem *Leges noſtras*, & *Varronem*.

proſcripto] χ. *proſcriptos*.

Sic Serapeum, ſic Capitolium petitur,] *Sic*, i. vt modò dictum, ſubditationis, & addictionis ergo: id quod & ſequentia mox oſtendunt. Atenim in Apologetico c. 13. facetiùs. *Si Capitolium ſi olitorium forum petitur*: qui locus alioquin hactenùs non intelligitur: nam quæ de æde Statoris & foro olitorio, quæ de SC°, centumuirali iudicio, Quæſtorum officio huncad locum notantur, inania ſunt omnia. Senſus igitur eſt, haud aliter ad conductionem Deorum, ad Capitolium, iri, quàm itur in forum olitorium, emendis oleribus. *Si Capitolium, ſi olitorium forum petitur*, i. ſic Capitolium, vt ſi olitorium forum petitur. Nempe vt ſupra commercium Deorum domeſticorum faceto hoc dicto perſtrinxit, *demutando aliquando in cacabulum de Saturno, aliquando in trullam de Minerua*, ita & nunc Deorum publicorum conductionem perſtringit his verbis. *Capitolij* autem & *Serapæi* ſimùl meminit Tertullianus, hoc loco, pariter vt cap. 8. lib. de ſpectaculis. *Si Capitolium, ſi Serapæum ſacrificator & adorator intrauero, à Deo excidam*: Nempe præcipui cultus & nominis hæc templa fuêre: *Capitolium* enim vernaculorum Deorum omnium Curia fuit: quâ cauſa noſter Apologetici cap. 6. *Curiam Deorum* dixit: *omnium dæmonum templum* cap. 12. de ſpectaculis. Cicero antea dixerat *Deorum domicilium*, orat. ad Quirites: *arcem ſacrorum* poſteà Vitruuius *lib. 1. c. 1.* Et Seruius ad 2. Æneid. *in Capitolio omnium Deorum ſacra culta*. Pariter *Serapæum*, peregrinarum religionum templum fuit, & quidem quod Alexandriæ tale fuit, vt poſt Capitolium nihil ambitioſiùs orbem terrarum cernere diſertè dicat Ammianus lib. 22. De cuius ad id templum concurſu v. Eunapium *in v. AEdeſij p.* 74. *Serapæi* rurſùm meminit Tertullianus in Apol. c. 18. Sed de quo accipiendum id, de Romano an verò de Alexandrino, non hic locus eſt digerendi.

addicitur, conducitur ....] ſupple, *diuinitas*, tùm è veſtigiis ſcripturæ, tùm etiam Apologetici præiudicio: vbi ita locus hic exhibetur: *ſub eadem voce præconis, ſub eadem haſta, ſub eadem adnotatione Quæſtoris diuinitas addicta conducitur.*

exactione Quæſtoris] In Apol. *adnotatione Quæſtoris. Adnotatio* igitur, idem quod exactio: *exactio* autem, eſt inſtantia, cura, ſollicitudo, quò res bonum conductorem, ſeu publicanum reperiat. Proinde malè hactenùs vocem *adnotationis* eo loco Apologetici interpretati.

Sed enim &c.] Hæc ſententia, vſque ad ea, *nam hæ*, totidem verbis extant in Apologetico cap. 13.

nam hæ ſunt captiuitate notæ pœnæ] ſuſtineri poſſunt hæc: has videl. eſſe notas pœnas quas captiuitas inuehat: *captiuitate*, pro ex captiuitate. In Apolog. ſimpliciùs: *nam hæ ſunt notæ captiuitatis*

Dei verò &c.] Totidem hæc verbis, vſque ad ea, *Maieſtas* &c. expreſſa Apolog. c. 13.

Maieſtas conſtituitur in quæſtum] In Apol. c. 13. *maieſtas quæſtuaria efficitur.*

Digitized by Google

negotiatio religione proſcribitur, ſanctitas locationem mendicat.] Omiſſa hæc in Apologet. viciſſim hæc ibi poſita: *circuit cauponas religio mendicans.* Quẽ locum ad publicanos non ad metragyrtas pertinere totus ille locus oſtendit: & huius libri præiudicio firmatur: ac nominatim illis mox: *plus deniq; publicanis:* item: *non ſuffecerat vectigalium &c.*

Exigitis mercedem &c.] Eadem Apologetici ca.13.

ſacri] *ſacrarij*, in Fuldenſi Apol.

pro ſtipitibus &c.] Abſunt hæc, vſque ad *non licet*, ab Apolog. Porrò hîc reſcribo. *ſtipibus.* Similis error lib.2.c.10. *ſi ipſe viciſſet, cenulam & ſcortulum ex ſtipitibus Herculis ſumeret: ſi verò Hercules, id eſt manus altera, eadem Herculi exhiberet.* Mentio de his ſtipibus & Apolog. cap.42. *Certè*, inquit, *templorum vectigalia quotidie decoquunt, ſtipes quotuſquiſq; iam iactat? Non ſufficimus & hominibus & Diis veſtris mendicantibus opem ferre, nec putamus aliis quàm petentibus impertiendum. Denique porrigat manum Iupiter, & accipiat, cùm interim plus noſtra miſericordia inſumit vicatim, quàm veſtra religio templatim.* Quatuor interim titulos hos ſeu reditus & exactiones templorum obſerua: pro ſolo templi (& ſic ſolatium) pro aditu templi: pro ſtipibus: pro hoſtiis.

oſtiis] ϰ. *hoſtiis*, i. victimis: pro hoſtiis autem, locatis ſcilicet. Noſter de Idololatria cap.17. *Non hoſtias locet, non curas templorum deleget, non vectigalia eorum procuret*

venditis &c] in Apol. *venales ſunt* [Dij]

non licet eam &c.] in Apol. *non licet Deos noſſe gratis.*

¶ *Non ſuffecerat*] *Quintum* argumentum ad probandam Nationum in Deos irreligionem, ſed tertium Contemptus argumentum, nempe, quòd *iiſdem Honoribus Deos, quibus mortuos & Reges mactarent.* Vinculum autem hoc orationis ſeu tranſitio hæc abeſt ab Apologetico.

quecunq;] ϰ *quemcunq;* ſcil. honorem

ex æquo] abſunt ab Apol.

præbeatis] in Apol. *conferatis.*

exſtruitis &c.] Conciſius in Apol. *ædes proinde, aras proinde.* Cuius etiam loci præiudicio liquet, verba hæc *æquè mortuis templa*, omninò hîc deſiderari: præterquam quod honos ille, quem ex æquo mortuis & Diis delatum Tertullianus ait, id perſuadet.

eiſdem titulis] abſunt hæc ab Apolog.

eaſdem ſtatuis inducitis formas] in Apolog. ita. *idem habitus & inſignia in ſtatuis.*

vt cuiq;] minimo differt Apol.c.13.

Senex &c.] Abſunt hæc ab Apolog & pro iis alia ſubiiciuntur, quæ vide.

quæ vt aut] locus minùs ſanus, vt videtur.

Regibus] Ita quandóque Imperatores vocat noſter, etiam cùm agit cum Nationibus, ita & *libro 2.c.10. in fi.* & de ſpectaculis *cap* 30. lib.2. ad vxorem *cap.6.* &c. Porrò ſententia quoque hæc abeſt ab Apologetico, quo tamen conſecrationis inſignia ſigillatim recenſentur.

Digitized by Google

Sacerdotia] *Heluianos* quoque perſtringere videtur: de quibus Capitolinus, *in Pertinace:* Spartianus, *in Seuero*.

Soliſternia] Notum inter conſecrationis Principum honores & inſignia fuiſſe & *thronos* ſeu *ſolia*. v. ſaltem Dionem *in Seuero* apud Xiphilinum, vbi de conſecratione Pertinacis.

. . . *tie, & ludi*] χ *letitia & ludi. Letitias* vocat, publicam hilaritatem ob conſecrationem Principis. De *ludis* vide & *cap*. 7 *de ſpectaculis*.

¶ *Planè*] *ſextum* argumentum irreligionis Nationum in Deos ſuos, ſed quartum Contemptus argumentum, puta, quòd *& Reges ſuos in Deos referant*.

. . . . . . *rari*] χ *adnumerari*

datum ſit] *quibus datum ſit*.

Secundum] v. & *cap*. 17. *infrà*.

libere] ita legere mihi videor, niſi forte, *proterue*

contemplaret . . . litis] χ *contemplator cœlitis*. Notum ſcil. in Principum conſecrationibus id ſolemne fuiſſe, vt præmio conducti inducerentur, qui in funere cœlum contemplantes nunciarent, aſſeuerarent, imò iam coràm populo iurarent, vidiſſe ſe Principem in cœlum receptum: quod etiam teſtatur Iuſtinus *in Apolog*. Eodémque pertinet locus Tertulliani de *ſpectaculis c. vlt*. vbi inter alia hos *Contemplatores cœlitis in cœlum recepti* (vt hic vocantur) *Teſtes* vocat. *Proculos* etiam appellat, ab eo qui de Romulo primus id aſſeuerauerat, Apologetici cap. 21. *In cœlum eſt receptus: multo melius quàm apud vos aſſeuerare de Romulo Proculi ſolent*. vide & Minucium Felicem.

quàm ipſe, quàm ei] Locutio Tertulliani, pro, *tam ipſe, quàm ij*: ſic rurſum hoc ipſo cap: *quàm eorum qui eiuſmodi faciant, quàm eorum qui ita ſuſcipiunt*.

ipſi] in Ms erat *ipſe*.

periurij vindices] Deus periurij nominatim vindex à Gentibus dictus, creditus: non modò, quia Dei maieſtatem res hæc appetere directo viſa: verùm & quia in conuerſatione humanâ periuria quotidianæ fermè incurſationis ſunt, i. tam crebra, tam occulta etiam, vt plerumque nonniſi Deum vindicem habere poſſint. Non igitur, quod vulgo iam creditur, quaſi periuria per Dei numen & manifeſta, atque in συςατικοῖς hominum actibus admiſſa, iure Romano inulta ὡς ἐμπολιμα fuerint. Nil minus: Fuerunt equidem ea periuria & qualiacúnque ad vindicem Deum miſſa (vt loqueretur *Seneca*) ſeu vindici Deo relicta, quæ volatica eſſent, i. quæ in conuerſatione humanâ, in re ſubitaneâ & fortuitâ calore quodam effuſa fuiſſent: de quo omninò eſt totum reſcriptum illud Alexandri Seueri (paulo poſt hos Tertulliani libros emiſſum) quod *l.* 2. *Cod. de reb. cred. & iureiur*. continetur: cuius hæc ſunt verba. *Iuriſiurandi contempta religio ſatis Deum vltorem habet: Periculum autem corporis, vel Maieſtatis crimen ſecundum conſtituta Diuorum Parentum meorum*, ETSI *per Principis venerationem quodam calore fuerit peieratum, inferri non licet*. Atenim violata in contractibus, in per-

d by Google

cuniariis rebus iuriſiurandi cuiuſcunque religio, impunita huius ſæculi legibus nõ fuit: Quod omninò docet Paulus lib. 11. ad Edictum, in *l. 22. ff. de dolo:* vbi, pręmiſsâ iuris ſententiâ (nempe delato à parte parti iureiurando, mox & periurio detecto, ſtari nihilominus religioni iuriſiurandi debere) ſubiicit, *Nam ſufficit periurij pœna.* Neque contra quidquam facit vulgatum hodie illud apud Tacitum, *Deorum iniurias Diis curæ eſſe*: nam Tiberij iſtud eſt, & Deorum contemptoris, & Auguſti honores moderantis, de violato quippe Auguſti nomine periurio ibi agebatur. Sed neque mouet, quod Tertullianus noſter & hoc loco, mox & in Apologetico, ſed & Minucius Felix ſcribunt, *citius per omnes Deos quàm per vnum Genium Cæſaris peieratum: fuiſſe tutius per Iouis genium peierare quàm Regis: facilius per Cæſarem peierantes puniri quàm per vllum Iouem.* Hæc quippe omnia indicia quidem ſunt ſæculi in adulationem Principum verſi: ſed non ideò aut diſciplina Romana, aut boni Principes periuria per Deum inulta voluêre. Quinimò neque reclamat fictitia lex illa apud Ciceronem, & quæ de Cenſoriâ notâ obſeruare eſt apud antiquos. Atque hæc dicta volui, vt Iuriſprudentiam Romanam eo næuo liberarem, quo hactenùs apud pleróſque laborat, quaſi pœna nulla iure Romano fuerit periurio per Deum poſita.

quanquam periuria apud vos, quod vnuſquiſque purus eſt] Locus difficilis. διαπορητικῶς tamen accipio: hoc ſenſu. Nempe Proculianum illud periurium, periurium forte apud Nationes non videri, quia periuria ea demùm ex diſciplinâ Nationum habeantur, quæ à puris fiant, i. à non pollutis funere! atque ita *quod*, pro, *quatenus*, vel *quoad* accipio. Sanè & ita iure Pontificio ſacrificia à pollutis non rectè fiebant. Notum alioquin & illud, ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.

¶ *Immò iam*] *Septimum* argumentum, ad probandam Nationum in Deos irreligionem, & ipſum quintum ordine contemptus Deorum argumentum: puta, quòd *Periuria per Cæſarem faciliùs quàm per Deos puniantur:* De quo paulò ante. Concinit & Tertullianus Apologetici *cap. 28. in fi.* & Minucius Felix, *locis iam vulgatis*.

euanuit] adulatione ſæculi. Ergo periurij pœna erat ex ipsâ iuris diſciplina.

potiere, & mox, *faciliùs*] Comparatiua hæc attende: ita quoque in Apolog. *citiùs*: apud Minucium, *tutiùs*. Rationem ecce ab ipſo Tertulliano: *maiore formidine & callidiore timiditate, non ratione, ſed reſpectu repræſentaneæ poteſtatis*: quam ſcil. adulatio illorum temporum efferabat, ſeu iniquabat.

paruulum] malim, *per vllum*. Multi enim Ioues, ſic quidem vt trecentos Varro ſine capitibus introduxerit. v. *inf. hoc ipſo cap.* & Apol. c. 14.

¶ *Sed contemptus*] *Octauum* argumentum ad probandam Nationum irreligionem, & ipſum primum *Deriſus* Deorum argumentum: nempe *Sordes* ſeu μικρολογία Nationum circa ſacrificia. Concordat Apologeticus initio *cap. 34.*

venit:

Digitized by Google

venit enim] Contemptus Deorum fontes, fiducia vel conſcientiæ ſecuritas, & ſublimitas animi naturalis

laſcinior] petulantior: *Deriſus* laſciuiam continet, & ideò ad contumeliam contemptu validior.

denotatior] magis iniurioſus, ſeu criminoſus. *Denotandi* verbo pro criminandi, ſeu arguendi vtitur noſter locis infinitis: etiam ſup. c. 4. *Nos ſoli contra inſtituta naturæ peſſimi de bono denotamur.* Etiam ĩ. c. 14. *Quid itaque noſtrum vnicum denotatis.* Ita & initio de pallio. *Gaudeo vos tam proſperos temporum, cùm ita vacat ac iuuat, habitus denotare pacis. Hæc & annona & otia; ab imperio & à cælo. Bene eſt.* Denotare ait Carthaginienſes in media pace, etiam habitus pacis, i. reprehendere, arguere pallium: qui vtique pacis habitus fuit. *Habitus pacis* vocantur quieta veſtimenta, *l. 1. C. Th. de habitu quo vti oportet intra vrbem*: habitus pacificator, apud Quintil. *lib* 11. *c.* 3: habitus ciuilis, *in veteri inſcript*: ciuilium decorum indumenta, Auſonio, *in Gratiar. act*: ciuilis veſtis, Caſſiodoro 7. *Var.* 1. εἰρηνικὴν denique ἐσθῆτα vocat Dio *lib.* 48: Sed ad rem. Hinc & *denotatus* pro reprehenſione eodem lib. de pallio: *quantum denotatui, paſſiuitas offert.* ¶ *Comparatiua* interim hæc in noſtro obſerua. Denotatior, *hic*: modulatiùs, *cap.* 8. *ſup.* incuſabiliores, *cap.* 12 *in fi.* acceptabilior, *cap.* 19: reſolutius, *eod. cap*: exertiores, *c. vlt.* extenſius *lib.* 2. *c.* 13.

Non dico] confer initium *c.* 14. *Apolog.*

quòd] *cùm*, Apol.

tabida] in Apolog. *tabidoſa & ſcabioſa*: quanquam & ſcabioſa à Mſs. nonnullis abeſſe volunt.

ſuperuacua ſui capitula & vngulas] mactatis ſcil. χωρὶς τῶ κοινῶ. In Apologetico, *ſuperuacua quæq; truncatis capitula & vngulas*: vbi *truncatis*, pro truncata mactatis, ſacrificatis, Diis porricitis: quod ſordidæ μικρολογίας fuit, ea videl. Diis mactare, quæ etiam domi nulli vſui eſſent: quæque, cùm caro appendenda erat, extra pondus cenſebantur. Elegans hanc in rem quoque conſtitutio 2. C. Th. de erog. mil. annon. *Cùm militibus per Africam conſtitutis laridum vel recens forſitan caro deinceps erogabitur, VNGVLAS, ORISQVE tantummodo SVMMITATEM præcidi amputariq; decernimus, ne porcina integra ſeparetur, ſed erogationi proficiat annonariæ.* Ecce, Imperator vngulas, oriſque ſummitatem velut ſuperuacua militibus appendi prohibet, pariter vt ea Diis offerri Tertullianus exprobrat. Itaque hæc olim *Proſicia* dicta, quæ proſecata proiiciebantur, auctore Feſto: In Gloſſis Philoxeni. *Proſicia* ἀκροθίνια: in Gloſſis Cyrilli ἀκροθίνια *Ruticilia*: vbi repono *Ruticiſia*: vel *Rutiſicia*: nempe quæ à toto corpore ſeu cumulo ſecata, cæſa, eruta, velut *ſuperuacua ſui*, vt noſter hîc loquitur. Atenim exprobrat hîc Tertullianus Nationibus, ex proſiciis facta iam ablegmina, i. eas partes extorum iam Diis immolatas, quæ proiiciendæ erant.

capitula] *Capitula*, ſunt oris ſummitates (vt in illa *l.* 12. *C. Th. de erog. mil. ann.* vocantur) ſeu capitis ἀκροθίνια, non ἀκρωτηριάσματα quæuis, aut integra parua capita.

& plumarum ſetarúmque præuulſa] abſunt hæc ab Apolog. *Præuulſa*, propriè de plumis & ſetis: *proſicia*, de aliis, vbi ſectione opus

& ſi quid domi habituri quoque fuſſetu] In Apologetico ita: *quæ domi quoque pueris vel canibus deſtinaſſetis.* Quare, & ipſa ſententiâ expoſtulante, & Apologetici præiudicio, additâ negatiuâ hîc legendum, *& ſi quid domi habituri quoque non fuiſſetis.* Domi non habentur, quæ aut pueris aut canibus deſtinantur: habentur autem, quibus aſſeruatis domi vtimur. Niſi hoc placet, tum hîc reponendum fuerit, *abiecturi*, loco *habituri*

¶ *Omitto*] *Nonum* irreligionis Nationum in Deos, ſed ſecundum Deriſus argumentum, puta quod *Poëtæ & Philoſophi turpia, vana, falſa de Diis retulerint.* Conferendus Apol. cap. 14: vbi tamen prima ſententia non extat

vulga] ita in Ms. quod poſteà aliâ manu in *vulgi* mutari cœptum. Sed *vulga* rectum eſt: *vulga*, i. vulgares, popularium, idiotarum, ſimplices: *ſacrilega*, quæ irreligionem & impietatem profitentur: Quibus vtriſque opponuntur hîc *doctiſſimi & grauiſſimi.*

gula] linguæ, fauces, ora.

videbuntur maiorum prope religionem conuenire] Locus in ſpeciem vndique malè ſanus, ſed ſanum puto, additâ tantum vocula *per*: ita, *per quæ* &c. Ait nempe Tertullianus, ad probandam Nationum in Deos irreligionem, nolle ſe ea nunc memorare, per quæ aut idiotæ aut ſacrilegi prorsùs maiorum religionem arguere ſolent, & propemodum ream facere. *Conuenire*, vt & alibi ſæpè, eſt, arguere, reprehendere, notare, reum facere.

credunt] χ *creduntur.* Hæc ſententia in Apologetico ita effertur. *Sed conuerſus ad literas veſtras quibus informamini ad prudentiam & ad liberalia officia* &c.

ceſſat] χ *ceſſit.*

inferat] εἰσφέρῃ, proferat, dicat, inueniat.

Ab ipſo exordi . . . . . veſtro eius vnde omnia & omne æquore] Locus in quo alta vulnera defoſſa. Sic reſtituam ipſe. *Ab ipſo exordiar ſtudio veſtro eius, vnde omnis materia* [in Ms. ita habetur *vnde omña*] *& omne æquor.* Nempe probaturus, doctiſſimos viros & literaturam omnem Nationum de Diis turpia, vana, &c. prodidiſſe, ait ſe exordium & initium ſumpturum à ſtudio literaturæ illius, vnde promanauit omnis materia, & quaſi mare inanium omnium de Diis narrationum: nempe à Poëtica. Proinde Poëticen vocat peculiariter ſtudium nationum: *ſtudio veſtro*, inquit: Quò pertinet quod lib. 2. cap. 7. ait. *Poëticam vt in neceſſariis artibus habetis: Denique per hanc initiatricem literaturæ ingenuitatis ſtudia producitis.* Secundò, à Poëtica ait fluxiſſe omnem materiam & omne æquor turpium & inanium de Diis narrationum: *Æquor*, vt lib. 2. cap. 2. de Philoſophis, *argumentationum inundatio.*

cui quantum honorem additis] lib. 2. c. 7. inf. *Poëticam inſuper honoratis.* & mox. *cur laudem mendacibus fertis, nec cauetis ne offendatis eos quorum detrectatores*

Digitized by Google

tores honoratus? Vide locum integrum, quia cum hoc concinit. Interim non diſſimulo, non liquidò mihi conſtare, an *additu* in Ms. fuerit: quin nunc diuinare mihi potiùs videor, *adminiſtratu*. de quâ *adminiſtrandi* voce Tertulliano familiari, alibi. v. exemplum & *inf. vltimo argumento.*

magnificando qui] *magnificando cum qui.*

Adhuc meminimus Homeri] Nempe olim per Homerum, velut per initiatorem literaturæ ingenuitatis ſtudia producta (vt ex noſtro paulò ante retuli) notum eſt. Itaque ſunt hæc verba Tertulliani iam ætate prouectioris & ſenis: quaſi diceret: meminimus adhuc ab eo tempore, quo in ludum itabamus, quoque Homerus nobis prælegebatur: neque dum memoriâ id nobis excidit.

qui de illo fauore diuerſis &c.] Expreſſiùs & diſtinctius in Apolog. c. 14. *Deos inter ſe propter Troianos & Achiuos vt gladiatorum paria congreſſos depugnaſſe.* v. & Minucium Felicem *Octauio*, vbi ſimilia his & ſequentibus leges. Verùm id his *Notis* non ago, vt compares locos comparem: contentus vitam & integritatem, quantum in me, his libris nunc dediſſe; ſimùl & Apologetico lucem aliquam fœneraſſe.

fortaſſe periturum] in Apol. *penè conſumptum*: quod idem.

¶¶ PAG. 22. *eadem Iouem perpeſſum &c.*] Aliter hæc in Apol. quem vide

luxuriantem cum Iunone] Atrociùs in Apol. *ſubantem in ſororem.*

in Deos inſolens] in Apol. *dedecorator Deorum.*

Et Tragici] in Apolog. *Nec Tragici.* Et illud tamen ſuſtineri poteſt, ſi Ironicè hic locus legatur.

ac pœnas Dei] in Apol. *vel errores domus alicuius Dei.*

præferentur] Hinc quoque firmatur lectio Apolog. vbi ſunt qui *præferant*, ſubſtituunt.

quos ſuperbia &c.] abſunt hæc ab Apologetico, vſque ad illud, *Socrates* &c. Libertatis a. in Deos Philoſophicæ cauſas hîc ediſſerit Tertullianus: nempe, *ſuperbiam ſeueritatis, & duritiam diſciplinæ, tandem & aliquem veritatis afflatum.* Quod ſuperbiam attinet, notum illud noſtri (vnde habet etiam Hieronymus) *Philoſophus gloriæ animal*, & Apol. c. 19. *Gloriæ homines Philoſophi*

Nonnullus afflatus veritatis] v. & infra *lib. 2. c. 2.* & Apologetici *c. 47.* & de anima *c. 2.* & Lactantium *lib. 7. c. 1.* Obſeruandum & illud cùm maximè his qui Iuris ſcientiam profitentur, quod noſter ait Apolog. c. 45. *ipſas quoque leges Romanas, quæ videntur ad innocentiam pergere, de diuinâ lege, vt antiquiore forma mutuatas*: vbi *antiquiorem formam* vocat ἀρχέτυπον. Quàre apparet, priſcam admodum Chriſtianorum obſeruationem eſſe, *Legum Romanarum cum diuinis Collationem*: cuiuſmodi habemus aliquam quinto ſæculo conſcriptam.

Denique]. vide quæ de huius vocis vſu obſeruamus ſup. *c. 4.* Nempe & hîc vnico Socratis exemplo, ſed illuſtri, contentus, hanc vocem vſurpat: quàre & in Apologetico cap. 14. loco, qui cum hoc conferendus. Ta-

Google

ceo de Philoſophis [aliis ſcil.] *Socrate contentus,qui* &c.

quercum & canem & heram iurat] In Apologetico c.14. *quercum,& hircum,& canem* (etſi hæc & *hircum* à nonnullis Mss. abeſſe obſeruant) De quercu & cane notum : quanquam alij fermè *platanum*, pro quercu nominant. De *anſere* etiam nonnulli monent : ſed de *hirco* fidem nominatim facit & locus apud Scholiaſtem Ariſtophanis. De *hera* & quidnam ea eſſe poſſit, nemo docet. Forte compulſis literis prout in Ms.cohærent, legam, *etheram*. i. per aërem : vel etiam diſiunctis vocibus, eodem ſenſu, *& heram* καὶ ἥραν i. ætherem, aërem: Neque enim *aeram*, quæ lolium, hîc admitto. Niſi hæc placent, placet cum Apologetico, *& hircum*.

idcirco] in Apol. *propterea quia Deos deſtruebat*:& interſerit: *Planè olim, id eſt ſemper, veritas odio eſt*

damnationis] *ſententia* in Apol.

diſcriminatores] in Apolog. *criminatores*:neque tamen illud muto:*Diſcriminatores* dixiſſe videtur, eodem ſenſu, qui in crimen & diſcrimen trahunt i. accuſatores: alioquin, alio ſenſu & origine *diſcriminator*.

inpenderit] ℞ *inpenderint*. pro quo in Apolog. *afflixerint*, vel vt alij habent, *efflixerint*, eodem ſenſu. *Impendere* apud Tertullianum ſæpe pro perdere, adfligere, conſumere, mactare, vocabulo à rationibus ducto, ἀναλίσκεσθαι. Ita Apolog. c.40: *cùm tot iuſti impendimur, cùm tot innocentes erogamur*: Sed & cap.10. eodem ſenſu: *pro Imperatoribus ſacrificia non impenditis*, i. non mactatis, non immolatis. Libro de ſpectaculis c.19. *tam nocens factus eſt, vt tam crudeliter impendatur* : De Idololatria cap.6. *Colis, nec anima pecudis impenſa, ſed anima tua*. Aduerſus Marcionem lib.2.c.14. *impendit ipſum populum, ſed ingratum*: & cap.26. *non facies inquit iſtud, aut me vna cum iis impende*. Porrò notum, accuſatores Socratis ab Athenienſibus pœnitentiâ damnationis ductis partim exilio, partim morte multatos: quinimo *ipſi* (quod in Apolog. additur) *imaginem auream* [vel *aream*] *collocatam in templo*.

reſti . . . tur] ℞ *reſtituitur*. in Apol. *reſciſſa damnatio teſtimonium Socrati reddidit*.

& poſſum &c.] abeſt hæc ſententia ab Apolog. vſque ad *ſed & Diogenes*.

Diogenes] Et huius itaque libri præiudicio ſua Apologetico ſtat lectio, neque ſubſtituendum, *Diagoras*.

in Herculem luſit] ita quamlibet fugientes literæ exhibent:& ita quoque Apol: niſi quod nonnulli habent, *ludit*.

& Romani ſtili Diogenes Varro] Varronem, *ſtili Romani Diogenem* vocat Tertullianus : pro quo eodem ſenſu in Apol. dicto cap. 14. *Romanus Cynicus Varro*

inducit] in Apol. *introducit*

§ *Cetera*] *Vltimum* vt irreligionis, ita Deriſus Deorum argumentum hoc eſt:nempe, quòd *Voluptates quoque Nationum publica per dedecus Deorum à Mimis, Hiſtrionibus, Gladiatoribus adminiſtrentur*. Cũ quo confer Apol.c.15.

Volu-

Digitized by Google

voluptates veſtras &c.] in Apol. *voluptatibus veſtris per Deorum dedecus operantur.*

Deſpicite duos] Credebam initio ita legendum, neque quidquam deſiderari: verùm diligentius inſpecto códice, comperi aliquot literas in extrema lineâ viſum fugere, ita: *Deſpici . . . . . d vos*: vnde efficio, *deſpuite apud vos*. In Apolog. ſimpliciter, *deſpicite.*

Lentulorum & Hoſtiorum] Ita Ms. noſter. At Apolog c.15 *Lentulorum & Hoſtiliorum*. De Lentulo ſanè mimographo clarum etiam ex lib. *de pallio cap.* 4. Iuuenale *Satyra* 8. *v.* 182. Hieronymo. Apolog. 2. adu. Rufin: item ad Sabinianum. *Hæc tibi fortè ridicula videantur, qui Comœdis & Lyricis ſcriptoribus, Mimis & Lentulis delectaris.*

Sacrilega venuſtate] ☧ *ſacrilegas venuſtates.* & ita quoque in Apol. *venuſtates*, omiſsâ tamen voce *ſacrilegas.*

in trophis & locis] ☧ *in ſtrophis & iocis*: vt eſt quoque in Apolog Hieronymus Apol 2 adu. Ruf. *Et quaſi mimum Philiſtionis vel Lentuli ac Marulli STROPHAM eleganti ſermone confictam.*

rideatis] Subiiciuntur hîc in Apol. harum venuſtatum mimicarum quinque exempla

Sed & hiſtrionicas literas &c.] In Apolog. conciſiùs, *ſed & hiſtrionum literæ omnem fœditatem eorum deſignant.*

conſtupratur &c.] ☧ *conſtuprantur*. Porrò hunc locum in Apologetico diſtinctiùs exprimit, etſi poſtremo loco: *Quod corpus impurum, & ad iſtam artem effœminatione productum, Mineruam aliquam vel Herculem repræſentat: nonne violatur maieſtas & diuinitas conſtupratur laudantibus vobis?*

Fumoſum & diminutum caput] ita Ms. ſed liquidò reponendum ex adiunctis, & ex totâ ſententiâ, *famoſum*: quin & ita habet Apolog cap. 15. *Quid, quod imago Dei veſtri ignomiſioſiſsimum caput & famoſum veſtit? Diminutum* etiam *caput* hîc, quòd ibi clariùs *ignominioſiſſimum*: nempe & *Diminuti capite* verbo iuris pro ignominioſis: nam & capitis diminutio eſt, famæ imminutio: quod notum.

fulmine extinctum] in Apolog. *iactatum de cœlo*, vel vt Mss. nonnulli exhibent, *detractum de cœlo.*

modulari] in Apologet. *cantari. Modulari* paſſiuè, vt ſupr. quoque *cap.* 3.

Planè] Ironicon. Concordat Apol. *c.*15.

gladiatorum] abeſt ab Apol. vbi tantum eſt, *in cauea. Cauea* nempe, pro gladiatorum caueâ: Ita & ſup. *c.*2. cauea, pro arenâ in quam beſtiæ producebantur

ſanguinem humanum] in Apol. *ſuper ſanguinem humanum*: & ita quoque hîc reſtituendum.

nocentibus erogandis] in Apolog. *noxiis miniſtrantes*: eodem ſenſu. *Erogare* autem multis locis apud noſtrum, pro perdere, necare, pari ſignificatu quo ſup. *impendere*. Et verò vtrùmque iungitur Apol. c. 40. *cùm tot iuſti impendimur, cùm tot innocentes erogamur.*

aut in ipſis &c.] aliter in Apol. & clariùs, etſi eodem ſenſu: *niſi quod & ipſos Deos veſtros ſæpe noxij induunt.*

ſæpe] temperat. in Apol. *aliquando.*

cremabatur] propriè *ardebat* in Apol.

Riſimus & meridiani ludi de Deis luſum] in Apol: *riſimus & inter ludicras meridianorum crudelitates.*

Diſtis pater &c.] χ *Dictis Pater.* In Apol. locus hic ita expreſſus. *Vidimus & Iouis fratrem gladiatorum cadauera cum malleo deducentem.*

Mercurius] in Apol. hæc tantùm habentur. *Riſimus Mercurium mortuos cauterio examinantem.*

in caluitio penaculus &c.] Locus à Tertulliani genio. *Pennaculus* vel potius pennatulus (vt ꝑ. *ignitulus*: & cap 8. ſup. *linguatulus*) i. pennatus, pennas ſeu alas paruas gerens.

in caducæo ignitulus] Tentabam initio, *anguitulus*, nempe quia caduceo implexi angues: & *anguitulus*, pro anguem tenens, ὀφιοῦχος. in Gloſſis Cyrilli Μηδεία *Anguicia.* Verùm nil muto: *Ignitulus in caduceo*, qui ignitos anguiculos in caduceo habet: Preſteres ſcil. angues indicat (de quibus etiam Numerorum *cap.* 21. *v.* 5) *Ignitulus* ergo, ignitis (anguibus ſcil.) i. preſteribus inſtructus, πρηστικὸς vel πρηστήριος, non ipſe ignitulus, ſed in caduceo Sic etiam fortè lib. de pallio cap. 4. *etiam equis Cæſariatos* vocat, qui etiam equos magnâ cæſarie habere ſtudent & habent: eadem formâ, *crepidam eratus.*

corpora exanima iam, mortémve ſimulantia] in Apologet. vno verbo, *mortuos.*

è cauterio probat] in Apol. *cauterio examinantem.*

maieſtatis faſtigium adſolant] Ita quoque Fuldenſis diſertè: at editi, *maieſtatis veſtigia obſoletant. Adſolare* eſt ſolo adfligere, æquare, deiicere: pariter ſup. in ſecundo argumento: *ſæpè Cenſores inconſulto populo adſolauerunt.* Perperàm, qui *adſolare* interpretantur, eò deiicere, vt à cultoribus reddantur ſolitarij: multò minus in *adſellare*, quaſi in ſeceſſum cogere, id mutandum.

quàm eorum &c.] ita quoque ſup. in ſexto argumento, *quàm ipſe quam ei.*

facitant] ita Ms: *factitant*, in Apol.

quàm eorum qui ita ſuſcipiunt] in Apologet. *quàm eorum quibus factitant.*

Quare] ita clarè reponendum: nam in Ms. eſt *qua neſcio.*

de nobis] in Apolog. *de Chriſtianis.*

non . . . . ex alia parte] expunge, *non*: & lacunam ex veſtigiis ſcripturæ fugientis ita ſupple: *excolitis, ex alia parte.*

Ad

Ad Cap. XI. de Aſini cultu.

Conferendum cap. 16. Apologetici.

rei] peragimur, dicimur.

nam vt quidam] ita quoque Ms. Apologetici, quanquam editi exhibent: *nam & quidam.*

ſuſpicionem fecit] in Apolog. *ſuſpicionem eiuſmodi inſeruit.*

in Quarta Hiſtoriarum ſuarum] Ita claris literis Ms: Sed & in Ms quoque quodam Apologetici: & tamen alij fermè Apologetici habent, *Quinto:* & verò Quinti libri initio id hodie continetur.

vbi de bello Iudaico digerit] in Apol. *bellum Iudaicum exorſus:* quanquam & Fuldenſis quoque habet *de bello Iudaico.* *Digerendi* autem voce vtitur Tertullianus, pro tractare, perſcribere, & quidem accuratè: & digeſtum, pro accurato tractatu, ſcripto accurato, commentario. Ita & J. lib. 2. c. 1. *elegi ad compendium Varronis opera, qui Rerum Diuinarum ex omnibus retrò digeſtis commentatus:* & eodem lib. 2. cap. 9. *Hæc ſecundum tripertitam diſpoſitionem .... diuinitatis aut notiora aut inſigniora digeſſimus:* & eodem lib. 2. c. 11. ...... *effigies deſcripta, negotia digeſta, memoria propagata.* Ex aliis Tertulliani libris, vide & initium *libri de baptiſmo* & *lib. 4. aduerſus Marcionem cap. 3.* ſed & cap. 3. de pallio. *Cedo iam de veſtro quod AEgyptij narrant & Alexander digerit, & Afer legit.* Et libro de anima. *nam & diligentiſſimè digeruntur, vt etiam probentur.* Itaque & *Digeſtum Lucæ* eidem: vnde & Digeſta noſtra: in Gloſſis quoque Philoxeni *Digeſtum* διάταγμα.

quàm de nomine religionis] in Apolog. *quàm de nomine & religione.* Et ſanè de vtróque Tacitus eo loco digerit ſeu tractat, de nominis, inquam, Iudæorum origine, & de religione ſeu cultu eorum

argumentatus] in *argutatus* itaque vox hæc in Apologetico mutari non debuit. *Argumentari* eſt argumenta colligere rei alicuius, diſſerere. Et ſanè ipſe Tacitus. *Argumentum,* inquit, *è nomine petitur.*

in expeditione] Eam deſignat in Apologetico ſpecialius, *AEgypto expeditos, ſiue vt putauit extorres,* vel vt Ms. Fuldenſis habet, *exterminatos.*

vaſtis in locis] Locum præterea deſignat in Apolog. *vaſtis,* inquit, *Arabiæ in locis:* quanquam neque Tacitus eum expreſſit, nec Oroſius Tacitum pariter ſecutus, non magis quàm Tertullianus hoc loco.

aquæ inopia laborantes] Hoc Taciti verbis propius, quàm quod in Apologetico, *aquarum egentiſſimos, cùm ſiti macerarentur.* (vbi tamen & Fuldenſis habet *& aquarum egentiſſimis,* locis ſcil. quod præfero) Ideò autem hæc, quæ vel minima, cum Taciti verbis confero, vt liqueat non ἀναλλάξει ſemper veterum verba laudari: quinimo Tertullianum, ab iis in ſecundis curis ſuis, Apologetico inquam, magis magíſque fermè recedere.

onagris] Tacitus ipſe Latinâ voce *aſinos agreſtes* dixit.

equorum Deâ. Hinc ſanè liquet, Eponæ ſimulacrum exhibitum cum animalibus & ipſo præſepio. Iuuenalis quoque id oſtendit Satyra 8. v. 157. *iurat ſolam Eponam, & Facies olida ad præſepia pictas.* Vbi manifeſta eſt Endiadis: nam *Epona,* & *facies picta* ad præſepia, idem ſunt.

crimini datis] in Apol. improbandum.

omnium] ſc: *pecudum* & *beſtiarum,* vt additum in Apol.

tantum] forte ex veſtigiis ſcripturæ legas *in totum*: in Apolog. ſanè eodem ſenſu, *tantum.*

¶ PAG 24. AD CAPVT XII. de CRVCIS cultu. Conferendum cap. 16. Apologetici.

antiſtes] ita diſerte in Ms. pro quo in Apolog. *crucis religioſos.* Itaque quid hoc faciendum? Mihi mens ea, vt multas alias hiſce libellis, ita & hîc vocem *crucis* librario excidiſſe: mox, pro *antiſtes,* repono *antiſtites. Crucis antiſtites* nempe ſunt crucis religioſi, qui cruci religioſum cultum impendunt, quibus eſt crucis religio *vt verſ. enimuerò*: quibus proinde crux Deus eſt: per quos, vt ſup. cap. 7. loquitur, *cruces diuinitatem ſunt conſecutæ.* Quæ omnia συγχωρητικῶς à Tertulliano ſcribi meminerimus. Vnicum enim hâc parte Tertulliano inſtitutum iſtud eſt, vt eorum criminum, atque in his ἀθεότητος (cuius pars crucis cultus, etiam ex Gentilium ſententiâ) quæ Chriſtianis intendebantur, confeſſionem temporariam interim ſimulet, atque ſi vera forent: de quo pluribus etiam *initio cap.* 10. egi. Argumentum & hoc accedat, quòd initio capitis ſequentis, criminationem illam σταυρολατρείας inhumanitati deputet: eâ quippe defunctus, *Alij,* inquit, *planè HVMANIVS, Solem Chriſtianum Deum æſtimant.* Quod & ipſum fermè Apologetico continetur. v. & quæ dicam *initio cap. ſequentis.* Nempe Tertulliani ſententiâ informis ligni cultus ab omni humanitate, atque humano ſenſu ſemotus eſt: humanior aliquanto opinio illa, quæ de communi ſenſu & ſimplici cognitione deducta, Solem (qui ſcil. diei de ſuo cumulat, fruges caloribus percoquit, & annum ſtationibus ſeruat) colendum putat: vt totidem verbis noſter ait *lib. 2. c. 5.*

conſa . . . . . eos] ɣ *Conſacraneus.* In Apol. *conſecraneus.* vtrouis modo in Gloſſis Philoxeni *Conſacraneus* συμμύστης: & poſt. *conſecraneo* συμμύστη. In Gloſſis Cyrilli συμμύστης: *Conſecraneus.* Maximinus apud Capitolinum in Gordianis. *Sacrati commilitones, imò etiam mei conſecranei.* Adferunt & ex veteri inſcriptione. SACRANEA DEÆ CIRBRIS. Hûc ſanè ſpectant illa. *Crucem igitur conſecratis, à quo incipitur conſecratus.*

de ligno] Nempe, *Ligneæ* cruces fuêre, aureo illo ſæculo.

materiâ] Materia, i. lignum.

colitis penes vos] i. colitis ipſi.

Colitis penes vos cum effigie. & mox. *Veſtrum* (*ſignum crucis*) *humana figura.*

Google

Inſignis locus: quo deinceps componetur æſtus inquirentium, vtrùm Tertulliani tempore cruci ſuperaddita fuerit imago crucifixi. Ecce enim inter Nationum & Chriſtianorum cruces apertum hoc diſcrimen ponit Tertullianus: fuiſſe illas cum effigie & humana figura: has ſuâ propriâ figurâ, non humanâ effigie, non lineamentis humanis, ſed ἀπιλακισμάτας, ſimulacro nudas: atque de hoc differentiam interceſſiſſe: quod obſeruandum: idque confirmat adhuc magis verſiculus proximus.

veſtrum] ſignum crucis: *vt mox*, noſtrum, ſignum crucis.

Viderint] Formula vſitatiſſima Tertulliano, cum quid pertranſit. E multis extra hos libros vel hæc habe: cap. 1. de teſtimonio animæ. *Viderint. ſi qui de vnico & ſolo Deo pronunciauerunt.* cap. 4 ad Scapulam. *viderint qui ſectam mentiuntur* Vt ad Apologetici collationem reuertar: *viderit habitus, dum materia qualitas eadem ſit: viderit forma dum id ipſum Dei corpus ſit.* ita locus hic ibi expreſſus.

dùm ipſum ſit Dei corpus] nempe, vos Nationes aitis, cruces per nos diuinitatem conſecutas eſſe, & ſic crucem velut Deum & Dei corpus à nobis cultu religioſo cultam.

¶ *Quod ſi de hoc &c.*] Age, non conueniat crux illa, cuius cultum nobis imputatis, crucibus veſtris; quia veſtræ humanam figuram, effigiem, humana lineamenta exhibent, noſtra verò nil tale, iam & hoc ipſum vobis probatum eo, nempe lignum informe, i. Crucem ſine formâ humanâ, à vobis coli.

interſedit] χ *intercedit*: niſi malis, *interſidet*.

quanto diſtinguitur] quam paruo differt.

Pallas Attica] nempe, quæ Athenis præcipuo cultu.

Ceres Faria] Ita claris literis Ms. noſter: haud aliter atque meliores Apologetici Mss. *Faria* vel *Pharia*: à quo non multum recedit, quod alij exhibent *Farea*. *Ceres Faria* eſt Iſis ſeu Ceres Ægyptia. Martialis 10. ep. 48 *Nunciat octauam Pharia ſua turba iuuenca, Et pilata redit iamq; ſubitq; cohors.* Itaque *Pharia Iſidis* meminit Euhemerus apud Minucium. In veteri Kalendario Ruſtico menſe Aprili. SACRVM PHARIÆ: ITEM SARAPIA. At cur *Faria* ſeu *Pharia*? ſi Tertullianum noſtrum audimus, ecce libro 2. in fi. c. 8. cùm de Ioſepho & Serapidis imagine agit, *Et Fariam*, inquit, *adiungunt, quam filiam ..... Farao deriuatio nominis eſſe demonſtrat.* &c. Verum verius, Fariam pariter vt Cererem Atticam à loco deductam putare: & Ægyptiam interpretari: & alioquin à Pharo Ægypti: vbi & præcipuo cultu Iſis, ſeu Ceres: vt pote quò felix illa embola inferretur, & vnde Romam poſteà ſubueheretur. Itaque paſſim Martialis Pharij vocem pro Ægyptio vſurpat. Proinde *Farrea*, quam comminiſcuntur, quámque eandem cum Segeriâ volunt, quæ in veteri nummo Saloninæ A., quæque Æliano σιτὼ, hinc abſiſtat.

quæ ſine &c.] in Apol. locus hic ita habet, *quæ ſine effigie rudi palo & informi ligno proſtat.* Neque tamen aut hîc aut illic quicquam mutandum: Nempe, qui in Apologetico illa verba tranſitiua omiſerat, *Quod ſi de hoc*

[i. de

[i. de effigie] *differentia intercedit*, poſtea æquipollentia hæc, *ſine effigie*, ſubieciſſe debuit.

formarum dipalo] *Formas* hîc vocat Tertullianus, ſtructuræ varietatem: *formarum proinde dipalum*, ſpecies crucis compoſitæ ex duobus palis, ſiue ea *decuſſata*, in formam literæ X: ſiue ea *commiſſa*, in formam literæ T: ſiue *immiſſa* (de quâ paulò poſt) Nam hæ tres ſpecies ſunt dipalę crucis, quam compoſitam vocant. Dipalum igitur, crux duobus palis conſtans: quam ideò *totam crucem* & *plenam crucem*, mox, *plenum & ſtructum lignum* vocat, eiq; *robur directâ ſtatione, lignum informe, mutilum* hîc opponit: *rudem palum*, in Apologetico Denique dipalum infrà, crux cum antemna vocatur: & Septuaginta, vt & incertus ſcriptor apud Suidam in v. *δίδυμον* & ἰκλῆςος, *δίδυμον ξύλον* vocant.

Soliſtaticulo] *Soliſtaticulum* quidnam ſit, docet ſatis vel ſequens verſiculus, vbi vocatur *ſedilis exceſſus* Nempe ſoliſtaticulum eſt ſuppedaneum, ſedile eminens in medio crucis ſeu ſtipitis & roboris, quod directâ ſtatione defixum, in quo ſtabat ſeu requieſcebat qui clauis affigebatur cruciarius, eóque ſuſtentabatur, de quo & Irenæus *lib* 2.*c*.42 Iuſtinus *in Tryph.* vocat *ἐν τῷ μέσῳ πηγνύμενον κέρας ὑποπόδιον ἐξέχον, ἐφ' ᾧ ἐποχοῦνται οἱ σταυρούμενοι.* Vt omittam nummum veterem, in quo tale ſoliſtaticulum, *truncum ſuppoſitum* vocat Innocentius 1. *de voto mart.*: tabulam, Gregorius Turonenſis *cap.*6. *de glor martyrum* Sed falluntur omninò humanitùs, qui id à Firmico quoque indicari notabant. Atque, vt argumentum hoc pertexam, obſeruandum, Patres quinque extremitatibus crucem deſignaſſe, quarum quinta fuit ſoliſtaticulum illud, *ὑποπόδιον ἐξέχον* illud. Vt iam cruciarij, ſcriptores aliàs diligentiſſimi, hâc cruce liberati eſſe poſſint, vtrum in cruce ſuppedaneum fuerit, quod hîc Tertullianus tam apertè teſtatur. *Staticuli* alioquin vocem vſurpat Plinius lib 37:c.10. *Achates in Indiâ reddunt ſpecies fluminum, nemorum & iumentorum, etiam eſſeda & ſtaticula, & equorum ornamenta.* Aliâs ſtaticulum pro ſtatuâ vſurpat noſter *adu. Gnoſticos c.*2. & Hieronymus. *Vxor Loth fit ſtaticulum ſalis.*

ligni infirmis] χ *lignis informis*: quomodo & in Apologetico eſt *informi ligno*, vel vt Fuldenſis quoque exhibere voluit, *informo*: nam ibi ſcriptum *infirmo*: *Infirmis* enim & *informum* noſter promiſcuè dixit: hic & *c.*2. *de pallio*: vt cap.14. *deforma ſimulacra.* pro deformia: *Elinquus*, pro elinquis *cap.*6 *de pallio*: *infamus* pro infamis *cap.*4. *de Idololatria* in Ms. noſtro quoque. Porrò *informum lignum*, cui contrarium ſup *formarum dipalum.*

repræſentatur] in Apol. *proſtat.*

& quidem maius] Abſunt hæc ab Apol. reſcribendum tamen *maior*: Maior nempe pars crucis, palus erectaria: quam ita deſcribit, *Robur, quod derectâ ſtatione defigitur.*

derecta] ita Ms. pro *directa*: in Apol. *erectâ.*

¶ *antemnâ ſuâ*] *Antemna*, eſt tranſuerſarium crucis dipalæ lignum, quod humerorum hominis obliquationi & expanſis eius manibus mox comparatur: nempe, ab antemnâ nauis ſeu veli, quod ipſum & *τὸ κέρας* ab-

Digitized by Google

ραι fuit. vt omittam alios, noſter aduerſus Iudæos cap. 10: & totidem verbis, lib. 3. adu. Marcionem, cap. 18. *Nam & in antemnâ nauis, quæ crucis pars eſt* [hoc] *extremitates* [huius] *cornua vocantur: vnicornis autem media ſtipitis palus.* Cœterùm hoc argumentum & ſequens totum quod porrigitur ad ea verba, *At manifeſta iam,* pauciſſimis his verbis in Apologetico perſtrinxit: *Nos, ſi forte, integrum & totum Deum colimus. Diximus* [nempe cap. 12.] *originem Deorum veſtrorum à plaſtis de cruce induci.* Ita enim locus ille interpungendus: hoc ſenſu. Atenim aduerſus ea quæ modò diximus, dicetis, nos integram & totam crucem colere: Verùm ad id reſpondeo non vno modo. Primùm, iam ſuprà oſtendi originem Deorum veſtrorum cùm à plaſtis finguntur, à tota & integra cruce incipere. ¶ *Si forte* apud Tertullianum, pro ſcilicet, nempe, atenim: ita eo ipſo Apol. capite. *ad Perſas ſi forte deputabimur.* & c. 20. *ſi forte diſtinguitur, dum expungitur.* Imò & hoc ipſo libro in fi. c. 5. *coniungimur ſi forte natura:* pro, *atenim coniugimur*

inprimo] vt ſup. c. 8. *inprimum:* vbi v. quæ notaui.

Quod caput emicat] Locus hic quoque ſolemnis deinceps futurus: ex eo quippe conſtabit, crucem de quâ hoc capite agitur, atque adeò Dominicam, non fuiſſe commiſſam, ad formam literæ T, in qua videl. nil extaret, emineret, emicaret ſupra tranſuerſarium lignum ſeu caput (quam etiam noſter repræſentat *lib. 3. aduerſus Marcionem* & Auſonius *Malus vt antemnam fert vertice, ſic ego ſum T.*) verùm fuiſſe crucem immiſſam, in quâ aliquantum ligni directi ſeu ſtipitis ſupra caput emineret, emicaret: de quo alioquin etiam fidem facit Auguſtinus *in Pſalm.* 103. 120. & *tractatu* 118. *in Ioannem & alibi.* Iuſtinus quoque *in Tryphon.* τὸ ἀνώτατον μέρος εἰς κέρας ἐπηρμένον.

quod humerorum obliquatio ....] Videor mihi ex veſtigiis ſcripturæ fugientis rectè diuinare, *quod humerorum obliquatio cornuat. Cornuat*, id eſt ſpeciem cornuum exhibet. Nempe humerorum obliquatio antemnæ crucis hic comparatur: atquin antemnæ ἐξοχαὶ extremitates *cornua* dicta vt aliunde liquet, ita ex Tertulliano iam probauimus. Poëta quoque tertia Æneide.

Cornua velatarum obtendimus antemnarum.

& alibi, *Cornua* abſolutè: ſicut Antemna κέρας πλοίου in Gloſſis Cyrilli, & apud Syneſium *ep.* 4: item κεραία. omitto alia. Ceterùm *cornuare*, vt *Cornualis* apud auctorem de gener. lineament. 5. *Flexuoſa autem linea, ſicut helicis aut cornualis.*

fe .....] *χε feceris.*

ſtatimini] *Statumen*, ſtipes erectus apud Columellam quoque, cui tranſuerſarium tignum imponitur. *Statimen* igitur hic lignum crucis, in quod ſimulacrum omne primo efformatur, ſeu à quâ conſecratus incipitur. Porrò etiam in Apol. *cap* 12. ſimile hoc occurrit. *Quod ſimulacrum non priùs argilla deformat cruci & ſtipiti ſuperſtructa. In patibulo primùm corpus Dei veſtri dedicatur.* Vbi iocularitet labitur, qui legit *deligatur*, quem Tertulliani locus hic etiam refutat.

intex-

Digitized by Google

intex ..... latim] x *intexta paulatim.*
placuit ..... le] x *placuit argilla.*
præ .... tio] x *præparatio.*

tranſmigratur, & mox, *incipitur*] Paſſiua hæc inexpectata: actiua enim ſolemnia magis, & ad aures magis accedentia. Et tamen ſimilia huius locutionis alibi apud noſtrum exempla: vt Apologetici. c. 6. *Cùm mulieres vſque adeò vino abſtinerentur.* & cap. 9. *Sed & nunc in occulto perſeueratur hoc ſacrum facinus.* &c.

Exempli gratia] Et hoc inſigne exemplum genij & ſtili Tertullianei.

Quando] quandoquidem

¶ PAG. 25. *omne omninò genus &c.*] Prorſus ſimiliter & iiſdem propè verbis cap. 20. de præſcript. adu. hæreticos. *Omne genus ad originem ſuam cenſeatur neceſſe eſt.* Vbi pari argumento probat, eas quoque *Apoſtolicas* eſſe Eccleſias, quæ ab Eccleſiis Apoſtolicis traducem fidei & ſemina doctrinæ mutuantur, & ſic ſoboles Eccleſiarum Apoſtolicarum.

cenſum] *Cenſus*, pro origine ſeu ortu, paſſim apud noſtrum: præter hunc & comparem illum, quem modo laudaui, locum, inter alia & hæc exempla infra lib. 2. c. 1. vbi de Varrone: *triplici genere Deorum cenſum diſtinxit*: cenſum, i. originem. & cap. 12. *Tot familiæ, tot nationes cenſus bonâ fide quærunt.* cap. 32. de præſcript. adu. hæreticos: vbi de Apoſtolicis Eccleſiis, quæ ab Apoſtolis inſtitutæ, vel ab Apoſtolicis, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerint, agens. *Hoc enim modo*, inquit, *Apoſtolicæ Eccleſiæ cenſus ſuos deferunt: ſicut Smyrneorum Eccleſia habens Polycarpum ab Ioanne conlocatum refert* &c. & aduerſus Marcionem lib. 4. c. 5. vbi de Eccleſiis Marcionis: *quarum*, inquit, *ſi cenſum requiras, faciliùs apoſtaticum inuenias, quàm Apoſtolicum.* In Apol. c. 7. *Cenſus iſtius diſciplinæ, à Tiberio eſt: cum odio ſui cœpit ſimul veritas atque apparuit inimica eſſe.* & cap. 10. *ab illo* (nempe Saturno) *cenſus totius vel potioris diuinitatis eſt.* Libro de Monogamia. *Cenſus noſter transfertur in Chriſtum* &c. de corona militis cap. 10. *Proprietatem iſtius habitus & ex originis cenſu & ex ſuperſtitionis vſu idolis vindicamus.* Hæc ſufficiant.

quantóque &c.] ſimiliter ſup. c. 7. *quanto enim proni ad malitiam, tanto ad mali fidem opportuni eſtis.* vbi dixi. Item ỹ. lib. 2. c. 12. *quanto diffuſa res eſt, tanto ſubſtringenda nobis erit.*

conuenitur] *Conueniendi* voce vtitur Tertullianus, pro deprehendere, notare, inuenire: ſenſus enim huius loci hic eſt: quomodo res omnis ex ſuâ origine æſtimatur, ita originem in quáque re elucere, deprehendi, & eſſe. Ita de corona militis cap. 10: coronæ vſum, *in idolorum antiquitatibus & ſolemnitatibus & officiis conueniri* dixit: ita 2. aduerſus Marcionem capite 17. *Nota quum vlciſcitur, conſidera quum indulget: repende auſteritati lenitatem, quum vtrúnque conueniris in creatore, inuenies in eo & illud propter quod alterum Deum credis.*

co .. tis] [illegible]. *colitis.*

ſimulacrorum ſylua] *Syluas* ſimulacrorum dixit Tertullianus, non

Digitized by Google

tantum vt in ſimilitudine perſtaret, verùm etiam propter ingentem earum numerum. Apud Plinium ſanè lib. 34. c. 7. *tria millia ſignorum Rhodi nec pauciora Athenis, Olympia, Delphis* Et quid mirum? cùm in omnibus ciuitatis locis etiam de fœdis propoſitas ſciamus: de quo *alibi*. Atque vt *ſyluam ſimulacrorum* hic dixit, ita *ſiluam* de Deorum multitudine infrà lib. 2. *cap.* 9.

¶ *At manifeſta iam*] Nempe ſuprà tacitam & ſecretam crucis formam in omni ſimulacro à Nationibus coli oſtendit: at nunc tria exempla affert, quibus oſtendit, manifeſtas atque in oculos incurrentes cruces à Nationibus cultas: nempe, 1 *Victorias ſeu Tropæa*, 2 *Signa militaria*, 3 *Cantabra & vexilla*.

Victoria] χ *victorias*: vt in Apol. *ſed & victorias adoratis*. *Victorias* autem vocat tropæa, i. victoriarum ſimulacra: nugantur enim, qui *victorias cruces* adiectiuo prolatu accipiunt. Ita quoque paulò poſt: *itaque in victoriis, & cruces colit*: in victoriis, i. tropæis: νικητήρια Græci vocant: quo exemplo putabam aliquando, *Victoria* neutro prolatu ſuſtineri poſſe.

.. *mina*] χ *numina*. Ita primo Annalium Taciti, aquilæ, *propria legionum numina* dicuntur.

letiora] *Letiora*, vel quia κεκοσμημένα πολυτελῶς ἐπιθετικῷ κόσμῳ (quem alioquin tropæorum ornatum ſcriptis ſuis iam alij exornarunt) nam & ita *Letior habitus*, noſtro *cap.* 1 *de habitu virg*: vel quia ὑψομηκῆ.

Con . . . . one &c.] Ægrè hunc locum melius in lucem extollo: diuinare tamen mihi videor, *contignatione*, vel *conpactione*: vt ita lignum tranſuerſarium tropæi intelligat. Nempe diſcrimen hic aliquod inter crucem & victoriarum inteſtina indicari indicant illa. ERVNT, mox QVODAMMODO: Quare id omninò Tertullianus velle videtur, ſi lignum illud tranſuerſarium ſtipitis in quo tropæa ſunt fixa paulo altius extollatur, tùm tropæorum inteſtina crucem omninò relatura: Sanè tropæorum figuræ id omnino confirmant: in his enim tranſuerſarium tignum non eſt ita faſtigio pali ſeu ſtipitis proximum, vt antemna in cruce, verùm palus directaria ſupra tranſuerſarium paulo meliùs emicabat quàm in cruce. Atenim iam fidentior Tertullianus abſciſè in Apologetico ita ſcribit, *cùm in Tropæis cruces inteſtina ſint tropæorum*, nullâ videl. iſtius leuiculæ differentiæ inter antemnam crucis & tranſuerſarium tropæi ratione habitâ, & omiſsâ voce QVODAMMODO, quæ alicuius ſanè diſcriminis & improprietatis nota eſt.

quodammo . . . . . . eum] χ *quodammodo tropeum*.

cruces colit caſtrenſis religio &c.] Malim ita interpungere hunc locum. *Itaque in victoriis & cruces* [ſcil: ſunt] Mox noua ſententia inchoanda. *Colit & caſtrenſis religio ſigna, adorat ſigna, deierat ſigna, ipſi Ioui præfert*. In Apolog. locus hic ita expreſſus. *Religio Romanorum* [abeſt hæc vox à Fuldenſi] *tota caſtrenſis ſigna veneratur, ſigna iurat, ſigna omnibus Diis præponit*.

Sed] i. atquin. Hoc vinculum orationis ab Apolog. abeſt: atque inde lo-

Digitized by Google

de locus aliquanto obſcurior. Nempe, ſignorum monilia crucem referre ait Tertullianus:

imaginum ſuggeſtus] In Apolog. quoque, *omnes illi imaginum ſuggeſtus in ſignis*: nam ita rectè in Fuldenſi Ms. legitur. Quid ſibi autem illa velint, *imaginum ſuggeſtus in ſignis*, pernotum iam iis, qui vel ſignorum imagines depictas viderunt Nempe ibi videre eſt, Imagines Principum plures in ipſo erecto haſtili ſibi mutuò ſuccedentes, atque in altum aſſurgentes. Incertus etiam auctor apud Suidam. τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τῶν σημαιῶν εἴδωλα φερόντων. Ioſephus. 18. Antiqu. 4. προτιμαὶ Καίσαρος αἳ τοῖς σημαίοις προσῆσαν. & mox. μετὰ τοιῶνδε κόσμων σημαίαις. lib. 18. c. 7. εἰκόνας πολλὰς τῶν σημαίαις ἐπικειμένας. Itaque vt ſigna, ita & imagines quoque ipſæ quæ in ſignis σημαῖαι dictæ: & communitùs etiam adorata à militibus: eáque violare militi maximè crimini fuit: de quo accipianda lex *vlt. §. 7. π. ad L. Iul. maieſt:* quem locum alioquin etiam Cuiacius ſuſpectum habet. Sanè nullum dubium, quin Modeſtinus ita ſcripſerit. *Crimen Maieſtatis, facto, vel violatis ſignis, vel imaginibus maximè exacerbatur in milites. Suggeſtus* autem Tertulliano paſſiuitùs pro faſtigio & quoquo in altitudinem educto. Ita & ꝉ. lib. 2. c. 2. *Serapidis ſuggeſtum*, modium illum capiti eius impoſitum vocat: *Capillamenti ſuggeſtum*, de cultu fœm. c. 7: imò cultum mulierum, *confictæ & elaboratæ libidinis ſuggeſtum appellat*: item cap. 18. de Idololatria, *ſuggeſtum & apparatum poteſtatis, honoris, dignitatis.*

& totius auri cultus] Abſunt hæc ab Apolog.

Sic etiam . . . . bris atque vexillis] Ita claris literis *bris* in Ms. Igitur χ. *Sic etiam in cantabris atque vexillis*: pariter vt in Mss. Apologetici melioribus, *ſypara illa vexillorum & cantabrorum ſtolæ crucium ſunt.* Minucius Felix quoque. *Et cantabra & vexilla caſtrorum, quid aliud quàm inauratæ cruces ſunt?* Proinde vt hîc, ita & in Apologetico *laborum* vel *labarum* fruſtrà quæritur: quod nominis an Tertulliani ætate iam fuerit, diſquirunt alij, ego ne diſquirendum quidem puto.

quæ non minore ſanctitate militia cuſtodit] abſunt ab Apol.

Siphara] ita quoque in Mss. Puteani, Fuldenſi: & rectè: σύφαρ eſt exuuium anguis, item pellicula illa rugoſa lacti ſupernatans, vt & rugoſa & exſucca ſeu paſſa ſenum pellis (quam *rugis aratam* diceret Hieronymus) atque etiam ficus conrugata: denique ſyphara ſunt exuuiæ cuiuſq; rei ſtrictæ, rugoſæ, vt ex Lycophrone, Callimacho, Sophrone, Heſychio, Etymologico, Euſtathio notum iam & notatum. Heſychius vnus omnium inſtar eſto. σύφαρ γῆρας τὸ ἰσχνότατον. οἱ δὲ τοῦ ὄφεως. καὶ τὸ ἐρρυτιδωμένον σῦκον, καὶ τὸ ἐπὶ τοῦ γάλακτος ἐπιφανὲς. Hanc ad rem etiam Feſti vel Diaconi locus. *At nunc ſupparos appellamus vela linia in crucem expanſa.* Noſter *ſipara portarum* memorat *c. 1. adu. Valent.* Rectè itaque ſyphara cantabrorum & vexillorum *veſtes* ſeu ſtolæ rugoſæ.

veſtes crucum] in Apolog. *ſtolæ crucum.* Stolæ autem propriè: nam & στολίδες, & στολιδωτοὶ χιτῶνες apud Pollucem *lib. 7. cap. 13.* ſunt, rugæ & rugoſæ ſeu ſtrictæ veſtes, maximè lineæ.

Digitized by Google

Erubeſcitis opinor &c.] διασυρτικὸν hoc, & in id vox *opinor*: de qua ſup. *cap.* 1. In Apolog. non minus διασυρτικῶς. *Laudo diligentiam : noluiſtis nudas & incultas cruces conſecrare.*

Ad Capvt XIII. de Solis cultu.
Confer cap. 16. Apologetici.

humaniùs] vide quæ iam dixi *ſup. cap.* 12. *ad* vocem *antiſtes*. Additum autem hoc loco in Apologetico *& veriſimiliùs*. Nempe, cruces à Chriſtianis coli, vt inhumana Nationum calumnia fuit, ita & omni veriſimilitudine deſtituta. At verò Solem à Chriſtianis coli, etſi calumnia fuerit, & humanior tamen, & paulò veriſimilior fuit: orta ſcil. è duobus ſuſpicione: quorum prius, quòd innotuiſſet Chriſtianos ad Orientis partem, i. ad Solis ortum, preces ſuas facere, labraque vibrare. Ex quo iam ſequitur, Chriſtianos ad cruces non ſolitos preces ſuas allegare: alioquin enim eâdem veriſimilitudine σταυρολάτραι à Nationibus dicti fuiſſent, atque Solis cultores: neque Tertullianus dixiſſet, *Veriſimiliùs Solis cultum quàm Crucis cultum Chriſtianis imputatum ex eâ quam dixi cauſa.*

æſtimant] in Apol. *credunt*: mox ibidem nonnulla *de Solis cultu* apud Perſas ſubiiciuntur, quæ hîc deſiderantur: nempe, habuiſſe Perſas Solem in clypeo depictum, in clypeo, inquam, linteo obducto: ita enim locus ille legendus, interpungendus, intelligendus. *Ad Perſas ſi forte* [i. ſcilicet, ὑπ-ερικῶς] *deputabimur, licet Solem non in linteo depictum adoremus, habentes ipſum vtique* [non *vbique*] *in ſuo clypeo.*

Orientis partem] in Apol. *Orientis regionem*, proprio magis vocabulo. Ex hoc interim etiam loco deinceps liquebit, Chriſtianos more ſolemni ad Orientem conuerſos preces ſuas allegaſſe, vt iam de eo ambigere nonnulli deſinant.

lætitiam curare] in Apol. *lætitiæ indulgemus*: Veriſſimum autem & hoc: nam & ideò die Dominicâ ab omni preſſurâ, i. ritu qui mœrorem aliquem inferret, Chriſtiani aberant, abſtinebant: hinc Ieiunium, hinc geniculatio eâ die interdicta: contrà, mox vt ſubiicietur, otium & prandium eâ die curatum.

affectatione] hinc quoque firmabitur deinceps lectio Apologetici.

Solis initium] in Apolog. *Solis ortum.*

Vos certè eſtis &c.] Hæc de Hebdomadæ apud Gentiles laterculo, dieque Solis abſunt ab Apolog. Interim & ex hoc loco liquet, quàm antiqua hebdomadum ratio ſit: quam longe poſteriorem nonnulli faciunt.

& ex diebus ipſorum &c.] Et hæc ſententia, vſque ad illa, *aut otium*, de religioſo videl. dierum apud Nationes delectu, Chriſtianis proximo,

mo, abeſt ab Apologet.

quo die lauacrum ſubtrahatis] Tria parallela ſeu tres comparationes rituum Chriſtianorum & Gentilitiorum circa dierum obſeruationem hîc ſubiicit Tertullianus, qui ex æquo apud vtróſque obſeruati, quos tamen Chriſtiani à Gentilibus mutuati non fuerant, quin potiùs à Chriſtianis vel Iudæis, Gentiles affectatione quadam. Alioquin meminerimus iſtorum Tertulliani cap. 12. de oratione. *Certe vel eo coërcenda, quòd Gentilibus adæquent.* & mox. *Porrò cùm perinde faciant Nationes, vel propterea in nobis reprehendi meretur, quod apud idola celebratur.* Primum parallelon igitur eſt, eſſe quoque apud Gentiles dies nonnullos, quibus lauacro abſtineant. Sanè Flaminicas Iunonis antiſtitas menſe Maio lauacro & ornatu abſtinuiſſe auctor eſt Plutarchus. *in Roman. q.86.*

aut in veſperam differatis] Secundum parallelon eſt de Lauacro ſerotino ſeu in ſerum religionis ergo conſtituto. Hûc facit & alter, ſed inſignis, Tertulliani locus *lib. de* ieiuniis adu. Pſychicos cap. 16. *Apud quaſdam verò colonias annuo ritu ſaccis velati & cinere conſperſi idolis ſuis inuidiam ſupplicem obijciunt, BALNEA & tabernacula IN NONAM VSQVE CLAVDVNTVR: vnus in publico ignis apud aras: aqua nec in lancibus.* Ecce ritu quoque Gentilitio religioſo balnea in horam nonam vſque clauſa ſcribit: & ſic, quod hîc ait, in veſperam: *prima* enim *veſpera*, poſt horam nonam. Et hoc vt dixi ritu religioſo: cùm alioquin temporiùs ſeu maturiùs publico more lauarentur, ſeu ſtatim pranſuri balneis operarentur, vt ſcribit Apologetici *cap.40 extremo*: ac fermè ab octauâ ad nonam: quod notum ex Martiali *lib.10 ep.48: lib.11. ep.53*: Spartiano, *in v. Seueri*: Lampridio, *in Alex. Seuero*: imò & Tertulliano noſtro *lib. 2. ad vxorem cap.* 4: omitto quæ triſtiores ſeu ſeueriores facere ſoliti & contra quæ intemperantes: De publico more nunc loquor. Contrariâ religione quandóque & diluculo lauabantur: *Apolog. cap.42* Ceterùm parallelon hoc pertinet ad dies ſtationum ſeu dies conuentuum (de quibus iam ſup. *cap.7.* monitum) quibus vt ſemiieiunia, ad NONAM vſque ſcil., obſeruata, quod ex Tertulliano noſtro notum *libro de ieiuniis*, & Prudentio, *in Agone Fructuoſi*, & Epiphanio, *in Anchorato*, ita & ad eandem horam nonam iiſdem ſtationum diebus lauacrum dilatum. Hûc alludit, quod Clemens ille lib. 1. conſtit. Apoſtol. cap.10. mulieribus decimam ad lauandum præſtituit. *ὥρα δέ σοι ἔσω λουτρῷ ἡ τῆς χαμεςλικίας δεκάτη.* Atenim ſuperius parallelon pertinet ad diem Dominicam: quâ die Chriſtiani vt ceteris mundialibus, ita & lauacro prorsùs abſtinuerunt, *vſque ad auctoritatem demorantis ſtellæ*, vt loquitur Tertullianus.

aut otium & prandium curetis] Tertium parallelon: comparat ſcil. otium & conuiuia Chriſtianorum in *die dominicâ* cum otio & conuiuiis ſabbathi, quod & ipſum Gentiles Iudaico more obſeruarunt. Nempe Saturni diem ſeu ſabbathum otio & quieti vbi que gentium, Iudæorum imitatione, aſſignatum fuiſſe etiam Ioſephus *lib. 2. contra Appionem*, & Clemens Alexandrinus *lib.5. ſtromatum* teſtantur: atque, vt in feſtiuitate pu-

blicâ ſeu die læto fieri apud Gentiles ſol[illegible] noſter Apolo. c.35. *& de Idololatr. c.* 15. ita & Sabbathis lucer[illegible]ntas, prodit Seneca, *ep.* 95. Cæterùm hunc locum totum ita expreſſit noſter in Apol. c. 16. *Æquè ſi Diem Solis lætitiæ indulgemus, aliâ longe ratione quàm religione Solis, ſecundo loco ab eis ſumus, qui diem Saturni otio & victui decernunt: exorbitantes & ipſi à Iudaico more quem ignorant.*

Exorbitantes & ipſi à veſtris ad alienas religiones] In Apolog. vt dixi locus hic ita expreſſus: *exorbitantes & ipſi à Iudaico more quem ignorant.* Qui locus hactenùs in fœdiſſimo mendo cubat: expungenda enim præpoſitio à quæ contrariam prorsùs ſententiam Tertulliano affingit. Id enim vult Tertullianus, Gentiles, qui Chriſtianis identidem diuortium ab inſtitutis maiorum obiicere ſolent, & ipſos à maiorum ſuorum religione ad alienas exorbitare. Quod hîc apertè expreſſum eſt.

Iudæi enim feſti] Hæc ad fi. capitis abſunt ab Apologetico: quibus recenſet feſta Iudaica. Sic & lib. 5. adu. Marcionem cap. 4. *Dies obſeruatis & menſes & tempora & annos: & ſabbata, vt opinor, & cœnas puras, & ieiunia, & dies magnos.* Iudaicos faſtos idem dixit 4. aduerſ. Marcion. cap. 3.

¶ PAG. 26. AD CAP. XIV. de ONOCHOETE.

Concordat Apologetici cap. 16.

nec adeò nuper] Imò, *adeò nuper!* Ecce enim infrà *heſternum* vocat: Et in Apologetico, qui tempore poſterior, *ſed noua*, inquit, *iam Dei noſtri in iſtâ ciuitate* PROXIME *editio publicata eſt.* Quare hîc fidenter reſcribo, *& adeò nuper.*

in iſtâ Ciuitate] Quomodo etiam in Apolog: vnde liquet & hos libellos & Apologeticum à Tertulliano ſcriptos in eadem ciuitate. Sed quænam hæc ciuitas? Sanè non eſt vrbs Roma: argumentum hoc inter alia: quòd Apolog. c. 9. vrbem Romam ita deſignet, *Ecce in illâ religioſiſſimâ vrbe Æneadarum piorum.* Siccine enim ſcripturus Tertullianus, ſi aut Romæ ſcriberet, aut ad Senatum Romanum, quod Euſebius alioquin *lib.* 5 *Hiſtor. Eccleſ. cap.* 5. prodidit? Itaque Carthaginem hîc exaudio: nam &, licet pro Chriſtianis omnibus hanc operam ſumpſerit Tertullianus, pro ſuis Afris tamen peculiariter ſumpſit, pariter vt libro ad Scapulam.

Solo detrimento cutis Iudæus] *Circumciſio*, detrimentum cutis.

vti .... magis poteſt beſtiarum morſus] An ſcribendum, *vti harum* &c? vt velit Tertullianus, nullos magis Chriſtianis infeſtos quàm Iudæos: quod etiam indicauit Apol. c. 7. *Tot hoſtes eius* [Chriſtianæ diſciplinæ] *quot extranei: & quidem proprij, ex æmulatione Iudæi.* Idque etiam ſuadeant illa mox. *credidit vulgus ...... Iudæo: Quod enim aliud genus ſeminaria infamiæ noſtræ* (vbi

ele-

Digitized by Google

elegãter Iudæos *Seminariam infamiæ Chriſtianorum* vocat) Sic etiam Iulianus apud Ammianum Marcellinum lib. 22. de Chriſtianorum diſſidiis: *nullas infeſtas hominibus* BESTIAS, *vt ſunt ſibi ferales plerique Chriſtianorum, expertus.* An verò χ: *vt ille magis poteſt beſtiarum orſus*: hoc ſenſu. Nil mirum, tam beſtiali morſu à Iudæo iſto Chriſtianos appeti, quandoquidem ipſe quotidie inter beſtiarum morſus verſetur. *Magis poteſt*, id eſt magis nouit, magis valet ad huiuſmodi morſus: v. quæ notaui de hâc voce *poteſt* cap 10: ibi, *prælatio alterius ſine alterius contumelia non poteſt.*

ad quas ſe locando] *Beſtiarium* deſcribit: quem in Apologetico ita depingit: *quidam in fruſtrandis beſtiis mercenarius noxius.* Qui locus ex hoc noſtro lucem capit: nam quod eo Marſum, Pſyllum vel circulatorem alium deſignari putat vir doctus, fruſtrà eſt: *mercenarius in fruſtrandis beſtiis* eſt beſtiarius, qui ſe ad beſtias locauit, auctorauit. Sed quid fiet ibi voci *noxius*: nam à noxiis diuerſi beſtiarij: hi quippe parabolani, audaces, vltrò ſe ad beſtias auctorabant mercede: illi, ob crimen ad beſtias dati? *Noxium*, pro obnoxio accipio

quoti . . . toto] χ *quotidie toto* &c.

toto iam corpore decutit] Geminam in hoc ex Iudæo circumciſionem deſignat: priorem, quam ſemel, & vnâ tantum corporis parte, & vt Iudæus excepit: alteram, quam & quotidie & toto corpore & vt beſtiarius excipit. *Decutit toto corpore*, i. cutis detrimentum toto corpore patitur. Decutitus vel recutitus iam ante Iudæus ille apellabat decutiendus quotidie ex vitæ inſtituto: nempe, vnguibus, dentibus beſtiarum. *Decutire*, pro cutis detrimentum pati. Notum de Iudæis Recutitis.

pictura in nos p . . . . . .] χ *picturam in nos præfert.*

ONOCHOLTES] Ita hoc loco expreſſa hæc vox in Ms: at mox, *OEnocholtes*: tandem, *fine capitis* diſerte *Ono. boeta.* Eadem varietas in Apologetici codicibus: Apologeticus quippe Puteanorum hodie fratrum, meorum, & Fuldenſis, aliique Gallici, Belgici habent *Onochoitis.* Vaticanus habet, *Onochorſitis.* Bongarſij, *Onochotaſis.* Quo quid faciendum, hactenùs anxiè quæſitum. Sed mirum, editos omnes eam vocem præferre, quæ nullibi in Mss. comparet, puta *Ononychites*, quæ ſuppoſita, blandiente vt exiſtimo monſtri huius quæ hîc ſubiicitur deſcriptione, nempe quaſi aſininè auritum, & pede vngulatum vox hæc deſignauerit. Eſt qui tuetur *Onocorſites*, ἀπὸ τοῦ ὄνου κόρσης: i *ab aſinino capite.* Cuiacius ille (*cuius aciem* ſi quid & in hoc genere fugit mirum iuxta cum hoc nominis monſtro) efficiebat ὀνοκοίτην. Verùm legitimum omninò eſt, *Onochoëtes.* Nempe voce hac aſinùm initiatorem, ſacerdotem, ſacrorum magiſtrum, legúmque ſacrarum latorem, deſignare voluit apella ille, bipedum ſceleſtiſſimus: atque adeò *monſtrum* ſeu *numen biforme* (quomodo in Apolog. vocatur) homine ſcil. & aſino compactum. Vt χοαὶ, ſacra, ſacrificia ita nouo nomine huic impoſtori, χοήτης ſacerdos, pater ſacrorum. Quâre ridendum etiam nomen ait in Apol.: *riſimus*, inquit, *& nomen & formam.* Sanè nomini pictura conuenit: eò quippe pertinet figura tenentis li-

brum, in togâ: nam hic habitus Magiſtri ſacrorum: Togáque vt & liber ad teletas pertinuit. Apuleius lib. 11. *De opertis adytis profert quoſdam* LIBROS *literis ignorabilibus prænotatos &c: indidem mihi prædicat, quæ forent ad vſum teletæ neceſſario præparanda.* quem locum iam cum c. 7. *ſup.* compoſui, vbi de Magiſtris & Patribus ſacrorum agitur. Ceterùm, quemadmodum vix in Chriſtianos quidquam iactatum, quod non & antea fermè de Iudæis ſparſum fuerit, ita & hâc parte huic nebuloni præluſum comperio. Vt omittam de cultu aſini, de quo cap. 11. *ſup.* legas apud Photium, Diodorum *lib* 34. narrantem, ſtatuam lapideam in templi Hieroſolymitani adytis ab Antiocho Epiphane repertam, figura humana, barba promiſſa, quæ *Librum* manibus teneret, atque *Aſino* inſideret. Ἀντίοχος ὁ προσαγορευθεὶς Ἐπιφανής, καταπολεμήσας τοὺς Ἰουδαίους εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἄδυτον τοῦ θεοῦ σηκόν, οὗ [ἦν] νόμιμον εἰσιέναι μόνον τὸν ἱερέα. εὑρὼν δ' ἐν αὐτῷ λίθινον ἄγαλμα ἀνδρὸς βαθυπώγωνος καθήμενον ἐπ' ὄνου μετὰ χεῖρας ἔχον βιβλίον, τοῦτο μὲν ὑπέλαβε Μωσέως εἶναι τοῦ κτίσαντος τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ συστησαμένου τὸ ἔθνος, πρὸς δὲ τούτοις νομοθετήσαντος τὰ μισάνθρωπα παράνομα ἔθη τοῖς Ἰουδαίοις. In Chriſtum itaque noſtrum paria commenta atque in Moſen. Pluribus hæc aliquando tuebimur: nam & moroſæ operæ reuocant, & pleráque per indicem indicaſſe nunc ſuffecerit.

auribus canteriorum] in Apolog. *auribus aſininis*. Ita quoque, quod noſter ſup. cap. 11. & Minucius Felix dixerunt, *totos aſinos colitis*, in Apol. cap. 16. dixit, *totos cantherios*.

in toga] i. *togatus*, vt eſt in Apol: qualia ſexcenta occurrunt. In Peruigilio Veneris. *Totus eſt in armis, idem quando nudus eſt, Amor.*

.... *Iudæo*] χ. *infami Iudæo*. Conuenit quod mox pro ratione ſubiicitur: *quod enim aliud genus ſeminariæ infamiæ noſtræ?*

Seminaria] *Semmaria*, pro ſeminarium: quomodo ſup. *Infantaria, Mendacia, Prodigia, Homicidia.*

...... *in tota ciuitate*] χ. *Exinde in totâ ciuitate*, i. poſt illam nebulonis illius picturam.

tamq... heſternum] χ. *tamquam heſternum*: & niſi literam *q* in Ms. expreſſam viderem, reponerem, *tametſi heſternum*

& qualitate...... infirmum] ſuppleo, *auctoris*: vel, *calumniæ*.

Neque enim intereſt] Confer Apologeticum, vbi alio ioco hanc calumniam repercutit.

deforma] ita Ms. ſed poſteriore manu i litera addita, vt ſit *deformia*. Nihilominus & illud à Tertulliano eſſe poteſt, pariter vt *informum*, pro *informe* ſup. *cap.* 12. vbi dixi.

AD CA-

Digitized by Google

AD CAPVT XV. de INFANTICIDIO & exinde pabulo.

Concordat Apologetici. cap. 9.

qua cade hominis, quaque infanticidiis transegiſſe] pro *qua transegeritis.*

recognoſcetis ſuo ordine: Nunc enim differimus pleráq;, ne eadem videamur vbique retractare] Intelligit rursùm Apologeticum, quem ſub manibus iam habebat, & quidem caput 9. Apologetici: Eodem rursùm pertinent illa hoc ipſo cap. *dum ita quoque in vobis recognoſcitur, vbi opportuniùs poſitum eſt.*

nam etſi non aliter, tamen non aliter vos quoque infanticida] Expungenda priore loco vocula *non*: atque ita legendum: *nam etſi aliter, tamen non aliter* &c. quod ὀξύμωρον: pari forma vt ſup. cap.10: *perinde à vobis deſtrui ac deſpici oſtendam, niſi quod non perinde.* Senſus eſt: etſi non ſacrificij ritu legéque infanticidæ ſitis, attamen infanticidæ eſtis: *Aliter* igitur, & *non aliter*: aliter, quia (vt hoc vobis largiar) ritu diſpari: non aliter, quia pari euentu & ſubſtantiâ veritatis.

Legibus quidem prohibemini: ſed nulla magis . . . es tam impunè, tam ſecurè ſub omnium conſcientia vnius a . . . . . tabellis eluduntur] Audiant vel hæc deinceps, qui negant ante Chriſtianos Principes infanticidio pœnam vllam iure ciuili Romano propoſitam fuiſſe: ioculari etiam ratione, quòd neque homo ſit infans. Ecce enim Tertullianus diſertè infanticidium legibus prohiberi ait: ac proinde pœnam infanticidio conſtitutam: neque enim opinor hæ leges de earum numero fuerunt, quæ *improbè* tantum *factum* pronunciant, quæque minùs perfectæ: audis enim exprobrantem Tertullianum Nationibus, quod has leges ſæculi vitio IMPVNE, ſecurè, ſub omnium conſcientia eluderent: pœna opinor eſt, vbi impunè leges violari viri boni quiritantur. Atque hoc altero næuo Iuriſprudentia noſtra deinceps libera eſto. At dices, quod dicunt viri Magni, quid ergo fuit opus Valentiniani ſenioris A. conſtitutione A. D. 374: *l.1. C. Th. ad L. Corn. de ſicariis*: ſeu *l. 8. C. eod. tit*: vbi infantis necandi piaculo capitale ſupplicium indicitur? Quid putas? nempe prohibitionem eâ conſtitutione recentatam & forte pœnam intenſam video; vt ceteroquin (quod in hoc ipſo argumento de infanticidio noſter ait, Apologetici c. 9.) nullum ſcelus in perpetuum eradicatur, ita leges exoleſcente metu pœnarum recentari, incendi, vel vt loquitur Tacitus, *pœnis incitari* mos eſt.

. . . es] ✗ *leges.*

vnius a . . . . . tabellis eluduntur] ✗ *vnius ætatis* &c. Senſus eſt. Extare quidem communia præcepta (quomodo legem Papinianus definit) eſſe

communem Reip. ſponſionem aduerſus infanticidia, atenim ſub eorundem omnium conſcientia, totius ætatis ſeu ſæculi tabellis eas leges antiquari, abrogari. Nempe alluſum, ad antiquandarum ſeu abrogandarum legum morem: & in vniuerſum ad ſuffragiorum, quæ per tabellas, vſum.

Sed nec eo diſtant] Nationum exceptioni, infanticidia ſua præ Chriſtianorum infanticidio ſi forte excuſantium, occurrit. Nempe dicere poterant: ſaltem infanticidia ſi quæ inter nos admittuntur, non putamus Diis grata: non putamus ad ritum ſacrorum pertinere: non ſacra ratione admittimus, & ſi qui ſunt qui infantes enecant, arbitrio quiſque ſuo non ſacro enecant: vt *cap.* 9. Apologetici expreſſum eſt: qui deinceps hinc lucem accipiet. Sanè, hominem immolari, vel ex eius ſanguine litari huius ſæculi diſciplinâ nefas fuit ſub pœna capitis & beſtiarum, vt docet Paulus *lib.* 5. *ſent. c.* 23. qui etiam forte locus ad Chriſtianos reſpicit. Verùm de eo in CORPORE *Reliquiarum veteru Iuriſprudentia.*

neque . . . . tu] ϰ *neque Deu necatu.*

¶¶ PAG. 27. *aut beſt . . . . tu*] ϰ *aut beſtiis obiicitu.* Ceterùm hoc ipſum rurſùm exprobrat infrà *lib.* 2. *cap.* 12: vbi de Saturno agens, quem filios ſuos deuoraſſe fabulabantur: *meliùs*, inquit, *ipſe, quàm lupis ſi exponeret.*

ſemergitis] ita Ms quomodo Tertullianus ſcripſiſſe potuit.

At & ſi quo . . . . . . diſſimilius] ϰ *At & ſi quo genere* &c. hic ſenſus. Fingite quas libet cúmque differentias inter infanticidia quorum arguimur, & veſtra, atenim veſtra ſceleſtiora ſemper erunt, quia proprios infantes veſtros, propria enecatis pignora: *quanto*, ſcil. *parricidium homicidio intereſt*: quomodo id breuiter in Apol. expreſſit: *quanto intereſt*, i. longe grauius eſt.

quo] ϰ *quod.*

ex . . . . s] ϰ. *extinguitis.*

. . . . . a ratione] ϰ. *à ſacra ratione*: vt ſup. *ritu ſacri.* in Apologet. *ſacro.*

dicimur] malo, *ducimur.*

. . . . dum] ϰ. *Eſto, dùm*

dùm ita quoque &c.] ϰ. *dùm iſta quoque*: *iſta*, hoſtia ſcil. *Dùm recognoſcitur* &c. i. intereà dùm id probatum imus, vel cùm id probemus opportuno loco, nempe in Apologetico *cap.* 9: ſcil. & hanc humanam & infantilem vobis eſſe hoſtiam. vide quæ iam notaui *initio huius cap.*

Si forte] *ſi forte*, pro nempe, paſſim vſurpat Tertullianus: de quo iam dicere anteuerti *cap.* 12: ibi, *antemnâ ſuâ.*

Quanquàm quid minùs] Confer omninò Apologeticum *cap.* 9. circa medium. ibi. *Minus autem & illi faciunt* &c.

quia infantem totum præcocum perhauritis] abſunt hæc ab Apologetico.

præco-

præcocum] *Infantem præcocum*, vt lib. de pallio, *Romana præcoqua ciuitas.* aduerſus Marcionem lib. 3. c. 8. *præcoqui & abortiui quodammodo Marcionitæ.* lib. 4. c. 17. *præcoqua, imò acerba adhuc dilectio.*

Ad Capvt XVI. de Incesto.

Concordat Apologetici cap. 9.

detinebo] v. ſuprà ſi. *cap.* 3.
inceſti verecundi, quòd] vel ita interpunge, *inceſti verecundi quòd* &c.
quodq;] ſuſtineri poſſit: ſed malim *quoque.*
proue ....] γρ. *proueniat.*
igno .....] γρ. *ignoratis.*
Theſias] γρ. *Cteſias*: vt etiam Apol. *c.* 9: v. quæ dixi cap. 8. *ad v. Cynopennæ.*
fiunt] i. miſcentur: vt *facere*, ita & *fieri* hoc ſignificatu.
id quo probauerunt] γρ. *id quoque.*
.... *eſt factitare*] γρ. (*probare eſt factitare*)
ſi quidam] γρ. *ſiquidem.*
cum primus] in Apol. *cum primum.*
Oedippus ......] ſp *Oedipus facie nudâ*: quod confirmant illa mox: *Tra* ...... *conſternatus retracta perſonâ* &c.
Tra ......] γρ. *Tragœdus.*
tu quidem pulcher] σὺ δὲ καλός.
vaniſſimus] Hanc vocem & ſuprà reſtitui fine capitis. 9. *vt vnus atque alius vaniſſimus ait.*

¶¶ Pag. 28. *elaune ten matera dicebatis*] Ita nullo mutato in Ms. ἤλαυνε τὴν ματέρα: præ quo deinceps vana erunt omnia illa quæ in Apologetico commenti: qualia iſta: ἤμεσε εἰς τὴν μητέρα, *imminxit in matrem*: ἐμίλυνε εἰς τὴν ματέρα, *inceſtauit matrem*: ἔμηνε εἰς τὴν μητέρα, *furere in matrem cœpit, & eam adamare*: μέμηνε, *inſanire* ſcil. *qui tantopere de inceſto doleret*: ἤμεσε, *euomuit*: λίγαινε εἰς τὴν ἀλίγυρα, vel ἐλίγαινε εἰς τὰ λιγυρά. i. *reſona argutiſſimè & ſimula rem iſtam ſuauem tibi acerbiſſimam eſſe*: ἐχάλασε εἰς τὴν μητέρα, i. *refudit matri, quod ipſa contulerat.* Valete coniecturæ: verum tenemus: ἤλαυνε τὴν ματέρα. ἐλαύνειν eſt *agitare, incitare equum nauem.* Sophocles Electra. ἤλαυνε δ' ἔσχατος μὲν &c. Pauſanias. τὸ γὰρ χρεὼν ἤδη τοὺς Μεσσηνίους ἤλαυνεν. Heſychius. ἤλαυνε τὸν στρατὸν ἦγε. v. & Suidam *in v.* ἤλαυνον.

vna vel alia] v. ſup. *cap.* 4. *&* 9.
Nos enim] nos ſcil: vel *nos atenim*: v. ſup. cap. 7. ibi, *nihil enim.*
oppoſita] pro *ſuppoſita.*
ſi deſunt &c.] i. vtrum aliqui ſint populi, quos non ad inceſtum multiplices paſſim errores impingant. In Apolog. *cap.* 9. hoc ita expreſſum. *Iam nunc recogitate, quantum liceat erroribus ad inceſta miſcenda ſuppeditante ma-*

Digitized by Google

terias paſſiuitate luxuria.

aliena miſericordia expoſitis] paulò aliter in Apol. v. *l.* 2. *C.Th. de expoſitis:* & l 4. *π. de agnoſc. liber.*

... iores] *ſp. meliores.*

quocunq; loco] *ſp. quottunq; loca:* ac ſi diceret, quot quæſo ſunt loca, &c.

& ſaltus vbiq; luxuriæ] in Apolog. quoque: *libido, cuius vbiq; ſaltus facilè poſſunt alicubi ignaris filios pangere.* Saltus libidinis & luxuriæ propriè: quas mox vocat, *publicatæ libidinis errores ſiue ſtatiuo ſiue ambulatorio titulo*, i. libidinem quocunque tandem loco cum ſcorto & publicarum libidinum victimâ exercitam. Itaque necquicquam hîc obtruditur, *ſatus.*

neſcientibus filios edat] In Apol. c. 9: *ignaris filios pangere.*

..... incurſent] *ſp. filij incurſent.*

libidinis ....] *ſp. libidinis errores.*

ſtatiuo, vel ambulatorio titulo] Nempe *ſtatiuo*, domi: *ambulatorio*, peregrè, vt *ſup.*

compagines] Ita lego ex veſtigiis fugientis ſcripturæ: *Compagines generis*, i. vt paulò ante, ſanguinis mixtiones, quibus qui ex eodem genere ſunt & ſanguine commiſcentur, compinguntur.

Vnde adeò mimis & comœdis] *Comœdiarum* nempe complurimarum argumentum hoc, generis incertitudo ex ſaltu libidinis & luxuriæ.

Vnde iſta quoque talis ante tragœdia erupit, Fuſciano Præfecto vrbi] Singularem hunc locum expendo *in Prolegomenis.* Memorabilis ſanè hæc hiſtoria, quæ paulò ante hos libellos euenit, & quidem ſub extremis Commodi Imp. temporibus. Fuſcianus quippe, cuius hîc mentio fit, fuit Præfectus Vrbi ſub Commodo A. D. 193: in quâ mox Præfecturâ Vrbica, Pertinacem (paulò poſt Imperatorem) ſucceſſorem habuit. Capitolinus in v. Pertinacis. *Pertinax Præfectus vrbi factus: in quâ Præfecturâ poſt Fuſcianum hominem ſeuerum, Pertinax mitiſſimus & humaniſſimus fuit: & ipſi Commodo plurimùm placuit, quia ille eſſet, iterùm cùm Pertinax factus eſt. Tunc Pertinax interficiendi Commodi conſcientiam delatam ſibi ab aliis non fugit.* Vbi obiter illuſtranda veniunt illa: *quia ille eſſet, iterùm cùm Pertinax factus eſt.* Senſus igitur loci illius hic eſt, Commodo ideò quoque Pertinacem plurimùm placuiſſe, quia ipſe eſſet quoque Conſul, cùm Pertinax iterum Cos. factus eſt, i. quia ipſe Commodus Imp. haberet in Conſulatu collegam Pertinacem iterùm Conſulem: & ſic deſignatur illis verbis Annus Domini 194: Nempe Principibus Romanis ij vel maximè placuêre, atque exinde his fauere ſe plurimùm teſtabantur, quos priuatos ſibi collegas in Conſulatu & quidem iterùm adſciſcerent. Ceterùm loquendi hæc forma apud Hiſtoriæ Auguſtæ Scriptores, vt deſignatis Conſulum nominibus, & numero, vocem tamen *Conſul* vel *Conſulatus* omitterent: nempe ita, *hoc & illo*, omiſsâ voce *Conſulibus* Ita & Spartianus, loco pariter hactenùs non intellecto, *in v. Adriani. In adoptionis ſponſionem venit, Palma & Celſo, inimicis ſemper ſuis, & quos poſteà ipſe inſequutus eſt, in ſuſpicionem affe-*

ctata

ctata tyrannidis lapſos. Ait, *Palma & Celſo*, pro *Palma & Celſo Coſs.* Verùm in viam. Fuſciani Præfecturam memorat quoque Dio fragm. *lib.* 79. *in Auito p.* 908. Σῖος δὲ δὴ Κάρης ὁ τῷ φουσκιανῷ τῷ πολιαρχήσαντι ἐχθρὸς &c.

Tragœdia] Hâc eadem voce in eodem argumento vtitur Clemens Alexandrinus, *lib.* 3. *cap.* 3. ὡς τὸ ἀδεὲς τῆς συνουσίας πολλὰς ἐργάζεται Τραγῳδίας.

Præfecto vrbi & poſt *bona filio ma . . ſuperſtiti Præfectus adſcribit.*] Nempe, etiam ante Seuerum Imp., criminum intra vrbem cognitio ad Præfectum vrbis pertinuit: quod alibi iam oſtendimus. Poſteriùs enim iam ſub Seuero centeſimaria diœceſis conſtituta.

iudicata punitione Senatus] Atquin in hac facti ſpecie nemini pœna irrogata? Sanè hic legendum puto, *iudicata cognitione Senatus.*

progreſſus] puer ſcil: ita quoque Iuriſconſultorum nonnulli ſpecies indefinitè ponunt, & in his Scæuola: ita quoque abſolutè J. cap. 18. *remenſus eſt.*

ætate] iam maiore, iam pubes, adoleſcens: *ætas*, pro pubertate, adoleſcentiâ.

vtitur Græco] v. mox quæ dicam.

vt veſtra] vt veſtra conſuetudo eſt, vt mos veſter: huius moris ſanè teſtimonium & ſup. cap. 4. Quanquam *vt veſtra*, non muto, atque ita accipio, vt veſtræ res ſunt, quod eodem recidit.

¶¶ PAG. 29. *Dei voluntate . . .*] ſupple *fit.*

ma . . ſuperſtiti] *ſ. malè ſuperſtiti:* i. quem viuere non oportuit poſt tantum flagitium. Ceterùm profligatiſſimi hi huius ſæculi mores ac nefandi fuêre, vt οἱ σοφοὶ quoque τῶν νόμων portenta hæc inulta ſinerent: quod teſtatur Clemens Alexandrinus *lib.* 3. *Pædagog.* 3. & quoúſque hæc proceſſerint memorat (neque enim ego memorare ſuſtineo) Iuſtinus haud procùl ab *initio Orationis* 2. item *Apol.* 2. & Tatianus, *in Apologia* Minucius Felix. Itaque & Lampridius duobus locis, *in v. Heliogabal & in v. Alex. Seueri.* teſtatur, etiam ſub Alexandro Seuero in vſu atque impunita hæc fuiſſe: Philippum tandem vetuiſſe: quod etiam Victor Schotti prodit loco huic Tertullianæo haud abſimili. *Quod fruſtratum*, inquit, *iri æſtimans Imp. Philippus, tum quia forte præteriens filij ſimulem pro meritorio ephebum conſpexerat, vſum virilis ſcorti remouendum honeſtiſſimè conſultauit: verumtamen manet* &c. Proinde Scantiniam iam nemo timebat, vt noſter diſertè ſcribit *cap.* 12. de *monogamia:* Quâ causâ, quod non ſine horrore memoriâ repeto, pœnam huius ſœculi legibus in Pandectas relatis, huic portento expreſſam minùs videmus: Tanta hæc huic ſæculo macula exprobranda venit: cui eluendæ Alexander Seuerus manum admouere veritus, eâ causâ quam Lampridius memorat: manum admouit Philippus, ſed reducta: tandem Chriſtiani Principes quantum in ſe obuiam iuêre portento Romæ præualenti.

publica] *ꝫ. publicè*

eru . . . .] *ꝫ. eruendorum:* vt mox, *ſemel planè erui poteſt.*

Sacramentis] *Sacramentorum* vox hîc latiore ſignificatu,pro ſacro, & quidem ſacro fœdere, quo Chriſtiani inter ſe fœderabantur,conſecranei fiebant : vt paſſim alibi, ita *& hîc & 4. aduerſus Marcionem cap. 5. Dico apud illas* [Eccleſias] *nec ſolas iam Apoſtolicas , ſed apud vniuerſas quæ illis de ſocietate ſacramenti confœderantur.*

Ad Capvt XVII. de Irreligione in Cæſares.

Concordat Apologetici. cap.35.

DE OBSTINATIONIBVS] De hoc *Obſtinationis* crimine, eóque gemino , agitur hoc & proximo capite : Iam enim tria ſuperius crimina retorſit , ἀθεότητα, Θυέστεια δεῖπνα, & Οἰδιποδείας μίξεις. *Obſtinationem* autem in Chriſtianis vocabant,eam Chriſtianorum conſtantiam, quâ nihil non humani agebant,auerſabantur, ſubibant,quò recto talo ſtarent, atque à propoſito religionis nullatenus dimouerentur : Eò pertinet,irreligio in Cæſares,quæ his intendebatur : de quo *hoc cap.* item,contemptus mortis & tormentorum perpeſſio: de quo *cap. proximo.*

præſumptionibus] de his agitur capite ab hinc altero , nempe 19. vbi *perſuaſiones* etiam vocantur. *Præſumptio* propriâ voce hîc & *d.cap.19.* & *Apol. c.49.* de fide Chriſtianâ circa mortuorum reſurrectionem & vltimum iudicium: quod etiam liquet ex libro *de teſtimonio animæ c.4.*

quæ ſecunda] Secundus titulus læſæ auguſtioris maieſtatis vocatur Apolog. *cap.28.* eodem Apol. *cap 35.* religio ſecundæ maieſtatis, de quâ in ſecundum ſacrilegium conuenimur.Similiter Vlpianus,libro ſeptimo de officio Proconſulis (quo Principum in Chriſtianos edicta complexus fuerat) maieſtatis crimen, *proximum ſacrilegio crimen* dixit.

hoſtes populi] ſup.cap.7. *nos hoſtes publicè.*

quotidie Cæſares & Parthici & Medici & Germanici fiant] Senſus eſt:rebelles Nationes Imperatoribus titulos & cognomina victricia ſubminiſtrare:nullum tale cognomentum ex Chriſtianorum rebellione quenquam Principum ſibi vnquam peperiſſe. Ceterum,*Parthorum, Medorum, Germanorum* nomina hîc ideò expreſſit,quia cum his nationibus quotidie Romanis Principibus hoc ſæculo res erat : atque inde cognomina illa Principibus:ipſi Seuero nominatim , Parthici nomen A. D. 198: vt ex Spartiano liquet. Sed & idem docet, Caracallam, Germanici,Parthici nomina titulis ſuis adſcripſiſſe.

in quibus] inter quos cenſendæ : an inter Chriſtianos, an verò inter Gentiles.

Vos tamen &c.] Senſus eſt. Non exteras modò Nationes in Principes Romanos rebelles atque indomitas eſſe, verùm & Romanos ipſos aduerſus Principes Romanos conſpirare.

vel

Digitized by Google

vel in Palatiis ipſis] *Pertinacem* Imp. omninò intelligit, qui in Palatio occiſus, quanquam & Iulianus quoque in Palatio cæſus. Verùm quia Seuerus hunc hoſtem habuit, illius verò memoriam coluit, de illo potiùs ſenſit Tertullianus. Et hoc ipſum eſt, quod & in Apologetico cap. 15. ſcribit *Vnde, qui armati Palatium irrumpunt omnibus Sigeriis atque Partheniis audaciores?* Ita enim locus ille in veteribus editionibus & Ms. omnibus extat: maléque illud *Sigeriis* mutarunt in *Stephanis*: vel mutatum voluerunt, in *Sergiis*, vel *Chæreis*. Nempe Sigerius & Parthenius Domitiani Cubicularij, eiuſdémque præcipui ſiue interfectores ſiue interficiendi auctores fuêre. Martialis lib 4 ep 88: vbi vetulum ſalutatorem perſtringit.

Diſcurris totâ vagus vrbe, nec vlla cathedra eſt,
Cui non mâne feras irrequietus aue.
Et ſine te nulli fas eſt prodire Tribuno:
Nec caret officio Conſul vterq; tuo.
Et ſacro decies repetis PALLATIA *cliuo,*
SIGERIOSQVE *meros*, PARTHENIOSQVE *ſonas.*
Hæc faciant ſanè iuuenes: deformius, Afer,
Omninò nihil eſt ardelione ſene.

Dio apud Xiphilinum Ἐπεβουλεύθη δὲ αὐτῷ καὶ συνεσκευάσαντο τὴν πρᾶξιν, ΠΑΡΘΕΝΙΟΣ τε ὁ πρόκοιτος αὐτοῦ, καίτοι οὕτω τιμώμενος παρ' αὐτοῦ ὡς καὶ ξιφηφορεῖν, καὶ ΣΙΓΗΡΟΣ ἐν τῇ προκοιτίᾳ καὶ αὐτὸς ὢν, Ἔντελλός τε ὁ τῶν τῆς ἀρχῆς βιβλίων διέπων, μετὰ Στεφάνου ἀπελευθέρου. Clarum itaque iam quid eo Apologetici loco Tertullianus voluerit: & clarum eum cum hoc componendum. Quare & illud clarum, perperam Apologetici locum illum ad Plautiani coniurationem referri, quæ hûc minimè facit. Audis enim agere hîc Tertullianum de cœſis Principibus: *in Palatiis*, inquit, *ipſis ſanguinis Cæſaris notam fixit*: quod & illa Apologetici exempla oſtendunt, Sigerij, inquam & Parthenij, qui vtique factâ in Palatium irruptione Domitianum interfecerunt. Itaque exerta parricidia Tertullianus deſignare voluit: & quidem in Apologetico duobus exemplis, Commodi & Pertinacis indicatis. Denique vt hîc, ita & in Apologetico per læſæ maieſtatis ſpecies ordine decurritur.

Adhuc Syriæ cadauerum odoribus ſpirant] *Peſcennium Nigrum* & affectatam ab ipſo maieſtatem intelligit: cuius hiſtoria nota: is quippe è totius Syriæ (quæ vtique pluribus Syriis conſtabat) Præſide Imperium affectauerat: de quo, v. Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores, Herodianum, Dionem, Spartianum, Capitolinum.

adhuc Galliæ Rhodano ſuo non lauant] cadauera ſcil: de *Clodio Albino* autem intelligit, cuius etiam caput in Rhodanum cum aliis abiectum: vide Spartianum, *Seuero*: Capitolinum, *in v Clodij Albini*. Dionem, *apud Xiphilinum*. Porò duo hîc recentiſſima maieſtatis in prouinciis affectatæ exempla memorare contentus eſt: alibi autem tertiam Caſſianam altiùs paulò repetit & addit, vt in Apologetico *c.* 35: ita & lib. ad Scapulam cap. 2. *ſi*, inquit, *& circa maieſtatem Imperatoris infamamur, tamen nunquam Albiniani, nec*

Nigriani, vel Caßiani inueniri potuerunt Chriſtiani. Interim & hic locus ad peruestigandum tempus quo hi libelli conſcripti facit: de quo in *Prolegomenis*

Veſaniæ crimina] *Veſaniæ crimina* vocat, apertas in Principem coniurationes, perduellionis denique & parricidij crimina (quâ alioquin *veſaniæ* voce in crimine maieſtatis diuinæ appetitæ vtitur lex 15. *Cod. Theod. de hæreticis*) Nempe in duas ſpecies maieſtatis crimen hîc diſpeſcit Tertullianus: in *Veſaniæ* crimen, & *Vanitatis* ſacrilegium: illud facto armíſque, hoc verbis ſeu lingua: vt mox noſter ſubiiciet: quod vicinum legi *vlt. π. ad L. Iul maieſt*: atque iis quæ eâ occaſione tractant Interpretes.

...ueniam] *χ. conueniam.*

& ipſius vernaculæ gentis] Confer Apolog. cap. 35: ibi, *ipſos Quirites* &c. vbi hæc his reſpondent: *ipſam vernaculam ſeptem collium plebem conuenio:* ſcilicet, *vernaculam* gentem ſeu plebem vocat populum Romanę vrbis, quaſi domeſticam, Romæ natam, a gentem intra ſeptem colles: nam ſuprà de prouinciis egit. At *vernacula vrbanitas* iam alio ſenſu, vt & *procacia vrbanæ plebis*.

..feſtiuos] *χ. & feſtiuos. Feſtiuos* autem vocat, famoſos.

quos ſtatuæ ſciunt.] *Statuis* feſtiui libelli affixi, proſcripti. Talis ille titulus ſtatuæ Neronis: *Ego quid potui, ſed tu culeum meruiſti:* vt & inſcriptio illa Græca: *nunc demùm agona eſſe:* & *traheret tandem* apud Suetonium, *Nerone cap.* 45: vbi *trahendi* verbum eodem pertinet, quò *trahendi, tractitij & Tiberini* poſt Heliogabali mortem: de quo v. Lampridium. Columnis pariter, quæ ſtatuis proximæ & coniunctæ, huiuſmodi feſtiui adfixi: qualis ille: *Etiam Neronem cantando Gallos excitaſſe* apud Suetonium, *Nerone cap.* 46.

...ta à concilio] *χ. dicta à concilio.* A concilio, i. à popularibus in ſpectaculis *Concilium* apud Tertullianum pro theatrali: eóque etiam aptat *cap* 3. *de ſpectaculis* illud è Pſalmo: *Felix qui non abiit in concilium impiorum & in viâ peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtium non ſedit.* Imò & *Eccleſiam Diaboli* vocat *cap.* 27. *eiuſdem libri.*

atque maledicta quæ Circi ſonant] Noſter rursùm de ſpectaculis cap. 16. *Sed quid Circo amarius: vbi ne Principibus quidem aut ciuibus ſuis parcunt?* Talia fuêre illa, quæ poſt hos libellos Caracallæ Circenſibus conclamata: *nos viuos perdimus, vt mortuos ſepeliamus:* & alia ſimilia. de quo Dio *apud Xiphilinum*, & Herodianus *in Caracalla* 546 *in fi.* Talia illa conuitia, quæ ante hos libellos Iuliano populus geminauit, teſte Spartiano, *in Iuliano.* Talia, quibus Marcus, quibus Verus laceſſiti: de quibus Capitolinus in Marco. *Fuit conſuetudo Marco, vt in Circenſium ſpectaculo legeret audiretq; ac ſubſcriberet: ex quo quidem ſæpè iocis popularibus dicitur laceßitus.* Idem, in Vero. *Denique etiam præſens & cum Marco ſedens multas à Venetianis eſt paßus iniurias, quod turpißimè contra eos faueret: nam & volucri equo Praſino aureum ſimulacrum fecerat, quod ſecum portabat: cui quidem paſſas vuas & nucleos in vicem hordei in præſepe ponebat: quem ſagis fuco tinctis coopertum, in Tiberianam ad ſe adduci iubebat: cui mortuo ſepulcrum*

Digitized

pulcrum in Vaticano fecit: &c. Quæ verba ſatis multa ideò adſcripſi, quia Apologetici illa (quæ loco iſtorum ad quæ nunc ſcribimus, adpoſuit) illuſtrare mihi videntur: *Teſtu eſt Tiberis,& fibula beſtiarum:* quæ ipſa procul-dubio *maledicta* ſunt, quæ hic *Circi ſonare* dicuntur: non ea, quæ poſt mortem tyranni alicuius iactabantur (neque enim ea maledictis rectè connumerantur) verum quæ in os fermè præſenti Principi ingerebantur: ſolemni iam formulâ Tertulliani æuo: IN TIBERIANAM, item, AD SCHOLAM BESTIARVM: occaſione arreptâ, tùm ab immodico beſtiarum ſtudio,tùm à Tiberiana domo Principum. Nempe *Tiberiana* domus Romæ Antoninorum & Cæſarum domus hoc ſæculo fuit. Ita Antoninus Pius: *Marcum Antoninum Cæſaris appellatione donatum in Tiberianam domum tranſgredi iuſſit,& aulico faſtigio ornauit:* vt ſcribit Capitolinus *in vitâ Marci.* Ita Verus in eâ domo educatus,eodem Capitolino teſte: atque in eâ habitauit. In eâ etiam alioquin domo bibliotheca inſignis fuit, cuius meminit Gellius *lib.*13.*c.*18: & Vopiſcus,*in* Probo.

Si non armis .... im lingua] ✗ *Saltim*, vel, *atenim linguâ*. Nempe maieſtatis crimen non facto ſolum ſed & verbis impiis [ac maledictis] maximè exacerbatur: vt eſt apud Paulum 5.*ſentent.tit.*29. §.1. Verba impia, ſunt maledicta in Principem, vt in illo, *Impiè locutus parmularius.* Alia autem eſt ſententia Modeſtini *in l.*7. §. *vlt. ff. ad L.Iul. maieſt:* vt iam notaui *cap.*12. *ad v. imaginum ſuggeſtus.*

... Genium] ✗. *per Genium.*

...... veſtros] ✗ *quidem veſtros.*

ſuper .... um] ✗ *ſupérque eum.*

Immò &c.] Concordat Apologetici cap.33.& 34: ibi.*Non enim Deum Imperatorem dicam,vel quia mentiri neſcio,vel quia illum deridere non audeo.* Item: *Si non de mendacio erubeſcit adulatio,eiuſmodi hominem Deum appellans,timeat ſaltem de infauſto: Maledictum eſt ante apotheoſim Deum Cæſarem nuncupare.* Minucius Felix. *Inuitis hic denique hoc nomen adſcribitur: optant in homine perſeuerare,fieri ſe Deos metuunt:etſi iam ſenes, nolunt.*

.... t eſſe] ✗. *non cupit eſſe.*

DEVS FIERI] Minucius. *FIERI ſe DEOS metuunt.* Indidem illud, *vt puto DEVS FIO*: item illud. *totum fuiſti, totum viciſti. Iam DEVS ESTO victor.*

Ad CAPVT XVIII. de CONTEMPTV mortis & tormentorum.

Confer cap. vlt. Apologetici.

Reliquum obſtinationis in illo capitulo collocatis] Nempe & hæc penes Nationes detrectatio fidei fuit, vt noſter ait *lib.de patientia cap.*3. *in fi:* Expeditum morti genus, Chriſtianos: *cap.*1. *de ſpectaculis*; vbi pariter *obſti-*

Digitized by Google

nationis verbo hâc in re vtitur.

neque gladios &c.] Solemnis hæc pœnarum in Chriſtianos quadriga: gladius, crux, beſtiæ, ignis: Quas vt hic & *cap.3. & 6. ſup.* ita & aliis libris noſter ſæpè indicat & cumulat: Præter *cap.30. in fi. Apolog*: ad Martyras cap.4. *Timebit forſitan caro gladium grauem, & crucem excelſam, & rabiem beſtiarum, & ſummam ignium pœnam* Et mox. *vt gladium, ignem, crucem, beſtias, tormenta contemnat*. Lib de patientia cap.13. *vt verbera, vt ignem, vt crucem, vt beſtias, gladium conſtantiſſimè tolleret.* De pudicitia cap.22. *Puta nunc ſub gladio iam capite librato, puta in patibulo iam corpore expanſo, puta in ſtipite iam leone conceſſo, puta in axe iam incendio adſtricto, in ipſâ dico ſecuritate & poſſeſſione martyrij.*

magna laude penſantia virtute didicerunt] repono, *magna laude penſari à virtute didicerunt*: porrò didicerunt, pro ſolent.

quot & quantos] *impendit, abſumpſit*, vel quid tale ſupplendum.

voluntarios] Parabolanos intelligit, qui ſponte libera, mox vt loquitur, ſeſe gladiis obiiciunt, & mercede locant.

crucis verò nouitatem numeroſa, abſtruſa &c.] *Nouitatem* ideò, quia primus Regulus exquiſitum hoc ſupplicij genus excepit. *Numeroſam* rectè: notum .n. de machinâ vel arca illâ clauis ſeu ſtimulis acutiſſimis vndique eminentibus confixa, cui incluſus fuit Regulus, ex noſtro ad Martyras c.4: Valerio *lib.1. c.2: extern.1.* Gellio, *lib.6. c.4.* Auguſtino, 1. *de Ciuit. Dei cap.15.* aliis. in Apol. quoque. c. vlt. *Regulus toto corpore cruces patitur. Abſtruſam* quoque vocat, propter ea quæ tradit Tubero apud Gellium *d. cap.* De perpetuæ vigiliæ cruciatu, palpebrarum diductione, ad ſolem oppoſitione nil memorat Tertullianus.

Regina AEgypti] Cleopatra. v. & ad martyres *cap* 4.

Ignes poſt &c.] Nota hiſtoria de Aſdrubalis vxoris fortitudine, quam noſter rurſùm memorat *lib. 2. cap. 9.* & ad Martyras *cap. 4.* memorat etiam è Liuio Florus *lib. 57.* Appianus, *Libycis*: Valerius, 3. *cap. 2. extern.* 8.

ignes inuadere] in incendium patriæ deuolaſſe, ait. d. *cap. 4. ad Martyr*: incubuiſſe in ignes ardentes Carthaginis *d. lib. 2. cap. 9. in fi.* Ac vt ignes inuadi, ita ignis & quidquid vorax præterea inuadere dictum.

ipſa Dido] Cùm ſuperiorem de Aſdrubalis vxore hiſtoriam omittat Tertullianus Apologetici cap.vlt: hanc ſanè ita memorat: *aliqua Carthaginis conditrix rogo ſe ſecundum matrimonium dedit*: quem locum ita rectè exhibet Fuldenſis. *rogo ſecundum matrimonium euadit.* Eandem reponit noſter lib. de monogam. *cap. vlt.* ad martyras *cap.4.* exhortat. ad caſtitatem *c. vlt.*

Sed & tormenta mulier Attica &c.] Eandem notiſſimam hiſtoriam memorat & Apol. *c.vlt.* & *cap.4.* ad Martyras.

paſtam] in Apolog *comeſtam*.

laude] ellipſis *prę de.* vel reſcribendum *laudi.*

De hu] loco, *ab hu.*

robu-

Digitized by Google

robu ....ris] χ. *robuſtioris.*

at nunc tranquillitate pacis: &c.] Hinc colligas, *pacem* in Imperio Romano hoc tempore fuiſſe : pariter vt eo tempore, quo librum de pallio ſcribebat: cùm ait. *Gaudeo vos tam proſperos temporum, cum ita vacat ac iuuat, habitus denotare pacis. Hæc & annona & ocia ab imperio & à cælo. Bene eſt: Tamen* &c. Vbi endiadis eſt in illis verbis, *& annona & ocia*: pro, *annona otij*. Neque enim ibi *annona* eſt εὐετηρία frugum, multo minus indulgentia & largitas Seueri in Afros: ſed annona ocij, i. tam alta largáque pax, tanta temporum proſperitas: id enim eſt quod paulò ante dixit: *gaudeo vos tam proſperos temporum, cum ita vacat ac iuuat* &c.

tranquillitate] ita editum volui, vt etiam Ms. exhibet, fugientibus quamlibet literis.

etiam in extraneos ....:] χ. eſſe.

Reſpondete igitur &c.] Aduerſus exempla patientiæ & fortitudinis aduerſus ſupplicia & mortes, reſponſare poterant Nationes: veteribus illis temporibus duritiem illum potuiſſe procedere &c? Itaque nunc Tertullianus exempla huius ipſius ſæculi ſui digerit ſeu conſignat: & quidem ita, vt ſingula fermè exempla ſingulis illis pœnarum, quæ in Chriſtianos exercebantur, generibus ordine apponat: è quibus eundem mortis contemptum inter Nationes deprehendere licet quem inter Chriſtianos. Sunt autem hæc: Auctorare ſe ad laniſtas ſeu ad *gladium* nonnullos: militiæ nomen dare: *beſtiarios* eſſe meridiarios: *Incendiali* tunicâ veſtiri nonnullos atque in id ſe auctorare. Adiicit, & flagris ſe nonnullos obiicere: & calones plagis gloriari: quæ duo contemptus tormentorum exempla ſunt.

contemptu] ex contemptu.

ad latant ſtas] χ *ad laniſtas.* v. interim de hoc ipſo *caput* 5. ad Martyras.

......., mortis] χ. *non metu mortis.*

ſi femina aliquid de beſtiis famoſa mors eſt] An reponas, ſi feminæ *aliqui*, pro alicubi? an ad *famoſa* referamus, ita, *aliquid famoſa*? Poſſis & *aliquid femina*, pro *alicuius femina* interpretari: quale & illud: *quid mulieris vxorem habes?* Quæ locutio & hîc cum contemptu ſeu contumelia. Neque omninò abſimilis illa, quâ noſter voce *aliquis* vtitur: Senecam aliquem *Apol. c.* 12: aliqua Carthaginis conditrix, *c. vlt.* Platonis alicuius *cap. 3. de reſurr. carnis*. Aliquos Numidas *c. 4. de Pallio*: i. Numidas illos ipſos: Nempe Tertullianus eo cap. demonſtrat, Romanitatem non tantum quò ad cœtera mutatam, verùm etiam quo ad *modum* ipſum *veſtis*, i. veſte ipsâ Romanos Græcari: ac nominatim Afros: neque enim cum Carthaginienſibus tantum Tertulliano rem ibi eſſe verba illa luci claro arguunt, *in prouinciis melius exercitis*: item. *Quid tibi, Libya & Europa, cum exoticis mundiciis*, quas [ironicôs, ſcilicet!] *veſtire non noſti*? Et, vt pergam in eo quod nunc inſtitui ἐκ παρόδου, ita omninò principium capitis illius nullo mutato, interpungendum. *Quid nunc? ſi eſt Romanitas omnis alia, veſtis tamen nec ad mo-*

dum Græci eſtis! *At non ita eſt*. Nempe ſibi opponit Tertullianus. Sed forte (quod aliquis dicturus eſt) eſt quidem Romanitas omnis alia, i. quo ad cetera Græcatim agitis, ſed non quoad habitum? Sed reſpondet. Immò id non ita eſt: probatum enim nunc eo vobis aliquot exemplis, & cultu quoque & veſtitu Romanitatem eſſe aliam. *Si eſt*, ibi poſitum, pro, At forte eſt, vel *ſit licet*. *Veſtis ad modum*, i. quoad veſtem.

medie quotidie] an legendum, *meridie quotidie*? ſanè meridianos hîc indubiè indicat: de quibus & ſup. *cap.* 10. Sed forſan erunt, qui iſtud *medie*, pro meridie Tertulliano adſerent. Ego malim, *medio quotidie pacis*: *medio pacis*, i. media plenâque pace.

ad beſtias itis] v. de hoc ipſo ad martyras *cap.* 5.

¶ Pag. 31. *crucem configendi corporis machinam*] *Crucem* eleganter deſcribit, ac nominatim crucem illam Reguli: in eâdem re alij ſcriptores eandem *machina* vocem vſurpant.

pepigit] i. ex compacto ad ſupplicium rediit.

ex quo ſe quidam &c.] Hoc idem prodit & lib. ad Martyras *c.* 5.

proxime] Multa *de proximo* allegat noſter, *hic* & mox rurſum *fine cap*: & Apologetici *cap.* 1. 16. *vlt*. ad Scapulam *c.* 3. &c.

veſtiendum incendiali tunica] *Incendialis tunica* hæc eſt illa, illa moleſta tunica, Chriſtianis nimis olim nota. vt quam inhabitare eis neceſſe fuerit. Noſter hanc eandem hiſtoriam referens cap. 5. ad Martyr: *iam & ad ignes*, inquit, *quidam ſe auctorauerunt, vt certum ſpatium in tunica ardente conficerent* Memorant hanc Chriſtianorum tunicam moleſtam Seneca *ep.* 14: Iuuenalis *Satyra* 8. *v.* 235: Martialis *lib.* 10. *ep.* 15.

hoc quoque] Id ipſum retexit c. 5. *ad Martyres. alij*, inquit, *inter venatorum taureas ſcapulis patientiſſimis inambulauerunt*.

Ad Cap. XIX. de Resvrrectione, & vltimo Ivdicio. Concordat Apologet. cap. 47. 48. 49.

vobiſcum] ita repoſui: nam Ms. apertâ mendâ habet, *nobiſcum*.

Spes reſurrectionis, faſtidium eſt mortis] verè dictum, & ſi quod aliud, Chriſtianè dictum.

Spongea vel inter . . linguâ delere] ✗. *vel intereà*. v. de ludo Lugdunenſi apud Suetonium.

literas interim veſtras] *Interim*, i. etiam, omninò: ſic & c. 19. Apolog. *ipſos Deos veſtros, ipſa templa & ſacra & oracula, vnius interim Prophetæ ſcrinium ſeculis vincit*: & c. 2. de pallio: *fungitur interim & ipſe mundus iſte quem incumbimus*: Item c. 4. *ſuadeo reuerere habitum, vnius interim erroris tui renunciatorem*: qui duo poſtremi loci omninò rectè habent, & perperàm interim ſolicitantur: vt pluribus alibi oſtendo.

. . . . . *Ariſtide*] ✗ *omiſſo Ariſtide*.

. . . . . *quoque*] ✗ *locus quoque*: nam & ſuprà, *amœno in loco*.

non,

non aliàs] i. non aliter: vt ſup. c. 9: *non aliàs ſuperfluiſſent in hodiernum:* & c. 2. de pallio: *ſi quid mare diluit & aliàs compenſatò verſura redit.* aliàs, i. aliter, alio modo: non vt interpretantur, alio loco & tempore.

Pætici] ſp. *Poëtici.* & iſtud pro *Poëtæ.*

re-ipi prouocatione] ſp. *reciprocatione.* Apol. c. 48. *ſi quæcunq; ratio præeſt animarum humanarum reciprocandarum in corpora.*

Ad Capvt vlt. Conclvsio.

Quoniam] ſp. *Quónam.*

¶¶ Pag. 32. *de fine.*] tandem, vltimùm.

redigit conſcientia &c.] Locum hunc ita reſtituo. *Immò iam de fine ſimulata confeſſio redigit conſcientiam, ad veritatem: & ad conſtantiam, veritas.* Nempe, fac crimina illa omnia quæ nobis intenduntur nos confiteri, nullâ etiam criminum relatione factâ, atenim hæc confeſſio noſtra duo adhuc requirit. Primùm vt videatis diſpiciatis, num *vera* ſit confeſſio noſtra, num naturæ conueniat, in quæ & naturam recipere poſſit (de quo iam quoque ſuprà *cap.* 2.) deinde nùm in confeſſione illâ perſiſtamus, num probationibus legitimis conſtet, conſiſtat. Nempe duo hæc in confeſſionibus reorum requiruntur: neque enim confeſſio nuda ſufficit, quod ſimulata eſſe poteſt: & ſunt qui perire volunt, id quod etiam ſup. c. 2. iam indicauit: ibi quamquam confeſſis difficilè credatis. Primò igitur requiritur *Veritas*, i. vt, quomodo loquuntur, de corpore & veſtigiis delicti conſtet: Secundò requiritur *Conſtantia*, i. vt non tantum ore proprio confeſſus ſit reus ſemel, verùm vt & in eâ confeſſione perſiſtat, & legitimè admiſiſſe conuincatur. Atque hæc quoque omninò tradunt non Pragmatici tantùm verùm & leges noſtræ. *l* 1. § *item illud* 24. *π. ad Sc. Syllan. l.* 1. § 17. 27. *π. de quæſtionibus:* v & de ciuilibus cauſis *l.* 13. *in pr. l.* 14 *in fi. π de interrogator action.* Breuiter: Confeſſio rei, *veritatem & Conſtantiam* requirit: quibus terminis deinceps Iuriſconſultos noſtros vti ſuadeo, non illis & Barbaris, quibus hodie vtimur.

conſcientia] v. ſup. initium cap 6.

à nobis ſolis] ſuſtiri eri poteſt: i. *apud nos ſolos.*

quibus . . lata] ſp. *delata. Quibus,* pro *de quibus.*

ſent . . . .] ſp *ſententia eſt:* intelligit autem iuris ſententiam ſeu definitionem. *v. l.* 20. *π. de quæſtionibus: l* 9. *C de teſtib:* quæ etiam in Notoriis ſeu quorum conſtans fama eſt, obtinet. Gloſſ. *in cap Deus omnipotens.* § *quando autem: in verbo iudicis* 2. *qu.* 1: Salicetus, *in l. ea quidem* 7. *n.* 82. *C. de accuſat.*

negle . . . . .] ſp. *neglegetis.*

in aliis . . . . . . tis] ſp. *in aliis excuſetis.*

relatum] an *reatum?* Illud ita tueor: vt *relatus* ſit relatio criminis proprio ſignificatu, quæ fit ad transferendum crimen.

. . . . opere] ſp. *peſſimo opere:* vel *diuerſo,* aut tale quid.

by Google

in . . . . .] *ſp. inceſti*

exertiores] i. ſeueriores, diſciplinatiores, quæ & ipſa vox eſt noſtri c. 1. *de fugâ in perſecut.* v. ſup. *cap.* 10. *in octauo argumento.*

ſubiecti] obnoxij, rei: *ſubiectus*, ὑπεύθυνος. Honorius Imp. in *l vlt.* C. *Th. de accuſat.* ſeu *l.* 17. C. *Iuſt. eod. tit: ne ſubiectam innocentiam faciamus*: vbi, quiſquis tandem ſit ille, malè poſuit *feriamus*.

ab . . . .] *ſp. ab ignaris.*

abſoluti] innocentes.

aut . . . . . .] *ſp. aut trabem: aut*, pro *aut potius.* v. & ſimile quid cap. 39. *Apolog.*

potuerimus] potuimus.

vobis, Errorem amare &c.] vos ſcil. v. & ſup. *cap.* 3.

oditis] ita, *oditur* cap. 3. Apol.

FINIS NOTARUM AD LIBRUM I.

NOTÆ

NOTAE IN LIBRVM SECVNDVM.

DE VANITATE *Deorum: ſeu* ERRORE *Nationum in ſe.*] Huius tituli rationem iam initio libri Primi reddidi. Porrò cùm plura ſint, quæ in Apologetico libro Primo reſpondeant, haud adeò multa huic poſteriori reſpondent: & reſpondent tamen adhuc octo eius capita: nempe cap. 10. 11. 12. 24. 25. 26. 46. 47. Argumentum eius vt Græci, & in his Clemens. Alexandrinus, Theodoretus, alij, pleniùs executi ſunt, ita & Latini, & inter hos Lactantius maximè libris tribus prioribus Inſtitutionum Diuinarum: quorum primus, *de Falſa religione:* ſecundus, *de origine erroris:* tertius, *de falſa ſapientia:* Omnium pleniſſimè Auguſtinus nominatim libro Quarto, Sexto & Septimo de Ciuitate Dei: quibus eundem ſibi quem hoc libro Tertullianus ſcopum propoſuit, exagitandæ inquam & refutandæ triplicis illius Theologiæ à Varrone propoſitæ: itémque iis refutandis, quæ Varro de Diis ſelectis Romanorum ſcripſerat: Quininò Tertulliani hâc parte inſtitutum hoc libro apertè iis libris imitatus Auguſtinus: ſic quidem etiam, vt initio libri ſeptimi, locum ex Tertulliano, qui ſanè capite nono huius libri Poſterioris continetur, laudet. *Qua in re,* inquit, *non dico quod facetius ait Tertullianus fortaſſe quàm verius, ſi Dij ſeliguntur vt bulbi, vtique cæteri improbi iudicantur. Non hoc dico:* &c. De quo adhuc aliquid in *Prolegomenis.* Itaque & eò breuior in *Notis* ad hunc librum ero: Quæ Tertulliano propria premere, itémque obſcurioribus lucem præferre, poſtremùm lacunas explere, quod inter hæc initia nouellę editionis abundè, contentus.

AD CAPVT I.

Miſerandæ Nationes.] ita quoque lib. 1. c. 7.
prouocans &c.] in Apolog. c. 10. pariter: *Appellamus & prouocamus à vo-*

bis [*ipſis*: hæc vox in Fuldenſi Ms.] *ad conſcientiam veſtram: illa nos iudicet, illa nos damnet* [vel vt in Fuld. *illa condamnet.*]

... *eria*] ꝗ. *materia*: Erroris ſcil. materia, ignorantia voluntaria: vt quâ error alitur.

erroris ....] ſ. *eruatur.*

præſcriptione] dixi ſup. *cap.3. libri* 1.

nuntiatio] denunciatio.

inſtitutos] ſcil. conſter.

quidni] pro, *quinimò.*

quæcunq;] ſ. *quoſcúnque.*

¶ PAG. 38. *auctoritates receptorum*] *Recepta* vocat, conſuetudinem, vt mox vocatur, ſeu quæ conſuetudine, quæ traditione recepta: nam & poſteà inſtitutionibus maiorum, reſpondet *vetuſtas*: legibus dominantium, *neceſſitas*: argumentationibus prudentium, *exempla.* ¶ Interim obſeruandum hoc loco: quibus potiſſimùm rationibus ſuam Nationes religionem tuiti ſint aduerſus veritatem: nempe quinque his. 1 *Maiorum* inſtitutis ſeu vetuſtate: 2 Auctoritatibus receptorum, i. *conſuetudine*: 3 *Legibus* dominantium, i. Neceſſitate: 4 *Argumentationibus prudentum* ſeu Exemplis: 5 denique *Prodigiis* ſeu Miraculis.

iſtam] bis hæc vox hic repetita: cuius geminationis alterum exemplum infrà *cap.2.*

VARRONIS DIVINARVM] Et hos Varronis Diuinarum libros ad compendium elegit ſibique propoſuit Auguſtinus, libris quos dixi *De Ciuitate Dei.* Ceterùm è ſedecim Varronis Diuinarum libris, quatuor ſibi hîc pro ſcopo Tertullianus delegit: *Primum* ſcilicet, qui Generalis fuit, quoque Theologiæ diuiſionem illam triplicem Varro complexus fuerat: quò pertinent *octo priora* huius libri capita: Tùm poſtremos tres, puta *decimumquartum, decimumquintum decimumſextum*: in quibus Varro de Diis Romanorum egerat: puta de Diis certis *lib.14*: de Incertis *lib.15.* De Præcipuis atque ſelectis *libro 16. totius operis nouiſſimo.* Atque his refutandis Tertullianus poſteriorem huius libri partem impendit.

digeſtis] dixi ſup. *lib 1 c.11.*

inſinuatores] i. qui Deos prodiderint primi: Ceterùm conferendus Auguſtinus 6. *de ciuitate Dei cap. 5*: vbi de hac à Varrone propoſitâ Theologiæ diuiſione.

cenſum] dixi ſup. *lib 1.c.12.*

Vnum eſſe Phyſicum] Et primò tamen de Mythico egiſſe Varronem liquet ex Auguſtino *d. cap 5.* tum, de Phyſico: tandem, de Ciuili.

Sed .... *ceptio eſt*] repleo, *inanis deceptio*: vel potiùs *incerta præceptio eſt*: præceptio, i. animi præſumptio, coniectura, πρόληψις: *argumentatio* mox, item *ſuſpicio, collectio.*

ſed ....] ſ. *ſed paſſiua*: vt mox. *apud populos paſſiua omnia, quia voluntaria.* item, *adoptionibus paſſiuis. Paſſiuum*, pro promiſcuo, paſſiuitùs apud noſtrum.

hiſtoria] fabularis.

AD CA-

Digitized by Google

Ad Capvt II. de Physica Theologiâ.
Concordat Apologetici cap. 46. 47.

Sed Phyſicorum &c.] Varro ipſe quid de eâ Phyſicâ Theologiâ ſenſerit, arguit fragmentum eius quod memorat Auguſtinus 6. *de Ciuitat. Dei cap.* 5.

Mancipium ſapientiæ] Philoſophos, vel *mancipium*, vel quod malo *mancipes* (cuius genitiuum ita extulerit, *mancipium*) *ſapientiæ* vocat: id eſt fiduciarios, cuſtodes: de quâ voce iam dixi ſup. *lib.* 1. *c.* 9. *v. mancipe erroris.*

Sanè, mera ſapientia Philoſophorum!] ita Ironicôs hoc legendum: ſcil. puram putatis & defœcatam Philoſophorum ſapientiam vos Nationes: atqui non eſſe eam meram conteſtatur varietas opinionum. Ita *meram Stoicorum rationem* dixit Cicero. Poſſis & *meram* interpretari, nudam & inanem, & infirmam, cui mox opponatur *plena atque perfecta ſapientia.* Contrà, *primam ſapientiam* vocat ſup. *lib.* 1. *c.* 4. *& cap.* 4 *de pallio*, diſciplinam Chriſtianam.

¶¶ Pag. 39 .... *diuina*] χ. *nam etiam diuina*. Porrò quod enunciationem, i. ſententiam Solomonis Nationib. opponit, hinc colligere datur, Solomonis ſententias, etiam inter Nationes, quę diuinis ſcripturis incurſabant (mox vt ait) receptæ iam auctoritatis hoc tempore fuiſſe. Et ſanè ſententias è ſacris codicibus & Chriſtianorum in vſum Nationum deriuatas hoc ſæculo iam multas liquet. De Alexandro Seuero, paulò poſt hos libellos, Lampridius: *Clamabatq; ſæpiùs, quod à quibuſdam ſiue Iudæis ſiue Chriſtianis audierat, & tenebat: idq; per præconem quum aliquem emendaret, dici iubebat. Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Quam ſententiam vſque adeò dilexit, vt & in Palatio & in publicis operibus præſcribi iuberet.* Quo minùs mirum, quarto iam ſæculo id factum: vt vel ex Themiſtio liquet, *Orat.* 5. *&* 9. qui illud vſurpat, *Cor Regis in manu Dei.* quam Ἀσσυρίων λόγον vocat, ſeu ἐκ Ἀσσυρίων γραμμάτων deſumptam.

..... *in Deum*] χ. *metus in Deum.* Ita libro de præſumptionib. adu. hæreticos. c. 43. *vbi Deus, ibi metus in Deum, qui eſt initium ſapientiæ: vbi metus in Deum, ibi grauitas honeſta* &c. Ita ℑ. mox: *exorbitantes ſcilicet ab initio ſapientiæ, id eſt metu in Deum.*

Itaq; Deum timuerit &c] Locus corruptiſſimus: ita eum reſtituam: *Quiq; Deum timuerit, ignotio omnium: Deum, (omnium notitiam & veritatem) adſecutus, plenam atque perfectam ſapientiam obtinebit.* hoc ſenſu: Ignorantiam ſeu ignarum etiam omnium aliarum rerum, Deum timere non poſſe: contra qui Deum adſecutus fuerit id eſt certò nouerit, eum plenam & perfectam ſapientiam obtinere: quia Deus ſit omnium rerum notitia & veritas.

licet enim per curioſitatem &c.] Vide omninò hanc ad rem Apologetici *cap.* 47. vbi diuinam literaturam, theſaurum fuiſſe ait poſteriori cuique

ſapientiæ: Poëtas, ſophiſtas omnes de Prophetarum fonte potaſſe, inde Philoſophos ſitim ingenij ſui rigaſſe: mox ſubiicit: *ſiquid in ſanctis ſcripturis offenderunt digeſtis, pro inſtituto curioſitatis ad propria verterunt.*

dempſiſſe] vel etiam *deſumpſiſſe.*

.....nt] χ. *aberrant.*

deſpexiſſe] editum volui *diſpexiſſe.*

non omnibus ....] repleo, *credidiſſe*: quod ſuadent illa mox, *per ſcrupuloſitatem*. Item Apologetici cap.47. quod cum hoc concordat: *neque ſatis credentes diuina eſſe.*

eueritatis] χ. *veritatis.*

.......ue fide nutat] χ. *plerumq; fide nutat.* Sententia autem hæc in Apol. cap.47. ita expreſſa: *Nam & ſi qua ſimplicitas erat veritatis, eo magis ſcrupuloſitas humana fidem aſpernata mutabat*: vel potius vt Fuldenſis aliiq; Mss. exhibent, & hic locus oſtendit *nutabat*. Hoc interim diſcriminis inter hæc loca: quod veritatem hîc nutantem facit, per ſcrupuloſitatem humanam: at in Apologetico, ſcrupuloſitatem nutantem, per veritatis ſimplicitatem. Quod vtrumque verum: nam & ſimplicitas veritatis, ſcrupulum iniicere ſolet ſæculo ſeu Gentilibus, quod Apoſtolus dixit, eam ἰδιωτείαν μωρίαν eſſe, & ſic fide nutat ipſa: viceuerſa, ſcrupuloſitas humana nutat, dum ſimplicem veritatem videt & ridet. Attamen, ſi quis in loco Apologetici malit, *mutabat*, tueri id etiam poſſit præiudicio horum ſequentium mox. *ad proprij ingenij opera mutaſſe.*

gloria] dixi ſup. *lib.1. cap.*10. ad *v. quos ſuperbia.*

per quod incertum abiit &c.] in Apol. cap. 47. ita: *per quod incertum miſcuerunt etiam quod inuenerant certum*: vel, vt habebat Fuldenſis, *in incertum.*

& facta &c] abeſt hæc ſententia ab Apol.

eo] ſ. *Deo.* ita Apol. c. 47. *inuentum enim ſolummodo Deum non vt inuenerant, diſputauerunt.* pro *diſputauerunt*, hîc *expoſuerunt.*

vt] ita vt.

qualitatis] γρ. *vel qualitate*, vt eſt in Apol. *vel qualitatibus.*

etiam de fide] ita clarè Ms: atenim in Apol. *& de ſede: de ſede ſcil*: i. *vbi*, vt Auguſtino teſte Varro dixit, num extra, num intra mundum: de quo mox. Eam tamen lectionem non ideò hîc præferam: Rectum eſt hîc, etiam de fide: vt oſtendit *verſ. extant teſtimonia.*

arbitrium] χ. *arbitrum.* Porrò hæc verba *& arbitrum & Iudicem* abſunt ab Apolog. pro quibus tamen exhibet Fuldenſis *factorem & actorem rerum.*

neminem] plenius in Apolog. *neminem humanis rebus.* vel vt Fuldenſ. *in rebus humanis.* Nemo abſolutè, pro inerti, infructuoſo, inexercito, otioſo. Ita & Minucius: Epicurus ille, *qui Deos aut otioſos fingit, aut nullos.*

extra mundum Platonici quem non penitùs admiſerant] i. vt in Apologetico ait, *poſitum intra mundum Platonici aſſeuerant.*

Tha-

Digitized by Google

Thales] confer locum Apologetici cap. 46.
Socrates ipſe &c.] concordat locus Apol. c.46. *circa medium.*
ſeſecari] in Apolog. *proſecari.*
.... *re eius*] ϰ. *metus ſubire eius*: de metu in Deum quippe hîc agit Tertullianus, qui ex notitiâ profluit.
De Mundo .... dicimus hunc &c.] *de Mundo iſto*, vel, *iſtud dicimus (hûc enim Phyſicum Theologia genus cogunt) Quid? non ita Deos tradiderunt*, vt &c. Nempe incertam & inconſtantem Philoſophorum de Deo definitionem, ait ſe Mundi exemplo oſtenſurum, quò cum alioquin omnes Philoſophorum de Diis ſententiæ referantur, vt oſtendit pariter ex Varrone Auguſtinus 7. *de Ciuit. Dei cap.* 28. 29. & ſic Phyſica Theologia omnis, attamen variè id fieri admodùm à Philoſophis.
vt Solem, Lunam ....] repleo *atherem.*
Acteſilaus] ϰ. *Arceſilaus.*
VARRO, ignem, mundi animum facit] confer Auguſtinum 7. *de Ciuit. Dei cap.* 6. & 29.

AD CAPVT III. de ELEMENTA Deos non eſſe: & refutatur primum argumentum.

ſuo loco] cap. 7. *infrà.*
quod] pro *quid* ſeu *aliquid*. Iſtud aliquid autem, continet *Primam* generalem rationem, præſcriptionem, quâ euincitur, Elementa Deos non eſſe: nempe quod & ex his nati alij dicantur: & qui nati, Dij non ſint.
.... *am oſtenſuri ſumus*] ϰ. *arguendo, iam* &c.
Vt] hæc vox intercidit librario.
demonſtrando] videor mihi nunc legere *demonſtrantes.*
orta] nunc mihi legere omninò videor *elementa:* & ſanè vox *orta* ſubſiſtere hîc neutiquam poteſt.
magnatorum] ϰ. *agnatorum. Agnatos* vocat de elementis natos.
praſtrue .... non eſſe] ϰ. *praſtruemus, rectè Deos non eſſe.*
Scitum] ita legere mihi videor.
contineat] *continet.*
ſummaliter] Aduerſus Hermogenem cap. 31. *Et ita nouum non eſt, vt id ſolum QVOD CONTINET, nominetur, quà SVMMALE: in iſto autem intelligatur & quod continetur, quà portionale.* Tale & illud apud noſtrum non ſemel, *maſſaliter.*
præminiſtrans] pro, ante miniſtrans. Libro 1. ad vxorem cap. 2. *Igitur per licentiam tunc paſſiuam, materia ſubſequentium emendationum præminiſtrabantur*: ſimpliciter, pro miniſterium exhibere c. 11. de baptiſmo. *ſemper is dicitur facere, cui præminiſtratur.*
¶¶ PAG. 41. *& membrorum*] *vt membrorum.*
qua] pro, *quæ*: vt mox, *qua corporum conditio,*

Digitized by Google

Platonis humanitas] Ita quoque Auguſtinus 2. *de Ciuit. Dei* 14.

in finem] pro *finem*. vt mox dicitur. vt ſup. *imprimum* lib. 1. c. 8. & 12.

non capit videri Deus] οὐ χωρεῖ. Formula hæc ſi quæ alia Tertulliano vſitatiſſima. Ex innumeris exemplis, Apolog. c. 17. *Deum æſtimari facit, dùm æſtimari non capit.* & infinitis aliis locis.

quicquam . . . naſci] ſ. *quicquam Deo naſci.*

negatam generationem Dei & natiuitatem] nempe Stoici, quod ſupra dictum, negabant quicquam de Deo naſci, & ſic generationem Dei negabant: v. Varronis locum apud Auguſtinum 4 *de Ciuit.* 32. item Deum non naſci, & ſic natiuitatem negabant.

fruſtra credi propoſuit] Deeſſe voculam aliquam coniicio inter fruſtra & credi: nam in Ms compareret adhuc litera *u*. itaque repleo *vobis*

VARRO] confer locos Varronis apud Auguſtinum *lib. 7. de Ciuit. Dei cap* 6. 23 24. 28 Porrò hinc incipit *Prima* Rationis quâ Elementorum diuinitas à Varrone adſtruebatur, ex eo nempe quòd *Elementa animalia diceret*, refutatio. Et hoc deinceps Varronis fragmentis adiiciendum.

adiectatur] ita editum volui, quomodo eſt in Ms.

. . . . *corpus eſſe*] ſ. *mortale corpus eſſe.*

contingamus ea & contingamur ab eis] Numeri mutatio, quam etiam apud Iuriſconſultos noſtros obſeruare eſt: cùm antea nonniſi ſingulari numero corpus dixerit.

cer . . . . . . pora ex illis decidere videamus] ſ. *certaq́; tempora ex illis decidere videamus*: quæ ſi vera eſt lectio, ſenſus fuerit, ſtata temporum interualla de corporibus noſtris quid lancinare, & quodammodo præcidere: vel legendum, *certaq́; corpora ex illis decidere videamus* Sanè huc pertinent verba Iuriſconſulti *in l. 76. ff. de iudiciis*, ex ſcholâ Philoſophorum, pariter vt hæc deſumpta: *propterea quod, vt Philoſophi dicerent, ex quibus particulis minimis conſiteremus, hæ cottidie ex noſtro* CORPORE DECEDERENT, *aliaq́; extrinſecus in earum locum accederent.*

depoſit . . . . . . ne animæ] ꝗ. *depoſitâ ratione animæ*: i. citra rationem animæ.

qua] *qua*, vt ſup. *qua Platonis humanitas.*

non vtiq́; . . . .] ꝗ. *non vtiq́; Dei elementa.*

Quoniam . . . . uentur] ꝗ. *quoniam elementa mouentur*. aucto numero punctorum.

mouer . . . .] ꝗ. *moueri non animalia.*

vltrò præuenit, dicens] Et hoc nouum Varronis fragmentum.

motatore eorum] Libro de anima cap. 12 *vt volunt, qui etiam vniuerſitatis motatorem animum decernunt illum Deum Socratis* &c] & ſ. cap. *Motatorem dico cœleſtium rerum.* Artificem & arbitrum motus mox vocat.

vt imiatore] ꝗ. & *initiatore*: qui initium ſeu principium dat cuicumque rei, & quidem hîc, motui. Aduerſus Marcionem lib 4. c. 14. *Hic erit ſermo optimus benedictionis ſcilicet, qui & noui quoque Teſtamenti initiator agnoſcitur & veteri exemplo*

quod non videatur] *quod non videtur.*

credant

Digitized by Google

credantur] *creduntur.*

..*cipitu*] *χ. recipitis*

¶¶ PAG. 42. .....*non videntur*] *χ. & qui non videntur.*

anima ...] *ſp. animalia.*

.... *non ſtatim*] *ſp. illa non ſtatim.*

.... *vetat*] *ſp. quid vetat.*

.... *lia ſanè*] *ſp. colere animalia ſanè.*

AD CAPVT IV. ELEMENTA Deos non eſſe, & ſecundum argumentum refutatur.

Aiunt quidam] *Secundum* argumentum, quo elementorum diuinitas adſtruebatur, ab etymo ſcil. vocis θεῶ petitum, hoc capite refutatur.

.... *atos*] *ſp. fuiſſe appellatos.*

thin & ſieſta] *ſp.* θέειν vel θεῖν, & ἰζίσθαι: Inde ſcil. θεὸς & ζᾶν. Sanè Plato *in Cratylo* & interpres eius Proclus θεὸς ἀπὸ τοῦ θεῖν deduci arbitrantur: ἀπὸ τῆς ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν, θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι. Moſchopulus quoque ex Ariſtotelis ſententia ab eodem verbo deducit θέω.

.... *vocabulum*] *ſp. Ergo iam vocabulum.*

.... *tatis*] *ſp. nomen diuinitatis.*

dominatione] *ſp. denominatione.*

ille vnus Deus ....] *ſp. ille vnus Deus, quem colimus.*

.... *at*] *ſp. eius appareat.*

.... *ſumptum*] *ſp. ſit aliunde deſumptum.*

quia ſe] *ſp. quia à ſe.*

.... *interpretationis eius aſtutia*] *ſp. Itaque ſemotâ interpretationis eius aſtutia.*

Denique] v. quæ dixi libro ſuperiore *cap. 4. p. 76. voce denique.*

aque immobiles] vox *aquè* hic abundat fruſtrà geminata.

modulata] lib. 1. cap. 3. ſup. *Etiam cùm corruptè à vobis Chreſtiani pronuntiamur, ſic quoque de ſuauitate vel bonitate modulatum eſt.* vbi v. quæ notaui.

Quod is] *ſp. Quod ſi.*

reprehenſum] *deprehenſum*

in catera qua Deos vultis] *in cetera qua Deos vultis propagatis.* vel, *diffunditis.*

h.. ſolo] *ſp. hoc ſolo.*

in ..... tu ſunt] *ſp. in promptu ſunt*: vt ſup. *quòd non ſit in promptu.*

vacuata comparatione eorum] editum oportuit, vt eſt in Ms. *vacat à comparatione eorum.*

diuer .... tem] *ſp. diuerſitatem*

¶¶ PAG. 43. *propo* ....] *ſp. propoſita.*

quam ..... diſti] ſ*p. quam non vidiſti.*

non habes coniungere] Græciſmus frequens Tertulliano: ſic interalia *habemus amittere*, de patienti.cap.7: *habes viuere*, de Idololatr.c.5: *mori habuit*, de habitu mul.c.1: *ſuccurrere habebat*, ad vxorem 1. c.2. *habeo loqui*. de virginib. vel. c.1: *naſci non habebat*: *cap.6.eod.*

..... ratione] ſ*p. neque ratione.*

Zeno quoque materiam mundialem à Deo ſeparat] Notum Stoicorum iſtud, in Naturâ Deum ſeu efficientem à materiâ ſeu patiente diſtinguentium: v. ſaltem Laërtium, Senecam, *ep.65.89.* Lactantium lib.*7.c.3.*

alig ....] χ. *aligenea.* pro, heterogenea.

S ....] χ. *Surſum mens.*

deſcen .... lo Platonica forma] ſ*p. deſcendere. Rotunda mundo Platonica forma.* Nempe & Platoni mundus σφαιροειδής.

Quadratum cum angulatúmque com .... do circino rotundo ita collegit,] Hunc locum non reſtituo.

Sed Epicurus] *ſed & Epicurus.*

Solis orbem pedalem deprehendit] Nempe Epicuro Solis magnitudo ea viſa quæ oculis videtur, τηλικοῦτον ἥλιον, ὁποῖος φαίνεται.

... totum cœlum] *dum totum cœlum.*

cecidit ...... r] ſ*p. cecidit turpiter.*

AEgyptio illi] ὑπὸ γραὸς ait Laërtius in *Thalete p.12.*

In terra &c.] σὺ γὰρ, ὦ Θαλῆ, τὰ ἐν ποσὶν οὐ δυνάμενος ἰδεῖν, τὰ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ οἴει γνώσεσθαι.

inquit] in Ms. *inquis*, malè.

perſpici ..... cœlum &c.] ſ*p. perſpiciebas, & cœlum.*

.... s notat] χ. *Philoſophis notat.*

..... natura] χ. *in res natura.*

..... ndum] χ. *currendum*, vel quid tale.

AD CAP. V. ELEMENTA Deos non eſſe, & tertium argumentum confutatur.

Quin ergo &c.] *Tertium* argumentum, quo Elementorum diuinitas adſtruebatur, à commodis videl. & incommodis quæ procurarent, hoc capite refutat Tertullianus.

humaniorem aliquanto] v. quæ notaui ad librum ſuperiorem *initio cap.13.*

con .... imur] ſ*p. conuertimur.*

con ....] ſ*p. conectura.*

VARRO] Et hic inſignis Varronis locus fragmentis eius deinceps connumerabitur

¶ PAG. 44. *niſi qu . d .... incolatui*] χ. *niſi quod hominum incolatui. Incolatus* vox è Tertullianeis: ſic Apolog. c.22. *de incolatu aëris.* de ani-

anima cap. 57. *euocaturam ſe ab inferûm incolatu pollicetur.* de reſurrect. carnis cap. 27. *terra verè ſancta per incolatum ſpiritus Sancti.*

caloris . . . . *Deos*] γρ. *caloris æſtiuitas: ideò Deos credi &c.*

cumulet] communicet, commodet.

caloribus . . . .] ſp. *caloribus expediat.*

menſum] pro, *menſium.*

in terra] ſc: Deum credi: alioquin reſtituendum fuerit, *& terram.*

in . . . . .] ſp. *incuſari:* vt mox infrà, *querelas intendunt:* vel, *incurſare.*

ſi] pro *cùm.*

ita] ſp. *iſta.*

in . . . . . . *conuerſatione*] ſp. *in ætatis conuerſatione:* nam in Ms. lego *in &c. AEtas* autem Tertulliano, pro humana conuerſatione

ſub quorum . . . . . . *& poteſtate*] ſp. *ſub quorum ducatu & poteſtate.*

Nam in] *Nam & in.*

voluptatibus . . . . . .] ſp. *voluptatibus quoque:* & ſanè adhuc comparet litera *q* in Ms.

. . . . *tudine*] ſp. *valetudine*, vel, *ægritudine.*

. . . . *dia*] ſp. *remedia.*

lanciem] *lanceam:* niſi malis, *aciem.*

& quos . . . .] ſp. *& quos caſus ſubitus obtriuit, non.*

Sed fluctibus] editum oportuit, *& fluctibus.*

prius] ſcil. eſt.

eſſe quid quid velit] ſp. *eſſe quid quod velit.*

regula veſtra qua] ſp. *quàm*

ſi . . t] ſp. *fiunt.*

& ar . . . . . .] ſp. *& arbitria.*

ali . . . us] ſp. *alicuius:* Et locum hunc totum ita conſtituo: *Non enim iſtâ inueſtigatione alicuius artificij intùs & domini, ſeruitutes etiam oſtendimus elementorum certis ex operis eorum, quas facis poteſtates?* Porrò hoc argumentum tractat & Lactantius *lib.* 2 *cap.* 5.

. . . . *ſeruiunt*] γρ. *quæ ſeruiunt:*

vulgo fieri *vulgo verum eſſe.*

vt de licentia paſſiuitatis &c.] Senſus eſt, libertati contrariam eſſe parendi, patiendique legem: & quod patientis inſtar eſt, ſeruiat neceſſe eſt. Porrò hûc pertinet, quod Stoici Deum à materia & elementis ſeparantes, Deum τὸ ποιοῦν, materiam τὸ πάσχον conſtituebant: atque hæc eſt illa paſſiuitas, τὸ πάσχον: vt loquitur Cicero, *efficienti ſe præbens:* ſeu vt Lactantius, *lib.* 7. *c.* 3 *ad faciendum tractabile ſe præſtans.*

legitimis . . . . *ibus*] ſp. *legitimis decurſibus.*

vol . . . . . *s*] γρ. *voluendis.*

. . . . . . *ex ipſa*] γρ. *num non ex ipſa.*

inſtantia . . . .] γρ. *inſtantia curriculorum.*

reciprocatorum] γρ. *Reciprocata* vocat repetitos curſus in orbem, repetita officia. v. interim cap. 12. *de reſurrect. carnis.*

Digitized by Google

.... negotiatio] χ. *vniuerſa negotiatio.*

.... nem] χ. *ſeu acceſsionem.*

aut turbari te] χ. *aut iubari te:* i. iuuari.

nam ſibi] χ. *nam ſi ſibi.*

AD CAPVT VI. ELEMENTA Deos non eſſe, nouo adhuc argumento probatur.

vt nihil ampliùs vllam .... credam quod maginorum] χ. *vt nihil ampliùs vlla in parte credam quod Magi norunt.* Nempe, κατοπτρομαντείαν indicat: cuius vſus Magis, quibus frequens cum Luna commercium. Senſum proinde huius loci hunc puto: Ait ſcil. Tertullianus, nullâ ſe ampliùs in parte ponere Magorum κατοπτρομαντείαν, nihil ampliùs credere quæ de eâ Magiæ ſpecie memorari ſolent, vel non magis ſe eam mirari, quàm illam ſpeculi inſpectionem, quæ paſſim fieri ſolet Lunâ laborante ſeu in Lunæ eclypſi.

qualibet] χ. *quaſlibet.*

men ....] χ. *mentiuntur.*

natura ſic eſt] i. *natura humana ſic comparata eſt:* ac proinde & veſtra Nationes.

melius] i. maiore artificio, ementitâ ſapientiâ.

ver ..... xiſſe] χ. *verius dixiſſe.*

¶¶ PAG. 46. *quàm*] ellipſis τ͂ *magis* vel *potiùs*

vltro ....] χ. *vltrò cadere:* nam hoc capite agitur de aſtrorum occaſu, defectione. detrimento.

melius in Phyſico mortalitas errat] v quæ notaui ad cap. 14. *lib.* 1.

ſi ad Mythic .... tes] χ. *ſi ad Mythicos deflectes.*

ſuper omnem] χ. vt mox, *ſuper hominem.*

AD CAPVT VII. de MYTHICO Deorum & Theologiæ genere.

.... MYTHICVM tranſeamus] χ. *vt ad Mythicum tranſeamus.*

an tantum .... mediocritati noſtra] χ. *an tantum laborandum mediocritati noſtra*

an tanti] cap. 9. in fi *neminem ex his quoque tanti fuiſſe.*

conſ .... vt mox Africanos, & Boëtus, Ampharaus.] Locus, cui ſanando mediocritas mea fortè impar: malagma hoc interim apponam. *An tanti de documentis diuinitatis confidentes ſint, Vt Mopſus Africanus: & Boëotus Amphiaraus.* Nempe Tertullianus hoc velle videtur, non tanta eſſe documenta, quibus diuinitas Heroibus illis adſeritur, puta oracula, ſomnia

quæ

Digitized by Google

quæ ab his reddi, immitti dicuntur, vt non facile ei futurum ſit, eorum diuinitatem deſtruere: Verùm quia ſpecialis id operæ ſit, nempe oſtendere, diuinationes, id genus alia, citra diuinitatis alicuius rationem adminiſtrari, ſe hanc refutationem ad alium locum reſeruare: contentum ſe nunc fore alia generali præſcriptione. Ceterùm, duorum Heroum vatum nomina exprimit, quorum diuinitas etiam à Nationibus in dubium reuocetur, atque adeò facili negotio refutari à ſe poſſit. Sanè de *Amphiarao* notus eſt hic Tullij locus, lib. 3. de Naturâ Deorum *An Amphiaraus Deus erit, & Trophonius? Noſtri quidem publicani, cùm eſſent agri in Boeotia Deorum immortalium excepti lege Cenſoriâ, negabant immortales eſſe vllos, qui aliquando homines fuiſſent. Sed ſi ſunt hi Dij, eſt certè Erechtheus*, &c. Alterius Herois nomen quod ſub voce *M.x* latebat reſtitui: nempe *Mopſi*, quem Africanum rectè vocat. Seneca Medea Actu 3.

--- Serpens Libycis arenis
Omnibus verax, ſibi falſus vni
Concidit Mopſus, caniſque Thebis.

Cuius ſuo loco ratio reddetur] Apologeticum intelligit: & quidem caput eius 22. & 23. ibi enim de præſtigiis dæmonum & Magorum agit prolixè, quod hic delibare noluit.

Ecce vos &c.] de Conſecratione Principum Romanorum eſt hic locus: de quo iam ſup. *lib. 1. c. 10.*

probatis] *χ. probatos*

one . . . . is] *χ. oneſtatis.*

contenti pro talibus etiam irrideri peierantes] De Proculiano hoc periurio actum iam ſup. *lib. 1. c. 10.*

. . . pes] *χ. turpes.*

auſertis] *auferre aliquem rei.* pro *auferre alicui rem.*

. . . . . . los &c.] *χ. & titulos lancinatis.* Lancinatis, i. eraditis, lutulatis, lutatis. Lampridius Heliogabalo. *Miſit, qui in caſtris ſtatuarum eius titulos luto tegerent, vt fieri ſolet de tyrannis.* Et mox. *Sed vbi primùm lutati ſunt tituli ſtatuarum, milites omnes exarſerunt.*

monetam repercutitis] Notum inter Regalia fuiſſe & hoc ſæculo, Cæſariſque notam ſeu argumentum, nummum eius imagine percuti. Quod vt aliunde notum, ita & de Albino memorat Herodianus, cùm eum Seuerus Comitem ſibi ſeu Cæſarem adſciuiſſet. ὁ δὲ Σεβῆρος ὡς ἂν μᾶλλον αὐτὸν εἰς πίστιν ὑπαγάγοιτο, νομίσματό τε αὐτοῦ κόψαι ἐπέτρεψε, καὶ ἀνδριάντων ἀναστάσει ταῖς τε λοιπαῖς τιμαῖς τὴν δοθεῖσαν χάριν ἐπιστώσατο. Verùm repercuſſa Albini iſtius moneta eo deuicto: quod Tertullianum hic nominatim indicare iſtorum temporum ratio, & quæ libro ſuperiore cap. 17. memorauit, argumento ſunt.

. . . . . tor bonorum] *χ. largitor bonorum.*

pro . . . .] *χ. proſtituet.* Nam & adhuc comparet in Ms. ſyllaba *&*. Senſus totius iſtius loci hic eſt: Exprobrat Tertullianus Nationibus, eas eſſe religioſiores in adſciſcendis ſeu adgregandis Principum ſuorum

Comitibus, quàm in conſecrandis & adgregandis Deorum Comitibus, Synthronis, Adſeſſoribus: ſiquidem turpes, impios Regum Comites (i. Cæſares) etſi ſemel adſcitos, priſtinis tamen & collatis honoribus à Principe à vulgo priuari: Atenim turpes Diis Comites adgregari: Ex quo duo abſurda ſequi: Primùm, vt Deus ille ſummus (quem etiam Gentiles credidêre) vulgo proſtituat, i. in vulgi iudicium conferat indulgentiæ ſuæ ordinationem, i. ἀποθέωσιν, quæ diuinæ ſeu Dei ipſius indulgentiæ eſſe debuit. Secundò, vt cetera diligentiores ſint atque iuſtiores Nationes, in diſtribuendis verò diuinitatibus minùs ſapiant.

in diſtribuendu] γρ. *quàm in diſtribuendis.*

diſtribuend . . . . . nitatibus] γρ. *diſtribuendis diuinitatibus.*

Comi . . . . . àm] γρ. *Comites, quàm.* Nempe hic duo Comitum genera deſignat: Comites Principum, & Comites Deorum. Comites Principum, ſunt Cæſares, qui in curæ participatum adſciti: Comites Deorum ſunt, qui de hominibus Dij facti olim: quique adeò Deorum adſeſſores: *Comites*, n. pro aſſeſſoribus. Papinianus in celebratâ illa *l.4. π. de off. adſeſſor. Diem functo Legato Cæſaris Salarium Comitibus reſidui temporis, quod à Legatis præſtitutum eſt, debetur: ſi modo non poſteà cum aliis eodem tempore fuerunt.* Comites igitur Deorum, πάρεδροι Deorum: *aſſiſtentes poteſtates* dixit Apolog. c.23. de quibus Iuſtinus, Irenæus, Euſebius, Epiphanius, alij: de παρέδροις Diis iam ſatis multa alibi ab amico noſtro ad Hiſtoriam Auguſtam notata: Sed vt aliunde ita & ex hoc capite liquet, propriè eos παρέδρους & Comites Deorum dictos, qui diuinationes, qui ſomnia immitterent, oracula redderent: ſanè hoc capite ideò de Mopſo & Amphiarao agitur: de Hephæſtione pariter Lucianus, per quem ſomnia immitti, oracula reddi finxêre. θεὸν πάρεδρον καὶ ἀλεξίκακον κτλ. Itaque & Iuſtinus Martyr, quem noſter imitatus, Apolog. 2. Euſebius lib.4. Hiſtor. Eccl. c.7. ὀνειροπόμπους καὶ παρέδρους iungunt. Noſter de anima cap. 28. *ſcimus etiam Magos elicere explorandis occultis per Catabolicos, & Paredros, & Pythonicos ſpiritus.* Synodi Deus Antinous, per quem oracula reddi aſſerebant, quem noſter pariter memorat in Fuldenſi Apolog. c.13. quémque nupèr aſſeruit Amicus ille noſter, hûc quoque facit. Vt ad Comites reuertar, in vniuerſum Comites ſuos Diis tribuêre. Vnicum è multis en iſtud de Dianæ Comitibus. Ouidius 2. Faſtorum. *Et Comitum Princeps tu mihi dixit eris.*

Atquin] Quinimò: ſcil. Non modò diligentiores eſtis circa Regum Comites, quàm circa Comites Deorum: verùm & in vniuerſum iuſtiores circa homines in commune.

exules . . . . . s debiles] γρ. *mutilos, debiles*: Nam hîc de auerſatione humana agitur: atquin ceteris hic enumeratis, quos homines auerſantur, rectè connumerantur mutili.

ſordidos natos] γρ. *ſordidè natos.*

etiam legibus exarendis] γρ. *exarandis*, horretis ſcil. & auerſamini, ἀπὸ κοινοῦ. Nempe, quos ſupra memoraui, horretis & auerſamini: ſed hos

quos

Digitized by Google

quos nunc nomino, etiam ſcriptis legibus auerſamini.

Riden ...... *raſcendum*] χ. *Ridendum an iraſcendum.*

¶¶ PAG. 47. ..... *conſcientiæ pudorem*] χ. *inter conſcientiæ pudorem.* vel *circa.*

miſer .... *turpia*] χ. *miſera vel turpia.*

Poëti .... *e*] χ. *Poëtices à limine*: i. ſtatim, illicò, in ipſo diſſertationis congreſſu. Eodem modo. cap.8. de monogamia. *Nunc ad legem propriè noſtram, id eſt, Euangelium conuerſi, qualibus excipimur exemplis, dum ad ſententias peruenimus? Ecce ſtatim quaſi in limine duæ nobis antiſtites Chriſtianæ ſanctitatis occurrunt* &c.

modo non] *non modò non.*

Denique] v. de hac voce dixi lib. 1. *cap.* 4. *ad vocem denique.* Quod rem ipſam attinet, v. quæ notaui *lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 110. ibi, *ab ipſo exordio.*

Criminatores] v. quæ noto ad *lib.*1. *cap.*10. *p.*112. ad *v.* *diſcriminatores.* Infrà mox, *detrectatores.*

ecipiatis] χ. *excipiatis*, vel, *recipiatis.*

..... *tale*] χ. *ſi non tale.*

...... *percit*] χ. *ſuis pepercit.*

faſtidioſi .... *cens*] χ. *faſtidioſior adoleſcens.*

Hercule ..... *luctum*] χ. *Herculeum polluctum.*

mulieres non guſtat] χ. *non guſtant.*

cauſa p ....] χ. *prius fuit.* i. ſi non ante & mulier tale quid Herculi recuſauit.

geſſerint] χ. *digeſſerint*: de quâ *digerendi* voce iam ſupr.

...... *homines quas defuerint*] χ. *de Deis, homines quàm defuerint*, i. antequam homines eſſe deſierint. *Deeſſe*, pro eſſe deſinere, ἀπογίνεσθαι.

fuiſ .., ... *non tales*] χ. *fuiſſe, ſed non tales.*

AD CAPVT VIII. de GENTILI Deorum & Theologiæ genere.

illud .....] χ. *illud genus.*

pro n .... *veritatis*] χ. *pro notitia veritatis.*

ergo] forte, *ego.*

vbiq; .....,] χ. *vbiq; notum*, quod exhibent fugientes literæ tranſuerſa tuentibus hirquis.

¶¶ PAG. 48. *totos*] χ. *totus.*

norint] ita editum volui.

& Argatim] χ. *Atargatim.* Quare & huius deinceps libri præiudicio conſtabit, male hoc nomen mutatum Apologetici cap.24. in *Aſtartes*: præterquam quod Fuldenſis quoque Ms. exhibet *Adargatis.* De *Atargati* autem hac Syrorum Deâ, eadémque cum Terrâ & Derceto, v. Strabo-

Digitized by Google

nem lib. 16. p. 515. & p. 540. Plinium lib. 5. c. 23. Athenæum lib. 8. c. 8. Macrobium 1. ſaturn. 23. v. & Syntagma luculentum de Diis Syris c. 3.

Varſutinam, Maurorum] *Varſutinam* hanc Maurorum nullibi prætereà reperio. Sanè & noſter Apologet. cap. 24. cùm prouinciarum Deos nominat, *Mauritaniæ Regulos ſuos* Deos fuiſſe ait: & Cyprianus de Idolorum vanitate. *Mauri*, inquit, *manifeſtè Reges colunt, nec vllo velamento hoc nomen obtexunt*. Id ipſum teſtatur Lactantius, *lib. 1. cap. 15.* qui & addit, *Mauros Iubam coluiſſe*.

Obodanedußirem, Arabum] Lego nunc *Obodanedußarem*. In Apolog. c. 24. *Arabia Diſares*: vbi tamen & Ms. Fuldenſis habet *Duzares*. de *Duſare* Heſychius. δυσάρην, θεὸν Ναβαταῖοι, ὥς φησιν Ἰσίδωρος: Stephanus. Δουσάρη, σκόπελος καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη Ἀραβίας. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ Δουσάρου θεὸς δὲ οὗτος παρὰ Ἄραψι καὶ Δαχαρηνοῖς τιμώμενος. Sed quid fiet iſti voci *Obodanedußarem*? Non vna vox eſt, non vnum numen: legendum enim *Obodan & Duſarem*. Nempe duo hæc numina *Obodas* & *Duſſares* ab Arabibus culta, quod Euſebius *lib. 1. de præpar. Euang. c. 7.* prodit: Sed & Herodotus *lib. 3.* & Celſus *apud Origenem lib. 5.* Bacchum tantum & Vraniam Arabum Deos fuiſſe ſcribunt: Horum hæc proinde fuerint nomina. Sed & Vranius lib. 4. Arabicorum apud Stephanum huius Numinis *Oboda* meminit. Ὄβοδα, χωρίον Ναβαταίων. Οὐράνιος Ἀραβικῶν τετάρτῳ, ὅπου Ὀβόδης ὁ βασιλεὺς, ὃν θεοποιοῦσι, τέθαπται. τὸ ἐθνικὸν Ὀβοδηνός, ὡς Δαχαρηνός.

Belenum, Noricum] Ita quoque Apologetici cap. 24: *vt Norici Belenus*: de quo nihil eſt quod prætereà moneam.

vel, quos VARRO *ponit &c.*] Conferendus cum hoc locus Apologetici *cap. 24.* Varronis interim & hoc fragmentum.

Caſinienſium] Ita quoque Mss. Apologetici omnes, non vt editum, *Cruſtuminienſium*.

Dei .. etim] χ. *Delùetim*. Nam & ita Ms. Apolog. *Caſinienſium Delmentinus*, vel *Delmentinus*: malè editi *Beluentinus*.

Viſidianum] Ita quoque Ms. Apologetici: propius ad Sabinorum pronunciationem: quod iam Pamelius notauit. Neque diſplicet origo quam reddit Iunius.

Athemenſium] χ. *Athernenſium*.

Numentinum] nunc in Ms. lego *Numertinum*.

.. chariam] χ. *Ancharium*. In Apol. quoque c. 24. *Æſculanorum Ancharia*: nam ita Mss. habent.

Quam præuerint] proculdubio reponendum, *Quampræuerim*.

Vulſinienſium Nortiam] ita Ms. quoque Puteani *Norcia*, à quo non multum abeunt alij: ſed editi exhibent *Nurſia*: mox, *Sutrinorum Nortia*.

. . . s decuriones] χ. *Deos decuriones*.

deter . . . atur] χ. *determinatur*.

. . ſp . . . . corcodrilles] χ. *& aſpidem, crocodilos* &c.

conſacra . . . .] χ. *conſacrarunt*.

orbu . . . . . . Afrij iurant] χ. *orbis colit, & Afri iurant*.

quid:

quid conici poteſt] γ *quod conijci poteſt.* i quantum conijcere licet.

.... *riſimile videatur*] ſc. *vt veriſimile videtur.*

Ioſeph ...... fuit] ſc. *Ioſeph dictus fuit.* vel, *vnus fuit* Ceterum, coniecturæ iſtius, Serapidem videl. eſſe Ioſephum, antiquiſſimum hoc Tertulliani occurrit teſtimonium: quam coniecturam & poſteà Iulius Firmicus Maternus circa A D. 345. ſub Conſtantio & Conſtante lib. de Errore profan. relig. ſecutus eſt, & Rufinus in Hiſtor. Eccl. *lib.2.c.23.* & Suidas commemorant. Sanè Patres, Tertulliani ſiue coætanei, ſiue qui ante Tertullianum, cum de Serapide agunt, nihil tale memorant, ſed alia omnia. vide tamen & quæ paulò poſt dicam *ſub ſi capitis.*

Sed excelſior ....] reple, *ingenio.*

liborem] *liuorem.*

datur] ſp. *datus.*

ſerui ....] ſc. *ſeruiebat in familia.* Interim mirari hîc ſubit, ſummam in hâc de Ioſepho hiſtoriâ referendâ Tertulliani incogitantiam, totiéſque eum in ſacræ ſcripturæ & Ioſephi narrationem impingere. Ecce Primùm ait, Ioſephum à fratribus venditum ſeruiſſe in familia Regis Ægyptiorum Farao: cùm tamen in Potipharis familia ſeruierit Secundò ait, à Reginâ minùs pudicâ deſideratum ſeu compellatum de ſtupro Ioſephum à Rege in carcerem datum: atqui compellatus ab vxore Potiphari. Tertiò ait, Ioſephum expedimenta de carcere edocuiſſe, atqui è carcere arceſſitum & eductum ſacra quoque ſcriptura conteſtatur. Quartò ait, Pharaonem ei filiam ſuam in matrimonium dediſſe: cùm tamen filiam Potipherai ei in matrimonium dederit.

deſide .... *ma*] ſp. *deſideratus: ſed quia:* ſanè vocis *quia* nunc veſtigia video.

.... *datur*] ſc. *in carcerem datur.*

valuit] fortè *voluit.*

ſuggeſtu] de hac voce dixi lib. ſuper. cap.12. p.123. *ad v. imaginum ſuggeſtus.*

modialis] fortè & *modiali.*

frumentationis] *frumentationis eius:* itaque quatuor puncta poſt vocem frumentationis exprimenda fuerunt.

obſignatura] ſp. *obſignat & curam.*

quem .... inferos] γ. *quem apud inferos.*

..... *compreſſatur*] γ. *fames compreſſa tùm.*

Fariam] dixi ſuprà *lib.1.cap.12.*

..... *Farao*] γ. *Regis Farao.*

..... *cetera*] γ. *inter cetera*

vt .... *ciem*] γ. *vtramq́ faciem.* Notum de ſemicane Deo, ſemihominéque cane.

naturæ conditionis ......] γ. *naturæ conditionisq́ ſuæ.* Id quod confirmant poſtrema illa, *Gens rixoſa* &c.

poſſe] γ. *poſſunt.*

V 3

Gens rixoſa &c.] Notum de Ægyptiis & Alexandrinis ſuâ naturâ rixoſis, ſeditioſis: gentéque leui, pendula, & ad omnia famæ momenta volitante: vt vocatur in epiſtolâ illa Adriani Imp. *ad Seruianum Cos.* vbi & de Serapide aliquàmmulta: quem cùm à Chriſtianis quoque & à Iudæis, cultum dicat, inde mihi ſuſpicio, huius etiam Tertullianæi loci argumento, Chriſtianos cum Nationibus ac nominatim Ægyptiis agentes, Ægyptiorum de Serapide καλλίδια ad veram religionem modis omnibus referre laboraſſe: ſic vt Serapidem, non tantum cum Ioſepho conferrent, quod ſuprà factum Tertulliano, verùm inſuper ad verum illum Deum & vnicum: Deum, inquam, Abrahami, Iſaaci, Iacobi, & per eos Ioſephi reducerent. Atque ita de eo loco hactenùs obſcuriſſimo ſentio: de quo *alibi* cum bono Deo, latiùs *in* ECCLESIASTICIS *noſtris.* Denique Chriſtianæ συγκαταβάσεως & hoc argumentum fuerit: *Vnus idemq; nobis & vobis Deus ô Nationes, Serapis:* nempe Ioſephi Deus. Quod factum accedit Paulino illi de Deo Agnoſto.

Reg .... recontrans] χ. *Regibus recontrans:* Nempe Alexandrini Regibus ſuis ſeu Principibus ſæpe infeſti: plena hiſtoria Auguſta, etiam ſub Seuero & Caracalla, v. ſaltem Spartianum, *in Caracalla:* & Herodianum, *in Caracalla p.* 549. *Recontrans*, pro recalcitrans, refractaria, retorrida. Cui mox opponitur *deiecta.*

& gula & ſpurcitia ......] ſupple, *canina:* hic enim ad cynocephalum Anubem Tertullianus reſpicit.

Serui] ſ. *ſerua* Reſpondent hæc tria: *Recontrans*, Regibus: in extraneis, *ſubiecta:* gula & ſpurcitia *ſerua ipſa.*

AD CAPVT IX. de DIIS ROMANORVM: ac primùm eos immerentes in diuinitatem allectos.

Altera hujus Libri Poſterioris pars, ſimul & Theologiæ Gentilitiæ diuiſio altera, ſequitur. Superior nempe Theologiæ Gentilitiæ diuiſio fuit, communis illa in Phyſicam, Mythicam & Gentilem. Atenim, quam nunc ad finem libri refutandam Tertullianus ſuſcipit, Romanorum eſt Theologia.

diſpoſitionem ....] ſuppleo, *Varronis.*

vt poſſit ....] ſuppleo, *vt poſſit videri iam.*

Subſtitutio] *ſubſtitutionem* vocat ſuffectum, ſuccedaneum cultum: etſi forte erunt, qui mallent, *ſuperſtitionem.*

dominantium Romanorum] in Apologetico quoque cap. 21. *vt ad vos quoq; dominatores gentium aſpiciam* &c.

vitiis pueritatem obumbrauit] An legendum, *vitiis puritatem obumbrauit:*

Digitized by Google

uit: i. falſa veris miſcuit? Malo legere: *Quæ vndiq; conceptus ſuperſtitionum ſeminibus vitij ſpuritatem obumbrauit*: quod omninò perſuadet tota hæc ſententia. Nempe ſimilitudo eſt à mulieris conceptu. Quomodo mulier vndique concepto de volgiuagâ Venere, ſaltúque luxuriæ, ſemine, ſpurium nihilominus hunc conceptum quibus poteſt modis obumbrare ſolet, & velare, ne matronæ iure excidat, ita & Romani quoque, qui vndique etiam à deuictis gentibus, ſuperſtitionis ſemina conceperunt, acceperunt, huius vitij ſpuritatem authoritate ſuâ obumbrant, tegunt. *Vitij ſpurietas*, vel *ſpuritas*, pro ſpurio & vitioſo conceptu. *Obumbrandi* alioquin vox hoc ſenſu crebra apud noſtrum. Inter alia 1. adu. Marcionem cap. 9. *Sed non euagabor, vti dicam, Deus ignotus fuit. latuitq;, illum regio latebrarum obumbrauit noua vtiq; & ipſa ignota, & ſimiliter nunc quoque incerta, certè immenſa aliqua & maior indubitato eo quem abſcondit.* Poſſis & illud cap. 2. de pallio, *Quid: non aliud ex alio mutat? & montium ſcapulæ, decurrendo: & fontium venæ, ebullando: & fluminum viæ, obumbrando*, hoc ſenſu non malè tueri: *obumbrando* paſſiuè, i. dum decurſus aquarum abſconduntur: quod hîc in viciniâ videmus, Rhodani vias obumbrati, nulli ampliùs conſpicuas Nempe tria mutationis genera ibi Tertullianus notat: montium ſcapulas cum tempore ſubſidere: fontes, vbi antea non erant, aquas euomere: contra flumina abſorberi, obumbrari, abſcondi. Quanquam *obhumari*, quod ex Ms. Diuionenſi ibi repoſitum ab amico noſtro, non adeò improbari debuit. Denique *obumbrare* eſt vmbram ſuffundere, ne quid conſpicuum ſit: *Arbores obumbratrices templorum & ſcelerum* eodem ſenſu in Apolog. c. 9. Vt ad Tertulliani mentem hîc redeam. *Vitij* & *vitioſæ ſuperſtitionis ſpuritatem obumbrat*, quiſquis alienam ſuperſtitionem à ſe conceptam & admiſſam, neſcio quibus rationum pigmentis velare adnititur: vel etiam ſola authoritate ſuâ obumbrat, vitiiſque adeò magnitudinem ſuam opponit: quomodo dixit Ammianus lib. 27. *Qui eſſe poterant beati reuera, ſi Magnitudine vrbis deſpecta, quam vitiis opponunt, ad imitationem Antiſtitum quorundam prouincialium viuerent.*

biſariàm] Imò trifariam: vt vel ſequentia oſtendunt: ibi. *ſi Certos habebant*: & mox. *tùm ſi Certos habebant*: item oppoſitio illa: *Nos verò biſariam Romanorum Deos recognoſcimus.* Sed & expreſſè Auguſtinus *lib. 6 de Ciuit. Dei cap. 3* cùm de libris diuinarum Varronis agit (de quibus & hîc noſter intellexit) *Hanc velut pompam*, inquit, *obſequiorum in tribus qui reſtant.* [libris poſtremis.] *Dij ipſi ſequuntur extremi, quibus iſte vniuerſus cultus impenſus eſt: In primo, Dij Certi: in ſecundo, Incerti: in tertio, è cunctis nouiſſimo. Dij præcipui atq; ſelecti.* Tria vides Deorum genera Varronem conſtituiſſe, totidémque libris digeſſiſſe, Certos, Incertos, Selectos: Proinde & hic locus ita reſtituendus, *trifariam diſpoſuit, in Certos, Incertos, & Electos.*

Attico ſtupori] malim *ſtupore*.

Tum ſi Certo ...... ant] ſ. *Tum ſi Certos habebant.*

inreli .....] i. *inreligioſi.* Similis obſeruatio ſup. *lib. 1. cap.* 10. *verſ. licet etiam.*

Digitized by Google

Si enim Dei, vt vultis &c.] Hic eſt ille locus, cui Auguſtinus teſtimonium reddit *lib.7. de Ciuit. Dei c.1.* & in quo ſimùl Tertulliani ratiocinationem reprehendit. Nam & ipſe pariter de Diis iſtis ſelectis acturus illo libro 7 ſermonem ita ingreditur: *Quá in re*, inquit, *non dico, quod facetiùs ait Tertullianus fortaſſe quàm veriùs*, SI DII SELIGVNTVR VT BVLBI, VTIQVE CAETERI IMPROBI IVDICANTVR. *Non hoc dico: video enim etiam ex electis ſeligi aliquos ad aliquid maius aut præſtantius: ſicut in militia cùm tyrones electi fuerint, ex his quoque eliguntur ad opus aliquod maius armorum: Et cùm eliguntur in Eccleſia qui fiant præpoſiti, non vtiq; cæteri reprobantur, cum omnes boni fideles electi meritò nuncupentur. Eliguntur in ædificio lapides angulares, non reprobatis cæteris qui ſtructuræ partibus aliis deputantur. Eliguntur vuæ ad veſcendum nec reprobamus alias, quas relinquimus ad bibendum. Non opus eſt multa percurrere, cum res in aperto ſit. Quamobrem non ex hoc quod Dij ex multis quidem ſelecti ſunt, vel is qui ſcripſit, vel eorum cultores, vel Dij ipſi vituperandi ſunt: ſed animaduertendum potiùs quinam iſti ſint, & ad quam rem ſelecti videantur.* Vides Auguſtinum benè prolixè exempla colligentem, vt Tertullianum refutet: quem ſi defendere velim, etiam poſſim. Humana quippe exempla illa necquicquam vrgent: diuina enim conuerſatio longè alia: nam ſi plures Deos ſtatuas (qui furor Gentilis eſt) vtique æquales: iam non æquales, ſi ſelecti quidam: faſtigium diuinitatis adſolatur, faſtidio humano. Imò & inter homines æquales, non poſſis vnum præferre, niſi alio poſthabito: *Prælatio alterius ſine alterius contumeliâ non poteſt: nec vlla Electio non reprobatione componitur: qui de pluribus ſuſcipit aliquem, eum quem non ſuſcepit deſpexit:* vt noſter ſup. lib.1. c.10. ſcribebat. Eſt & illud obſeruandum, Auguſtinum vſum codice horum librorum, ab hoc diuerſo: nam pro his verbis, quæ hic habentur, *vt vultis*, præfert ipſe, *vt bulbi:* quò etiam ſpectat, cùm ait, *facetiùs* hæc Tertullianum ſcribere.

. . . . . bi] *χ. improbi:* quod etiam Auguſtinus oſtendit.

Nos verò bifariam] Lactantius quoque *lib.1. cap.20.*

recognoſci . . .] *χ. recognoſcimus.*

¶¶ PAG 50. *& quos . . . . ſunt commenti*] *γρ. & quos ipſi ſunt commenti.*

Publici] v. Varronis locum apud Auguſtinum 7. *de Ciuit.c.17.*

. . . . . . m] *χ. Hoc enim.*

in Pa . . . .] *χ. in Palatio.*

Quare Communes] *χ. Quare cùm Communes.*

compre . . . . . . tur] *ſρ. comprehendantur.*

dicere . . . . . et] *ſρ. dicere attinet.*

Hoſtilium Deorum] *Hoſtiles Dei* ſunt, numina victa: ſimulacra captiua. J. *cap. vlt.* de quo v. Minucium Octauio.

. . . . ſe] reſcribo quoque *nexuiſſe*, i. adſciuiſſe: nam veſtigia adhuc ſuperſunt *xuiſſe*.

. . . . duas ſpecies dirigimus] *ſρ. Ceteros in duas ſpecies dirigimus.* Ceteros, i. alios præter hoſtiles.

alios

Digitized by Google

alios in . . . conceptos] ſp. *inde.*

femina Punica] de qua ſuprà quoque *lib.1.c.18.*

ſubiciendus] i. poſtponendus.

AEnea timiditatem his ſupplicantem hoſti non comitata] ſp. *AEnea timiditate, ſupplicantem hoſti, non comitata* : Nempe parem Aſdrubalis timiditatem vult ſupplicis hoſti facti, & Æneæ patria flagrante ſocios derelinquentis.

formam & patrem ſibi habere] Verba hæc vxoris Aſdrubalis ad liberos: *ſe imitarentur, & tanquam verum parentem: non patrem Aſdrubalem: formam,* vocat exemplum.

ſapit] ſp. *ſapuit*, vel *ſapiuit.*

deteſtan . . .] ſp. *deteſtandus.*

qui pro ſalute Principum &c.] Hûc pertinet illud , quod de Caligula memorat Suetonius cap. 15. *De ſororibus auctor fuit, vt omnibus ſacramentis adiiceretur. Neque me liberóſque meos chariores habeo, quàm Caium & ſorores eius.* Dio quoque ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν τῶν καὶ τέκνων, καὶ ἐκεῖνον καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν, ὤμοσαν. Arrianus lib.1. c.14. τῷ θεῷ ἔδει καὶ ὑμᾶς ὀμνύειν ὅρκον οἷον οἱ στρατιῶται τῷ Καίσαρι, ἀλλὰ ἐκεῖνοι μὲν τὴν μισθοφορίαν λαμβάνοντες ὀμνύουσι πάντων προτιμήσειν τὴν τοῦ Καίσαρος σωτηρίαν. Eodem reſpexit noſter de Coronâ militis c.11. *Credimúſne humanum ſacramentum diuino ſuperduci licere: & in alium Dominum reſpondere poſt Chriſtum , & deierare patrem ac matrem , & omnem proximum, quos & lex honorari præcepit?*

& o . . . pignus] ſp. *& omne pignus.*

ſcien . . . titur] ſp. *ſciens patitur.*

& Iuno concedit ſibi ſepte parentum in cœlo ſedent] Locus corruptiſſimus: γρ. *& Iuno concedit ſibi ſede parem in cœlo ſedere.*

Argiui iuuenes] Nota hiſtoria, Cleobis & Bithonis v. ſaltem Herodotum, *lib.1.* Ciceronem *Tuſcul.1.* Plutarchum, *Solone*: Valer.Max. *lib.5.c.4. extern.4.*

in ſacris] γρ. pro, *in ſacra.*

piaculum] in Ms. *piculum.* malè.

iugales] ipſi, inſtar iugalium & boum : *Iugales* boues, de quo alibi.

educ . . . . .] ſp. *educatrix.*

ſi quia vrbem condidit . . . . . . alij] ſupple. *Deus, & alij: &* pro *etiam.*

vſque in fœminas] etiam fœminæ.

Quirinus . . . .] γρ. *Quirinus eſt, quia.*

queritatum] γρ. *quiritatum.*

¶ PAG. 51. AD CAP. X. FOEDOS Deos à Romanis in diuinitatem allectos.

de Laren . . . . palam facere ſcortum] γρ. *Larentina.* Inuerſa autem ora-

tio: pro, *de ſcorto Larentinam facere Deam* ſcilicet: Ceterùm de eâ ter quoque in Apolog. *cap.*13.& 25.

Hac meritorum fuit] vel, *hoc meritorum*: vel, *hac meritorum raito.*

in a] *ſp. in æde.* Porrò hanc Hiſtoriam v. & apud Plutarchum *quæſt. Roman* 35: & Macrobium. 1.*Saturn.*10.

conclusorem] *ſp. conluſorem.*

& . . . rtulum] *χ. & ſcortulum.* Porrò Plutarchus hanc pró ædituo conditionem addit: *ſi viciſſet Deum aliquid ab eo beneficij conſequeretur.* Macrobius conditionem pro ædituo prorsùs omittit.

ſtipitibus] *ſp. ſtipibus.* ſimilis error ſuprà *lib.*1.*cap.*10.*p.*20.

. . . . . . m Larentinam] *ſp. ſcortum Larentinam.*

qui Sol & ipſius Herculis Co . . .] *χ. quia Sol & ipſius Herculis Comes.* de Comitibus Deorum iam ſuprà *c.* 7. Porrò notum ex Macrobio quoque 1.*Saturn.*2.. Herculem eundem cum Sole.

. mnia ara] *χ. Omnia ara.*

. . . . . . de lenonio ludo] *χ.* ex veſtigiis ſcripturæ, *mulier de lenonio ludo*: nempe per ludum ædituí *mulier* facta Larentina. *de Lenonio* autem editum oportuit.

ſomnius] in ſomniis.

Herculis functam] i. defunctam Herculis concubitu: itaque malim, *Herculi functam. Fungi alicui,* eſt alicui apparere, ſe ſupponere: ita in Apologetico. c.9. *Teſte militia patria noſtra, quæ id ipſum munus illi Proconſuli functa eſt.* Ita etiam nuper è Ms. exhibitum lib. de pallio cap.4. *iam virum alicui clanculus functus.*

& po . . . . . . animo contemplatur, ſomnio pati] *ſp. & potuit animo dùm contemplatur ſomnio pati.*

progredi . . . . .] *ſp. progredientem.*

ad ſe.] Lacunam ſic fermè expleo. *Ad ſe compellat: Larentia obſequitur, nempe id dictum ſibi ab Hercule.*

vtique &c. ceantur.] Ita fermè expleo: *vtique & legitimo connubio commiſcentur.* Ceterùm in Ms. eſt *centaur.*

licui . . &c. dem.] *χ. licuiſſet lupari. Inde Larentinam & heredem quoque ſcribit.*

Mox illa prop. &c. per Herculem &c.] *χ. Mox illa prope mortem P. Ro. reliquit, quæ per Herculem fuerat inſecuta. Inſecuta* autem, pro conſecuta.

agrum &c.] *ſp. agrum Turacen, Semurium. Lutirium, Solinium: Hinc quæſiuit diuinitatem & filiabus ſuis.*

vt ipſas &c.] *χ. & ipſas heredes inſtituere debuit. diuina Larentina. Romanorum numina dignitate eius aucta. Nempe ſola de tot.* &c.

dites &c. or Cerere] *ſp. longéque adeò felicior Cerere.*

& vo. &c] *ſp. & votis totius populi quis non* &c. *Totius populi*, puta populi Romani, hæredis inſtituti.

contro . . . . nitatis] *χ. controuerſiam diuinitatis.*

. . . . . .

Digitized by Google

. . . . i . . apud vos] *χ. Igitur apud vos.*
Paſſ . . . . ta] *χ. Paſſim alij ita.*

AD CAPVT XI. de ADSIGNATIS & diſtributis Diis per ſingula humanæ vitæ officia ſeu negotia.

Nec . . . . . . contenti] *ſp. Nec Romani contenti.* Confer autem cum hoc cap. Auguſtinum 4. *de Ciuitate Dei cap.20.& 21:* & 6. *de Ciuit.Dei c.9.*
. . . . . . effigies] *ſp. quorum.*
vmbr . . . . . quas] *ſp. vmbras aliquas:* malè enim editum *quaſi.*
nomina] *γρ numina.*
efflagitant . . . .] reple, *Deóſque.*
poteſtat . . . . ſo] *γρ. poteſtatibus, ab ipſo*
vteris] *vteri.* Auguſtini locus hûc pertinet 6. de Ciuitate Dei cap. 9. *Denique & ipſe Varro commemorare & enumerare Deos cœpit à conceptione hominis, quorum numeros exorſus eſt à Iano, eamq́; ſeriem perduxit vſque ad decrepiti hominis mortem,& Deos ad ipſum hominem pertinentes clauſit ad Næniam Deam quæ in funeribus ſenum cantatur. Deinde cœpit Deos alios oſtendere, qui pertinerent non ad ipſum hominem, ſed ad ea quæ ſunt hominis, ſicuti eſt victus, veſtitus & quæcunq; alia quæ huic vitæ ſunt neceſſaria, oſtendens in omnibus, quod ſit cuiusq; munus & propter quid cuiq; debeat ſupplicari.*
Conſeuius] Primus hic inter hęc fictitia, ſeu vmbratilia, Numina: & ſanè, cùm Auguſtinus dicat, Varronem à Iano exorſum, Macrobius oſtendit 1 Saturnal. 9. Conſeuium Iani cognomen quoque fuiſſe. *Varro*, inquit, *libro 5. rerum diuinarum ſcribit, Iano duodecim aras pro totidem menſibus dedicatas: Conſiuium à conſerendo, id eſt à propagine generis humani, quæ Iano auctore conſeritur,* &c.
Fluuionia] *Fluonia* apud Feſtum: & fuit Iunonis cognomentum. Auguſtinus quoque 7. de Ciuit. Dei cap. 2. ex Varronis rerum diuinarum lib. 16. *Hanc prouinciam fluorum menſtruorum in libro ſelectorum Deorum ipſi Iunoni idem autor aſſignat.*
in vtero . . . .] *γρ. retinebat.* Feſtus. *Fluoniam Iunonem mulieres colebant, quod eam ſanguinis fluorem in conceptu retinere putabant.*
Vitumnus & Sentinus] v. pariter ex Varrone & aduerſus Varronem Auguſtinum. 7. *de Ciuit. Dei cap.2.3.*
ſentiat] *γρ. primum.*
Dieſpiter &c.] Auguſtinus 4. de ciuit. Dei cap. 11. *Ipſe ſit Dieſpiter, qui partum perducat ad diem.*
Cùm prim . . . .] *cùm primùm pariebant.*
& quæ . . . &c. us dictæ] *γρ. & quæ aliâs parturientium præeſſe nixibus dictæ* v. Feſtum *in* Nixi & Nonium, *in v. Enixæ.*
Peruersè natos &c.] *γρ. peruersè nato partu, Poſtuertæ : recto, Varro Proſæ Carmentis eſſe prouinciam quoque ſcribit.* &c. v. Ouidium *Faſtis:* Gellium *lib. 16.*

Digitized by Google

cap.16: Auguſtinum, 4. de Ciuit. Dei 11.

Farmus] vel *Farinus*: niſi malis *Faunus*.

& aliis à lo . . &c] ϰ. *& aliis à Loquendo, Locutius: ſed & Veiouem ad* &c.

. . . . *rix*] ϰ. *Eſt & Cunina, cunarum tutrix*.

Albana] ita Ms. ſed reponendum *Leuana*.

Runcinia] ita Ms ſed Runcinia, quæ vtique inter Deos agrorum cenſebatur, hûc nil facit: itaque lego *Ruminam*. v. Auguſtinum. 4 *de Ciuit. Dei cap.* 11. *&* 21.

Mi &c.] ſupplendum forte. *Mirum, infantum ſordibus eluendis Deos non eſſe prouiſos*.

Exinde & primi cibi] & hoc ex Varrone, vt oſtendit Nonius *cap.* 2. *in v. Eduſam*: & Donatus, *in Terent. Phormionem Actu* 1 *ſc.* 1.

ſum . . . . &c] ϰ. *ſumendi, & potionis miniſtrandæ*.

Edulam] alij *Eduſam*: alij, *Educam*. v. & locum Varronis apud Nonium, *cap.* 2 *in v. Eduſam & Potinam*.

& ſtatuendi infantis, ſta . &c] ϰ. *Statilina*.

. . . . . *do, Abeona*] ϰ. *ab adeundo & abeundo, Adeona & Abeona*.

& Domiducam & habent Edeam] ϰ. *& Domiducam habent Deam*.

. . . *a & malam*] ϰ. *Et bonam mentem, bona: malæ, & malam*. v. Auguſtinum. 4. *de* Ciuit. Dei 21.

Voletam] *Volumnam*, Auguſtinus.

. . . *entinam*] ϰ. *Habent & Pauentinam*. *Pauentia* Auguſtino, 4. *de Ciuit. Dei cap.* 11.

Neleiam] *Venilia* Auguſtino 4. *de Ciuit. cap.* 11.

. . . . *tia*] ϰ. *præſentia*: vel, *præſtantia*.

. . . . *uentum*] ϰ. *Iuuentam*. v. Auguſtinum 4 *de Ciuit. Dei cap.* 11. *Ipſe, Dea iuuentas, quæ poſt prætextam excipiat iuuenilis ætatis exordia*.

viitorum iam] ϰ. *virorum iam*. Auguſtinus. *Ipſe ſit, Fortuna Barbata, quæ adultos barba induit, quos honorare voluerit.* &c.

¶ . . . . *Nuptialibus*] ϰ. *Et de Nuptialibus*: Hactenùs enim de Infantilibus. Nunc de Coniugalibus.

¶¶ Pag. 53. . . . . . . *dor*] ϰ. *Proh pudor!*

Mutunus & Tutunus] Ita quoque Auguſtinus 4. de Ciuit. cap. 11. *Ipſe ſit Mutunus vel Tutunus, qui eſt apud Græcos Priapus, ſi non pudet*. Sed & Feſtus de *Mutini Tutini* ſacello apertè agit. *Mutunum* hactenùs vocat Apologetici *cap.* 25. & Lactantius *lib.* 1 *c.* 20. & Arnobius *lib.* 4.

Deuertunda] an eadem cum *Deuerra*: de quâ etiam Auguſtinus dicto loco, *lib.* 6 *de Ciuit Dei c.* 9. An vox hæc è duabus coaluit, vt ſit *Deuerra, Partunda*? An potius *Dea Partunda*. Hoc exiſtimo.

Præmat] ϰ. *Prema*. v. & Auguſtinum 6. *de ciuit.* 9.

Parcite &c] Ita quoque Auguſtinus *d. cap.* 9. in eâdem re. *Parcatur humanæ verecundiæ: peragat cetera concupiſcentia carnis & ſanguinis procurato ſecreto pudoris*.

lupt antibus] ϰ. *lupantibus*: vel, *luctantibus*.

Nema-

Digitized by Google

Nemo interuenit .... quorum votum eſt] ✗. *Nemo interueniat, niſi quorum votum eſt, foris gaudentes erubeſcunt.* i. Quamlibet nulli præter ſponſos intra cubiculum ſint, etiam eos tamen qui foris lætitiæ nuptiali operantur, in ruborem dari: quanto magis Deos abſiſtere oportere?

AD CAPVT XII. HOMINES omnes fuiſſe quos Romani Deos prædicent, & de *Saturno* nominatim.

Concordat Apolog. cap. 10.

quoniam vſque] ✗ *quónam vſque* ſimilis error *cap. vlt. libri ſuperioris.*

Deos ....] ✗. *Deos recenſemus.*

erubeſ......] ✗. *erubeſcendum.*

cæcitatem. Eſt &c.] Locum hunc ita interpungendo ſuppleo. *Rideam vanitatem, an exprobrem cœcitatem eſt admodùm incertum.*

Maiores &c.] confer Apolog c. 10 *ibi, Nec ego per ſingulos.*

an & le............] ✗. *an & legibus iunctos*

non quidem vt cognoſcatis &c.] in Apol. c. 10. *Et hoc non quo cognoſcatis, ſed recognoſcatis: certè enim oblitos agitis.*

ab ipſa] *ad ipſam.*

ſummam &c. retractando] vel, *ſumam retractandam*: vel, *ſummam retractabo.*

Origo enim, totius poſteritatis] in Apolog. c. 10. ita: *quod de origine conſtiterit, id & de poſteritate conueniet.*

Ea origo &c.] in Apol. c. 10. ita. *Ante Saturnum Deus penes vos nemo eſt: ab illo cenſus totius vel potioris vel notioris diuinitatis.*

excid....] ſp. *excidiſſe.*

Erant vnde] *vnde*, pro quare, quâ de cauſâ.

Cœlibes diu & orbi] ad leges Papias alluſum.

proceri.....] ſo. *proceritatem.*

inſoleſcere] *gallulaſcere.* Nouius: *Puerum, cuius vox gallulaſcit* &c.

lappilliſ....] ſp. *lapilliſcere*: pro quo aliàs, *ſororiare mamma* dicuntur, cùm primùm tumeſcunt: vt ex Plauto refert Feſtus: *lapilliſcere* autem, pro *lapideſcere.*

.... aſcendit] ſp. *aut ſponſa aſcendit.*

...... rit] ſp. *pepererit.*

niſi vnam poſt... Opem] ſp. *& niſi vnam poſteà Opem.*

§§ PAG. 54. *Cælum ...... uit*] ſp. *Cælum caſtrauit.* Nota fabula.

.... Pater] ſp. *quomodo pater.*

vnde] *vnde*, i. quo inſtrumento, quo telo.

fax] ſp. *falx.*

Hoc ſ......?] ſp. *hoc ſed vnde?*

orbata........] ſp. *orbata diſtulit.*

Digitized by Google

vili] *ſp. iuuenili.*

cælum . . . . .] *cœlum, alium.* ſcil. maritum vel Deum.

. . . . aquis] *ſp. marinis aquis.*

ſororis ſuæ] *ſp. ſorori ſuæ.*

ingeſta] *ſp. inceſta.*

lupi ſi exponeret.] *ſp. lupis ſi exponeret.* v. Interim quæ dixi ſup. lib.1. *cap.* 15 *p.*130.

ſilio] pro, *à ſilio.*

. . . . nebris] *ſp. in tenebris.*

Patriar . . . . Deorum] *ſp. Patriarcham.* Patriarcham Deorum vocat, Saturnum.

obſetricantibus] *obſtetricantibus.*

¶ *. . . eleganter*] *χ. ſed eleganter.* Porrò confer Lactantium, *lib.* 1. *cap.* 12.

. . . umentationem] *ſp. argumentationem.*

interpretari *χ. interpretati.*

. . . ram] *ſp. terram.*

origini] *ſp. origine.*

. . . . . dirimantur] *ſp. omnia dirimantur.*

. . . . ipſum] *γ. in ſemetipſum.*

compellent] *compellunt.*

Chro . . . . um] *γ. Chronium enim dictum:* quanquam *Cronium* ſcribendum. v. de hoc & Lactantium, *lib.*1. *cap.*12: Auguſtinum, 7. *de Ciuit. cap.*9.

. . . . . . nt] *γ. deducunt.*

. . . . m] *γ. in terram.*

conſe . . . . &] *γ. conferant, tùm &.*

Quæ oro huius translationem . . . . penas] *γ. Quæ oro huius* [Saturni] *tranſlatio* [l. traductio ad rationem Phyſicam] *nempe velim exponas.*

Quomodo Saturnus . . . . quomodo tempus] *γ. Quomodo Saturnus, ſi tempus? ſi Saturnus, quomodo tempus?*

. . . . . . mare] *χ. exiſtimare.*

. . . . s hominis] *χ. Quid corpus hominis.*

non in tempo . . . .] *χ. non in tempore colere.*

qui . d . . . . tempus] *χ.* nunc: *quod hominis corpus.*

Pla . . . . s] *χ. Planè veſter Deus.*

¶¶ PAG. 55. *Legimus apud*] Confer omninò Apologetici *cap.*10. & Minucium Felicem, *Octauio:* & Lactantium, *lib.*1. *c.*13.

Caßium Seuerum] Ita quoque in Apolog: at *Caßium* ſimpliciter vocant Minucius, & Lactantius.

apud Cornelios (Nepotum & Tacitum)] *χ. Nepotem:* nempe & Nepos & Tacitus, *Cornelij* prænomine. Cœterùm hoc tantum loco *Taciti* in hâc re fit mentio: cum & ipſe in Apolog: & Minucius Felix, & Lactantius non meminerint. Sanè breuiſſimè Tacitus initio libri quinti hiſtor. (vnde de-

Digitized by Google

deſumptum quod ſuprà relatum *lib.1.c.11.*) in eadem de Iudæis narratione hæc de Saturno ſcribit: *principia religionu tradentibus Ideis, quos cum Saturno pulſos & gentis conditores accepimus.*

Deodorum Diodorum. Porrò poſt vocem hanc arroſa pagina, ſic vt vocula adhuc deſideretur: quare (quod & ſuadet Apologeticus, Minucius item Felix vt & Lactantius) *Thallum* ſcribendum.

antiquitatum canos] Ita quoque Apologetici cap. 19. *Hiſtoriarum canas & memoriarum*: vbi tamen fortè *Canos* vt hîc, non malè legas: niſi malis, *cana memoriarum*, quod voluiſſe videtur Fuldenſis.

veſtigia e . . .] γ. *veſtigia eius*: Conferendus autem Apologeticus c.10: & Minucius Felix, *in Octauio*. & ex eo Lactantius, *lib.1.c.11.*

& At . . . . hoſpitia] γ. *& Attica hoſpitia.* In Apologetico quoque *apud ipſam Italiam, in quâ Saturnus poſt multas expeditiones, póſtque Attica hoſpitia, conſedit.*

Italia conſedit] pro, *in Italiâ conſedit.*

Ex . . . . .] γ. *Exceptus*: quomodo & in Apolog.

Iana] ita Ms: in Apologetico *Iane.*

vt ſi alij vocant] ita Ms: at in Apologetico, *vt Salij vocant.* nempe in Saliari Carmine non *Ianus*, ſed *Ianu* dictus: pariter vt Saturnus in Saliaribus non *Saturnus*, ſed *Saturnu* vocatus ſcil. à ſationibus: teſte Feſto.

Mos] γ. *Mons*: vt etiam in Apol.

coluerunt] in Apol. *incoluerat.*

Satur . . . .] γ. *Saturnius.* vt etiam in Apol.

Tota d . . . . . . Italia] γ. *Tota denique Italia*: vt etiam eſt in Apologetic.

terram] γ. *terrâ.*

quæ nunc do . . . . orbi] γ. *quæ nunc dominatur orbi.*

dubitatur] malim, *dubitaretur.*

c . . . .] γ. *conſtaret.*

D . . . . . .] γ. *Deus non.*

parentes . . . . . .] γ. *parentes ignoti*: quomodo etiam in Apol.

poſſ . . . . videri] γ. *poſſumus videri*: vt etiam eſt in Apol.

vene . . . . tia] ex Apologet. reſtituendum, *venerationis gratiâ.*

qua] γ. *quâ*: vt eſt etiam in Apolog.

. . . . . nato] γ. *ex inopinato*: vt eſt etiam in Apol. *inopinato* ſimpliciter Minucius Felix.

adueniſſe] *ſuperueniſſe* in Apol. *cælo miſſos* apud Minucium Felicem: *de cælo cecidiſſe*, apud Lactantium, *lib.1.c.11.*

Proinde . . . . ſemper eg . . . . repentino,] Quomodo hic locus reſtituendus, non liquidò teneo: ſanè in Apolog. ita expreſſus paucioribus. *Proinde Saturno repentino.*

generis . . . . tos] γ. *generis incertos.* (& ſanè ita nunc apertè expreſ-

Digitized by Google

ſum video.) In Apolog. *quorum genus incertum eſt*, vel vt Fuld. *in incerto eſt.* Minucius Felix, *ignobiles & ignotos*: Lactantius, *ignotis parentibus natos.*

quo ... rudes] videor legere, *quod eò rudes*: in Apologetic. *quod ita rudes.*

tunc agebantur & oculi & mentes hominum] in Apolog. conciſiùs, *adhuc homines agebant.* vel vt Fuldenſis quoque habet, *tunc*

& cuiuſlibet] χ. *vt cuiuſlibet*, vt etiam eſt in *Apolog.*

nou ..... aſpectus] legebam *nouitate aſpectus* initio: at nunc legere videor, *nouello aſpectu.* In Apol. *noui viri aſpectu.*

ſatiata] v quæ notaui *lib.1.cap.2. p.71.*

Adhuc &c.] Sequentia abſunt ab Apologetico: Imò breuitatis ſtudium hâc parte teſtatur his verbis. *Satis iam de Saturno licet pauca.*

Nec p..... rmittam] χ. *Nec prætermittam.* Cœterùm cum hoc loco, committendus omninò Lactantius *lib.1. c.14.* vbi pariter ex ſacra Ennij Hiſtoria, & Sibylla de Saturno agit.

ſuperiore] χ. *ſuperior.*

Ante enim Sibylla] At de Sibyllinis libris verum mihi dixiſſe omninò videtur vndequáque doctiſſimus Iacobus Cappellus, *vindiciarum lib. 1. cap.11.* Alterum interim Tertulliani locum, quo Sibyllinorum verba laudat, habes lib. de pallio. *Cùm inter inſulas, nulla iam Delos, harena Samos, vt Sibylla non mendax.*

litteratura ....] χ. *litteratura extitit.*

Dæmo ... rum] χ. *Dæmoniorum.* Interim ad hoc v. Lactantium *lib.1. cap.6.* ex Varronis diuinarum libris.

Senatorio] χ. *Senario.*

Decima] Græca ita habent, Sibyllinorum *libro 3.*

Καὶ τότε δὴ δεκάτη γενεὴ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐξ οὗ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ προτέροις γένετ' ἄνδρας
Καὶ βασίλευσε Κρόνος, καὶ Τιτὰν, Ἰαπετός τε
Γαίης τέκνα φέριστα καὶ οὐρανοῦ.

Hunc eundem locum quoque intellexit Lactantius, *lib.1.c.14.*

cataclyſmum]. Aliis locis Tertulliano, *cataclyſmus.*

Iamſetus] ita Ms.

¶¶ PAG. 56. ......] χ. *diuinioribus.*

veſtru] bis repetita hæc vox malè, vt aliæ alibi hoc libro *capite 1. & 2.*

...... *m illius ætatis*] χ. *quoniam illius ætatis.* Nempe hic ſenſus Tertulliani: Antiquiſſima Sibyllinarum carmina ideò ad fidem apud Nationes magis opportuna, proxima, quia antiquiſſima: nempe *ſuperiora* vocat, antiquiora: *proxima*, ad fidem opportuna maximè, ſeſeque velut ingerentia.

...... *um eſt*] χ. *probatum eſt.*

originis .... ptionem] χ. *originis præſcriptionem.*

poſterita .... ncipibus] χ. *poſteritatis à principibus.*

terre-

terre . . . . is] ϰ. *terrena, de terrenis.*
. . . . . . s] ϰ. *natales.*
. . . . qui natos] ϰ. *Iam igitur, qui natos.*
. . . . confitentur] ϰ. *qui mortuos confitentur.*

AD CAPVT XIII. FIERI Deos poſt mortem non potuiſſe aut debuiſſe ex Diis natos ſeu *Natiuos* Deos.

Concordat Apologetici *cap.* 11.

poſſunt non] ϰ. *non poſſunt.*

aſſerere . . . . diuinitatem] ϰ. *aſſerere ſacros & in illam diuinitatem.*

affirmando] ϰ. *affirmant.*

. . . . alle . . .] ϰ. *Opinor, Deus quis illos allegit.*

Senatorium . . . . eſt &c.] ſp. *Senatorium allegi mos eſt: quare concedatis iam* &c.

. . . . allegandi poteſtatem] ϰ. *habentem allegendi poteſtatem.*

preſt . . . . non . . . . dominetur] ſ. *praſtare poteſt, ſi non ipſe dominetur.* In Apologet. cap. 11. ita: *nec aliis praſtare* potuiſſet, *niſi qui propriè poſſidebat.*

a . . . . . deterioris] γ. *atquin deterioris.* In Apolog. cap. 11. id ita expreſſum. *Certè quidem ſi ipſi ſe facere potuiſſent, nunquam homines fuiſſent, poſsidentes ſcilicet melioris conditionis poteſtatem.*

Deos . . . .] γ. *Deos fecerit.*

Ita . . . . . .] γ. *Ita nullus.*

mancipem diuinitatis] vide quæ notaui ſup. *lib.* 1. *cap.* 9. v. & Apolog. *cap* 11.

allegande] Et hîc vt ſup. quoque reſcribendum, *allegende:* in Apol. autem locus hic ita habet. *Reuertor ad cauſas examinandas faciendorum ex hominibus Deorum.*

ille . . . . quis] γ. *ille Deus quiſquis.* In Apolog. cap. 11. *ille magnus Deus.*

amnicula] γ. *amminicula.* in Apol. *miniſteria & auxilia.*

mu . . . .] γ. *munimenta.*

neceſſita . . . . s] γ. *neceſsitate conferens.* in Apolog. ita: *Sed conuertimini ad cauſam aliam, reſpondentes, collationem diuinitatis meritorum remunerandorum fuiſſe rationem.*

ſuſpicare] pro *ſuſpicari.*

Nemo . . . . gieudo alicui] γ. *Nemo quid fungendo alicui.* Dictum, *Fungi alicui:* vt iam ſupra notaui cap. 10: Sed & dictum, *fungi aliquid.* In Apologetico cap. 9: *quæ idipſum munus illi Proconſuli functa eſt.* ita, *hominem functus*, de corona militis cap. 8. *paſsiones ſuas caro functa*, aduerſus Praxean

cap.27. *virum functus*, de pallio cap. 4.

¶ PAG. 57. *Sed neque &c.*] Hunc locum ita ſiue reſtituo, ſiue repleo. *Sed neque poteſt competere numini, vt eſt, tanta hæc poteſtas, vt ſcilicet Deum ex non Deo faciat.*

egeat opera .... meria &c.] ℞. *opera vel cura ſymmeria* &c. vt *cura ſymmeriam* vocauerit, curæ participatum. At in Apol. ſimplicius: *Indignum eſt, vt alicuius operâ indigeret, & quidem mortui.*

quo mirum] i. quo mirum magis.

.... tio] ℞. *cùm ab initio.* In Apol. ita: *cùm dignius ab initio Deum aliquem feciſſet, qui mortui erat operam deſideraturus.*

Nec diutius de .... tus conquiret &c.] ℞. *Nec diutiùs deruendis his ictus conquiret*: vel quid tale: quis enim ipſa verba præſtare auſit?

comparauit] *comparabit.*

Sa .... rior] ℞. *Sanè, quæ poſterior.*

ſi Deus remune .... buta] ℞. *ſi Deus remunerator meritorum: ſi diuinitas emerita vita contributa*: Quorum pleroſúmque veſtigia adhuc quædam cerno.

ſi priſtinis viris ....] ℞. *ſi priſtinis viris cœlum ob merita patuit.*

exinde nemo dig .... ſi &c.] ℞. *exinde nemo dignior illis aſſumptus eſt: niſi ſi* &c. Apologetici cap.11. *Quanto dignius iſtos Deos ille aſſumendos expectaſſet, praſcius vtiq; potiorum? properauit opinor, & cœlum ſemel cluſit, & nunc vtiq; melioribus apud inferos muſſitantibus erubeſcit.*

Tantis videlicet &c.] ℞. *Tantis videl. priuilegiis cæleſtia meruerit antiquitas.*

Ergo an meruerit, re &c.] ℞. *Ergo an meruerit, retractemus. Qui ait meruiſſe, proponat* &c. Confer autem Lactantium *lib.1.c.18.*

Si quid in cuna .a bulu &c.] ℞. *ſi quid in cunabulis admiſſa fœditatis.*

inceſto .. m ...] ℞. *inceſto iam iunctos.*

.... ter ...] ℞. *Iupiter: planè infans indignus* &c.

in Cre .... &c.] ℞. *in Creta proles tam mala manebat.* Notum iſtud.

genitorem &c.] ℞. *genitorem regno priuauit, feliciſſimum* &c.

laboris, inopia &c.] ℞. *laboris, inopia neſcia lætáque pax quieſcebat.*

ſubiacebant arua colonis] ita Ms: ſed quomodo reſcribendum ex ipſo Virgilio liquet, *ſubigebant arua coloni.*

..... tellus] ℞. *Ipſáque tellus Omnia liberius nullo poſcente ferebat.*

..........] ℞. *eius etiam aui.* i. Cœli v. ſuprà caput 12.

pri ...... tum putem] ℞. *primo dictum putem.*

τὸ πρῶτον τὸ παιδίον] Hoc etiam titulo, Varronis (aduerſus quem hic ſcribit Tertullianus) ſatyra, τὸ πρῶτον τὸ παιδίον: cuius argumentum alij iam enarrarunt.

.... tunc] ℞. *ſi etiam tunc.*

.... dubitaret] ℞. *Poſt hæc, quid dubitaret.*

Digitized by Google

.... *& ſtupra*] *χ. adulteria & ſtupra.*

AD CAPVT XIV. FIERI Deos poſt mortem non debuiſſe aut potuiſſe ex hominibus natos, ſeu Deos Factos.

....*minibus*] *χ. ab hominibus.*

Dionyſ.....] *γρ. Dionyſium Stoicum*: Libro hoc ipſo cap.2. *vt Dionyſius Stoicus trifariam Deos diuidat: vnam vult quæ in promptu ſit, vt Solem & Lunam .... aliam quæ non compareat, vt Neptunum: reliquam quæ de hominibus ad diuinitatem tranſiſſe dicitur, vt Herculem, Amphiaraum.*

De ipſo quidem Hercule] Confer Lactantium *lib.1.c.9.* & Arnobium lib.4. *adu.Gentes.*

..........*ma*] *χ. ea nobis ſumma.*

pro v............] *χ. pro vniuſcuiúſque.*

conſtan..........*rit*] *χ. conſtanter confecerit.*

ad..........] *ſρ. beſtias auctorati.*

............*ciunt*] *ſρ. beſtias conficiunt.*

dulcis.........*tas*] *ſρ. dulcis peregrinitas.*

preſti........*minerunt*] *præſtitit*: Non *meminerunt.*

do.............] *ſρ. dorſo vehebatur.*

Si........] *ſρ. ſi Hercules.*

omni............] *ſρ. omnibus oſtentari.*

Hercula.....................*um vxorum*] *ſρ. Herculaneis, ſtupra puerorum, vxorum.*

amiſſio.. *&c.*] *ſρ. amiſſionem, turpiter deſertam militiam.*

turpi....................*am*] *χ. turpitudinis omnis infamiam.*

vxorem...............*erunt*] *ſρ. ſimùl eius interemerunt.* v. Lactantium *lib.1.c.9.in fi.*

inrogaſſet] *Inrogare*, in rogum ſe coniicere.

parri........] *ſρ. parricidiorum.*

magis meru...........*honeſta*] *γρ. meruerat, vt magis inhoneſta.*

ſuble....... *a facilitate*] *γρ. ſublegiſtis eâ facilitate.*

alium] nempe, Æſculapium. Eandem fabulam narrat Apolog. *cap.* 14.

& diuini] *& quidem diuini vi.* Nempe Æſculapius fulminatus.

pauca............*ingenia*] *γρ. paucorum medicaminum ingenia.*

¶¶ PAG. 59. ....*filius*] *γρ. Apollinis*: & ſanè comparent adhuc veſtigia ſybalæ nis.

.........*ſpurius*] *γρ. vel potius ſpurius.*

vt Argiuus Socrates detulit] ex Suetonio hoc ipſum refert Lactantius *lib.1.cap.*10.

.... *repertum*] *ſp. quippe expoſitum repertum.* v. Suetonium apud Lactantium, *lib.*1.*c.*10.

vbere .... *nemo*] *ſp vbere nutritum, quod nemo* &c.

fulmine hauſtus eſt] fulmine vindicatus in Apol.c 14.

..... *ſus eſt*] *ſp. hic rurſus eſt.* In Apolog. cap.14. *ſi fulmen illius eſt.*

ſed enim Pin .... *um eius &c.*] *ſp ſed enim Pindarus vitium eius non occultauit, cupiditatem & auaritiam lucri.* Noſter Apolog.cap.14. *Eſt & ille de Lyricis, Pindarum dico, qui Æſculapium canit auaritia merito, quâ medicinam nocenter exercebat, fulmine vindicatum.* Arnobius lib.4. *Nunquid cupidinis atq; auaritia cauſa, ſicut canit Boeotius Pindarus, Æſculapium fulminis transfixum eſſe telo?* Paſſim hoc inculcant Patres ex Pindari 3 *Pythionica*, quod & Plato 3 *de Republ.* perſtrinxit.

lucri .... *atam*] *ſp. lucri peruulgatam.*

mortu ....] *ſp mortuos ad vitam.*

merito ....] *ſp. merito iure, qua tam malam beſtiam ediderat* &c.

Mer ... *Deum*] *ſp. meritò Deum.*

AD CAP. XV. de Relatis in SYDERA, & per leuia maláque officia diſtributis.

Dei .... *tratis*] *γρ. Deis monſtratis:* an, *incentratis?*

Caſtores & Erigona] v. pariter Minucium Felicem, *Octauio*, & Lactantium, *lib.*1.*cap.*10.

ſcorp ..... *cancros*] *γρ. ſcorpios & cancros.*

Differo] Pariter vt ſuprà diſtulit *cap.*7. nempe in Apologetici *caput* 22.23.

in oraculis .... *&*] *γρ in oraculis conſecraſtis (& teſtimonium hoc diuinitatis) Teſtimonium diuinitatis*, oracula Nationibus: vt ſup.c.7 *documentum diuinitatis.*

.... *dius*] *γρ Eſt & viduus.* v. Cyprianum *de Idolorum vanitate*: qui hunc locum imitatus omninò videtur.

no ...... *tendo*] *γρ non admittendo.*

exani .... *bana*] *γρ. exanimet: & Orbana.* v. & Cyprianum, *de Idolor. vanit.*

Mortis ....] *γρ. Mortis Deam.*

Deos ar .... *patrem &c.*] *γρ Deos arcuum, Ianum patrem: eſt & Diua Arquis, & Iana.* Nempe tres Deos arcuum publicorum vrbis indicat: In his *Ianum patrem*, primum nominat: nempe qui Ianis præerat: qui Iani vt arcubus identidem iunguntur, ita arcuati & fornicati ipſi: vnde & ἁψῖδες Dioni. Denique quid *Iani* fuerint, iam notum. ¶ *Arquus* Dea pariter, Dea arcuum publicorum: *arquus* enim pro *arcus* ſcribebant: *Arquitenens*

nens Dea apud Accium, Diana. ¶ Pro *Lana* ſcripſi *Iana*: nempe & hæc Ianis præfuit: forte aliquo diſcrimine inter *Ianos* & *Ianas*. De quibus his temporibus ſub Seuero Imp. Spartianus. *Opera publica eius præcipua extant, Septizonium & thermæ Seuerianæ. Eius denique etiam ianæ in Transtiberina regione ad portam nominis ſui, quarum forma intercidens ſtatim vſum publicum inuidit.* Non eandem vocem reſtituo Arnobio lib. 4. *Quis*, inquit, *Limentinum, quis Lunam cuſtodiam liminum gerere & ianitorum officia ſuſtinere credat, cùm fanorum quotidie videamus & priuatarum domorum conuelli & ſubrui.* ibi enim reſcribendum *Linam*: vel *Liminam*. Tandem meminerimus hic agi de Locis publicis vrbis: non priuatis.

.... *illi faciunt*] audeo ſcribere. *Habitantium illi faciunt*: vel ſanè quid non abludens.

prætereà .....] γρ. *prætereà & qui.*

Aſcenſum ....] γρ. *Aſcenſum, ab aſcenſu. Scanſum* vocat Cyprianus *de Idolorum vanit.*

Leuicoiam à cliuis] forte, *Leuicliuiam.*

& Car .... *nibus*] γρ. *Cardeam à Cardinibus.* Adde duos ſimiles locos *de Idololatr. c.15: de Coronâ milit. cap.13.* & Cyprianum *de Idolor. vanit.* & Auguſtinum 4. *de Ciuit. Dei cap* 8.

¶¶ Pag. 60. *inter vicinos ap* .... *num ianitorum adorantur*] Neſcio an in Ms. ſit *inter vicinos*, an *internicinos*, an *interracinos*, vel *interricinos*: quod exiſtimo. Ergo ita hunc locum legam: *inter ricinos, apuas, titinnum ianitorum adorantur.* De titinno ianitorum res nota. *Ricinati* forte oſtiarij ſeu ianitores. Et victus illis, apuæ: notum. n. τιὸ δὲ ἀφίλω μύνθου πᾶσαι πόλει Ἀττικῶ. Iraque mendicorum obſonium, apuas, πτωχικὸν ὄψο dixerunt.

cum & habeant] Inter &. ac vocem *habeant*, aliquid deeſt: Itaque ſcribo: *cùm & Deos ſuos habeant.*

culinis] in Ms *cunilis.*

in v .... *&c.*] γρ. *In vſu ſinguli illi itaque proprio, ſimiles aliiq; Romanorum Dei, quibus* &c. Nempe hoc ipſum vult quod & Arnobius *lib.3*: Deridet hanc Deorum Romanorum per officia ſingula diſtributionem: Cœteris vtique Diis opus non eſſe, ſi iam ſinguli per ſingula vitæ officia diſtributi: v. & Auguſtinum 6. *de Ciuit. Dei cap.39.*

foris] apud alias gentes, non Romanas.

Ad Capvt XVI. Frvctvvm & neceſſariorum victui & artium inuentores non ideò in Deos allegendos fuiſſe.

Concordat cap. 11. Apologetici. ibi. *Denique inueniſſe.*

& ne ...... *ia*] γρ. *neceſſaria.* Ita Apologet. cap. 11. *Inueniſſe dicun-*

Digitized by Google

tur neceſſaria iſta vita.

non . . . . . fitemini] *ϰ. non & confitemini.* Porrò in Apolog. hoc ipſum vrget. *Denique inueniſſe dicuntur neceſſaria iſta vita non autem inſtituiſſe: quod autem inuenitur, fuit: & quod fuit, non eius deputabitur qui inuenit, ſed eius qui inſtituit: erat enim antequam inueniretur.*

po . . . . . . noratis] *ſp. potiùs honoratis.*

. . . . quàm] *ſp. nam priuſquàm.*

. . . . miniſterium inſtitutoris] ego repleam & reſtituam, *cui præbuit miniſterium inuentoris* : niſi malis, *penes quem magiſterium inſtitutoris.*

. . . . ſum] *ſp. & illud ipſum:* i. res ea.

. . . . am] *ſp. cùm Africanam.* Vide autem totam hanc hiſtoriam eleganter deſcriptam apud Plinium *lib.15. c.18.*

quo iam] ita editum oportuit: *quo*, i. quo loco, quam proximo: apud Plinium *tam prope à muris habemus hoſtem.*

ſub . . . .] *ſp. ſubiuganda ille*, vel *ſubruendæ:* Pliniùs, *cùm clamaret omni Senatu Carthaginem delendam.*

exprimeret] *documento*, *argumento* oſtenderet, quibus vocibus vtitur Plinius: qui mox *Tanto propius Carthaginem pomo Cato admouit.*

Ceraſium] Hoc exemplum etiam in Apologetico *cap. 11.* proponit.

Cn. Pompeius de Ponto] Ita apertis literis Ms. Atqui & ipſemet in Apologetico *cap.11*: & Plinius, *lib.15.cap.25*: & Hieronymus, *ad Marcellam*, Lucullo id tribuunt! En Plinij verba. *Ceraſi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuêre in Italiâ: ad vrbis annum DCLXXX: is primùm vexit è Ponto: annisq; CXX trans Oceanum in Britanniam vſque peruenêre.* En Apologetici. *Male cum Lucullo actum eſt, qui primus ceraſa ex Ponto Italiæ promulgauit.* Niſi librarij error eſt, & hoc μνημονικὸν Tertulliani ἁμάρτημα, & ſubitanei ſcripti argumentum, quod poſteà emendauerit in Apologetico. *Inuentor* itaque & *oſtenſor* ceraſorum Lucullus, vt vocatur in Apologetico: vbi *nouæ frugis auctorem, inuentori & oſtenſori* opponit. Nempe *inuentorem* ſeu repertorem vt hoc cap. ita in Apolog. vocat, qui primus in locum aliquem rem aliquam intulit. Vt proinde Pamelius, aliique deinceps, locum illum Apologetici emendare non debuerint, & vocem *inuentor*, vel expungere, locoue mouere.

. . . . . . Italiæ] *ſp. primus Italiæ.*

prouolgauit] rectè ita: pro quo in Apolog. *promulgauit.* De virginibus vel. cap.13. *Quò ergo foris quidem bonum ſuum abſtrudunt, in Eccleſiâ verò prouulgant?*

. . . . ruiſſe] *ſp. inuentores hi meruiſſe.*

quàm etiam . . . . commenta Deos haberi] *ſp. quàm etiam, ob artium commenta Deos haberi.* Ita mox, *quos ob artes ſanctificatis.*

noſtræ ætatis . . . . o dignius] *ſp. noſtræ ætatis artifices, multo dignius.*

Digitized by Google

. . . . m in omnibus] χ. quandoquidem in omnibus.

quotidiano inſtruente] χ. inter *quotidiano* & *inſtruente* deeſt vocula, cuius extrema litera e adhuc comparet in Ms: quare ſcribo, *vbique*

ſanctiſi . . . .] χ. *ſanctificatis*, *eos* &c. Senſus eſt. Deos illos ſanctificatis, honoratis ob artes quaſdam ſingulares, atquin ita ſeu eo ipſo eos offenditis, quandoquidem qui ob vnam artem Deum colit, eo ipſo offendit, quia in aliis artibus inferiorem eum agnoſcit.

prouocatis] *Prouocare* noſter, pro offendere.

in æmulis] i. in aliis & diuerſis artibus, in contrariis.

¶¶ PAG. 61. AD CAPVT VLT. IMPERIVM ROMANVM Deorum cultu neque partum neque auctum fuiſſe.

Concordat Apologetici caput 25. 26.

Denique] Argumentum huius capitis exequitur noſter Apologetici *cap.* 25. 26. Cyprianus. *de Idolorum vanitate.* Auguſtinus toto libro *Quarto de Ciuitate Dei.*

. . . . . . *toribus ſuis*] ſp. *Romæ autoribus.*

poſteritas c . . . . *&c.*] γρ. *poſteritas credidit, poſtremùm nobis ſupereſt adhuc illa Romanarum ſuperſtitionum perridicula præſumptio, cui aduerſus vos Nationes congredi habemus.* Ita Apol. c. 25. *Quoniam tamen Romani nominis propriè mentio occurrit, non omittam congreſſionem, quam prouocat illa præſumptio, dicentium* &c.

domin . . . . *ſe*] ſp. *dominos factos fuiſſe.*

domina . . . . . . *&c.*] χ. *dominatum orbis: ſic vt nulli hoſtes eis præualeant.*

Sterculius . . . *&c.*] χ. *Sterculius & Mutinus & Larentina Romanis peperit hoc imperium*: tum ex veſtigiis ſcripturæ fugientis, tum ex Apologetico. Mox ſcribo. *Virtus Romana deſtinatum ad imperium, quid?* contulit ſcil.

. . . . . *tem extraneo &c.*] Verba huic loco tum ex veſtigiis fugientis ſcripturæ tum ex illis Apologetici cap. 25: *Peregrinos enim Deos putem extraneæ genti magis fautum voluiſſe quam ſuæ*: hæc reſtituo. *Nec præ natali ſolo putem, extraneo potius Deos imperio voluiſſe fauiſſe, alioquin impios deſertores* &c.

deſtitutores &c.] adde, *immò proditores patrij ſoli, in quo nati adulti, nobilitati.* &c. ex Apolog.

Ita nempe &c.] χ *Ita nempe Iupiter Cretam ſuam Romanis faſcibus premi ſineret*: partim ex veſtigiis ſcripturæ fugientis partim ex Ms: vbi *m ſ* . . . . . *nis faſcibus pr.* apertè agnoſco.

Digitized by Google

tur neceſſaria iſta vita.

non . . . . . ſitemini] ϰ. *non & confitemini.* Porrò in Apolog. hoc ipſum vrget. *Denique inueniſſe dicuntur neceſſaria iſta vita non autem inſtituiſſe: quod autem inuenitur, fuit: & quod fuit, non eius deputabitur qui inuenit, ſed eius qui inſtituit: erat enim antequam inueniretur.*

po . . . . . . noratis] ſp. *potiùs honoratis.*

. . . . *quàm*] ſp. *nam priuſquàm.*

. . . . *miniſterium inſtitutoris*] ego repleam & reſtituam, *cui prebuit miniſterium inuentoris :* niſi malis, *penes quem magiſterium inſtitutoris.*

. . . . *ſum*] ſp. *& illud ipſum:* i. res ea.

. . . . *am*] ſp. *cùm Africanam.* Vide autem totam hanc hiſtoriam eleganter deſcriptam apud Plinium *lib.*15. *c.*18.

quo iam] ita editum oportuit: *quo,* i. quo loco, quam proximo : apud Plinium *tam propè à muris habemus hoſtem.*

ſub . . . .] ſp. *ſubiuganda ille,* vel *ſubruenda:* Pliniùs, *cùm clamaret omni Senatu Carthaginem delendam.*

exprimeret] *documento , argumento* oſtenderet , quibus vocibus vtitur Plinius: qui mox *Tanto propius Carthaginem pomo Cato admouit.*

Ceraſium] Hoc exemplum etiam in Apologetico *cap.* 11. proponit.

riore ſæculo profectum iſtum etiam Iuriſprudentia *noſtra, excitatis magnorum virorum induſtriâ nonnullis eius reliquiis, vnde poſtea veri paßim legum intellectus educi cœpêre, diſcußis retroſiorum temporum tenebris, & inanibus commentis an commenriis profligatis. Exinde, quis de Ordine noſtro non magno hodie mercetur vel leuem aliquem de hoc genere puluiſculum, & vel contemptißimam Iuris Romani ſtricturam? Diu eſt, cùm & ipſe ego ardentiſſimè cupio vel paucas Cōſtitutiones* Codicis Theodoſiani *(quem ideò tantùm premo) ex aliquo Manuſcripto lucrifacere: certus, vel modicâ nouitatis alicuius face, vniuerſam eius faciem colluſtrari poſſe. Intereà dùm quid tale de cœlo liquitur, poſt* Tertulliani libros ad Nationes, *haud ita pridem à me orbi redditos, en tibi* ἕρμαιον *alterum: Græci videlicet ſcriptoris, ſub Conſtantio & Conſtante Impp. vt quidem cenſeo, totius orbis, ac Romani potißimum,* ἐξήγησιν *hactenùs ineditam: cuius vetus Verſio è* Iuretiano *Codice à te mihi peramanter communicata, aliquo fœnore cumulatior, quod pollicitus eram, ad te nunc redit. Et ad quem potius? Non eò tantum, quia mutuum iſtud ex parte de mēſæ tuæ ſcripturâ ſumptum habeo: verum etiam pro veteri, ac propè fraterna, inter nos amicitia: &, quia cum paucis ſedes Tu hodie harum literarū arbiter: in quas, ceu ſecundas menſas*

& a-

Digitized by Google

& amœnitates, pronus eſt à Iuris Noſtri *ſeueritate deflexus. Nam licet* ἀρχιτεκτονικὴ *illa noſtra vrat fulgore ſuo, & prægrauet has artes infrà ſe poſitas, nihilo ſecius in earum ſinum blandùm illabatur ſubinde neceſſe eſt : Non ob illam tantùm in commune* Hiſtoriæ Romanæ *cum Iuris diſciplina cognationem, ſine cuius comitatu Matrona hæc noſtra minùs honeſtè procedit: verùm ob ſecretius illud &* μυστικώτερον τῆς ἱστορίας ἀπόῤῥητον*, ſine quo ne noſcibilis quidem eſt* Conſtitutionum Imperatoriarum *maieſtas. Et verò de hoc omninò genere eſt et hæc quoq; ipſa Geographica* ἐπίστασις*: Hic nempe videas Imperij Romani per ea tempora ſtatum, ad quem Iuris publici* νομοθεσία *omnis comparata eſt: Hîc videas Prouinciarum & Metropoleon per orbem Romanum notitiam, quæ quantùm Conſtitutionibus probè explicandis conferat, norunt Iuriſconſultorum* γνήσιοι*: &, vt aßiduum hâc tempeſtate vindicem dem, pernouit Doctißimus* Merillivs. *Ad rem fiſcalem pariter ſeu tributariam ſpectantia quàm plurima hoc ipſo libello continentur, quænam videl. ſpecies ex prouinciis ſingulis fiſco tùm inferrentur: Berytienſis item Iuris Academiæ celebritatem hîc efferri videas, & exinde ſparſos per totum orbem Romanum Juriſconſultos, & Judicum Adſeſſores: atque id genus complurima: Etiam ea, quæ etſi alterius diſciplinæ propria magis,*

¶ 3

ex vſu tamen Iuris interpretis pleraque.

De cætero habet & hic Hiſtoria Eccleſiaſtica, *Conſtantij Imp. temporum, quo proficiat: in his videlicet, quæ paßim de ſtatu ſuperſtitionis Gentilitiæ ea tempeſtate in Ægypto, Alexandriâ, Syriâ, Româ, ſcriptor & ipſe Gentilis memorat: tùm et in iis, per quæ apparet, quàm altas tùm Sophiſtice radices egerit, quò magis ſcil. Chriſtiana religio inualeſceret.*

Viderint Geographorum *quoque filij, quàm ex vſu eorum futura ſit deinceps hæc ipſa Orbis deſcriptio, cum aliis antiquioribus & recentioribus collata: Nam vt eorum ſtudium per ſingulas ætates neceſſariò circumducitur, ita contrà miſeros et ieiunos Orbis ſpectatores eſſe neceſſe eſt, niſi eum* temporatim *recenſeant: quandoquidem, & detrimenta habitum Orbis mouere ſubinde ſolent (cuius rei exempla & hæc ipſa quoque deſcriptio ſuppeditat) & pro Reipubl. vſu aut neceßitate prouinciarum & vrbium ſtatum identidem mutari contingit. Quare erit proculdubio & gratum* ἕρμαιον *iſtud Cl. V.* Lindenbrogio, *amico noſtro: cuius veterũ Geographicorum opuſculorum* συναγωγὴν *indies expectamus.*

Hæc vtut caſura ſunt, operam hanc per vindemiales ferias ſumptam optimè mihi locaſſe videbor, ſi veteris & ſinceræ amicitiæ noſtræ pignus iſtud habere volueris. Vale, literarum decus.

PRO-

Digitized by

PROLEGOMENA.

BREVEM hîc habes, Benigne Lector, ſed veterem, totius Orbis Deſcriptionem ſeu περιήγησιν τῆς οἰκουμένης; cuius Latinam verſionem à Clar. Viro Franciſco IVRETO primùm acceptam, & ex membranis deſcriptam, Notis quoque in Symmachum laudatam, peramicè mihi communicauit CLAVDIVS SALMASIVS ille, non magis literarum hodie, quàm Amicorum meorum purpura.

Græci Scriptoris ἐπίστασις iſthæc eſt, quæ ab inſulſo literione, Græcæ Latinæque linguæ iuxta ignato, in Latinam linguam transfuſa fuit: tàm ineptè, vt iacuiſſe tamdiu non mirer; mirer potius enataſſe. Ea barbaries vbique hanc interpretationem obſidet, vt, in tam conciſo præſertim opere, non putes quicquam latere, quod erat publicè interſit. Et tamen contra eſt: Nempe, quod in balluca auri argenti adſolet, diligentius excutienti purioris metalli ramenta quamplurima hic intermicant. Quinimò (quis putet) & hæc ipſa verſionis barbaries in bonum vertit: Nam quia interpres verbum verbo curauit reddere, Græcanicâ etiam vbique conſtructione ſeruatâ, quæ vitium Latinis auribus ſonaret, facilè fuit, Græca ſaltem mediocria ex Latinis facere non bonis.

Quare habes hîc, mi Lector, non *Iuretianum* tantùm apographum, ſed Auctoris ipſius, quà fieri potuit, Græcum authenticum reſtitutum: Ex quo iam nullo vel minimo negotio internoſci ſingula poterunt, quorum pleraque in Latino nullum commodum ſenſum habebant. Adiunxi eodem fine & nouam interpretationem, Latiniorem hactenus, vt inoffenſo ſaltem pede legi poſſet.

Digitized by Google

Ut autem legiſſe iuuet, & NOTIS quibuſdam breuibus ἀξύγοισιν inſtruxi; tùm & quædam inſuper præfanda credidi. 1. De *Auctore*. 2. De eius ſeculo, ſeu quando Coſmographica hæc deſcriptio ſcripta fuerit.

I. AVCTORIS nomen vti ſcire parum intereſt, ita nec liquidò datur. *Alipij* equidem (qui Cæſarij frater fuit) Geographiam memorat Julianus, *epiſt.* 31. quam & ibi duplici nomine commendat, quod & ſuperioribus Geographiis accuratior eſſet, & Jambis quibuſdam eam exornaſſet: Verùm an ea quicquam cum hac Exegeſi commune habeat, valde dubito Namque hæc non niſi Maioris alicuius operis hiſtorici ἐπίτασις & Ecloga eſt: quod ex quatuor locis *in Notis ipſis* demonſtro, vbi ſemper exceſſus & ἐπιστασέως veniam Auctor petit. Etſi blandiri contra videatur, quod hic Alypius Antiochenus fuerit, quod Ammianus oſtendit *lib.* 23. Et verò huiuſce libelli Auctorem Antiochenum quoque fuiſſe autumo. Viceuerſâ illud Alypio hunc fœtum abiudicare videtur, quod Ammianus dicat, *eum Britannias curaſſe pro præfectis*, id eſt, Vicarium Britanniarum fuiſſe: Atquin Auctor hic de Britanniâ tanquam ſibi incognitâ loquitur: *Britannia*, inquit, *prouincia, ſicut qui fuerunt narrant, valde maxima:* Niſi poſt hunc libellum eum Britanniam adiiſſe putemus.

II. *Religione Paganum* ſe vbique manifeſtè Auctor prodit: partim quia de Deorum cultu paſſim agere inſtituit: Ægyptiacam & Alexandrinam ſuperſtionem commendat: Mercurio, literarum; Æſculapio, medicinæ: Muſis, benè canendi facultatem & originem: Veneri, formoſitatis decus tribuit; Theologiam Mythicam ſequitur; Homeri, Virgilij fabulas, Sibyllina carmina (quanquam & ea *Chriſtianis Patribus* nonnullis fucum fecêre) premit: Partim quia de Paganis ritibus, tùm in Syriâ, Alexandriæ, Romæ ſtantibus, ter quater vectari videtur, veluti de Venere Heliopoli tum magnificè cultâ: de Deorum cultu & myſteriis, & Serapidis templo Alexandriæ ſtantibus: de ſacro Virginum Veſtalium, & Haruſpicina

Digitized by Google

Romæ vigentibus: de Ioue, Sole, Matre Deûm, Romæ pariter tum cultis.

Et tamen *Sacris Scripturis* eum incurſaſſe (quod feciſſe hac tempeſtate Sophiſtas, Themiſtij quoque exemplo liquet:) compluribus argumentis colligo, quæ in cenſum τῶν συμπιπτόντων haud tam facilè referam: adeò quidem vt nonnulla imitatus videatur (Iulianeo more) ad Sacram Scripturam impiè traducendam.

III. *Sophiſtam* vel *Rhetorem* indubiè eum fuiſſe multa loquuntur: Primò tùm ipſe ſcribendi character & κομψεία, tùm & ipſa ματαιοτεχνία, cæteris Sophiſtis familiaris: dum multa videlicet μουσόληπτος ex Homero (quem *Patrem & vocem Sophiſtarum* dixerũt, σοφιστῶν πατέρα, καὶ φωνήν, ex quo Sophiſtæ conceptus & dictionum venuſtatem capiebant) multa item ex Virgilio deſumit: multa de Deorum vita, de Diis & diuinitate in montibus, veluti in Olympo, Ætna, Libano nugatur. Dionẽ Pruſæum, Chryſoſtomum, Libanium, Iulianum, Themiſtium, Eunapium (Sophiſtas omnes) intuêre, eadem omnia reperies. Secundò Sophiſticem eius arguunt tàm crebræ obſeruationes de literarum inuentoribus: Sophiſtis, Philoſophis (& quidem veris) Ægyptiis & Alexandrinis; de doctis viris Cappadociæ, Galatiæ, Achaiæ, Hiſpaniæ, Siciliæ, Cretæ: Chartæ etiam Ægyptiacæ commendatio magno hiatu; Eruditarum, ſeu, vt ipſi loquebantur, & verò noſter loquitur, ἱστορίας ἕνεκα peregrinationum: Cùm maximè verò ſingularis Athenarum à literis commendatio, quæ hac tempeſtate, ſi quando vnquam, conſummandæ iuuentuti & à Sophiſtis frequentatæ; quam in rem *in Notis* plura dixi. Teſtes interea eius rei ſunt tam multi & magni nominis Sophiſtæ, quos hac tempeſtate memorat Eunapius, & in his Iulianus, Proæreſius, Epiphanius, Muſonius, Hemerius, Libanius, alij, quibus adde & Leontium; Teſtis Iulianus Imperator, qui ibidem inſtitutus, imò inquinatus; Teſtes etiam è Patribus nonnulli, Gregorius Naziãzenus (qui & *Athenas aureas ſibi fuiſſe* ait) Baſilius Cæſarienſis, de quibus doctè Baronius *in Annalibus*. His adde & Berytienſes ICtos. Vt videas vbique li-

rerarum ſtudioſum, & Sophiſtam. Et ſanè hæc illa ætas potiſſimum fuit, quâ vt inter Gentiles Sophiſtice plurimùm viguit, quo magis videlicet Chriſtiana fides inualeſceret; ita ſcribendi prouinciam in hoc & ſimili genere *Exegetico*, Hiſtorico, ſibi Sophiſtæ vindicarunt, vt cœteroquin Geographia Philoſophicis ſtudiis coniuncta eſt. Quare & Hiſtoriam ipſi callentes eandem docuêre, vel ſcriptis etiam tractauêre, ſic vt ἐν συγγράμμασι his excellerent, καὶ ἱϛορίαν ἱκανοὶ ἦν συγγράφειν. Imò Geographiam ſeu Coſmographiam vel maximè tractare potuerũt duabus de cauſis, tum quia in peregrinationibus ipſi ἱϛορίας ἕνεκα aſſidui eſſent, & è Sophiſtis nonnulli περιοδευταὶ ſeu circitores perpetui. Fidem facit quoque Æthicus, & ipſe Sophiſta (quo etiam nomine indigetari ſolet) qui Coſmographiam & ipſe ſcripſit, imò, ſi Flodoardo credimus, Itinerarium, quod vulgò Antonini. Specta ſis & Auctorem libelli qui Breuiario Theodoſij Iunioris ſeu Notitiæ Imperij ſubditus eſt: Philoſophum is & Sophiſtam ſe profitetur; & tamen de rebus bellicis agere ſuſtinet, de inhibenda largitate, de fraude & correctione monetæ, de Iudicum prauitate, de releuando militari ſumptu, de machinis bellicis, de bellico apparatu, de limitum munitionibus, de legum vel iuris confuſione purganda. Vt ex his omnibus iam videas potiſſimam Reipubl. & rerum actus partem, & τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν (cuius pars & Geographia) Sophiſtas hoc etiam æuo ſui iuris feciſſe: quod Iulianus *in Epiſtolis* diſertè ait, Σοφιϛαὶ τὸ κατ' σφᾶς εἶναι φασὶ τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν. Quare & *Politici* iidem dicti, & πολιτικὸν eorum θρόνον Athenis fuiſſe ſcimus.

IV. *Patriam* ſuam nullibi hic Auctor prodit, quod tamen in Coſmographico & Hiſtorico opere ſatis mirum: vbi fermè ſcriptores, cùm ad Patriam deuentum eſt, eius indicinam aliquam facere ſolent. Sanè cùm illud liqueat, eum non Occidentalem fuiſſe, ſed Orientalem & Græcum, facilius eſt dicere cujâs non fuerit, quàm cujâs fuerit: Siquidem Ægyptium ſe non fuiſſe (etſi in Ægyptum deſcenderit) non Arabem, non Cappadocem, non Galatam, non Phrygem, non Armenium, non Paphlagonem,

non

non Ponticum, non Iſaurum, non ex Aſiâ Proconſulari, non Theſſalum, apertiſſimè prodit, cùm alienam fidem vbique, dum in his eſt, interponat. Quid igitur? Sunt quæ inducant Syrum fuiſſe hunc ſcriptorem: Primum eſt exacta illa & anxia penè *Syriæ* deſcriptio, vbi non contentus totius Syriæ laudes & ſummam proponere, vel etiam Metropoleos, puta Antiochiæ, bona efferre (quod alioquin etiam prolixè facit, vbi de Ægypto & Alexandria agere inſtituit) octodecim inſuper Syriæ ciuitates claras ſigillatim fermè perſequitur; Mox & duabus obſeruationibus ſingularibus Syriæ deſcriptionem claudit: quarum prior eſt, quid circa res neceſſarias & vtiles ad vitam humanam ſingulæ Syriæ ciuitates conferrent; poſteriore, voluptates ac voluptatum artifices per ſingulas Syriæ ciuitates deſignatum iuit: Et poſt hæc omnia, breuitatis adhuc veniam deprecatur: *Et hæc quidem*, inquit, *Syriæ ex parte, prætermiſimus enim multa, vt non extendere extra oportunum orationem videamur, & cæteras regiones quoque & prouincias ſcribere poſſimus.* Alterum eſt, quod vbi de Roma agere inſtituit, tria Numina, Solem, Iouem, & Matrem Deûm Romæ culta obſeruat: Nempe ideò, quia & hæc ipſa tria Numina Syrorum eſſent; Iupiter, inquam, vnde & *Iupiter Syrius*; Solem, quem pariter vti Iouem ſub variis nominib. colebant, & quidem præcipuo cultu Heliopoli Syriæ, *vnde Deus Heliopolitanus*, de quo & Macrobius *in Saturnalib.* Tandem Mater Deûm, quæ propriè ideo *Dea Syria* apud Romanos vocabatur, vt fidem faciunt Lucianus & Apuleius. Tertium argumentum præbent voces ab eo vſurpatæ, procul dubio apud Syros vſitatæ; veluti *χαλοπέται*, quos alij *χαλοβάτας* dixerunt, pro funambulis. Item quod Tyrios in omnibus portis *πύλαις* potentes vocat: Vix enim alibi quàm eâ parte *portarum* harum mentio. Eſt tamen & quod Comagenum ſeu Hieropolitanum fuiſſe ſuadeat: Nempe quod de hac nullum verbum faciat; cùm tamen tanta fuerit Hieropolitanæ ciuitatis fama, vt nulla alia magis ſuperſtitione gentilitiâ clara fuerit: & in quâ Conſtantius ipſe ſæpe ſubſtitit. Quare videatur hic Auctor de Comagena & Hierapoli nil e-

Digitized by Google

giſſe, quod in ea ipſe ſcriberet. Sed priori ſententiæ adhæreo.

V. Verum hæc omnia adhuc ſcire parum intereſt, niſi tempus educatur, i. ſæculum, ac propemodum annus, quo hic libellus conſcriptus eſt: Quandoquidem omnis Coſmographia ad cuiuſque ætatis rationem comparata eſt. Sæculum igitur Auctoris colligere primùm liceat ex nonnullis *Vocibus Latinis*, quas Græcia Conſtantinianeo ſeculo & proximo ſui iuris iam fecit: veluti Κωμίτατον, Κιρκλεύτιον, Κελλάρειον, Βηλάρειον, &c. quę ſanè Conſtantinianum vel proximum ei ſeculum arguunt: Hoc primum. Secũdò ex *ſtatu Religionis Gentilitiæ* per ea tempora, quem hic Auctor indicat, pariter ſæculum Auctoris dignoſci poteſt: Nempe enim Serapium Alexandriæ adhuc ſtetiſſe tum apertè ſignificat. Quare neceſſe eſt, ante Theodoſium M. ſcripſerit, i. ante A. D. 391. Id enim ab eo Imperatore deſtructum Eunapius, Zoſimus & Scriptores Eccleſiaſtici teſtantur. Idem Virgines Veſtales ſeptem Romæ tum adhuc ſacra feciſſe ſcribit: Atqui notum eſt & notatum, quid paulò pòſt his contigerit. Tertiò ex *ſtatu Imperij Rom.* & iis quæ de eo ſcribit, id ipſum colligere licet. Primùm enim de Perſis, Saracenis, Iſauris, Romanum Imperium infeſtantibus agit: At enim hoc illud ſæculum eſt, & quidem Conſtantij, in quod hæc omnia conueniunt, quod *in Notis* prolixius oſtendo. Iam ad illa mihi ſis ſpecta: Munimenta Meſopotamiæ Perſis oppoſita: Vrbium clararum ſeu *Metropolitanarum* ſingularum deſignationem: Berytienſium Iuriſc^to·um copiam: Medicos Alexandrinos, Equos Cappadocum dominicos: Equites ſagittarios Armenios: Cappadoces, &c. partim doctos, partim in miniſterio Principis tum conſtitutos: delectum militum ex Thracia: Athenarum à literis commendationem: Campaniam, cellarium vrbis Romæ: Sirmium, Antiochiam, Treuerim habitationem Imperatorum: Galliam Imperatorum auidam: vrbis Treuericæ & Arelatenſis elogia. Tandem ſpecta, quibus quamque vrbem excelluiſſe tùm notat, ſeu cuiuſque vrbis decora, veluti vinum, frumentum, veſtes, iumenta, metalla, aliaſ-

Digitized by Google

la, aliaſque ſpecies, quæ omnes conferri ex ſingulis ciuitatibus & prouinciis fiſco ſolebant (vnde & *fiſcales* ſpecies dictæ) ſanè vel ex his eiuſce ſæculi quod Conſtantinus M. fermè aperuit, genium & ingenium deprehendas.

Sed quid moramur? *Conſtantini M.* nominatim & Conſtantinopoleos ab eo excitatæ, & canonis ſeu Annonæ Alexandrinæ ei deſtinatæ, & Baſilicæ Nicomedienſis à Conſtantino inſtauratæ mentionem hic ſcriptor facit: ita tamen vt de mortuo iam Conſtantino ſentire eum videas, vtpote quem nullo elogio tranſmittit. Contrà *Conſtantij* Imperatoris ita meminit, vt intelligas eum de præſente omninò Imperatore & ſuorum temporum æquali loqui, cùm videl. de portu Seleuceno ab eo excitato agēs, eum *Dominum orbis terrarum* vocat; *Dominus*, inquit, *orbis terrarum Conſtantius portum fecit*: Quod ſane de ſuperſtite dici certiſſimum eſt, pariter vt cùm de Imperatoris ſede Antiochiæ loquitur; *vbi*, inquit, *& Dominus orbis terrarum ſedet.*

Iam tenemus igitur Imperatorem, ſub quo hic auctor ſcripſit. Neque dum tamen id ſatis eſt: Quandoquidem Conſtantius patre Conſtantino M. mortuo A. D. 337. ad annum vſque 361. integris fermè XXV. annis Imperium tenuit; & variè etiam: primò cum duobus fratribus, Conſtantino & Conſtante: mox cum ſolo Conſtante: dein, cum Gallo Cæſare ſibi adſcito: tandem cum Iuliano Cæſare. Quare videndum, cuinam è quatuor his Epochis hic libellus conueniat: Sanè neque priori Epochæ (triarchias videlicet) neque duabus poſterioribus (Cæſarum videl. adſcitorum) hoc ſcriptum conuenire, verùm ei vni quo *Conſtantius & Conſtans Imperatores* fuère, quorum ille Orientis Imperium tenebat, hic Occidentis, decennij videlicet ſpatio quod decurrit ab A. D. 340. ad A. D. 350. (præterquam quod ante Nicomediæ lapſum, i. ante annum D. 359. ſcriptum ipſe ſatis indicat) indubitato argumento conficio: hoc nempe, quod duos ſignatè Comitatus, ſeu duos Imperatores, hoc tempore fuiſſe diſertè ait: quorum ille Orienti, alter verò Occidenti præfuerit. *Aſpice*, inquit, *in*

Digitized by Google

duo Comitata, Orientis quoque & Occidentis, & multos ibi inuenies, &c. propterea & temptari per eos iuſſione Imperatorum negotia putant. Sanè *Comitatum* etiam Cæſari tribui ſcio, & verò tribui nominatim ipſiuſmet Conſtantij conſtitutione A.D. 358.*l.6.C.Th.de malefic. & mathem.* Atenim Cæſarianum imperium, cùm δεύτερον fuerit βασιλείας σχῆμα (vt Libanius loquitur, agens de Gallo Cæſare à Conſtantio adſcito *in orat. funebr. in Iulianum, pag.* 264.) neque *Imperatoris* nomine deſignatur, neque id efficit, vt Orientis Imperium ab Occidentali diſtinguatur. Maneat igitur, ſub Conſtantio & Conſtante Imperatoribus hanc ἐξήγησιν ſcriptam fuiſſe: & ſic medio decennio inter A.D.340.& A.D.350. quo demùm anno Conſtans à Magnentio Tyranno cæſus fuit.

Vlterius nunc pergamus. Memorat hic Auctor Dyrrachij interitum cap.38. *Dirractum*, inquit, *propter habitantium malitiam à Deo (magis vero vt dicunt) deſcendit, & non apparuit*. Atquin Dyrrachenam hanc cladem Hieronymus *in Chronico*, anno Conſtantiani Imperij octauo tribuit, & ſic A.D.344. Cedrenus, nono, & ſic A.D.345. id adſcribit. Item memorat hic Auctor Portum Seleucenum à Conſtantio Antiochiæ gratia ædificatum: *Seleucia*, inquit, *ciuitas optima, quæ & ipſa omnia quæ veniunt prædicta Antiochiæ offert, & fiſcales ſpecies & priuatas. Dominus orbis terrarum Imperator Conſtantius videns, quod ſic vtilis eſt ei & exercitui, montem maximum ſecauit, & introduxit mare, & portum fecit magnum & bonum, vbi venientes naues ſaluarentur, & fiſcale onus non periret*. Atquin cum huiuſce portus Seleuceni à Conſtantio excitati complures alij meminerint, Libanius *in Antiochico*, Hieronymus *in Chronico*, Cedrenus: ſanè Hieronymus, nono Conſtantiani Imperij anno id factum ait, & ſic anno D.345. Cedrenus decimo, & ſic A.D.346. Poſt eum itaque annum hic libellus conſcriptus eſt; medio hoc quadriennij ſpatio, ab A.D.346. ad 350.

Vltra adhuc pergamus. Ante cladem Berytienſem, quæ ſanè contigit A.D.348. teſte Cedreno, hunc libellum conſcriptum fuiſſe colligo ex eo, quòd hic Auctor nihil huius memoret. Igitur tandem conſcriptum aio hanc ἐξήγησιν A.D.347.

A. D. 347. quo Concilium Sardicenſe habitum fuit; vel ſane initio A. D. 348. Philippo & Salia Coss. quibus natus eſt Prudentius. Quo tempore hic Auctor ait Conſtantium Antiochiæ ſediſſe (quod etiam Cedrenus teſtatur de A. D. 347.) Conſtantem verò Treuiris. Et ſanè Conſtantium Antiochiæ conſtitiſſe his annis; Conſtantem verò in Galliis, liquet ex Athanaſio *in Apolog. ad Conſtantium:* & ad *ſolit. vitam ag.* & ex *l.* 39. *C. Theod de decurionibus.*

Atque hæc ſunt, quæ de huius libelli Auctore & tempore comperta habeo. De cœtero, BENIGNE LECTOR, nihil eſt quod hâc editione magis deprecari velim, quàm Græcæ verſionis feſtinationem, & alicubi erroneam, operarum vitio, expreſſionem.

Digitized by Google

ex vſu tamen Juris interpretis pleraque.

De cætero habet & hic Hiſtoria Eccleſiaſtica, *Conſtantij Imp. temporum, quo proficiat: in his videlicet, quæ paſſim de ſtatu ſuperſtitionis Gentilitiæ ea tempeſtate in Ægypto, Alexandriâ, Syriâ, Româ, ſcriptor & ipſe Gentilis memorat: tùm et in iis, per quæ apparet, quàm altas tùm Sophiſtice radices egerit, quò magis ſcil. Chriſtiana religio inualeſceret.*

Viderint Geographorum *quoque filij, quàm ex vſu eorum futura ſit deinceps hæc ipſa Orbis deſcriptio, cum aliis antiquioribus & recentioribus collata: Nam vt eorum ſtudium per ſingulas ætates neceſſariò circumducitur, ita contrà miſeros et ieiunos Orbis ſpectatores eſſe neceſſe eſt, niſi eum* temporatim *recenſeant: quandoquidem, & detrimenta habitum Orbis mouere ſubinde ſolent (cuius rei exempla & hæc ipſa quoque deſcriptio ſuppeditat) & pro Reipubl. vſu aut neceſſitate prouinciarum & vrbium ſtatum identidem mutari contingit. Quare erit proculdubio & gratum* ἕρμαιον *iſtud Cl. V.* Lindenbrogio, *amico noſtro: cuius veterũ Geographicorum opuſculorum* συναγωγὴν *indies expectamus.*

Hæc vtut caſura ſunt, operam hanc per vindemiales ferias ſumptam optimè mihi locaſſe videbor, ſi veteris & ſinceræ amicitiæ noſtræ pignus iſtud habere volueris. Vale, literarum decus.

PRO-

Digitized by Google

PROLEGOMENA.

BREVEM hîc habes, Benigne Lector, ſed veterem, totius Orbis Deſcriptionem ſeu περιήγησιν τῆς οἰκουμένης; cuius Latinam verſionem à Clar. Viro Franciſco IVRETO primùm acceptam, & ex membranis deſcriptam, Notis quoque in Symmachum laudatam, peramicè mihi communicauit CLAVDIVS SALMASIVS ille, non magis literarum hodie, quàm Amicorum meorum purpura.

Græci Scriptoris ἐπίστασις iſthæc eſt, quæ ab inſulſo literione, Græcæ Latinæque linguæ iuxta ignato, in Latinam linguam transfuſa fuit: tàm ineptè, vt iacuiſſe tamdiu non mirer; mirer potius enataſſe. Ea barbaries vbique hanc interpretationem obſidet, vt, in tam conciſo præſertim opere, non putes quicquam latere, quod erut publicè interſit. Et tamen contra eſt: Nempe, quod in balluca auri argenti adſolet, diligentius excutienti purioris metalli ramenta quamplurima hic intermicant. Quinimò (quis putet) & hæc ipſa verſionis barbaries in bonum vertit: Nam quia interpres verbum verbo curauit reddere, Græcanicâ etiam vbique conſtructione ſeruatâ, quæ vitium Latinis auribus ſonaret, facilè fuit, Græca ſaltem mediocria ex Latinis facere non bonis.

Quare habes hîc, mi Lector, non *Iuretianum* tantùm apographum, ſed Auctoris ipſius, quà fieri potuit, Græcum authenticum reſtitutum: Ex quo iam nullo vel minimo negotio internoſci ſingula poterunt, quorum pleraque in Latino nullum commodum ſenſum habebant. Adiunxi eodem fine & nouam interpretationem, Latiniorem hactenus, vt inoffenſo ſaltem pede legi poſſet.

Ut autem legiſſe iuuet, & NOTIS quibuſdam breuibus ἐξήγησιν inſtruxi; tùm & quædam inſuper præfanda credidi. 1. De *Auctore*. 2. De eius ſeculo, ſeu quando Coſmographica hæc deſcriptio ſcripta fuerit.

I. AVCTORIS nomen vti ſcire parum intereſt, ita nec liquidò datur. *Alipÿ* equidem (qui Cæſarij frater fuit) Geographiam memorat Julianus, *epiſt.* 31. quam & ibi duplici nomine commendat, quod & ſuperioribus Geographiis accuratior eſſet, & Jambis quibuſdam eam exornaſſet: Verùm an ea quicquam cum hac Exegeſi commune habeat, valde dubito Namque hæc non niſi Maioris alicuius operis hiſtorici ἐπίστασις & Ecloga eſt: quod ex quatuor locis *in Notis ipſis* demonſtro, vbi ſemper exceſſus & ἐπιστασέως veniam Auctor petit. Etſi blandiri contra videatur, quod hic Alypius Antiochenus fuerit, quod Ammianus oſtendit *lib.* 23. Et verò huiuſce libelli Auctorem Antiochenum quoque fuiſſe autumo. Viceuerſâ illud Alypio hunc fœtum abiudicare videtur, quod Ammianus dicat, *eum Britannias curaſſe pro præfectis*, id eſt, Vicarium Britanniarum fuiſſe: Atquin Auctor hic de Britanniâ tanquam ſibi incognitâ loquitur: *Britannia*, inquit, *prouincia, ſicut qui fuerunt narrant, valde maxima:* Niſi poſt hunc libellum eum Britanniam adiiſſe putemus.

II. *Religione Paganum* ſe vbique manifeſtè Auctor prodit: partim quia de Deorum cultu paſſim agere inſtituit: Ægyptiacam & Alexandrinam ſuperſtionem commendat: Mercurio, literarum; Æſculapio, medicinæ: Muſis, benè canendi facultatem & originem: Veneri, formoſitatis decus tribuit; Theologiam Mythicam ſequitur; Homeri, Virgilij fabulas, Sibyllina carmina (quanquam & ea *Chriſtianis Patribus* nonnullis fucum fecêre) premit: Partim quia de Paganis ritibus, tùm in Syriâ, Alexandriæ, Romæ ſtantibus, ter quater vectari videtur, veluti de Venere Heliopoli tum magnificè cultâ: de Deorum cultu & myſteriis, & Serapidis templo Alexandriæ ſtantibus: de ſacro Virginum Veſtalium, & Haruſpicina

Romæ

Digitized by Google

Romæ vigentibus : de Joue, Sole, Matre Deûm, Romæ pariter tum cultis.

Et tamen *Sacris Scripturis* eum incurſaſſe (quod feciſſe hac tempeſtate Sophiſtas, Themiſtij quoque exemplo liquet:) compluribus argumentis colligo, quæ in cenſum τῶν συμπιπτόντων haud tam facilè referam: adeò quidem vt nonnulla imitatus videatur (Julianeo more) ad Sacram Scripturam impiè traducendam.

III. *Sophiſtam* vel *Rhetorem* indubiè eum fuiſſe multa loquuntur: Primò tùm ipſe ſcribendi character & κομψεία, tùm & ipſa ματαιοτεχνία, cæteris Sophiſtis familiaris: dum multa videlicet μουσόληπτος ex Homero (quem *Patrem & vocem Sophiſtarum* dixerũt, σοφιστῶν πατέρα, καὶ φωνὴν, ex quo Sophiſtæ conceptus & dictionum venuſtatem capiebant) multa item ex Virgilio deſumit: multa de Deorum vita, de Diis & diuinitate in montibus, veluti in Olympo, Ætna, Libano nugatur. Dionē Pruſæum, Chryſoſtomum, Libanium, Iulianum, Themiſtium, Eunapium (Sophiſtas omnes) intuêre, eadem omnia reperies. Secundò Sophiſticem eius arguunt tâm crebræ obſeruationes de literarum inuentoribus: Sophiſtis, Philoſophis (& quidem veris) Ægyptiis & Alexandrinis; de doctis viris Cappadociæ, Galatiæ, Achaiæ, Hiſpaniæ, Siciliæ, Cretæ: Chartæ etiam Ægyptiacæ commendatio magno hiatu; Eruditarum, ſeu, vt ipſi loquebantur, & verò noſter loquitur, ἱστορίας ἕνεκα peregrinationum: Cùm maximè verò ſingularis Athenarum à literis commendatio, quæ hac tempeſtate, ſi quando vnquam, conſummandæ iuuentuti & à Sophiſtis frequentatæ; quam in rem *in Notis* plura dixi. Teſtes interea eius rei ſunt tam multi & magni nominis Sophiſtæ, quos hac tempeſtate memorat Eunapius, & in his Iulianus, Proæreſius, Epiphanius, Muſonius, Hemerius, Libanius, alij, quibus adde & Leontium; Teſtis Iulianus Imperator, qui ibidem inſtitutus, imò inquinatus; Teſtes etiam è Patribus nonnulli, Gregorius Nazianzenus (qui & *Athenas aureas ſibi fuiſſe* ait) Baſilius Cæſarienſis, de quibus doctè Baronius *in Annalibus*. His adde & Berytienſes ICtos: Vt videas vbique li-

Digitized by Google

terarum ſtudioſum,& Sophiſtam. Et ſanè hæc illa ætas potiſſimum fuit, quâ vt inter Gentiles Sophiſtice plurimùm viguit, quo magis videlicet Chriſtiana fides inualeſceret; ita ſcribendi prouinciam in hoc & ſimili genere *Exegetico*, Hiſtorico,ſibi Sophiſtæ vindicarunt, vt cœteroquin Geographia Philoſophicis ſtudiis coniuncta eſt. Quare & Hiſtoriam ipſi callentes eandem docuêre, vel ſcriptis etiam tractauêre, ſic vt *ἐν συγγράμμασι* his excellerent, *καὶ ἱστορίαν ἱκανοὶ τὴν συγγράφειν* Imò Geographiam ſeu Coſmographiam vel maximè tractare potuerũt duabus de cauſis, tum quia in peregrinationibus ipſi *ἱστορίας ἕνεκα* aſſidui eſſent,& è Sophiſtis nonnulli *περιοδευταὶ* ſeu circitores perpetui. Fidem facit quoque Æthicus, & ipſe Sophiſta (quo etiam nomine indigetari ſolet) qui Coſmographiam & ipſe ſcripſit, imò,ſi Flodoardo credimus,Itinerarium,quod vulgò Antonini. Specta ſis & Auctorem libelli qui Breuiario Theodoſij Iunioris ſeu Notitiæ Imperij ſubditus eſt : Philoſophum is & Sophiſtam ſe profitetur; & tamen de rebus bellicis agere ſuſtinet, de inhibenda largitate , de fraude & correctione monetæ, de Iudicum prauitate, de releuando militari ſumptu, de machinis bellicis, de bellico apparatu, de limitum munitionibus, de legum vel iuris confuſione purganda. Vt ex his omnibus iam videas potiſſimam Reipubl. & rerum actus partem, & *τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν* (cuius pars & Geographia) Sophiſtas hoc etiam æuo ſui iuris feciſſe : quod Iulianus *in Epiſtolis* diſertè ait , *Σοφισταὶ τὸ κατὰ σφᾶς εἶναι φασὶ τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν.* Quare & *Politici* iidem dicti,& *πολιτικὸν* eorum *θρόνον* Athenis fuiſſe ſcimus.

IV. *Patriam* ſuam nullibi hic Auctor prodit, quod tamen in Coſmographico & Hiſtorico opere ſatis mirum: vbi fermè ſcriptores, cùm ad Patriam deuentum eſt, eius indicinam aliquam facere ſolent. Sanè cùm illud liqueat, eum non Occidentalem fuiſſe , ſed Orientalem & Græcum, facilius eſt dicere cujâs non fuerit, quàm cujâs fuerit: Siquidem Ægyptium ſe non fuiſſe (etſi in Ægyptum deſcenderit) non Arabem, non Cappadocem, non Galatam, non Phrygem, non Armenium, non Paphlagonem,

non

non Ponticum, non Iſaurum, non ex Aſiâ Proconſulari, non Theſſalum, apertiſſimè prodit, cùm alienam fidem vbique, dum in his eſt, interponat. Quid igitur? Sunt quæ inducant Syrum fuiſſe hunc ſcriptorem: Primum eſt exacta illa & anxia penè *Syriæ* deſcriptio, vbi non contentus totius Syriæ laudes & ſummam proponere, vel etiam Metropoleos, puta Antiochiæ, bona efferre (quod alioquin etiam prolixè facit, vbi de Ægypto & Alexandria agere inſtituit) octodecim inſuper Syriæ ciuitates claras ſigillatim fermè perſequitur; Mox & duabus obſeruationibus ſingularibus Syriæ deſcriptionem claudit: quarum prior eſt, quid circa res neceſſarias & vtiles ad vitam humanam ſingulæ Syriæ ciuitates conferrent; poſteriore, voluptates ac voluptatum artifices per ſingulas Syriæ ciuitates deſignatum iuit: Et poſt hæc omnia, breuitatis adhuc veniam deprecatur: *Et hæc quidem*, inquit, *Syriæ ex parte, prætermiſimus enim multa, vt non extendere extra oportunum orationem videamur, & cæteras regiones quoque & prouincias ſcribere poſſimus.* Alterum eſt, quod vbi de Roma agere inſtituit, tria Numina, Solem, Iouem, & Matrem Deûm Romæ culta obſeruat: Nempe ideò, quia & hæc ipſa tria Numina Syrorum eſſent; Iupiter, inquam, vnde & *Iupiter Syrius*; Solem, quem pariter vti Iouem ſub variis nominib. colebant, & quidem præcipuo cultu Heliopoli Syriæ, *vnde Deus Heliopolitanus*, de quo & Macrobius *in Saturnalib.* Tandem Mater Deûm, quæ propriè ideo *Dea Syria* apud Romanos vocabatur, vt fidem faciunt Lucianus & Apuleius. Tertium argumentum præbent voces ab eo vſurpatæ, procul dubio apud Syros vſitatæ; veluti καλοπέται, quos alij καλοβάτας dixerunt, pro funambulis. Item quod Tyrios in omnibus portis πύλαις potentes vocat: Vix enim alibi quàm eâ parte *portarum* harum mentio. Eſt tamen & quod Comagenum ſeu Hieropolitanum fuiſſe ſuadeat: Nempe quod de hac nullum verbum faciat; cùm tamen tanta fuerit Hieropolitanæ ciuitatis fama, vt nulla alia magis ſuperſtitione gentilitiâ clara fuerit: & in quâ Conſtantius ipſe ſæpe ſubſtitit. Quare videatur hic Auctor de Comagena & Hierapoli nil e-

Digitized by Google

giſſe, quod in ea ipſe ſcriberet. Sed priori ſententiæ adhæreo.

V. Verum hæc omnia adhuc ſcire parum intereſt, niſi tempus educatur, i. ſæculum, ac propemodum annus, quo hic libellus conſcriptus eſt: Quandoquidem omnis Coſmographia ad cuiuſque ætatis rationem comparata eſt. Sæculum igitur Auctoris colligere primùm liceat ex nonnullis *Vocibus Latinis*, quas Græcia Conſtantinianeo ſeculo & proximo ſui iuris iam fecit; veluti Κωμίτατον, Κιρκλεύτιον, Κελλάρειον, Βηλάρειον, &c. quę ſanè Conſtantinianum vel proximum ei ſeculum arguunt: Hoc primum. Secũdò ex *ſtatu Religionis Gentilitiæ* per ea tempora, quem hic Auctor indicat, pariter ſæculum Auctoris dignoſci poteſt: Nempe enim Serapium Alexandriæ adhuc ſtetiſſe tum apertè ſignificat. Quare neceſſe eſt, ante Theodoſium M. ſcripſerit, i. ante A. D. 391. Id enim ab eo Imperatore deſtructum Eunapius, Zoſimus & Scriptores Eccleſiaſtici teſtantur. Idem Virgines Veſtales ſeptem Romæ tum adhuc ſacra feciſſe ſcribit: Atqui notum eſt & notatum, quid paulò pòſt his contigerit. Tertiò ex *ſtatu Imperij Rom.* & iis quæ de eo ſcribit, id ipſum colligere licet. Primùm enim de Perſis, Saracenis, Iſauris, Romanum Imperium infeſtantibus agit: At enim hoc illud ſæculum eſt, & quidem Conſtantij, in quod hæc omnia conueniunt, quod *in Notis* prolixius oſtendo. Iam ad illa mihi ſis ſpecta: Munimenta Meſopotamiæ Perſis oppoſita: Vrbium clararum ſeu *Metropolitanarum* ſingularum deſignationem: Berytienſium Iuriſctorum copiam: Medicos Alexandrinos, Equos Cappadocum dominicos: Equites ſagittarios Armenios: Cappadoces, &c. partim doctos, partim in miniſterio Principis tum conſtitutos: delectum militum ex Thracia: Athenarum à literis commendationem: Campaniam, cellarium vrbis Romæ: Sirmium, Antiochiam, Treuerim habitationem Imperatorum: Galliam Imperatorum auidam: vrbis Treuericæ & Arelatenſis elogia. Tandem ſpecta, quibus quamque vrbem excelluiſſe tùm notat, ſeu cuiuſque vrbis decora, veluti vinum, frumentum, veſtes, iumenta, metalla, aliaſ-

Digitized by

la, aliaſque ſpecies, quæ omnes conferri ex ſingulis ciuitatibus & prouinciis fiſco ſolebant (vnde & *fiſcales* ſpecies dictæ) ſanè vel ex his eiuſce ſæculi quod Conſtantinus M. fermè aperuit, genium & ingenium deprehendas.

Sed quid moramur? *Conſtantini M.* nominatim & Conſtantinopoleos ab eo excitatæ, & canonis ſeu Annonæ Alexandrinæ ei deſtinatæ, & Baſilicæ Nicomedienſis à Conſtantino inſtauratæ mentionem hic ſcriptor facit: ita tamen vt de mortuo iam Conſtantino ſentire eum videas, vtpote quem nullo elogio tranſmittit. Contrà *Conſtantij* Imperatoris ita meminit, vt intelligas eum de præſente omninò Imperatore & ſuorum temporum æquali loqui, cùm videl. de portu Seleuceno ab eo excitato agẽs, eum *Dominum orbis terrarum* vocat; *Dominus*, inquit, *orbis terrarum Conſtantius portum fecit*: Quod ſane de ſuperſtite dici certiſſimum eſt, pariter vt cùm de Imperatoris ſede Antiochiæ loquitur; *vbi*, inquit, *& Dominus orbis terrarum ſedet.*

Iam tenemus igitur Imperatorem, ſub quo hic auctor ſcripſit. Neque dum tamen id ſatis eſt: Quandoquidem Conſtantius patre Conſtantino M. mortuo A. D. 337. ad annum vſque 361. integris fermè XXV. annis Imperium tenuit; & variè etiam: primò cum duobus fratribus, Conſtantino & Conſtante: mox cum ſolo Conſtante: dein, cum Gallo Cæſare ſibi adſcito: tandem cum Iuliano Cæſare. Quare videndum, cuinam è quatuor his Epochis hic libellus conueniat: Sanè neque priori Epochæ (triarchias videlicet) neque duabus poſterioribus (Cæſarum videl. adſcitorum) hoc ſcriptum conuenire, verùm ei vni quo *Conſtantius & Conſtans Imperatores* fuère, quorum ille Orientis Imperium tenebat, hic Occidentis, decennij videlicet ſpatio quod decurrit ab A. D. 340. ad A. D. 350. (præterquam quod ante Nicomediæ lapſum, i. ante annum D. 359. ſcriptum ipſe ſatis indicat) indubitato argumento conficio: hoc nempe, quod duos ſignatè Comitatus, ſeu duos Imperatores, hoc tempore fuiſſe diſertè ait: quorum ille Orienti, alter verò Occidenti præfuerit. *Aſpice*, inquit, *in*

duo Comitata, Orientis quoque & Occidentis, & multos ibi inuenies, &c. propterea & temptari per eos iuſsione Imperatorum negotia putant. Sanè *Comitatum* etiam Cæſari tribui ſcio, & verò tribui nominatim ipſiuſmet Conſtantij conſtitutione A.D. 358. *l.6.C.Th.de malefic. & mathem.* Atenim Cæſarianum imperium, cùm δεύτερον fuerit βασιλείας σχῆμα (vt Libanius loquitur, agens de Gallo Cæſare à Conſtantio adſcito *in orat. funebr. in Iulianum, pag.* 264.) neque *Imperatoris* nomine deſignatur, neque id efficit, vt Orientis Imperium ab Occidentali diſtinguatur. Maneat igitur, ſub Conſtantio & Conſtante Imperatoribus hanc ἐξήγησιν ſcriptam fuiſſe; & ſic medio decennio inter A.D. 340. & A.D. 350. quo demùm anno Conſtans à Magnentio Tyranno cæſus fuit.

Vlterius nunc pergamus. Memorat hic Auctor Dyrrachij interitum cap. 38. *Dirracium*, inquit, *propter habitantium malitiam à Deo (magis vero vt dicunt) deſcendit, & non apparuit.* Atquin Dyrrachenam hanc cladem Hieronymus *in Chronico*, anno Conſtantiani Imperij octauo tribuit, & ſic A.D. 344. Cedrenus, nono, & ſic A.D. 345. id adſcribit. Item memorat hic Auctor Portum Seleucenum à Conſtantio Antiochiæ gratia ædificatum: *Seleucia*, inquit, *ciuitas optima, quæ & ipſa omnia quæ veniunt prædicta Antiochiæ offert, & fiſcales ſpecies & priuatas. Dominus orbis terrarum Imperator Conſtantius videns, quod ſic vtilis eſt ei & exercitui, montem maximum ſecauit, & introduxit mare, & portum fecit magnum & bonum, vbi venientes naues ſaluarentur, & fiſcale onus non periret.* Atquin cum huiuſce portus Seleuceni à Conſtantio excitati complures alij meminerint, Libanius *in Antiochico*, Hieronymus *in Chronico*, Cedrenus: ſanè Hieronymus, nono Conſtantiani Imperij anno id factum ait, & ſic anno D. 345. Cedrenus decimo, & ſic A.D. 346. Poſt eum itaque annum hic libellus conſcriptus eſt; medio hoc quadriennij ſpatio, ab A.D. 346. ad 350.

Vltra adhuc pergamus. Ante cladem Berytienſem, quæ ſanè contigit A.D. 348. teſte Cedreno, hunc libellum conſcriptum fuiſſe colligo ex eo, quòd hic Auctor nihil huius memoret. Igitur tandem conſcriptum aio hanc ἐξήγησιν A.D. 347.

A. D. 347. quo Concilium Sardicenſe habitum fuit; vel ſane initio A.D.348. Philippo & Salia Coss. quibus natus eſt Prudentius. Quo tempore hic Auctor ait Conſtantium Antiochiæ ſediſſe (quod etiam Cedrenus teſtatur de A. D. 347.) Conſtantem verò Treuiris. Et ſanè Conſtantium Antiochiæ conſtitiſſe his annis; Conſtantem verò in Galliis, liquet ex Athanaſio *in Apolog. ad Conſtantium:* & ad *ſolit. vitam ag.* & ex *l.* 39. *C. Theod de decurionibus.*

Atque hæc ſunt, quæ de huius libelli Auctore & tempore comperta habeo. De cœtero, BENIGNE LECTOR, nihil eſt quod hâc editione magis deprecari velim, quàm Græcæ verſionis feſtinationem, & alicubi erroneam, operarum vitio, expreſſionem.

Digitized by Google

CHRONICON
ad illuſtrationem Prolegomén*ων*.

Constantinvs M.

A.D. 330. *Conſtantinopolis* condita.

333. vel 334. *Nicomediæ* Baſilica antiqua de cœlo combuſta.

A Conſtantino M. inſtaurata.

Constantivs & Constans.

A.D. 344. vel 345. *Dyrrachium* terræmotu corruit.

345. vel 346. *Seleucenus* Portus à Conſtantio extructus.

347. *Antiochiæ* Conſtantius: *Treueris* Conſtans.

348. Berytienſis terræmotus.

Digitized by Google

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΟΛΟΥ
ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ ΚΑΙ
ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ.

EXPOSITIO
TOTIVS MVNDI
& Gentium.

A

ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΟΛΟΥ ΤΟΥ ΚΟΣΜΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΘΝΩΝ.

* * * *

ΕΙΣΙ δὲ καὶ ἄναρχοι Σῆραι ἔθνη δηλαδή· τῇ βρώσει δὲ μὴ χρῶνται πᾶσι κοινῇ. δήπου, ὅτι οὐδὲ τὴν κακίαν* τοῦ σώματος ἡμετέρου ἔχουσιν, οὐδέ τε ψύλλα, οὐδὲ φθεὶρ, οὐδὲ κόρεις, ἢ κόνιδες παρ' αὐτοῖς εὑρίσκεται, ἢ ἐν τῷ σώματι τὰ ἀθειές. οὐδέ τε τοῖς ἐσθήμασι χρῶνται πᾶσι κοινοῖς, ἀλλ' οὕτως ἄφθαρτός ἐστιν ἡ ἐσθὴς αὐτῶν, ἣ μηδὲ καταμιαίνεσθαι δύνηται, καὶ ἐὰν τοῦτο συμβαίνῃ, διὰ πυρὸς ξίφος τὴν πλύσιν αἰτοῦνται, καινουμένη γὰρ βελτίων γίνεται· μηδὲ σπείρουσι μηδὲ θερίζουσιν. Εἰσί τε εἴδη ἔνδοξα ποικίλα καὶ ἔντιμα, ὡς λίθοι πολύτιμοι, τουτέστι, σμάραγδοι, μαργαρῖται, ὑάκινθοι, καὶ ἄνθραξ, καὶ σάπφειρος ἐν τοῖς ὄρεσι· καὶ* ἐντεῦθεν πλοῦτες ἐξέρχονται οὕτω κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον· ποταμὸς ἐξερχόμενος ἐξέρχεται ἐν τοῖς ὄρεσι καθ' ἑκάστας ἡμέρας καὶ νύκτας ῥέων, μᾶλλον δὲ, περικαθέζεται,* τὰς κορυφὰς τῶν ὀρῶν ἐν τῷ πλήθει τοῦ ὕδατος περιβάλλεται. ἡ ἐγλυπάτου τοῦ ἔθνους πολυεργία* εὗρε τὴν τέχνην ὥστε διὰ τῶν ὑδάτων, ἃ ἐντεῦθεν ἐξέρχεται, εὑρίσκειν δύνηται, ποιούμενοι δίκτυα.* Εἰς τὰς στενοχωρίας τοῦ ποτα-

* vel κάκωσιν
* οὗτοι
* καὶ τὰς
* ἀγχίνοια
* σαγήνας vel ἐυπ-ἔας [i. retinacula.

EXPOSITIO TOTIVS MVNDI ET GENTIVM.

* * * *

Nova Verſio.

SVNT autem & Regum expertes SERÆ *gentes. Cibo hi non veſcũtur cæteris* [o-]*mnibus communi. Quin neq; vexationibus, vt noſtra corpora, obnoxia habent: quare neque pulices, aut pediculos, aut cimices, aut lendes apud eos, aut infirmitatis aliquid in* eorum *corpore inuenire eſt. Veſtimentis etiam vtuntur, non iis quæ cæteris gentibus communia ſunt: quin adeò incorrupta eorum veſtis manet, vt ne ſordes quidem contrahere poſſit; & ſi fortè id contingat, per flammam ignis eam expurgent, nam & ardens melior fit.* Iidem *neque ſerunt, neque metunt. Sunt etiam* apud eos *ſpecies excellentes variæ & pretioſæ, veluti lapides pretioſi, hoc eſt ſmaragdi, margaritæ, hyacinthi, & anthrax, & ſaphirus: qui quidem ex montibus omnes prodeunt, ſequentem in modum. Fluuius* ſcilicet *exiens exit in montibus, die noctesq; manans, imò potius* montes *obſidet & cacumina montium aquarum multitudine cingit.* Ceterum *vicina gentis induſtria artem reperit, quâ exinde manantia colligere poſſet: factis quippe retibus* [ſeu retinaculis] *ad anguſtos fluuij meatus,*

Vetvs Verſio.

I. SVNT autem & ſine imperio SERE [a] gẽtes videlicet. Eſcam verò non vtuntur omnib. communem. Scilicet [b] quod neque malitiam corporis noſtri habent, neque enim pulex, neque pedulus, [c] nec cimes [d], aut lindes [e] apud eos inuenitur: aut in corpore aliquid infirmum. Neque enim [f] veſtimenta vtuntur omnibus communia: ſed ita inlibata eſt veſtis eorum, que [g] neque inſordidari poteſt: & ſi hoc contingat, per ignis gladium loturam expetant, [h] ardens enim melior fit. Neque ſeminant, neq; metunt. Sunt enim [i] ſpecies excelſtes [k] variæ & pretioſe, [l] veluti lapides pretioſi, hoc eſt ſmaragdi, margaritas, [m] iacinti, & carbunculus & ſaphirus in montibus: & inde omnes exeunt ſic, ſecundum hunc modum. Fluuius exiens exit in montibus, per ſingulos dies ac noctes manans, magis verò adſidet [n] cacumina montium in multitudine aquę cingitur: [o] Proxime [p] gentis aſtutia inuenit artem per [q] aquas que [r] exinde exeunt inuenire poſſit, facientes retias [ſ] in congusta [t] loca fluuij

SERES
a *promiſcuè Seres & Sera*
b *quin &*
c *pediculus*
d *cimex*
e *lendes*
f *etiam*
g χ *quæ*
h *expetunt* vel *expediũt*
i *item*
k χ *excellentes*
l χ *pretioſa*
m *margarita*
n *adſidet &*
o *præcingit*
p χ *proxima*
q χ *vt per*
r *quæ*
ſ *retia*
t *anguſta*

τοῦ ποταμοῦ ὑποδέχονται τὰ ἐλευσόμενα. Σὺν τοσαύτῃ δὲ εὐτυχίᾳ οὐδὲ πονοῦσιν, οὐδ' ἀῤῥωστοῦσι· μόνον δὲ θνήσκουσιν εἰδότες καὶ τὴν ἡμέραν τοῦ θανάτου ἑαυτῶν· θνήσκουσι

* πάντως — τε πάντελῶς* ἑκατὸν δέκα καὶ ὀκτὼ, καὶ ἑκατὸν εἴκοσι ἐτῶν,

* ἄχθεται vel ἀλγεῖ — καὶ μείζων τοῦ ἐλάττονος θάνατον οὐκ *ἐθελήσει, οὐδὲ γονεῖς τῶν υἱῶν. Εἰδότες [οὖν] ἕκαστοι τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς ποιοῦσι σαρκοφάγον, ἐξ ἀρώμασι ποικίλον (ὅτι παρ' αὐτοῖς πάντα ἀρώματα περισσεύει) καὶ

* ἱφιμένην — τιθεὶς ἑαυτὸν ἐκεῖ προσδοκᾷ ἐκπνεῦσαι* τὴν ψυχήν. Ἐλθούσης δὲ τῆς ὥρας πάντας ἀσπαζόμενος, καὶ πᾶσι σοζο-

* ἀποταξάμενος — λεγόμενος,* οὕτω ὀφειλόμενον ἀποδίδωσι, καὶ πολλή ἐστιν ἀσφάλεια. Καὶ τούτῳ μὲν τὰ τούτου ἔθνους ἀγαθὰ ἐκ μέρους ἐλέξαμεν. πολλὰ γὰρ ἔχοντες λέγειν παρελείψαμεν.

* σταθμῶν vel etiam μανσιονῶν. — τὸ οἴκημα δὲ τῆς γῆς αὐτῶν ἐστι μονῶν* ἑβδομήκοντα.

Μετὰ τοῦτο τὸ ἔθνος, τὸ ἄλλο ἐστὶν ἐρχομένοις πρὸς τὰς δύσεις, Βραχμᾶνοι οἰκοῦσι, καὶ αὐτοὶ ἄναρχοι διάγουσι ἀγαθῶν, καὶ διακατέχουσι τὴν τῶν γειτόνων ἀγαθῶν· καὶ ἐστὶν ὁ οἰκισμὸς αὐτῶν μονῶν πέντε.

Μετὰ τούτους πρὸς ἑτέρα ἡ χώρα τῶν Εὐιλεῶν, καὶ αὐτοὶ ἄναρχοι, τὴν σχεδὸν τὴν τῶν θεῶν ζωὴν ζῶντες· καὶ τούτων γῆ μονῶν τριάκοντα δυοῖν.

Μετὰ τούτους ἕτερον ἔθνος ὁ καλεῖται Ἔμηρ, καὶ αὐτοὶ ζῶν ἄναρχοι διάγει νομίμως· καὶ οἰκοῦσι γῆν μονῶν τεσσαράκοντα ἑπτά.

* vel ὅπου — Μετὰ τούτους χώρα ἡ προσαγορεύεται Νεβοῦσα, ἢ* εὑρίσκεται τῶν τυράννων ἀρχὴ, καὶ διοικεῖται ὑπὸ Μειζόνων, καὶ ἐστὶ μονῶν ἑξήκοντα. ἐντεῦθεν σπορὰ καὶ θερισμός.

Περλε

exinde manantia ſuſcipiunt. Præter hanc autem felicitatem, neq; laborant, neque ægrotant: morti tantum ſuccumbunt, & id ipſum, mortis ſuæ diem præſcientes: Moriuntur autem fermè centum octodecim, & centum viginti annorum: neque maior minoris ætatem luget, neque parentes liberorum. Scientes igitur ſinguli diem mortis ſuæ, ſarcophagum ſibi conficiunt de aromatibus varium (aromata quippe omnis generis apud eos abundant) & [qui morti ſe deſtinatum ſcit] eò ſe conijciens ibi expectat animam efflaturam: Tùm vbi hora aduenit, omnibus ſalutatis & omnibus valere iuſſis, ita debitum naturæ *reddit cum magna tranquillitate. Et ita quidem huiuſce gentis bona ex parte diximus, prætermiſſis quamplurimis quæ adhuc dici poterant. Terra autem quam incolunt illi, eſt ſeptuaginta manſionum.*

Poſt hanc gentem alia quædam occurrit venientibus ad Occidentem, BRACHMANI *ſcilicet: qui & ipſi Regum expertes beatè viuunt: & eandem cum vicinis felicitatem obtinent. Et eſt terra quam incolunt illi manſionum quinque.*

Poſt hos ab alio latere eſt regio EVILEORVM*; qui & ipſi Regum expertes ſunt peneq; Deorum vitam viuunt. Horum terra eſt manſionum triginta duarum.*

Poſt hos alia gens eſt quæ vocatur EMER*: & ipſa Regum expers agit feliciter. Ii incolunt terram manſionum quadraginta ſeptem.*

Poſt hos eſt regio, quæ vocatur NEBVSA*, vbi iam initium Tyrannorum eſt. Ea regitur à Maioribus, & eſt manſionum ſexaginta. Hinc iam incipit ſeminatio & meſſis.*

Prædicta

ſuſcipiunt ventura: Cum tanta verò felicitate neque laborant, neque egrotant: ſolum autem moriũtur, ſcientes & diem mortis ſuæ: moriuntur enim omnium [u] centum decem & octo, & centum viginti annorum: & maior minoris mortem non volet,[x] nec parentes filiorum: Scientes ſinguli diem mortis ſuæ, ſibi faciunt ſarcofagum, de aromatibus varium (quoniam ad eos omnia aromata abundant) & ponens ſe ibi expectat expetentem [y] animam: ventura autem hora omnes ſalutans, & omnibus valedicens, ſic debitum reddit, & eſt multa ſecuritas. Et hoc quidem huius gentis bona ex parte diximus: multa enim habentes dicere prætermiſimus. Habitatio autem terræ eorum eſt manſionum ſeptuaginta.

[u] *omninò* [x] *ſe.dolet* [y] *expirantem* [z] *hos*

Poſt ipſam gentem quid aliud eſt venientibus ad Occidentes BRAXMANI [x] degunt: & ipſi ſine imperio tranſigunt benè, & detinent vicinorum bonitatem. Et eſt abitatio eorum manſionum quinque. II. BRACHMANI

[x] *Brachmani*

Poſt hos ad altera regio EVILTARVM, & ipſi ſine imperio, & penè Deorum vitam viuentes. Et horum terra manſionum triginta duo. III. EVILEI

Poſt hos altera gens quæ vocatur EMER, & ipſa viuens ſine imperio, tranſigit legaliter; & habitant terram manſionum quadraginta ſeptem. IV. EMER

Poſt hos regio quæ appellatur NEBVSA; qua [a] inuenitur Tyrannorum initium. Et regitur à Maioribus; & eſt manſionum ſexaginta. Hinc ſeminatio & meſſio. V. NEBVSA

[a] *quæ*

Digitized by Google

Προλεγόμενα δὲ ἔθνη εἰ μὴ καμαρίναις βιοῦνται ὀπώραις, καὶ πεπέρει· καὶ μηλίτια καμαρίνα, ἄρτον τε οὐράνιον καθημερινὸν λαμβάνουσιν. ἐν αὐτοῖς πᾶς οὐδεὶς ὀργίζεται, οὐδὲ πραγματοῦνται τὴν κρίσιν, μηδ' ἔρις, οὐδ' ἐπιθυμία, οὐδὲ δόλιον, ἤ τι κακόν ἐστιν.

Μετ' οὖν Νέβος ἔθνος, παράκειται χώρα Δισάφ, ἣν οἱ οἰκοῦντες διοικοῦνται καλῶς, ὥσπερ οἱ γείτονες· καὶ οἴκουσι γῆν κατέχουσαν μονὰς διακοσίας τεσσαράκοντα.

Μετὰ ταύτην τὸ ἔθνος οὕτω καλουμένης Ἰώνης, οὗ ἄνθρωποι τῷ αὐτῷ τρόπῳ τοῖς γείτοσι ζῶντες βίον διάγειν νομίζονται. Ἀδιάφορος γὰρ πρὸς αὐτοὺς βίος· καὶ οἴκουσι γῆν ἑκατὸν εἴκοσι μονῶν.

Ἔπειτα Δίβα ἔθνος τῷ αὐτῷ τρόπῳ διοικοῦνται ἀπὸ μειζόνων, ἔχοντες γῆν μονῶν διακοσίων δέκα.

Εἶτα ἐστὶν Ἰνδία μείζων, ἀφ' ἧς ὁ πυρὸς καὶ πάντα τὰ ἀναγκαῖα ἐξελθεῖν λέγονται. Ὁμοίως τοῖς ἐγγυτάτοις βιοῦντες καλῶς διάγουσι, καὶ οἴκουσι γῆν μεγάλην καὶ ἀγαθήν, μονῶν διακοσίων δέκα.

Ἔπειτα παράκειται ἐξαίρετος χώρα, ἣ λέγεται ἄνδρας ἔχειν ἀνδρείους, καὶ λίαν σπουδαίους ἐν πολέμοις, καὶ χρησίμους ἐν πᾶσι, Ἰνδία ἐλάσσων. Ὅταν αὐτῇ κίνησις εἴη πολέμου, παρὰ τῶν Περσῶν αἰτεῖ βοήθειαν, ἣ ἐν πᾶσι πρωτεύουσι, καὶ οἴκουσι γῆν μονῶν ἑκατὸν πεντήκοντα.

* ἐλαχίστη Μετὰ τούτους Ἰνδία ἐλάσσων,* ἧς ἔθνος διοικεῖται ἀπὸ μειζόνων, καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐλεφάντων ἀναρίθμητον πλῆθος,

καὶ οἱ

Digitized by Google

Prædicta porrò gentes omnes non niſi camarinis pomis viuunt, & pipere, & melle camarino: panem quoque cœlitùs quotidianum accipiunt. Inter eos nemo iraſcitur, nemo iudicio experitur, nulla rixa, non cupiditas, non dolus non aliquid mali eſt.

Poſt Nebuſam verò gentem, eique adiacens, regio eſt DISAPH: *quam qui incolunt, beatè reguntur eodem modo quo & vicini. Et incolunt terram quæ continet manſiones ducentas quadraginta.*

Poſt hanc eſt gens, quæ ſic vocatur, IONEVM: *cuius incolæ eodem modo cum vicinis viuere, vitamq; tranſigere cenſentur: idem enim prorſus vitæ genus apud eos eſt. Hi habitant terram centum viginti manſionum.*

Deinceps DIVA *gens: quæ & ipſa eodem modo à Maioribus regitur; habetq; terram manſionum ducentarum decem.*

Exinde eſt INDIA MAIOR: *vnde triticum, omniaq; neceſſaria prodire dicuntur. Hi pari modo cum vicinis viuunt, beateq; agunt; & incolunt terram latam lætámque, manſionum ducentarum decem.*

Huic adiacet eximia regio, quæ dicitur vires fortes & valde induſtrios in bellis habere, & ad omnia idoneos, INDIA MINOR *ſcilicet. Quare & Perſæ bellum moturi ab his auxilium petere ſolent, quo vtique abundant. Et incolunt terram manſionum centum quinquaginta.*

Poſt hos eſt INDIA MINOR: *cuius gens à Maioribus regitur: apud hos ingens elephantorum copia eſt: quare*

VI. *Communia prædictis gentibus.*

Prædictæ autem gentes ſine[b] camarinas viuunt pomis, & piper & mella [c] camarina: panem enim celeſtem cotidianum accipiunt. Inter eos omnis nec iraſcitur, nec iudicium appetunt, neque rixa, neque cupiditas, neque dolum [d] vel aliquit [e] mali eſt.

b *vel* ſinte *in MS.*
c *melle camarino.*
d *i doloſum*
e *aliquid*

VII. DISAPH

Poſt ergo Nebus gentem adiacet regio DISAPH: quam qui habitant, reguntur benè quomodo vicini. Et habitant terram tenentem manſiones ducentas quadraginta.

VIII. IONEI

Poſt hanc gens ſic appellanda IONEVM: cuius homines eodem modo vicinantibus viuentes vitam tranſigere putant: indifferens enim ad eos vita. Et habitant terram centum viginti manſionum.

IX. DIVÆI

Deinde DIVA gens eodem modo reguntur à Maioribus, habentes terram manſionum ducentas decem.

X. INDIA MAIOR

Deinde eſt INDIA MAIOR, à quâ triticum & omnia neceſſaria exire dicuntur: ſimiliter proximis viuentes benè tranſigunt; & habitant terram magnam & bonam, manſionum ducentarum decem.

XI. INDIA MINOR.

Deinde adiacet eximia Regio, quæ dicitur viros habere fortes & valde induſtrios in bellis, & vtiles in omnibus, INDIA MINOR. Cùm ei motus fuerit belli, à Perſis petit auxilium, quo in omnibus habundant. Et habitant terram manſionum centum quinquaginta.

XII. INDIA Minima

Poſt hos INDIA MINOR,[f] cuius gẽs regitur à Maiorib. & ad eos elefantorum innumerabilis multitudo,

f *Minima.*

Digitized by Google

καὶ οἱ Πέρσαι παρ' αὐτῶν παραλαμβάνουσι διὰ τὸ πλῆθος· κατοικοῦσι γοῦν μόνων δεκαπέντε.

Μετὰ τούτους εἰσὶν οἱ Πέρσαι, τοῖς Ῥωμαίοις πλησιάζοντες, οἱ ἰσχυροῦνται σφόδρα ἐν κακοῖς πᾶσι, καὶ πολέμοις εἶναι ἀνδρεῖοι· καὶ ἀσεβείας ὑπ' αὐτῶν μεγάλας πράττεσθαι λέγουσιν, οὐ γινώσκοντες τὸ τῆς φύσεως ἀξίωμα, ὡς ἄλογα ζῶα ταῖς μητράσι καὶ ἀδελφαῖς συγκοιμῶνται, καὶ ἀσεβῶς ποιοῦσι εἰς αὐτὸν, ὃς ἐποίησεν αὐτοὺς, θεόν. Ἄλλως δὲ περιουσεύειν λέγονται ἐν πᾶσι. Δοθείσης τε ἐξουσίας τοῖς πρὸς αὐτοὺς πλησιάζουσι ἔθνεσι τῆς ἐμπορείας τῆς ἑαυτῶν χώρας πάντα περιουσιοχορηγεῖν δοκοῦνται.

Τούτων δὲ πλησίον, τὸ τῶν Σαρρακηνῶν ἔθνος διάγει, τῇ ἁρπαγῇ ἐλπιζόντων τὸν ἑαυτῶν βίον διάγειν· καὶ τὰς γυναῖκας λέγουσιν εἰς αὐτοὺς βασιλεύειν.

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν προλεχθέντων ἐθνῶν ἱστορικῶς φησι. ἐπεὶ δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ ἡμετέραν γοῦν, τοῦτ' ἔστι τῶν Ῥωμαίων, συγγραφὴν, πειράσομαι ἐξετάζειν, ὥστε δύνωνται τοῖς ἀναγινώσκουσι ὠφελεῖν. Ἀρξώμεθα οὖν. Ἐλέξαμεν γοῦν, τὰς τῶν Περσῶν γέας ὁπόσων μόνων εἶναι ἔλεγον οἱ συνέγραψαν, καὶ ὅτι ἀσεβεῖς, καὶ ἐπίορκοι, καὶ τὰς συνθήκας οὐ φυλάσσοντες οὔτε τοῦ πολέμου, οὔτ' ἄλλου πράγματος.

Μετὰ τούτους ἡμετέρα γῆ ἐστί. ἕπεται γοῦν ἡ Μεσοποταμία καὶ Ὀσδροηνή.

Μεσοποταμία μὲν ἔχει πόλεις πολλὰς καὶ ποικίλας· ὧν ἐξέχουσαί εἰσι, ἃς βούλομαι εἰπεῖν. Εἰσὶ τοίνυν Νίσιβις καὶ Ἔδεσσα.

Digitized by Google

quare & Perſæ ab his accipere ſolent. Incolunt terram manſionum quindecim.

tudo, & Perſe g ab ipſis accipiunt propter multitudinem. Habitant terram manſionum quindecim. g *Perſæ*

Poſt hos ſunt Persæ, *Romanis vicini: qui dicuntur tùm in malis omnibus tùm & in bellis valde fortes. Sed & impietates magnæ ab his peragi dicuntur: non agnoſcentes quippe Naturæ dignitatem, ad inſtar brutorum animalium cum matribus & ſororibus miſcentur: & impiè faciunt in Deum qui eos creauit. Aliàs verò in omnibus abundare dicuntur: & ſi quando detur facultas vicinis gentibus, omnis generis merces ex ſua regione iis abundè ſubminiſtrare videntur.*

XIII. Persæ

Poſt hos ſunt Persæ, Romanis propinquantes, qui iſtoriantur h valdè in malis omnibus, & bellis eſſe fortes. Et impietates ab eis magnas agi dicunt, non cognoſcentes naturæ dignitatem, ſicuti muta animalia matribus & ſororibus condormiunt, & impiè faciunt in illum, qui fecit eos, Deum. Aliàs autem abundare dicuntur in omnibus: data enim poteſtate ad eos adpropinquantibus gentibus, negotij ſuæ regionis omnia habundare videntur. h *hiſtoriantur*

Prope hos degit Saracenorvm *gens, quæ rapinâ vitam ſuam tranſigere adſolet. Mulieres verò his imperare dicuntur.*

XIV. Sarraceni

Horum autem prope Sarracenorvm gens degit, rapinâ ſperantium ſuam vitam tranſigere: & mulieres aiunt in eos regnare.

Et hæc quidem de prædictis gentibus Hiſtoricus ait. Quoniam verò neceſſe eſt, & Noſtram Terram, id eſt Romanorum, deſcribere, & eam experiar exponere, ita vt Lectoribus prodeſſe poſſit. Age igitur. Diximus iam de Perſarum terris, quot eas manſionum eſſe ſcriptores dixerint: item, quod iidem impij, ac periuri, & fœdifragi tum in bello, tum & in aliis negotiis ſint.

XV. Transitio *ad orbem Romanum.*

Et hæc quidem de prædictis gentibus Hiſtoricus i ait. Quoniam verò neceſſarium eſt, & Noſtram Terram, hoc eſt Romanorum, conſcribere, experiar exponere, vt poſſit legentibus prodeſſe: incipiamus ergo. Diximus enim, Perſarum terras quot manſionum eſſe dixerunt qui conſcripſerunt, & quia impij, ac periuri, & ſponſiones non cuſtodientes nec belli neque alterius negotij. i *Hiſtoria*

Poſt hos iam noſtra terra eſt. Sequitur ſcilicet Meſopotamia & Oſdroëna.

XVI. Mesopotamia & Osdroena.

Poſt hos noſtra terra eſt. Sequitur enim Meſopotamia & Oſdroëna.

Et Mesopotamia *quidem multas & varias ciuitates habet, è quibus eximia ſunt, quas dicturus ſum. Sunt igitur hæ, Niſibis & Edeſſa:*

Mesopotamia quidem habet ciuitates multas & varias: quarum excellentes ſunt, quas volo dicere. Sunt ergo Niſibis & Edeſſa:

Digitized by Google

Ἔδεσσα· αἳ ἐν πᾶσι ἄνδρας ἔχουσι κρατίστους, καὶ ἐν ἐμπορείᾳ σφόδρα ὀξεῖς, καὶ εὖ πλέονται μάλιστα, καὶ πλουσίους, καὶ πᾶσι ἀγαθοῖς κεκοσμημένοι εἰσί. λαμβάνοντες γὰρ παρὰ τῶν Περσῶν αὐτοὶ εἰς πᾶσαν γῆν τῶν Ῥωμαίων, πωλοῦντες καὶ ἀγοράζοντες παλινδίδονται, ἔξω τοῦ χαλκώματος, καὶ τοῦ σιδήρου, ἐπεὶ οὐκ ἔξεστι τοῖς πολεμίοις διδόναι χάλκωμα ἢ σίδηρον. ταῦται δὲ πόλεις ἀεὶ ἱσταμέναι, τῶν θεῶν καὶ τοῦ Αὐτοκράτορος σοφίᾳ ἔχουσαι τὰ τείχη ἔγκλυτα περὶ πολέμῳ, ἀεὶ τὴν τῶν Περσῶν ἀρετὴν διαλύουσι, ζέοντες ταῖς ἐμπορείαις, καὶ διάγοντες σὺν πάσῃ ἐπαρχίᾳ καλῶς.

Ἔπειτα τῆς Ὀσδροηνῆς Ἔδεσσα, καὶ αὐτὴ πόλις λαμπρά.

Μετέπειτα νῦν χώρα τῆς Συρίας ἁπάσης, διαμερίζεται εἰς τρεῖς Συρίας, Φοινίκην, καὶ Παλαιστίνην, καὶ Κοίλην· καὶ ἔχουσι πόλεις ποικίλας καὶ ἐξεχούσας, καὶ μεγίστας, ὧν ἐκ μέρους μεμνησόμενος τέρψω τοὺς ἀκούοντας.

* vel βασιλίκαι.

Ἔστι τοίνυν ἡ Ἀντιόχεια, περίφημη πόλις βασιλίατα*, καὶ ἀγαθὴ ἐν πᾶσι, ὅπου καὶ Κύριος τῆς οἰκουμένης ἕζεται· ταύτην πόλιν λαμπρά, καὶ ἔργοις δημοσίοις ἐξέχουσα, καὶ πλῆθος λαῶν περιλαμβάνουσα, πάντας ὑποβαστάζει, περισσεύουσα πᾶσιν ἀγαθοῖς.

Νῦν ἑτέραι πόλεις, ὥσπερ Τύρος, ἡ πάντων ἐμπορείαν ζέσεως ἄγουσα, μεγαλείως εὐδαίμων ἐστὶν. Οὐδεμία γὰρ σχεδὸν πόλις τῆς ἀνατολῆς ἐστιν αὐτῆς πυκνοτέρα ἐν ἐμπορείᾳ, καὶ πλουσίους ἄνδρας ἔχουσα, καὶ δυνατοὺς ὄντας ἐν πᾶσι πύλαις.

Νῦν Βη-

Edeſſa: quæ viros habent vt cætero-quin præclaros, ita in commerciis valde induſtrios, nauigationibus claros, & locupletes, omnibus denique bonis inſtructos: Accepta quippe à Perſis ipſi in omnem orbem Romanum tranſdant: & viceuerſa alia cum Perſis commutant, excepto ære & ferro, quia hoſtibus æs aut ferrum dare non licet. Hæ porrò ciuitates ſemper in ſtatione locatæ, Deorum & Imperatoris prouidentia, mœniiſq; bello inclytis inſtructæ, impetum vimq; Perſarum diſſoluunt: commercio feruentes, & cum omni prouincia benè commercantes.

Inde Edeſſa O*SDROENÆ*, *quæ & ipſa clara vrbs eſt.*

Poſt hæc iam tota S*YRIÆ regio, quæ in tres Syrias diuiditur, Phœnicem, Palæſtinam & Coelem: Et habent ea varias & excellentes vrbes & maximas, quibus ex parte memoratis, cognoſcendi cupidos delectabo.*

Prima igitur eſt Antiochia, vrbs Regia: beata in omnibus: vbi & Dominus Orbis *terrarum ſedet. Quod ciuitatem ipſam attinet, decora ea & operibus publicis eximia eſt: quæq; cùm multitudinem hominum vndiq; excipiat, omnes tamen ſuſtinet, vt poté omnibus bonis abundans.*

Sequuntur iam aliæ ciuitates: veluti Tyrus, quæ omnis generis commercium feruidè agitans, magnificè beata eſt: nulla enim fermè Orientis vrbs eſt, quæ commercio magis frequentetur: diuitesq; viros habet, & præpotentes in omnibus portis.

Iam

Edeſſa: quæ in omnibus viros habent optimos, & in negotio valde acutos, & benè nantes [k] præcipuè & diuites, & omnibus bonis ornati ſunt: Accipientes enim à Perſis ipſi in omnem terram Romanorum vendentes & ementes iterum tradunt, extra eramen & ferrum, quia non licet hoſtibus dare eramen aut ferrum. Iſtæ autem ciuitates ſemper ſtantes, *dum* [l] *& Imperatoris* ſapientia, habentes menia inclita bello, ſemper virtutem Perſarum diſſoluunt: feruentes negotiis, & tranſigentes cum omni prouinciæ benè.

[k] *nauigantes*
[l] *&* ſupra Dei an Deum? *An vero* Domini & Imperatoris?

Deinde O*SDROENÆ* Edeſſa, & ipſa ciuitas ſplendida.

XVII.
Deinde iam regio S*IRIÆ* omnis partitur in tres Sirias, Pynicam [m], & Paleſtinam & Coelam [n]. Et habent ciuitates varias & excellentes & maximas, quorum ex parte memoratus delectabor audientes.

S*YRIA*
[m] Phœnicem *debuit vertiſſe*
[n] Coelen

§. I.
Eſt ergo *Antiochia* prima ciuitas Regalis, & bona in omnibus, vbi & *Dominus Orbis terrarum* ſedet, ciuitatem ſplendidam [o] & operibus publicis eminens, & multitudinem populorum accipiens, omnis [p] ſuſtinet, habundans omnibus bonis.

Antiochia
[o] *ſc. ſplendida*
[p] *omnes*

§. 2.
Iam alteræ ciuitates veluti *Tyrus*, quæ, omnium negotium feruenter agens, magnificè felix eſt: nulla enim fortè ciuitas Orientis eſt eius ſpiſior [q] in negotio; & diuites viros habens, & potentes in omnibus portis.

Tyrus
[q] *ſpiſſior*

 Tam

Νῦν Βήρυτος πόλις λίαν τρυφερά, καὶ τὰ ἀκροατήρια τῶν νόμων ἔχουσα, δι' ὧν πάντα δικαστήρια τῶν Ῥωμαίων· ἐντεῦθεν γὰρ ἄνδρες πεπαιδευμένοι εἰς πᾶσαν οἰκουμένην, παρακαθίζουσι τοῖς κριταῖς, καὶ εἰδότες τοὺς νόμους διαφυλάττουσι τὰς ἐπαρχίας, αἷς στέλλονται αἱ νομοθεσίαι.

Νῦν καὶ δὴ Καισαρεία πόλις ἐστὶν ὁμοίως τρυφερωτέρα, καὶ εὐπορωτάτη πᾶσι, τῇ τε διαθέσει τῆς πόλεως εἰς πολλὰ διεξέχουσα· Τετράφυλον γὰρ ἑαυτῆς ὀνομάζεται πανταχοῦ, ὅ ἕν ἐστι καινὸν τὸ θέαμα.

Νῦν ἑτέραι πᾶσαι, ὧν καὶ αὐτῶν ὀνόματα ἐκ μέρους ἀναγκαῖόν ἐστιν εἰπεῖν, ἐπεὶ ἑκάσται τούτων τί ἔχουσι.

Ἐξαίρετός ἐστιν οὖν καὶ ἀγαθὴ πόλις ἥ τε Λαοδίκεια, ἡ ἀναδεξαμένη πᾶσαν ἐμπορείαν, καὶ ἐκπέμπουσα τῇ Ἀντιοχείᾳ, μεγαλειώως βοηθεῖ καὶ ἀσκεῖ.

Ταύταις ὁμοίως καὶ Σελευκεία πόλις κρατίστη, ἡ καὶ αὐτὴ πάντα τὰ ἐρχόμενα τῇ προειρημένῃ Ἀντιοχείᾳ ἀναφέρει, καὶ τὰ ταμιεῖα εἴδη, καὶ τὰ πρίβατα. Ὁ Κύριος τῆς οἰκου- * χ. Κωνσταντιος μένης αὐτοκράτωρ Κωνσταντῖνος * ὁρῶν, ὅτι οὕτω χρήσιμός ἐστιν * αὐτῷ αὐτὴ * τῷ στρατοπέδῳ, ὄρος μέγιστον τέτμηκε, καὶ εἰσήγαγε τὴν θάλασσαν, καὶ λιμένα ἐποίησε μέγαν καὶ ἀγαθόν, ὅπου * φορτίον αἱ ἐλθοῦσαι νῆες σώζοιντο, καὶ ταμιεῖον βάρος * οὐκ ὄλοιτο.

Ἔπειτα δ' εἶναι νῦν πόλεις πᾶσαι Ἀσκάλων καὶ Γάζα, πόλεις διεξέχουσαι, καὶ ἐν ἐμπορείᾳ ζῶσαι, καὶ περιουσιεύουσαι * σὺν πάσῃ ἅπασι, πέμπουσι πάσῃ * ἐμπορείᾳ τῇ Συρίᾳ καὶ Αἰγύπτῳ οἶνον ἄριστον.

Νεάπολις καὶ αὐτὴ πόλις ἔνδοξος, καὶ λίαν ἔντιμος.

Τρίπο-

Digitized by Google

Iam Berytus *vrbs valde delitioſa, vbi etiam Iuris Auditoria ſunt, per qua omnia Romanorum tribunalia ſtant: Ibi quippe viri edocti per omnem orbem terrarum Iudicum adſeſſores ſiunt: & legum periti prouincias tuentur. quibus conſtitutiones mitti ſubinde ſolent.*

Item Cæſarea *ciuitas ſimiliter delicioſa eſt, & omnibus abundat, & ſtructura elegantia in multis eminens eſt: Tetrapylum enim eius vbique celebratur, quod vtique ſingulare eſt & viſu ſpectabile.*

Iam alia omnes, quarum & ipſarum ex parte nomina apponere neceſſe eſt, quia ſingulare quid ſingula habent.

Pracipua igitur & beata ciuitas eſt Laodicia. *Ea omnis generis merces accipit, mox & emittens Antiochiam validè adiuuat & frequentat.*

Similiter & Seleucia *ciuitas beatiſſima, qua & ipſa omnia ad ſe delata prædicta Antiochia prabet, tùm fiſcales tùm & priuatas ſpecies. Quare & Dominus orbis terrarum Imperator Conſtantius videns, quòd ea adeò ſibi & exercitui ſuo vtilis eſſet, maximo monte ſecato, mare induxit, portumq́; fecit magnum & bonum, vbi venientes naues conſiſterent ſalua, & onus fiſcale non periret.*

Deinceps alia iam ciuitates omnes: veluti Aſcalon *&* Gaza, *ciuitates eminentes, & commercio feruentes, omnibuſq́; abundantes, præter alias merces, mittunt Syria & Ægypto vinum optimum.*

Neapolis item *& ipſa ciuitas glorioſa & valde nobilis.*

Tri-

Tam [s] *Beritus* ciuitas valde delitioſa, & auditoria legum habens, per quam [t] omnia Iudicia Romanorum: Inde enim viri docti in omnem orbem terrarum adſedent [u] Iudicibus, & ſcientes leges cuſtodiunt prouincias, quibus mittuntur legum ordinationes. §.3. *Berytus* [s] *Iam vt* T. Iam etiam [t] *qua* [u] *adſident*

Iam etiam & *Cæſarea* ciuitas eſt ſimiliter delitioſior, & habundans omnibus, & diſpoſitione ciuitatis in multa eminens: Tetraphylon enim eius nominatur vbique, quod vnum eſt nouum aliquid ſpectaculum. § 4. *Cæſarea*

Iam altere omnes, quorum [x] & ipſorum nomina ex parte neceſſarium eſt dicere, quia ſingula [y] eorum habent. [x] *quarum & ipſarum* [y] *ſingula earum quid habent.*

Præcipua eſt ergo & bona ciuitas & *Ladicia*, quæ ſuſcipiens omnem negotium & emittens Antiochiæ magnificè adiuuit [z] & exercet. §.5. *Laodicia* [z] *adiuuat*

His ſimiliter & *Seleucia* ciuitas obtima, quæ & ipſa omnia quæ veniunt prædictæ Antiochiæ offert & fiſcales ſpecies & priuatas. *Dominus orbis terrarum Imperator* CONSTANTINVS [a] videns, quod ſic vtilis eſt ei & exercitui, montem maximum ſecauit, & introduxit mare, & portum fecit magnum & bonum, vbi venientes naues ſaluarentur, & fiſcale onus non periret. §.6. *Seleucia* [a] *al. Conſtantius*

Deinde aliæ iam ciuitates omnes *Aſcalon*, & *Gaza*, ciuitates eminentes, & in negotio bullientes, & habundantes omnibus, mittunt omni negotio Syriæ & Ægypto vinum optimum. §.7. *Aſcalon Gaza*

Neapolis & ipſa ciuitas glorioſa & valde nobilis. §.8. *Neapolis*

 Tri-

Τρίπολις καὶ Σκυθόπολις καὶ Βίβλος, καὶ αὐτὴ πόλις ἐν ἐργασίᾳ κειμένη.

Ἡλιόπολις, ἡ πλησιάζει τῷ Λιβάνῳ ὄρει, γυναῖκας εὐμόρφους βόσκει, αἱ παρὰ πάντων ὀνομάζονται, Λιβανοπίδας, ὅπου τὴν Κύπριν μεγαλειώως σέβουσι· φασὶ γὰρ αὐτὴν ἐκεῖ οἰκεῖν, καὶ ταῖς γυναιξὶ τὴν χάριτα τῆς εὐμορφίας διδόναι.

Εἰσὶ δὲ πάλιν πόλεις· καὶ αὐτὴ Σιδὼν, Σαρέπτη, Πτολεμαΐς, Ἐλευθερόπολις, βηρύτιση ὁμοίως καὶ Δάμασκος.

Ἐπεὶ τοίνυν κατὰ μέρος τὰς προειρημένας πόλεις διεγράψαμεν, καὶ ἐλέξαμεν, εἰς ὀθόνια* εἰσὶ ταῦτα, Σκυθόπολις, Λαοδικία, Βίβλος, Τύρος, Βήρυτος· αἱ ὀθόνιαι ὅλῃ οἰκουμένῃ ἐκπέμπουσι, ὧν εἰσὶ περισσεύουσαι. Ὁμοίως δὲ καὶ Σαράφτη, καὶ Καισαρεία, καὶ Νεάπολις· ὥσπερ καὶ Λύδδη τὴν πορφύραν ἀληθινὴν. Πᾶσαι δὲ αἱ προειρημέναι πόλεις ἔνδοξοι καὶ καρποφόροι ἐν σίτῳ, οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ ὑπάρχουσι καὶ σὺν πᾶσι ἀγαθοῖς, Νικόλαόν τε φοινικίδιον ἐν Παλαιστίνης χώρᾳ, τόπῳ, ὃς οὕτω καλεῖται Ἱερειχοῦς, ὁμοίως καὶ Δαμασκηνὴν, καὶ ἄλλο φοινικίδιον ἔλαττον, καὶ ψιττάκιον, καὶ πᾶν γένος μήλων περισσευόν.

*λινυφεῖα

Ἐπεὶ δὲ δεῖ καὶ καθ' ἕκαστα διαγράφειν, τί περὶ ἑκάστας πόλεις τερπνὸν εἶναι δύναται, καὶ τοῦτο εἰπεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι.

Ἔχει τοίνυν Ἀντιόχειαν μὲν ἐν πᾶσι τερπνοῖς περισσεύουσαν, μάλιστα δὲ τοῖς Κιρκησίοις. Τὰ δὲ πάντα διατί; Ἐπεὶ ἐκεῖ ὁ αὐτοκράτωρ ἕζεται, ἀναγκαῖον ἐστὶ πάντα δι' αὐτόν. Ἰδοὺ ὁμοίως ἡ Λαοδικία, Κιρκησίοις, καὶ Τύρος,

καὶ Βη-

Digitized by Google

Tripolis & Scythopolis & Biblus, *quæ & ipſa ciuitas linificio clara eſt.*

Tripolis, & *Scytopolis*, & *Bibilus* & ipſa ciuitas in induſtria poſita.

§. 9. *Tripolis, Scythopolis, Biblus*

Heliopolis, *quæ Libano monti propinqua eſt, formoſas mulieres alit, quæ apud omnes Libanotides nominantur: Ibiq; Venerem magnificè colunt, quandoquidem ea ibi habitare & mulieribus decus formæ dare dicitur.*

Haliopolis, quæ propinquat Libano monti, mulieres ſpecioſas paſcit, que[b] aput omnes nominantur Libanotidas; ybi *Venerem* magnificè colunt: dicunt enim eam ibi habitare, & mulieribus gratiam formoſitatis dare.

§. 10. *Haliopolis*
b *quæ*

Sunt prætereà & hæ ciuitates, Sidon, Sarepta, Ptolemais, Eleutheropolis, *pariter & beatiſſima* Damaſcus.

Sunt autem iterum ciuitates, & ipſa *Sidon, Sarepta, Ptolemes, Eleutheropolis*, obtima ſimiliter & *Damaſcus*.

§. 11. *Sidon, Sarepta, Ptolemais, &c.*

Deſcriptis & deſignatis ita ex parte prædictis ciuitatibus, linificio claræ ſunt hæ, Scythopolis, Laodicia, Biblus, Tyrus, Berytus, quæ linteamen in omnem orbem terrarum emittunt, quo ſcilicet abundant: Pariter autem & Saraphta & Cæſarea & Neapolis: ſimiliter ut Lydda, purpuram alitinam. Omnes porrò prædictæ urbes & glorioſæ, & frugiferæ frumento, vino, oleo. Habent præter hæc & cum omnibus aliis bonis & Nicolai palmulam in regione Palæſtina, loco quodam qui vocatur Iericho, ſimiliter & Damaſcena & aliam palmulam minorem & pſittacium, & omne genus pomorum abunde.

Quoniam ergo ex parte prædictas ciuitates deſcribſimus & diximus in linteamina ſunt hæ[c] Scitopolis, Ladicia, Biblus, Tipus[d], Beritus, quæ linteamen omni orbi terrarum emittunt, & ſunt habundantia[e]. Similiter autem & Saraſa[f], & Cæſarea, & Neapolis, quomodo & Lydda purpuram altinam.[g] Omnes autem prædictæ ciuitates glorioſæ & fructiferæ in frumento, vino & oleo. Hi[h] & omnibus bonis Nicholaum itaq; palmulam[i] in Paleſtinis[k] regio, loco, qui ſic vocatur Iericho, ſimiliter & Damaſcena, & altera palmula minore[l] & pſittatium, & omne genus pomorum habitantem.[m]

§. 12. *Singularia bona Syriæ ciuitatum*
c *hæ, Scitopolis*
d *Tirus*
e *in MS. ſupra* eminentes in omni
f *Saraphta*
g *ǝt altinā*
h *Habent & cum*
i *palmula Nicolai*
k *Palæſtinæ regione*
l *minorem*
m *habundanter*

Cùm autem oporteat & ſigillatim uniq; propria deſcribere, quodnā videl. in ſingulis his urbibus voluptatum genus excellat, & hoc dicere neceſſe eſt.

Quoniam autem oportet & ſingula eorum deſcribere, quid a[n] ſingulas ciuitates delectabiles[o] eſſe poteſt, & hoc dicere neceſſariū eſt.

§ 13. *ad Voluptates quid & quæ ludorum artificia conferant ſingulæ Syriæ ciuitates*
n *ad*
o *delectabile*
p *maximè*

Eſt igitur Antiochia in omnibus voluptatum generibus abundans: maximè autem Circenſibus. Quare autem quæſo omnia ibi ſunt? Quia ſcilicet cùm ibi Imperator ſedeat, neceſſe eſt & omnia ibi eſſe propter eum. Ecce pariter & Laodicia Circenſibus excellit, & Tyrus & Be-

Habes ergo Antiochiam quidem in omnibus delectabilibus habundantem, maximæ[p] autem Circenſibus. Omnia autem quare? Quoniam ibi *Imperator* ſedet, neceſſe eſt omnia propter eum. Ecce ſimiliter Ladicia, Circenſes, & Tyrus & Be-

Digitized by Google

καὶ Βήρυτος, καὶ Καισαρεία. Ἀλλὰ Λαοδικία πέμπει ταῖς ἄλλαις πόλεσι ἡνιόχους* κρατίστους· Τύρος καὶ Βήρυτος ὑποκριτάς· Καισαρεία παντομίμους· Ἡλιόπολις, χοραύλας· μάλιστα ὅτι αἱ ἀπὸ τοῦ Λιβάνου Μοῦσαι αὐτοῖς ἐμπνέουσι τὴν θειότητα τοῦ λέγεσθαι. Ἐνίοτε δὲ καὶ Γάζη ἔχει ἀγαθοὺς ἀκροαματικούς· λέγεται δὲ ἔχειν αὐτὴν καὶ παμμαχαρίους. Ἀσκάλων ἀθλητὰς παλαιστάς, Κασαβετία, καλωπέτας.

* vel ἄκτορας

Πᾶσαι δὲ διὰ τὰς πραγματείας ἵστανται, καὶ ἄνδρας ἔχουσι πλουσίους ἐν πᾶσι, καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ, καὶ ἀρετῇ, καὶ ἀέρας εὐκράτους ἔχουσι.

Καὶ ταῦτα μὲν τῆς Συρίας ἐκ μέρους· παρελείψαμεν γὰρ πολλά, ἵνα μὴ ἐκτείνειν ἔξω εὑρίσκεσθαι τῶν λόγων δοκῶμεν, καὶ τὰς λοιπὰς χώρας τε καὶ ἐπαρχίας γράφειν δυνώμεθα.

Ἔχεις οὖν ἀπὸ σκαιοῦ μέρους τῆς Συρίας, καὶ Αἰγύπτου, καὶ Ἀλεξανδρείας, καὶ ὅλης Θηβαΐδος μέρη, ἃ διαγράφειν ἀναγκαῖόν ἐστι.

Ἔχεις τοίνυν πᾶσαν Αἰγύπτου χώραν, ἐστεφανωμένην ποταμῷ, ὃς οὕτω καλεῖται Νεῖλος, ὃς ἐρχόμενος ἀρδεύει πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, καὶ καρποφορεῖ πάντα, ἄνευ ἐλαίου· Πυρὸν δέ, κριθήν, ἄρωμα, καὶ οἶνον περισσεύον· ἄνδρας ὁμοίως εὐγενεῖς, τοὺς Θεοὺς σέβοντας ἐξόχως· μηδαμόθι γὰρ τὰ τῶν Θεῶν μυστήρια οὕτω διαπράττεται, ὥσπερ ἐκεῖ ἀπὸ παλαιοῦ, καὶ ἕως τόδε· καὶ σχεδὸν ἐκείνη πάσῃ οἰκουμένῃ παρέδωκε τοὺς Θεοὺς σέβεσθαι. Φασὶ δὲ τοὺς Χαλδαίους κρεῖττον σέβειν· ὅμως οὓς ἑωράκαμεν, θαυμάζομεν, καὶ ἐν πᾶσι προφήτας εἶναι λέγομεν. Καὶ μὲν ἐκεῖ τοὺς Θεοὺς κατῳκηκέναι, ἢ καὶ κατοικεῖν

Εἰδώ-

& Berytus & Cæſarea. Quin & Laodicia ſuppeditat aliis ciuitatibus optimos agitatores: Tyrus & Berytus, mimarios: Cæſarea, pantomimos: Heliopolis, choraulas: ideò maximè quod Muſæ Libanotides his canendi diuinitatem inſpirent. Habet & aliquando Gaza bonos acromaticos: quinimò dicitur ea habere & pammacharios: Aſcalon athletas luctatores: Caſtabala, funambulos.

& Beritus & Cæſarea: ſed Laodicia mittet [q] aliis ciuitatibus agitatores obtimos: Tyrus & Beritus, mimarios: Cæſarea, pantomimos: Eliopolis, choraulas: maximè quod à Libano Muſæ illis inſpirent diuinitatem dicendi. Aliquando autem & Gaza habet bonos auditores: dicitur autem habere eam & pammacharios: Aſcalon, athletas luctatores: Caſtaberia, calopettas.

[q] *mittit*

Omnes porrò per commercia ſtant, viroſq; diuites habent in omnibus & verbo & opere & potentia. aëre etiam temperatos habent.

Omnes autem per negotia ſtant, & viros habent diuites in omnibus & oratione & opere & virtute: & aëres temperatos habent. §.14.

Et hæc quidem de Syria ex parte dicta ſint: plurima enim prætermiſimus, ne extra inſtitutum, ſermonem protendere videamur: quò etiam ceteras regiones & prouincias deſcribere poſſimus.

Et hæc quidem Syriæ ex parte: Prætermiſimus enim multa, vt non extendere extra oportunum orationem videamur, & cæteras regiones quoque & prouincias ſcribere poſſimus.

Sunt igitur à læua parte Syriæ, & Ægypti & Alexandriæ, & totius Thebaidis partes, quas deſcribere neceſſe eſt.

Habes ergo de leuâ parte Syriæ, & Ægypti & Alexandriæ & totius Thebaidis partes, que [r] deſcribere neceſſarium eſt.

XVIII. Ægyptus & Alexandria

[r] *quas*

Habes itaque vniuerſam Ægypti regionem coronatam fluuio qui vocatur Nilus: qui exiens rigat omnem faciem terræ. Et omnis generis frugum frugifera eſt, oleo tantum excepto: tritico verò, hordeo, leguminibus & vino abundat: viris pariter nobilibus, quiq; Deos eximiè colunt: nuſquam enim terrarum ſacra Deorum ita celebrantur, vt ibi iam ab antiquo, & vſque nunc: & verò ipſa propemodum omni orbi terrarum Deorum cultum tradidit. Dicunt equidem nonnulli Chaldæos melius adhuc colere, ſedenim quos videmus, & miramur, & in omnibus primos eſſe aſſerimus: ſiquidem ibi Deos habitaſſe, imò & habitare ſcimus.

Habes ergo omnem *Ægypti* regionem coronatam fluuius [s] qui ſic vocatur Nilus, qui veniens rigat omnem faciem terræ, & fructum feret [t] omnia, ſine oleo: triticum autem, hordeum, legumen & vinum habundantem: viros ſimiliter nobiles, Deos colentes eminenter: nuſquam enim Deorum miſteria ſic perficitur, quomodò ibi ab antiquo, & vſque modò: & penè ipſa omni orbi terrarum tradidit Deos colere. Dicunt autem Chaldæos melius colere: tamen quos videmus, [u] miramur, & in omnibus primos eſſe dicimus. Etenim ibi Deos habitaſſe, aut & habitare

[s] *fluuio*
[t] *fert*
[u] *vidimus*

εἰδῶμεθα. Τινὲς δὲ καὶ τὰ γράμματα παρ᾽ αὐτῶν εὑρημένα εἶναι λέγουσιν· ἄλλοι δὲ ἀπὸ τῶν Χαλδαίων, ἄλλοι δὲ ἀπὸ τῶν Φοινίκων· τινὲς δὲ τὸν Ἑρμῆν ἐφευρετὴν εἶναι τῶν γραμμάτων βούλονται· καὶ πολλῶν λεχθέντων οὐδεὶς τὸ ἀληθὲς ἐπίσταται, οὐδὲ τις εὑρέσθαι δύναται. Ὅμως ἄνδρας σοφοὺς* ὑπὲρ πάντα κόσμον Αἴγυπτος πλεονεκτεῖ. Μετρόπολις γὰρ αὐτῆς Ἀλεξάνδρεια εἰς πᾶν γένος εὑρήσεις τῶν φιλοσόφων πᾶσαν διδαχήν. Τοιγαροῦν ποτὲ ἀγῶνος γενομένου τῶν Αἰγυπτίων καὶ Ἑλλήνων, τίς αὐτῶν τὸ μουσεῖον λάβοι, δεινότεροι καὶ τελειότεροι εὑρημένοι οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ ἐνίκησαν· καὶ τὸ μουσεῖον παρ᾽ αὐτοῖς κεῖται· καὶ ἀδύνατόν ἐστιν ἐν ὁποίῳ πράγματι εὑρίσκειν ἐθέλοις σοφὸν, ὥσπερ Αἰγύπτιον· καὶ διὰ τοῦτο πάντες οἱ φιλόσοφοι, καὶ οἱ τὴν σοφίαν τῶν γραμμάτων εἰδότες οἱ ἐκεῖ ἐμεῖναν, κρείττονες ἦσαν. Οὐ γάρ ἐστι παρ᾽ αὐτοῖς ἐπίθεσίς* τις, ἀλλ᾽ ἕκαστοι αὐτῶν, ὅ, τι ἐπαγγέλλονται, ἀληθῶς ἐπίστανται. Δι᾽ οὗ οὐ πάντες πολυτεχνῶς, ἀλλ᾽ ἕκαστος τὰ ἑαυτοῦ, διὰ ἑαυτῆς μαθήσεως κοσμοῦν, διατηρεῖ πράγματα.

* σοφιστὰς

* φενακισμός, πλάνη

Ἀλεξάνδρεια δὲ πόλις ἐστὶ σφόδρα μεγίστη, καὶ προέχουσα ἐν διαθέσει, καὶ πλεονεκτοῦσα πᾶσιν ἀγαθοῖς, καὶ τοῖς δέλεασι πλουσία· ἰχθύων γὰρ τρία γένη ἐσθίει, ὃ ἑτέρα ἐπαρχία οὐκ ἔχει, ποταμικὸν, καὶ λιμναῖον, καὶ θαλάσσιον· πάντα δὲ εἴδη, ἢ ἀρώμασιν, ἢ τισὶ πραγματείαις βαρβαρικαῖς ἐν αὐτῇ πλεονεκτεῖ· ἐπὶ τῆς κεφαλῆς γὰρ ἔχουσα Θηβαΐδος Ἰνδῶν γένος, καὶ λαμβάνουσα πάντα παρέχει πᾶσι. Καὶ θεοὶ σέβονται ἐξόχως, καὶ ναὸς Σεράπιδος ἐκεῖ ἐστίν· ἕν ἐστι μόνον θέαμα καινὸν ἐν παντὶ κόσμῳ· οὐδαμοῦ γὰρ τῆς γῆς ἢ οἰκοδομὴ, ἢ διάθεσις τοῦ ναοῦ, ἢ θρησκείας εὑρίσκεται, πάντοθεν δὲ τὸ μουσεῖον αὐτῇ

ἀνακάμ-

Digitized by Google

ſcimus. Sed & nonnulli literas ab eis inuentas eſſe dicunt, quas alij à Chaldæis, alij vero à Phœnicibus: alij vero Mercurium inuentorem literarum aſſerunt: & cùm multa ſuper hac re dicantur, nemo verum ſcit, neque etiam ſcire poteſt. Interim Ægyptus ſupra omnem orbem viris ſapientibus abundat: ex Metropoli quippe eius Alexandria per omnes prouincias videas omnis generis Philoſophos. Quare & cùm aliquando certamen inter Ægyptios & Græcos obortum fuiſſet vtris principatus deberetur, argutiores & perfectiores Ægyptij inuenti ſunt, viceruntq;, & principatus eis adiudicatus fuit: denique impoſſibile eſt in quocunque tandem genere volueris ſapientem talem inuenire cuiuſmodi Ægyptij ſunt. Quare & omnes ij Philoſophi, ſcientiamq; literarum adſecuti, qui ibi morati ſunt, præſtantiores euaſerunt. Neque etiam vlli apud eos impoſtores ſunt, verum ſinguli eorum quod pollicentur, certò ſciunt: eò quod non omnes omnia, verùm ſinguli ſua negotia per ſingularem diſciplinam ornantes, perficiant.

ſcimus. Aliqui autem & literas ab eis inuentas eſſe dicunt: alij autem à Chaldæis, alij autem à Punicis x. Quidam autem Mercurium inuentorem eſſe literarum volunt: & multis dicentibus, nemo verum ſcit, nec credi poteſt. Tamen viros ſapientes præ y omnem mundum Ægyptus habundat. Metro enim eius Alexandria in omnem gentem inuenies Philiforum z omnem doctrinam. Itaque aliquando certamine facto Ægyptiorum & Græcorum, quis eorum muſium accipiat, argutiores & perfectiores inuenti Ægyptii, & vicerunt, & muſium ad eos iudicatus eſt: & impoſſibile eſt in quacunque re inuenire volueris ſapientem, quomodo Ægyptium? Et ideò omnes Philoſophi, & qui ſapientiam litterarum ſcientes, ibi ſemper morati ſunt, meliores fuerunt: Non enim eſt ad eos vlla impoſtura, ſed ſinguli eorum quod pollicentur certè ſciunt: Propter quod non omnes omnium, ſed quiſque ſua per ſuam diſciplinam ornans perficit negotia.

x Phœnicibus debuit vertiſſe.

y ſupra vertiſſe debuit

z Philoſophorum.

Alexandria porrò ciuitas eſt longè maxima, ſtructuraq; diſpoſitione eximia: omnibuſq; bonis abundans: & omnis generis eſcarum diues: Nam & tria piſcium genera comedit, quod alia prouincia non habet, piſcem fluuiatilem, ſtagnenſem & marinum. Omnes etiam ſpecies, ſiue aromatum ſiue aliarum mercium Barbaricarum, in eâ abundant: ſupra caput quippe Thebaidos cùm Indorum genus habeat, quæ inde accipit omnia omnib. præſtat. Dij quoque coluntur eximiè, & templum Serapis ibi eſt; quod quidem ſingulare eſt toto orbe viſuq; ſpectabile opus: Nullibi quippe terrarum talem aut ſtructuram, aut templi diſpoſitionem aut cultus inuenire eſt, quin huic prin-

Alexandria autem ciuitas eſt valdè maxima, & eminens in diſpoſitione, & habundans omnibus bonis, & eſcis diues: Piſcium enim tria genera manducat, quod altera prouincia non habet, fluminale & ſtagneſe a & marinum. Omnes autem ſpecies aut aromatibus, aut aliquibus negotiis barbaricis in ea habundant: ſupra caput enim habens Thebaidis Indorum genus, & accipiens omnia præſtat omnibus. Et Dij coluntur eminenter, & templum Serapis ibi eſt, vnum eſt ſolum ſpectaculum nouum in omni mundo. Nuſquam enim terræ aut ædificium, aut diſpoſitio templi, aut religionis inuenitur, vndique autem muſium ei reddi-

a ſtagnenſe

Digitized by Google

ἀνακάμπτειν δοκῇ. κτᾶται δὲ ἅπασι, οἷς πραγματεύει, ἀγαθοῖς, καὶ ἓν πρᾶγμα, ὃ μηδαμόθι εἰ μὴ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ χώρᾳ αὐτῆς γίνεται, ἄνευ οὗ μηδὲ δικαστήρια, μηδὲ τὰ ἴδια πράγματα διοικεῖσθαι δύναται· ἀλλὰ σχεδὸν κατ᾽ αὐτὸ πρᾶγμα πᾶσα τῶν ἀνθρώπων φύσις ἱστάναι δοκεῖται. Καὶ τί ἐστι, ὃ οὕτως παρ᾽ ἡμῶν ἐπαινεῖται; Χάρτην, ὅτι αὐτὴ ποιοῦσα, καὶ παντὶ κόσμῳ ἐκπέμπουσα, χρήσιμον εἶδος πᾶσι ἀναδείξασθαι μόνη τοῦτο ὑπὲρ πάσας πόλεις τε καὶ ἐπαρχίας κεκτημένη, ἀλλ᾽ ἄνευ φθόνου χορηγῶν ἑαυτῶν ἀγαθῶν. Καὶ Νείλους δὲ ἀγαθότητα ὑπὲρ πᾶσαν ἐπαρχίαν κεκτημένη· ὃς Νεῖλος ποταμὸς θέρεος ὥρᾳ ἀποβαίνων ἀρδεύει πᾶσαν γῆν, καὶ πρὸς τῶν ἀνθρώπων παρασκευάζει, ὃν ἄνθρωποί τες πραγματεύοντες μεγάλῃ εὐλογίᾳ πληροῦνται· πρὸς αὐτοὺς γὰρ ἐν μέτρον, ἑκατὸν καὶ ἑκατὸν εἴκοσι μέτρα ποιεῖ· καὶ οὕτω καθ᾽ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἡ γῆ ἀποδιδοῦσα καὶ ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις χρήσιμός ἐστι. Κωνσταντινόπολις γὰρ τῆς Θρακίας ὑπ᾽ αὐτῆς ἐπὶ τὸ πλεῖστον βόσκεται· ὁμοίως καὶ τὰ ἀνατολικὰ μέρη μέγιστα, διὰ τὸ στρατόπεδον τοῦ Αὐτοκράτορος, καὶ πόλεμον τῶν Περσῶν· τοὔνεκα οὐ δύνασθαι ἄλλην ἐπαρχίαν χορηγεῖν, εἰ μὴ τὴν θείαν Αἴγυπτον· ἣν καὶ ὀνομάζων ἀπὸ τῶν Θεῶν, πλείω εἶναι νομίζω, ὅπου ἐστὶ Θεοὺς, ὡς προελέξαμεν, σέβοντες καλῶς τῇ ἱστορίᾳ μέγιστα παρέχουσι. Καὶ εἰσὶ πάντα τὰ ἱερὰ καὶ ναοὶ πᾶσι κεκοσμημένα. Οἱ γὰρ νεωκόροι*, καὶ ἱερεῖς, καὶ διάκονοι, καὶ θύται, καὶ προσκυνηταὶ*, καὶ μάντεις κράτιστοι πραγματεύουσι. Καὶ γίνεται πάντα τάξει· βωμοὺς τοιγαροῦν εὑρήσεις ἀεὶ πυρὶ φλέγοντας, καὶ θυσιῶν καὶ λιβάνου πλήρεις, ἀναδέματα ἅμα, καὶ λιβανωτὰ τοῖς ἀρώμασι πλήρη, τὴν θείαν τάξιν πνέοντα. Νῦν καὶ πόλιν τοῖς κεῖται. ὀρθῶς διεσκευασμένην εὑρήσεις ἐν ὑπεροψίᾳ ἀνθρώπων μόνος* ὁ λαὸς τῆς Ἀλεξανδρείας. Κεῖται γὰρ ἐν ἐκείνῃ πόλει μετὰ φόβου καὶ τρόμου εἰσέρχονται,

* ζάκοροι

* προσευ-μοί

* μόνον

Digitized by Google

principatus debetur. Poſſidet præter alia, quibus potitur bonis & rem quandam, qua nuſpiam niſi Alexandria & in eius regione conficitur; abſque qua neque iudicia, neque priuata negotia celebrari poſſunt, quin eius ope fermè omnis hominum natura ſtare videtur. Et quid quæſo eſt, quod adeò à nobis commendatur? Nempe quod cùm Chartam ipſa conficiat, & in vniuerſum orbem emittat, vtiliſſimam ſpeciem omnibus præbeat: ſola nempe hoc ſupra omnes ciuitates & prouincias cùm poſſideat, citra inuidiam tamen hæc bona ſua aliis communicat. Sed & Nili felicitatem præ omnibus aliis prouinciis habet: Nilus enim fluuius æſtiuo tempore exundans omnem terram rigat & ad ſementem præparat: quam vbi fecère, magna benedictione & abundè replentur: apud eos quippe vnus modius, centum, imò centum & viginti modios reddit: cumq; ſingulis annis eum in modum terra producat, iam & aliis prouinciis opitulatur: Conſtantinopolis ſcilicet Thracia ab eâ fermè paſcitur, pariter & partes Orientis præcipua, propter exercitum ſeu comitatum Imperatoris, & bellum Perſicum: cui ſanè rei nulla alia prouincia ſufficere poteſt, quam diuina Ægyptus. Diuinam inquam, quo à Diis deſumpto elogio nullam maius puto: ſanè enim cùm ibi, vt antea iam diximus, benè Deos colant, viſui maxima quæq; offerunt. Etenim omnia fana & templa vndiq; exornata ſunt: Neocori etiam, & Sacerdotes & Miniſtri, & Aruſpices, & Adoratores & optimi Vates apud eos abundant. Sed & omnia ritè fiunt: quare inuenias ibi aras ſemper igne ſplendentes, & ſacrificiis tureq; plenas: ſerta etiam & turibula aromatibus plena ſacrum ritum ſpirantia. Iam & ciuitatem à Magiſtratibus benè adminiſtrari videas. Hoc ſolum habet populus Alexandrinus, quod contumacem bis ſe præbeat: quare & Magiſtratus illam ciuitatem cum metu & tremore ingrediuntur

populi-

reddire [b] videatur. Poſſe ſit [c] cum omnibus quibus habet bonis & vnam rem, quod nuſquam niſi in Alexandria & regione eius fit, cuius neque iudicia neque priuata negotia regi poſſunt, ſed penè per ipſam rem omnis hominum natura ſtare videtur. Et quid eſt, quod ſic a nobis laudatur? Carta [d], quod ipſa faciens, & omni mundo emittens, vtilem ſpeciem omnibus oſtendere: ſola hec ſupra omnes ciuitates quæ [e] & prouinciæ poſſidens, ſed ſine inuidia præſtans ſuorum bonorum. Et Nilus [f] autem bonitatem ſupra omnem prouinciam poſſidens: qui Nilus fluuius eſt tis hora [g] deſcendens rigat omnem terram, & ad ſeminationem parat, quem ſeminari habundantes [h] magnâ benedictione implentur: ad eos enim vna menſura, centum & centum viginti menſuras facit; & ſic per ſingulum annum terra reddens, & aliis prouinciis vtilis eſt: Conſtantinopolis enim Traciæ ab eâ quamplurimè paſcitur: ſimiliter & Orientales partes maxim e [i], propter exercitium [k] *Imperatoris*, & bellum Perſarum: propterea non poſſe aliam prouinciam ſufficere, niſi diuinam Ægyptum. Quem [l] & nominans à Diis plus eſſe puto: vbi Deos, vti prædiximus, colentes benè, hiſtoria [m] maximæ offerunt. Et ſunt ſacra omnia & templa omnibus hornatæ [n]: ditimi [o] enim & Sacerdotes & Miniſtri, & Aruſpices, & adoratores, & Diuini obtimi habundant: Et fit omnia ordine: Aras itaque inuenies ſemper igne ſplendentes, & ſacrificiorum & ture plenos: vittas ſimul & turabula [p] plena aromatibus diuinum ordinem ſpirauen [q]. Iam & ciuitatem Iudicibus bene regentem inuenies: in contemptu ſemen ſolus populus Alexandriæ: Iudices enim in illa ciuitate cum timore & tremore intrant,

[b] *ita MS ſed poſtea raſum vi; mũ re: vt ſit* reddi. *redire*
[c] *Poſſidet*
[d] *Cartam*, cartas
[e] ciuitates que & prouincias
[f] Nili *debuit vertiſſe*
[g] tempore
[h] *in MS. ſupra* habitantes: *malim* habundantes; *quanquam & hoc ſeruari poteſt*
[i] *malim* maximè
[k] *exercitum*
[l] *quam*
[m] hiſtoriæ maxima: *& ita hoc vltimum in MS emendatum*
[n] ornata
[o] Aeditimi
[p] *turibula*
[q] *ſpirantia*

τὴν τοῦ λαοῦ δικαιοσύνην φοβοῦντες· πρὸς αὐτοῖς γὰρ τοῦ πυρὸς καὶ λίθων ἐκβολὴ πρὸς ἁμαρτάνοντας κεῖται οὐ βραδεῖα. Καί ἐστιν ἐν πᾶσι καὶ πόλις καὶ χώρα ἀσύλληπτος, καὶ ὅλης τῆς οἰκουμένης σχεδὸν ἀληθοῦς φιλοσοφίας ἐκείνη μόνη εὐπορεῖ, ἐν ᾗ εὑρίσκεται πλεῖστα γένη τῶν φιλοσόφων· τοιγαροῦν καὶ Ἀσκληπιὸς διδόναι αὐτῇ ἐβουλήθη τὴν τῆς ἰατρείας ἐμπειρίαν· ὥστε ἔχῃ ἐν παντὶ κόσμῳ ἰατροὺς βελτίστους διδόναι ἠξίωσε· καὶ τὰ πλεῖστα ἀρχὴ τῆς σωτηρίας πᾶσι ἀνθρώποις ἐκείνη πόλις καθέστηκε.

Καὶ τοσαῦτα μὲν κατὰ τὰς προειρημένας χώρας τε καὶ πόλεις ἐκ μέρους· οὐ γὰρ ἅπαντα γράφειν δυνατόν ἐστι, καὶ ἀέρας δὲ ἔχουσι λίαν εὐκράτους.

Ἔπειτα νῦν ἐκ τῶν δεξιῶν πάλιν τῆς Συρίας ὑπάρχει, εὑρήσεις τὴν Ἀραβίαν· ἧς πόλις μεγίστη ἐστὶ Βόστρη, ἣ πραγματείας μεγίστας ἔχειν λέγεται, πλησιάζουσα τοῖς Πέρσαις καὶ Σαρακηνοῖς, ἐν ᾗ τὸ δημόσιον ἔργον Τετραπύλου θαυμάζουσι.

Ἔπειτα πάλιν χώρα τῆς Κιλικίας, ἣ ποιήσασα πολὺν οἶνον εὐφραίνει καὶ ἄλλας ἐπαρχίας, καὶ ἔχει πόλιν μεγάλην καὶ ἀγαθήν, ἣ οὕτω καλεῖται Θαρσόν.

Πρὸς ταῦτα ἐν ἀνωτέρῳ μέρει ἡ Καππαδοκία ἐστίν, ἣ ἔχει ἄνδρας εὐγενεῖς, καὶ πόλιν μεγίστην Καισάρειαν· τὰ δὲ ψύχη μέγιστα ἔχειν λέγεται, ὥστε μὴ δύνασθαι ἄνθρωπον ἄπειρον τῶν τόπων αὐτῶν τινὸς τέχνης οἰκεῖν. Ἐμπορίας δὲ ταύτας βελτίστας πανταχοῦ πέμπειν αὐτὴν λέγουσι, δασυπόδων ἔσθησιν, καὶ Βαβυλωνικὸν πέλλιον, καὶ ἐκείνων θείων ζώων κάλλος.

Ἔνθεν

Digitized by Google

populi iuſtitiam timentes : nam neque igni aut lapidum iactationi parcunt, ſi quando Magiſtratus quid peccant. Eſt & in omnibus ciuitas & regio profunda, totiuſq; penè orbis terræ ſola verâ Philoſophiâ abundat, & in quâ varia Philoſophorum genera reperiuntur: quare & Æſculapius ei medicinæ peritiam concedere voluit, dignatuſq; id ei præſtare, vt per totum orbem medicos ſpargeret : quo fit vt ciuitas propemodùm iſta omnibus hominibus initium ſalutis ſit.

Et hæc quidem de prædictis regionibus & ciuitatibus, ex parte dicta ſunt: *neque enim omnia deſcribere iam licet; aëres tandem habent valde temperatos.*

Exinde iam à dextra, & ſupra Syriam, occurrit ARABIA: *cuius ciuitas maxima eſt Boſtra : quæ commercia maxima agitare dicitur : propinqua ea Perſis & Saracenis. In eâ quoque publicum opus Tetrapylum admirabile viſit.*

Deinde rurſum regio CILICIÆ, *quæ magna copiâ vini abundans, & alias prouincias lætificat : & habet ciuitatem magnam & beatam, quæ vocatur Tharſus.*

Poſt hæc in ſuperiori parte eſt CAPPADOCIA, *quæ habet viros nobiles, & maximam ciuitatem Cæſariam. Dicitur autem frigora maxima pati, adeò vt locorum imperitus, non niſi cum aliquo artificio ibi habitare poſſit. Merces autem has optimas vbiq; eam mittere aiunt, veſtem leporinam, Babylonicas pelles, & celebratos Imperatorios equos formoſiſſimos.*

Inde

populi iuſtitiam timentes : ad eos enim ignis & lapidum emiſſio ad peccantes Iudices non tardat : & eſt in omnibus & ciuitas & regio incomprehenſibilis : & totius orbis terræ pene de veritate Philoſophiæ ipſa ſola habundat, in quâ inueniuntur plurima genera Philoſophorum : itaque & Aſcolapius q dare ei voluit medicinæ peritiam, vt t habeat in toto mundo medices obtimos præſtare dignatus eſt: & quamplurima inicium ſalutis omnibus hominibus illa ciuitas conſtat.

q *Æſculapius*
t *& vt*

Et hæc quidem de prædictas ſ regiones quoque & ciuitates ex parte : non enim omnia ſcribere poſſibile eſt, & aëres verò habet valde temperatos.

ſ *prædicta regione quoque & ciuitate*

XIX. ARABIA

Deinde iam de dextris iterum Syriæ ſupra inuenies ARABIAM: cuius ciuitas maxima eſt Nonſtra t; quæ negotia maxima habere dicitur : propinqua Perſis & Saracenis: in quâ publicum opus Tetrapoli u mirantur.

t *ꝝ. Boſtra*
u *ꝝ Tetrapyli*

XX. CILICIA

Deinde iterum regio CILICIÆ, quæ faciens multum vinum lætificat & alias prouincias : & habet ciuitatem magnam & bonam, quæ ſic vocatur, Tharſum.

XXI. CAPPADOCIA

Poſt hæc in ſuperiori parte CAPPADOCIA eſt, quæ habet viros nobiles, & ciuitatem maximam Cæſariam. Frigora autem maxima habere dicitur, vt non poſſe hominem imperitum locorum, ſine aliquo artificio habitare. Negotia x autem hæc obtima vbique mittere eam aiunt; leporinam veſtem & Babillonicum pellium, & illorum *diuinorum* animalium formonſitatem.

x *l. merces*

Inde

Ἔνθεν παρατυγχάνει ἡ Γαλατία ἐπαρχία βηστίστι, αὐτάρκης, πραγματεύεται ἐσθῆτα πλείστην. ὁσάκις δὲ καὶ στρατιώτας ἀγαθοὺς τοῖς Κυρίοις χορηγεῖ. Καὶ ἔχει πόλιν μεγίστην, ἣ καλεῖται Ἄγκυρα. Θεῖον ἄρτον καὶ ἐξοχώτατον ἐσθίειν λέγεται.

Πλὴν ἡ Φρυγία, καὶ αὐτὴ χώρα ἀγαθή, καὶ αὐτὴ ἄνδρας ἰσχυροὺς κεκτημένη, κατὰ τὰς γραφὰς τῶν παλαιῶν, Ὁμήρου τε καὶ Βεργιλίου, καὶ ἄλλων τῶν τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον αὐτῶν τε Φρυγιῶν, καὶ Ἑλλήνων συγγραψάντων· ἣ καὶ πόλιν μεγίστην ἔχειν λέγεται Λαοδικείαν, ἣ ἐσθῆτα μόνην τε ὀνομαστὴν ἐκπέμπει, ἣ οὕτω καλεῖται Λαοδικία.

Ἔπειτα ταύτης ἄνω Ἀρμενία ἐλαφάτων, ἣ ἱππεῖς καὶ τοξότας χορηγεῖν λέγεται χρησίμους πρὸς πόλεμον.

Ἔπειτα Παφλαγονία καὶ ἡ Πόντος, ἡ τῶν ἀνδρῶν πλουσίων οἴκημα, καὶ πάνυ ἐξοχῶν, ὁμοίως τοῖς Καππαδόκοις καὶ Γαλάταις, ἔν τε μαθήσει, καὶ ἐν πᾶσι ἀγαθοῖς, καὶ τὰς γυναῖκας εὐμόρφους. Ἡ δὲ ἱστορία περὶ αὐτὰς φησὶ καλὰς εἶναι, καὶ λευκὰς σφόδρα, ὥστε τεθεωρημέναι θεαὶ εἶναι νομίζονται. Ἀνδρεῖαι γοῦν αἱ προειρημέναι ἐπαρχίαι τε καὶ πόλεις, τουτέστι Πόντος καὶ Παφλαγονία, ἔτι Γαλατία, καὶ Καππαδοκία, ἔχουσι καὶ φρονίμους ἄνδρας. Εἰ δὲ ἐθέλεις καὶ τὴν φρόνησιν τῶν ἀνδρῶν ἀκοῦσαι, ὅσα εἰς δύο Κωμίτατα τῆς τε ἀνατολῆς καὶ δύσεως, καὶ πλείους ἐκεῖ εὑρήσεις, ἢ ἐν* ἄλλαις πόλεσι ἢ ἐπαρχίαις, ὡς Ποντικοὺς ἢ Παφλαγόνας, καὶ Καππαδόκας, ἔτι Γαλάτας· τούτου ἕνεκα καὶ πειράζεσθαι δι᾽ αὐτούς, κελεύσματι τῶν Αὐτοκρατόρων, τὰ πράγματα πείθονται· Εἰσὶ γὰρ λίαν πιστοὶ τῇ πλουσίᾳ* τῆς φύσεως ἀγαθὸν ἐν αὐτοῖς ἔχοντες·

* ἐκ

* ἀπαρχίᾳ

οὕτω

Inde occurrit GALATIA *prouincia beatiſſima, ſibi ſufficiens: commercium exercet veſtium quàm plurimarum: Quandòque etiam bonos milites Imperatoribus præſtat. Habet verò ciuitatem maximam quæ dicitur Ancyra. Dicitur diuinum & præſtantiſſimum panem comedere.*

XXII. GALATIA

Inde obuiat GALACIA prouincia obtima, ſibi ſufficiens. Negotiatur **veſtem** plurimam: Aliquotiens verò & **milites** bonos Dominis præſtat. Et habet **ciuitatem** maximam, quæ dicitur Ancyra. Diuinum **panem**, & eminentiſſimum manducare dicitur.

Rurſum PHRYGIA *: quæ & ipſa beata regio eſt, & ipſa fortes viros habens, ſecundum antiquorum ſcripta, Homeri & Vergilij & aliorum, qui bellum horum Phrygum & Græcorum conſcripſerunt. Ea verò maximam ciuitatem habere dicitur Laodiciam: quæ veſtem ſimplicem & celebratam emittit, quæ vocatur Laodicena.*

XXIII. PHRYGIA

Iterum FRIGIA, & ipſa regio bona, & ipſa fortes viros poſſidens, ſecundum ſcributuras antiquorum, Homeri quoque & Vergilij, & aliorum, qui bellum ipſorum [y], quæ Prigium [z] & Gregorum [a] conſcribentium: Quæ & **ciuitatem** maximam habere dicitur Laodiciam, quæ veſtem ſolam & nominatam emittat, quæ ſic vocatur, Laodiciam.

y *ipſorumq;*
z *Phrygum*
a *Græcorum*

Exinde ſupra hanc, ARMENIA MINOR *: quæ Equites & ſagittarios præſtare ad bellum idoneos dicitur.*

XXIV. ARMENIA minor

Deinde huius ſupra ARMENIA MINOR, quæ **Equites** & ſagittarios præſtare aiunt vtiles ad bellum.

Deinde PAPHLAGONIA & PONTVS *virorum locupletum habitatio, & excellentiſſimorum (haud aliter atque Cappadoces & Galatæ) in doctrina, tum & in omnibus bonis. Habent & mulieres formoſiſſimas. Hiſtoria quippe de iis narrat, eas ſpecioſas eſſe & candidiſſimas, ſic vt viſæ Deæ eſſe credantur. Viroſæ tamen ſunt prædictæ prouinciæ & ciuitates, hoc eſt Pontus, & Paphlagonia, & Galatia, & Cappadocia. Habent item viros prudentes: quòd ſi velis eorum prudentiam certò noſſe, in vtrumque Comitatum, Orientis videl. & Occidentis, intuêre, & plures ibi inuenies, quàm ex aliis ciuitatibus & prouinciis, Ponticos, aut Paphlagones, & Cappadoces & Galatas: quare & his negotia & iuſſa Imperatorum exequenda creduntur: ſunt enim valde fideles, felicitate naturæ bonum iſtud in ſe habentes:*

XXV. PAPHLAGONIA, PONTVS

Deinde PAPLAGONIA [b] & PONTVS, virorum diuitum habitatio, & valde eminentium. Similiter Cappadocus [c] & Galatis, in doctrinâ quoque & in omnibus bonis, & mulieres ſpecioſas. Hiſtoria verò de eas dicit ſpecioſas eſſe, & candidas nimis, vt viſæ Deæ eſſe putentur. Viros [d] itaque [e] prædictæ prouinciæ [f], quæ & ciuitatum, hoc eſt Pontus & Pappaglonia [g] & Galatia & Cappadocia. Habent & prudentes viros. Si autem vis & prudentiam virorum audire, aſpice in duo Comitata, Orientis quoque & Occidentis, & multos ibi inuenies, quàm in [h] aliis ciuitatibus aut prouinciis, quomodo Ponticus [i] aut Paplagones [k] & Cappadoces & Galatas: propterea [l] & temptari per eos iuſſione Imperatorum negotia putant [m]: Sunt enim valde fideles deuitia naturæ bonum [n] in ſe habentes:

b *Paphlagonia*
c *Cappadociis*
d *μ* viroſæ
e *pro* nihilominùs
f *prouinciæque & ciuitates*
g Paphlagonia
h *ex*
i *Ponticos*
k *Paphlagones*
l *præterea*
m *putantur*
n *bonũ iſtud*

vnde

D ſic

Digitized by Google

ὑπὸ τοῖς μείζοσι καὶ κρείττοσι παρακόπτειν ἐπάγονται. Ἔνθα δὲ περὶ τούτων παραλιπὼν λόγον, ἄρξομαι τὰ ἀκόλουθα λέγειν.

Ἔστιν οὖν ταῦτα μεσόγεια· ἐπεὶ δὲ ἀναγκαῖόν ἐστι σημαίνειν τὰ μέρη πλησιάζοντα τῇ θαλάσσῃ, πάλιν τὲ ἀπὸ* Κιλικίας ἐστὶ καὶ Ἰσαυρία, ἣ ἄνδρας ἀλκίμους ἔχειν λέγεται, καὶ λῃστείας ποτὲ ποιήσασθαι ἐπεχείρησαν. Μᾶλλον δὲ καὶ ἀντικείμενοι τῶν Ῥωμαίων εἶναι ἠθέλησαν· ἀλλ' οὐκ ἠδυνήθησαν ἀνίκητον ὄνομα νικῆσαι.

* ὑπὸ

Μεθ' ἣν ἐστὶ Παμφιλία χώρα βελτίστη καὶ αὐτάρκης ἐλαίῳ δὲ πολὺ ποιήσασα καὶ τὰς ἄλλας χώρας ἀναπλέουσα. ἔχει δὲ δύο πόλεις ἐπιφανεῖς, Πέργην καὶ Σίδην.

Μετὰ ταύτην Λυκία χώρα, αὐτάρκης, καὶ ἔχει ὄρος μέγιστον, ὃ Καύκασος λέγεται, οὗ μεῖζον ὑπὸ τῷ οὐρανῷ οὐκ εἶναι λέγεται.

Μετὰ τὴν Λυκίαν ἡ Καρία.

Καὶ οὕτως ἐστὶν μεγίστη ἡ Ἀσία, ἣ ἐξέχει εἰς πᾶσαν ἐπαρχίαν, καὶ ἔχει πόλεις ἀναριθμήτους, μεγίστας δὲ καὶ παραθαλαττίας πολλὰς μὲν ἔχει· ἐξ ὧν ὀνομάζειν δύο ἀναγκαῖόν ἐστιν· Ἔφεσόν τε, ἣ λιμένα ἐξαίρετον ἔχειν λέγεται· ὁμοίως δὲ Σμύρνα, καὶ αὐτὴ πόλις ἐπιφανής. Χώρα δὲ ὅλη φαιδρά, καὶ καρποφόρος εἰς πάντα ἀγαθά, οἴνους ποικίλους, ἔλαιον, κριθήν, πορφύραν καλήν, ἀληθήν. καὶ ἔστι σφόδρα θαυμαστή· ἧς ἔπαινον διὰ πολλὰ θεῖναι χαλεπόν ἐστι.

Μετὰ ταύτην ἐστὶν Ἑλλήσποντος, χώρα καρποφόρος, σίτῳ, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ κεκοσμημένη· πόλεις δὲ ἔχει παλαιὰς

ἐκείνας,

unde & ad maiores & meliores proceſſus adiguntur & ſubuehuntur. Verùm de his orationem hic abrumpo, & de aliis dicere nunc aggredior.

Sunt igitur hæc mediterranea. Quoniam verò neceſſe eſt & mari vicinas partes indicare, rurſum ſub Ciliciâ eſt I S A V R I A, *quæ viros bellicoſos habere dicitur: qui latrocinia aliquando facere inſtituerunt, quin & Romanis infeſti quoque fuerunt: ſed enim inuictum* Romanorum *nomen ſuperare non valuerunt.*

Poſt hanc eſt P A M P H Y L I A *regio beatiſſima, ſibiq; ſufficiens: olei porrò plurimum cùm habeat, & alias regiones eo implet. Habet verò duas ciuitates claras, Pergen & Siden.*

Poſt hanc L Y C I A, *regio ſibi ſufficiens: vbi mons eſt maximus, qui Caucaſus vocatur, quo maiorem ſub cœlo nullum eſſe aiunt.*

Poſt Liciam, CARIA *eſt.*

Et ſic tandem eſt Maxima ASIA, *quæ ſupra omnes prouincias eminet, & innumeras ciuitates habet: habet autem & maximas, & ad mare quamplurimas, è quibus duas memorare neceſſe eſt: Epheſum videlicet, vbi portus eximius eſſe dicitur: tum & Smyrnam, quæ & ipſa ciuitas clara eſt. Regio autem tota læta & ferax eſt omnis generis bonorum, vini ſcilicet varij generis, olei, hordei, purpuræ bonæ alitinæ. Et eſt longe admiratione digna, cuius laudes nonniſi multis explicari poſſunt.*

Poſt hanc eſt HELLESPONTVS, *regio frugifera: frumenti, vini, oleiq; diues. Ciuitates porrò in eâ antiquæ illa,*

ſic maioribus & melioribus proficere vrgentur. Hic autem de his deſinens rationem,* iam incipiam ſequentia dicere. o *orationem*

Sunt enim hæc media terrena. Quoniam autem neceſſarium eſt ſignificare partes propinquantes mari, iterum autem de Cilicia eſt & I S A V R I A, quæ viros fortes habere dicitur, & latrocinia aliquando facere conati ſunt: magis verò & aduerſarij Romanorum eſſe voluerunt, ſed non potuerunt inuictum nomen vincere. XXVI. ISAVRIA

Poſt quam eſt P A M P H I L I A regio obtima & ſibi ſufficiens: oleum autem multum faciens, & alias regiones implens. Habet autem duas ciuitates ſplendidas, Pergen & Siden. XXVII. PAMPHYLIA

Poſt hanc L I C I A Regio ſibi ſufficiens: & habet montem maximum qui Caucaſus dicitur, quo maior ſub cœlo non eſſe aiunt. XXVIII. LYCIA

Poſt Liciam CARIA. XXIX. CARIA

Et ſic eſt Maxima A S I A, quæ eminet in omnem prouinciam, & habet ciuitates innumerabiles, maximas verò, & ad mare multas quidem habet: ex quibus nominare duo neceſſarium eſt: Epheſum quoque, quæ portum præcipuum habere dicitur: ſimiliter autem Smyrna, & ipſa ciuitas ſplendida. Regio autem tota lata p & frugifera in omnia bona, vina varia, oleum, horidiam q, purpuram bonam alicem r. Et eſt valde admirabilis, cuius laudē per multas ponere difficile eſt. XXX. ASIA

p *læta*
q *hordeum*
r *alitem.*

Poſt hanc eſt ELLESPONTVM, regio frugifera, frumento, vino, & oleo ornata. Ciuitates a. habet antiquas XXXI. HELLESPONTVS,

Digitized by Google

ἐκείνας, Τερίων καὶ Γάλιζ· τὴν δὲ μείζονα Κύζικον, ἣ καὶ θέσει καὶ μεγέθει, καὶ κόσμῳ, καὶ κάλλει πάντα ἔπαινον ὑπερτείνειν δύναται· καὶ ἐκεῖ γὰρ ἡ Κύπρις τὸ τῶν γυναικῶν κάλλος βέλους Κυπίδωνος κεκοσμημένην, κατιστάναι ἠθέλησε.

Μεθ' Ἑλλέσποντον ἐστὶν εὑρίσκειν θαυμαστὴν Βιθυνίαν, ἡ μεγίστη καὶ βελτίστη, ἣ οὕτως πάντα καρπὸν ποιεῖ. Πόλεις ἔχει πολλὰς μὲν, καὶ * θαυμαστάς, Νικαίαν καὶ Νικομηδίαν. Καὶ Νικαίας μὲν πόλεως θέσει δυσχερές ἐστιν ἑτέραν τι εὑρίσκειν· κανόνα δὲ νομίζει τις ἐπιτιθέντα πάσῃ πόλει, διὰ τὴν ἰσότητα καὶ κάλλος· καὶ ἐστὶν ἐν πᾶσι κεκοσμημένη, καὶ σύστατος. Νικομηδία δὲ καὶ αὐτὴ διέχουσα, καὶ θαυμαστή, καὶ ἐν πᾶσι παραβλαστεύουσα, καὶ ἔχουσα ἔργον δημόσιον βέλτιστον, βασιλικὴν παλαιάν· ἣ τὸ θεῖον πῦρ ἀπ' οὐρανοῦ καταβεβηκέναι, καὶ κεκαυκέναι αὐτὴν λέγουσι· καὶ ᾠκισμένη ἐστὶ μετέπειτα ὑπὸ τοῦ Κωνσταντίνου. Ἔχει δὲ καὶ Κιρκήνσιον οἰκοδομὴν λίαν ἀγαθὴν, ἐν ᾗ διέχει τὸ τῶν Κιρκησίων θέαμα ὃ ἐπιμελέστερον θεᾶται.

* ἀλλὰ

Μετὰ Βιθυνίαν πάλιν Θρακία ἐπέχεται, καὶ αὐτὴ ἡγεμόνας * ἐγκάρποις, καὶ μεγίστοις ἔχουσα ἄνδρας τε καὶ κρατίστους ἐν τοῖς πολέμοις· τούνεκα καὶ ἐπὶ τὸ πλεῖστον στρατιῶται ἐντεῦθεν ἀπολαμβάνονται. Ἔχει δὲ πόλεις ἐπιφανεῖς, Κωνσταντινόπολιν, καὶ Ἡρακλέαν· ἡ Κωνσταντινόπολις ποτὲ οὖσα Βυζάντιον, ὁ Κωνσταντῖνος, οἰκισμένην ἑαυτοῦ ὄνομα τῇ πόλει ἐνέθηκεν. Ἡρακλέη δὲ ὑπέροχον ἔργον ἔχει, καὶ Θέατρον, καὶ βασιλικὸν παλάτιον. Κωνσταντινόπολις δὲ πάντα ἐξαίρετα ἔχειν δύναται, διὰ τὸν Κωνσταντῖνον. Οὗ δὲ καὶ Κιρκησίων θέαμα θεᾶται.

* ἀλύπος ἐν καρποῖς

Ἀπὸ τῆς

illa, Troia & Ilium: his verò maior, Cyzicum: quæ & ſtructura elegantia & magnitudine, & ornatu & formoſitate omni laude maior eſt: ibi quippe etiam Venus ſagitta Cupidinis ornata mulierum decus conſtituere voluit.

quas illas Troiam & Olium [s]: horũ autem maiorem Cyzicum: quæ & poſitioni [t], & magnitudini [u], & ornamento, & formonſitati omnem laudem ſuperare poteſt. Et ibi enim Venus mulierum pulchritudinem, ſagitta Cupidis [x] ornata, conſtituere voluit.

s *Ilium* t *aliàs* diſpoſitione u *magnitudine* x *Cupidinis*

Poſt Helleſpontum occurrit admiranda BITHYNIA: *maxima ea & læta, quæq; pariter omnium rerum ferax eſt. Ciuitates equidem multas habet, ſed admirandas Niciam & Nicomediam. Et Nicia quidem ciuitati ſtructura elegantiâ parem alibi difficulter inuenias: regulam quippe toti ciuitati aptatam quis putet, adeò æqualia ibi omnia & formoſa: denique vndiq; ornata eſt, ſibiq; conſtans. Nicomedia verò & ipſa eminens & admiranda; & in omnibus abundat, inq; eâ opus publicum egregium eſt, Baſilica antiqua: quam aiunt diuinum ignem de cœlo miſſum combuſſiſſe: ſed quam poſteà inſtaurauit Conſtantinus. Eſt & in eâ Circus, ſtructurâ elegantiſſimâ: vbi eminet Circenſium ſpectaculum quod ſtudioſè ibi ſpectatur.*

Poſt Elleſpontum eſt inuenire admirabilem BITTINIAM: quæ maxima & obtima: quæ ſic omnem fructum facit. Ciuitates habet multas quidem, & [y] admirabiles, Niciam & Nichomediam. ¶Et Niciæ quidem ciuitati [z] diſpoſitioni difficile eſt alibi inuenire: regulam autem putat aliquis impoſitam eſſe omni ciuitati, propter æquitatem [a] & formonſitatem: & eſt in omnibus ornata & conſtans. ¶ Nicomedia verò & ipſa eminens & admirabilis, & in omnibus habundans, & habens opus publicum optimum, Baſilicam Antiquam: quæ [b] diuinum ignem de colo [c] deſcendiſſe & combuſſiſſe eam dicunt: & condita eſt poſtea à *Conſtantino*. Habet autem & Circenſes [d], ſtructuram valde bonam [e], in qua eminet: Circenſium, ſpectaculum [f] diligentius ſpectatur. XXXII. BITHYNIA

y *ſed*, at z *ciuitatis* a æqualitatem *vertere debuit* b *quà* c *cœlo* d *Circenſe* e *bonam*, f *in quà eminet Circenſium* f quod dilig.

Poſt Bithyniam rurſum eſt THRACIA *prouincia: & ipſa frugum diues, & maximos viros habet, & bello fortes: quò fit etiam, vt crebrò inde milites deligantur. Habet porrò ciuitates claras Conſtantinopolim & Heracleam: quæ quidem Conſtantinopolis, cùm olim Byzantium diceretur, Conſtantinus ei à ſe conditæ ſuum nomen indidit. Heraclea verò eximium opus eſt, puta Theatrum & regale Palatium: at Conſtantinopolis omnia ſumma habet, propter Conſtantinum. Ibi ſanè inter cætera Circenſium ſpectaculum animoſè ſpectatur.*

Poſt Bittiniam iterum TRACHIA prouincia: & ipſa duces [g] in fructibus & maximos habens viros & fortes in bello. Propter quod & frequenter inde milites tollentur [h]. Habet autem ciuitates ſplendidas, Conſtantinopolim & Aeracleam [i]: quæ [k] Conſtantinopolis cùm eſſet aliquando Byzantium, *Conſtantinus* conditam [l] ſuum cognomen ciuitati impoſuit. Heraclea verò excellentem opus habet, & Teatrum, & regale Palatium: Conſtantinopolis autem omnia præcipua habere poteſt, propter Conſtantinum. Nec non verò etiam Circenſium ſpectaculum ſeuiſſime ſectatur [m]. XXXIII. THRACIA

g *diues* h *tolluntur* i *Heracleam* k *debuit* cui l *condita* m *ſpectatur*.

Poſt

Ἀπὸ τῆς Θρᾳκίας οὖν ἀλλάζουσιν εὑρήσεις τὴν Μακεδονίαν, ἡ πρωτεύουσα πάντα, ἐμπορείαν δὲ ἐκβάλλει σίδηρον, καὶ τὸν μόλυβδον· ποτέ τε καὶ ξυρὸς καὶ τυρὸν Δαρδανικόν (ἐπίκειται γὰρ αὐτῇ ἡ Δαρδανία·) καὶ ἔχει πόλιν λαμπρὰν Θεσσαλονίκην, ἥ ἐστι καὶ αὐτὴ μία τῶν ἐξεχουσῶν.

Μετὰ τὴν Μακεδονίαν ἡ Θεσσαλία πολλὰ φέρουσα, καὶ ἄλλοις ἀρκεῖν λέγεται, καὶ ἔχει ὄρος Ὄλυμπον, ὃ Θεῶν κατοίκησιν Ὅμηρος λέγει.

Μετὰ τὴν Θεσσαλίαν, ἡ Ἀχαΐα, Ἑλλάς, καὶ Λακωνικῆς γῆ, ἡ ἐν αὐτῇ ἔχουσα, οὐχ οὕτως ἄλλοις, ἀρκεῖν ἑαυτῇ δύναται. Καὶ γὰρ αὐτὴ ἐπαρχία βραχεῖα ἐστί, καὶ ὀρεινή, καὶ οὐχ οὕτω καρποφόρος εἶναι δύναται. Ἔλαιον δὲ ἐξ ὀλίγου γλυκᾷ, καὶ μέλι Ἀττικόν, καὶ μᾶλλον τῇ φήμῃ τῶν μαθήσεων καὶ λόγων δοξάζεσθαι δύναται· ἐν τοῖς ἄλλοις γὰρ τὸ πλεῖστον οὐχ οὕτω. Πόλεις δὲ ἔχει ταύτας, Κόρινθον, καὶ τὰς Ἀθήνας· Κόρινθόν τε, πόλιν πολλὴν ἐν ἐμπορείᾳ, καὶ ἔχουσαν ἔργον κυριώτατον τοῦ Ἀμφιθεάτρου. Τὰς δὲ Ἀθήνας καὶ τῇ ἱστορίᾳ παλαιάς, καί τι ἄξιον ὠνομασμένον καμάραν, ὅπου πολλῶν ἀγαλμάτων ἑστηκότων θαυμαστόν ἐστιν ὁρᾶν τῶν λεχθέντα τῶν παλαιῶν πόλεμον. Λακωνικὴ δὲ μόνῳ κρηνικῷ λίθῳ, ὃν λέγουσι Λακεδαιμόνιον, κοσμεῖσθαι ἡγεῖται.

Μετ᾽ Ἀχαΐαν ἐστὶν εὑρίσκεσθαι τὰ τῆς Ἠπείρου μέρη· καὶ πόλιν οὕτω καλουμένην Ἔφυρον. Ἡ δὲ ἐπαρχία ὑπὸ τινῶν Ἤπειρος, ὑπὸ τινῶν Αἰτωλία, ἡ πόλις Νικόπολις, ἡ ἰχθὺν πολὺν

+ φέρει θαλάσσιον, εὐπορεῖ*, ὥστε μισεῖν τὸ εἶδος βλέποντα τοσοῦτον.

Μετὰ ταύτην μικρὸν ἀνωτέρω Δαλματία ἐστίν, ἡ ἐν ἐμπορείαις ἔξοχος εἶναι λέγεται. Τυρὸν οὖν Δαλματικόν,

καὶ τἄλλα

Poſt Thraciam iam occurrentem inuenies MACEDONIAM. *Ea cum omnibus abundet, ferri & plumbi commercium agitat: quandoque etiam & lardi & caſei Dardanici (nam & ei adiacet* DARDANIA) *Habet autem ciuitatem claram Theſſalonicam, quæ & ipſa vna eſt ex eminentiſſimis.*

XXXIV. MACEDONIA

A Trachiâ ergò obuiantem inuenies MACEDONIAM: quæ habundans omnia, negotium vero eicit ferrum & plumum [n]. Aliquotiens enim & lardum & caſeum Dardanicum (adiacet enim ei DARDANIA) & habet ciuitatem ſplendidam Theſſalonicam: quæ eſt & ipſa vna eminentium.

n *plumbum*

Poſt Macedoniam eſt THESSALIA: *quæ cùm multa producat, etiam aliis ſufficere dicitur. Et eſt in eâ mons Olympus, quem Homerus ait eſſe Deorum habitaculum.*

XXXV. THESSALIA

Poſt Macedoniam THESSALIA, multa ferens, & aliis ſufficere dicitur. Et habet montem Olimpum, quem Deorum habitaculum Homerus ait.

Poſt Theſſaliam eſt ACHAIA, GRÆCIA *&* LACONICA *terra: quæ ſibi quidem ſufficiens, non etiam aliis ſufficit: nam & cum ipſa prouincia parua ſit & montoſa, neque adeò frugifera eſſe poteſt: olei etiam parum producit, & mel Atticum: denique doctrinæ & orationis famâ magis clara eſt: de cæterò vero fermè, haud adeò. Ciuitates porrò has habet, Corinthum & Athenas: & Corinthum quidem ciuitatem, commercio florentem: in quâ etiam eſt opus eximium Amphitheatri. Athenas vero, & viſu antiquas, & dignas etiam ob celebrem Arcum qui ibi eſt: vbi & innumeræ ſtatuæ ſunt, & iucundum eſt videre bella antiquorum decantata. Laconica vero ſolo cronico lapide, quem Lacedæmonium vocant, ornari dicitur.*

XXXVI. ACHAIA GRÆCIA LACONICA

Poſt Theſſaliam ACHAIÆ GRÆCIE, & LACONICÆ terra, quæ in ſe habens, non ſic aliis, ſufficere ſibi poteſt. Nam & ipſa prouincia breuis eſt & montuoſa, & non tantum frugifera poteſt eſſe: oleum verò ex pauco generat, & mel Atticum: & magis fama doctrinaru [o] & orationum glorificari poteſt: in aliis enim quamplurimæ non ſic. Ciuitates autem habet has, Corintum & Athenas: Corintum enim ciuitatem multum in negotio, & habens opus præcipuum Amphitheatri. Atenas verò & hiſtorias [p] antiquas, & aliquid dignum nominatum [q] Arcum, vbi multis ſtatuis ſtantibus mirabile eſt videre dicendum antiquorum bellum. Liconica [r] verò ſolo cronico lapide, quem dicunt Lacedæmonium, ornari putat.

o *doctrinarum*
p *hiſtoria antiqua*
q *nominatim ob arcū*
r *Laconica*

Poſt Achiam occurrunt EPIRI *partes, & ciuitas quæ vocatur Ephirus. Prouincia verò à quibuſdam Epirus, ab aliis Ætolia vocatur. Ciuitas in eâ Nicopolis, quæ piſce marino plurimùm abundat: adeò quidem vt qui ſpeciei iſtius multitudinem viderit, iam etiam propemodum oderit.*

XXXVII EPIRVS

Poſt Achaiam eſt inueniri EPIRI partes, & ciuitas quę ſic vocatur Etpirus [ſ]. Prouincia verò à quibuſdam **Epirus**, à quibuſdam Ætolia. Ciuitas Nicopolis, quæ piſcem multum marinum habundat, vt odire ſpeciem videntem aliquantam.

ſ *Ephirus*

Poſt hanc paulò altius eſt DALMATIA, *quæ commerciis eminere dicitur. Caſeum ſcilicet Dalmatenum, &*

XXXVIII. DALMATIA

Poſt hanc paulo ſuperius DALMATIA eſt: quę in negotiis eminēs eſſe dicitur. Caſeū itaq; Dalmatenū & ti-

Digitized by Google

καὶ ξύλα ταῖς στέγαις χρήσιμα, ὁμοίως τε καὶ σίδηρον, τρία εἴδη χρήσιμα ὄντα, περιατεύουσα ἐκπέμπει, καὶ ἔχει πόλιν λαμπρὰν Σαλώνην. Τὸ Διρράχιον γὰρ διὰ τὴν τῶν οἰκούντων πονηρίαν παρὰ Θεοῦ (μᾶλλον τοῦ ἀληθοῦς ὡς λέγουσι) διήχησεν, καὶ οὐκ ὤφθη.

Μετέπειτα νῦν κατὰ τάξιν αἱ ἐπαρχίαι, Καλαβρία, ἡ σιτοφόρος οὖσα περιατεύει ἐν πᾶσι ἀγαθοῖς.

Μετὰ ταύτην Βρίτζια ἀπαντᾷ, καὶ αὐτὴ βελτίστη οὖσα, ἐμπορείαν ἐκπέμπει ἐσθῆσιν βύρρων, καὶ οἶνον πολὺν βέλτιστον.

Μετὰ Βριτζίαν ἡ Λουκανία χώρα βελτίστη, καὶ αὐτὴ πᾶσι εὐποροῦσα, καὶ ξυερὸν πολλὴν ἐκπέμπει, ὅτι ἐστὶ ἐν ὄρεσι, οἷς δέλεαρ τῶν ζώων ποίκιλον.

Μετά τε Καμπανία ἐπαρχία, οὐ λίαν μὲν μεγάλη, πλουσίους δὲ ἄνδρας κεκτημένη, καὶ αὐταρκής ἐστι, καὶ κελλάριον τῇ βασιλευούσῃ Ῥώμῃ.

Καὶ μετέπειτα εἰς Ἰταλίαν· ἡ καὶ ὠνομασμένη λόγῳ μόνον, ἡ ἐν ὀνόματι τὸ κλέος αὐτῆς δεικνύει, πολλὰς καὶ ποικίλας πόλεις ἔχουσα, καὶ πάντων ἀγαθῶν πλήρης, διοικεῖται ὑπὸ τῆς προνοίας. Εὑρήσεις τε ἐν αὐτῇ Ἰταλίᾳ οἶνον πολλὰ γένη, Πικῆνον, Σαβῖνον, Τηβορτῖνον, Τούσκον. (ἡ γὰρ Τουσκία προσόκειται τῇ προειρημένῃ ἐπαρχίᾳ, ἧς κάλλος οὐ πολλῷ ὕστερον λέξομεν) Ἰταλία τοίνυν πᾶσι εὐποροῦσα, προσέτι καὶ τοῦτο μέγιστον ἀγαθὸν κέκτηται, πόλιν μεγίστην καὶ ἐξοχωτάτην, καὶ βασιλικήν, ἡ ἀπ' ὀνόματος τὴν ῥώμην δεικνύει, καὶ καλεῖται Ῥώμη, ἣν λέγεται ᾠκηκέναι Ῥώ-

μυλος

& materiam ædificiis aptam, tùm & ferrum: tres has inquam ſpecies vtiliſſimas quibus abundat emittit. Et eſt in eâ ciuitas clara Salona: Dyrrachium enim, propter malitiam inhabitantium à Deo (id enim veroſimilius dicitur) abſorpta eſt & euanuit.

Exinde iam ordine prouinciæ hæ: CALABRIA: *quæ & frumenti ferax eſt, & omnibus bonis abundat.*

Poſt hanc BRYTTIA *occurrit: quæ & ipſa beatiſſima eſt, & emittit mercem veſtem byrram, & vinum magnâ copiâ & optimum.*

Poſt Bryttiam LVCANIA *regio beatiſſima: & ipſa cùm omnibus abundet, lardum magnâ copia emittit: eo quod ſit in montibus, in quibus varia paſcua animalium ſunt.*

Deinceps CAMPANIA *prouincia, non eſt quidem magna, locupletes autem viros habens: & ipſa ſibi ſufficit, & cellarium eſt Regina* vrbi *Roma.*

Poſt hæc ITALIA, *quæ & ſolo verbo, ſeu nomine tenus deſignata, gloriam ſuam oſtentat. Multas ea & varias ciuitates cùm habeat, omnibúſque bonis abundet, à diuinâ prouidentiâ regitur. In Italiâ quippe inuenias multa vini genera, veluti Picenum, Sabinum, Tyburtinum, Tuſcum (Nam & Tuſcia in prædicta prouincia eſt: cuius formoſitatem non multò poſt narrabimus.) Italia igitur omnibus abundans, hoc inſuper maximum bonum poſſidet, nempe vrbem maximam, eminentiſſimam, & Regiam, quæ & de nomine ipſo fortitudinem ſuam oſtentat, vocatúrque Roma: quam condidiſſe aiunt Romulum*

& tigna tectis vtilia, ſimiliter & ferrum, tres ſpecies cum ſint vtilia, habundans emittit. Et habet ciuitatem ſplendidam Salonam: Diracium enim propter habitantium malitiam, adō [t] (magis vero [u] vt dicunt) deſcendit, & non apparuit.

t à Deo
u i. vero propius

XXXIX. CALABRIA

Deinde iam ordine prouinciæ, CALABRIA, quæ frumentifera cum ſit, habundat in omnib. bonis.

XL. BRITTIVM

Poſt hanc BRITTZANTIVM [x]: & ipſa obtima cum ſit, negocium emittit veſtem byrrum, & vinum multum & obtimum.

x ƺ. Brittzia

XLI. LVCANIA

Poſt Brittziam LVCANIA regio obtima, & ipſa omnibus habundans, & lardum multum forâs emittit: propter quod eſt in montibus, cuius æſcam animalium variam.

XLII. CAMPANIA

Poſt [y] enim CAMPANIA prouincia, non valde quidem magna, diuites autem viros poſſidens, & ipſa ſibi ſufficiens eſt, & cellarium Regnante [z] Romo.

y Ʒ. eam, in MS.
z Regnanti Roma.

XLIII ITALIA ROMA

Et poſtea in ITALIAM; quæ & nominata verbo ſolum, aut in nomine, gloriam ſuam oſtendit, multas & varias ciuitates habens, & omnibus bonis plena, regitur à prouidentia. Inuenies enim in ipſa Italia vinum multa genera, Piecenum, Sabinum, Deuortinum, Tuſcium (etenim Tuſcia adiacet prædictæ prouinciæ: cuius formonſitate [a] non poſt multum narremus [b].) Italia ergo omnibus habundans, inſuper & hoc maximum bonum poſſidet, ciuitatem maximam & eminentiſſimam & Regalem, quæ de nomine virtutem oſtendat [c]. & vocatur ROMA: quam aiunt condidiſſe Romulus

a formoſitatem
b narrabimus
c oſtendit vel oſtentat

Digitized by Google

μυλος παῖς. Ἔστιν οὖν παμμεγίστη, καὶ οἰκήμασι θείοις κεκοσμημένη. Ἕκαστος γὰρ ἐκ προγεγενημένοις τῶν αὐτοκρατόρων, οἱ καὶ νῦν ὄντες, εἰς αὐτὴν οἰκίζειν τι ἐβουλήθησαν· καὶ ἕκαστοι αὐτῶν ἔργον ὁποῖόν τε ἐν ὀνόματι ἑαυτοῦ ἐργάζεται. Εἰ γὰρ ἐθέλοις Ἀντωνῖνον, ἔργα εὑρήσεις ἀναρίθμητα, ὡς καὶ καλουμένην ἀγορὰν Τραιανοῦ· ἣ ἔχει Βασιλικὴν ὑπερέχουσαν καὶ ὀνομαστήν. Ἔχει δὲ καὶ Κιρκήνσιον καλῶς κείμενον, καὶ χαλκώματι πολλῷ κεκοσμημένον. Εἰσὶ δὲ ἐν αὐτῇ Ῥώμῃ καὶ παρθένοι ἑπτὰ εὐγενεῖς, καὶ ἐνδοξόταται, αἳ τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν ὑπὲρ σωτηρίας τῆς πόλεως κατὰ τὸ τῶν παλαιῶν ἔθος διατελοῦσι, καὶ καλοῦνται παρθένοι Ἑστίας. Ὁμοίως καὶ ποταμὸν ἔχει πολλοῖς γνώριμον Τύβεριν, ὃς ὠφέλιμός ἐστι τῇ προειρημένῃ πόλει, ὃς ἀποτέμνων* αὐτὴν φθάνει εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ δι' αὐτοῦ πάντα προσέρχονται ἀπὸ ξένης, ἀναβαίνει ἀπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ μίλια· καὶ οὕτω πόλις πᾶσιν ἀγαθοῖς πλεονεκτεῖ. Ἔχει δὲ καὶ Σένατον* μέγιστον ἀνδρῶν πλουσίων. Εἰ δὲ καθ' ἕκαστα δοκιμάζειν ἐθέλοις, εὑρήσεις πάντας κειμένους ἢ ἐσομένους, ἢ γεγενημένους εἶναι, ἢ δυναμένους μὲν, οὐκ ἐθέλοντας δὲ, διὰ τὸ τῶν ἑαυτῶν ἀπολαύεσθαι μετ' ἀσφαλείας* βούλεσθαι. Σέβουσι δὲ καὶ τοὺς Θεοὺς ἐκ μέρους, τὸν Δία καὶ Ἥλιον· οὐδὲ οὖν καὶ τὰ ἱερὰ τῆς Μητρὸς τῶν Θεῶν διατηρεῖν λέγονται καὶ βωμόσκοποι* πρὸς αὐτοὺς πέπεισθαι*. Ταύτην ἔχεις.

* vel εἰ-σπλέων
* γερουσίαν
* ἀμεριμνίας
* θύται
* βεβαιοῦνται

Γείτων ἡ Τυσκία· ἡ Τυσκία ἐπὶ τὸ πολὺ τυγχάνει ἀπὸ τῶν Θεῶν τὸ ὄνομα μέγιστον ἔλαβεν. Ἐντεῦθεν γὰρ λέγουσι ἀπ' ἀρχῆς εὑρηθῆναι τὴν θυηκήν, καὶ ὅτι ἀγαθὸν Θεοὺς εἶναι ἔλεξαν. Αὕτη γὰρ πλεονεκτοῦσα πᾶσι ἀγαθοῖς, καὶ τυγχάνει κτᾶται μάλιστα ἀμφὶ Θεοὺς τὰ θυηκὰ πολλά· τοῦτο γὰρ πράγματος τὸ βέβαιον πρὸς αὐτοὺς εἶναι λέγεται. Καὶ ταῦτα μὲν τῆς Ῥώμης καὶ Τυσκίας.

Τῆς

*mulum puerum. Eſt igitur ea quàm maxima, diuiniſq; ædificiis ornata. Singuli quippe Imperatores vel ſuperiores, vel etiam qui nunc ſunt, in eâ aliquid condere in animum induxerunt, ſinguliq; opus aliquod de nomine ſuo fecêre. Si vel Antoninum ſpectes, innumera eius opera inuenies: ſimiliter in*uenies *& forum quod Traianum dicitur, in quo & Baſilica præcipua & celebrata. Habet autem & Circum eleganti ſtructurâ, & æramento multo ornatum. Sunt etiam ibidem, Romæ ſcilicet, ſeptem Virgines ingenuæ & patritiæ, quæ ſacra Deorum, pro ſalute vrbis, iuxta antiquorum morem, faciunt, vocanturq; Virgines Veſtæ. Pariter & fluuium habet, multis notum,* puta *Tyberim: qui prædictæ vrbi plurimum confert, eam quippe ſecans in mare effluit, & per eum omnia quæ aliunde veniunt, ab octodecim miliaribus ſubuehuntur. Habet & Senatum maximum, locupletum virorum. Quod ſi ſigillatim eos recenſeas, reperies omnes aut Magiſtratu fungentes aut functos: vel qui poſſint quidem, nolint tamen, eò quòd ſuis bonis frui tranquillè malint. Colunt porrò & Deos, & in his Iouem & Solem: ſed & ſacra Matris Deûm facere dicuntur. Aruſpices quoque apud eos boni ſunt. Sic Romam habes.*

mulus puer. Eſt itaque quammaxima, & ædificiis diuinis ornata. Quiſque enim antefactis [d] *Imperatorum*, aut nunc qui ſunt, in eam condere aliquid voluerunt: & ſinguli eorum opus qualémque [e] in nomine ſuo facit. Si enim volueris *Antoninum*, opera inuenies innumerata: ſicut & quæ dicitur *forum Traianum*, quæ habet Baſilicam præcipuam & nominatam. Habet autem & Circenſes [f] bene poſitum, & æramento multo ornatum. Sunt autem in ipſâ Roma & Virgines ſeptem ingenuæ & clariſſimæ, quæ ſacra Deorum pro ſalute ciuitatis, ſecundum antiquorum morem, perficiunt, & vocantur *Virgines Veſtæ*. Similiter & fluuium habet multis notum Tyberim: qui vtilis eſt prædictæ ciuitati, qui incidens eam peruenit in mare, & per ipſum omnia quæ veniunt de peregre, aſcendent [g], à decem & octo milia: & ſic ciuitas omnibus bonis habundat. Habet autem & Senatum maximum virorum diuitum: Quod ſi per ſingulas [h] probare volueris, inuenies omnes Iudices aut factos aut futuros eſſe: aut potentes quidem, nolentes autem, propter ſuorum frui cum ſecuritate velle. Colent [i] autem & Deos ex parte, Iouem & Solem: nec non & Sacramantis [k] Deum perficere dicunt: & Aruſpices ad eos certum eſt. Hanc habes.

d *ex ante actis Imperatoribus.*

e *qualecumque*

f *Circenſe*

g *aſcendunt*

h *per ſingulos*

i *Colunt*

k *ſuprà correctum in MS.* ſacra Matris

Vicina huic Tuscia, *quæ quidem Tuſcia fermè à Diis nomen iſtud ſortita eſt. Ibi quippe aiunt primitùs inuentam haruſpicinam; item quòd dixerint bonum eſſe vt Dij credantur. Quare & ipſa omnibus bonis abundans, & hoc maximè habet, nempe frequentia Deorum ſacrificia: etenim huius rei peritia apud eos eſſe dicitur. Et hæc quidem de Româ & Tuſciâ.*

XLIV.
Tuscia

Vicina Tuscia: quæ Tuſcia quamplurimæ hoc à Diis nomen maximum accepit. Vnde [l] enim aiunt ab origine inuentam eſſe haruſpicia: & quod bonum Deos eſſe dicebant. Nam & ipſa habundans omnibus bonis, & hoc poſſidet maximæ [m], circa Deos haruſpicia multa: etenim huius rei certum ad eos eſſe dicitur. Et hæc quidem Romæ & Tuſciæ.

l *Inde*

m *maximè*

Digitized by Google

Τῆς Ἰταλίας δὲ καὶ ἄλλαι πόλεις εἰσὶν ἐπιφανεῖς, οὕτω καλούμεναι, Ἀκουϊλεία καὶ Μεδιολᾶνον.

Μετὰ τοίνυν τὴν Ἰταλίαν, ἃς διελίπομεν, πόλεις λέγωμεν· τὴν Μυσίαν καὶ Δακίαν, ἐπαρχίας ἑαυταῖς μὲν αὐτάρχεις, ψυχὴν δὲ μέγιστα ἐχούσας, ὧν πόλις μεγάλη Νέασος λέγεται.

Εἶτα Παννονία χώρα, γῆ πλουσία ἐν πᾶσι καρποῖς τε καὶ κτήνεσι, καὶ ἐμπορείαις, ἐκ μέρους καὶ ἀνδραπόδοις· καὶ ἀεὶ οἴκησις τῶν ἀρχόντων ἐστίν· ἔχει δὲ καὶ πόλεις μεγίστας, Σίρμιόν τε καὶ Νώρικον· ὅθεν καὶ ἐσθὴς Νωρικὴ ἐξιέναι λέγεται. Ταύτη Παννονία χώρα.

Ἡ προσκειμένη πέραν ποταμὸν Δανούβιον, ἔθνος τῶν βαρβάρων Σαρματῶν ἐστί.

Μετὰ Παννονίαν τὴν Γαλλίαν ἐπαρχίαν· ἣ ὅτι μεγίστη εἶ, καὶ αὐτοκράτορα ἀεὶ ἐνδεεῖ· τοῦτον ἐξ ἑαυτῆς ἔχει*. Ἀλλὰ μὴν, διὰ τὴν τῆς θαλάσσης παρουσίαν, πάντα ἐν πλήθει εὐπορεῖ, ἀλλὰ πλείστα τιμῆς. Πόλιν δὲ μεγίστην φασὶν ἔχειν, ἣ καλεῖται Τρίβηρικ, ὅπου καὶ οἰκεῖν ὁ Κύριος λέγεται, καὶ ἔστι μεσόγαια. Ὁμοίως δὲ ἔχει ἄλλην πόλιν ἐν πᾶσι αὐτῇ βοηθοῦσαν, ἥ ἐστιν ἐπὶ τῆς θαλάττης, ἣν λέγουσιν Ἀρέλατον, ἣ ἀπὸ παντὸς κόσμου ἐμπορείας λαμβάνουσα, τῇ προειρημένῃ πόλει ἐκπέμπει. Πᾶσα δὲ χώρα ἄνδρας ἔχει ἰσχυροὺς καὶ εὐγενεῖς ἐν πολέμῳ· τοιγαροῦν πλεῖστον στρατόπεδον, καὶ ἰσχυροὶ τῶν Γαλλῶν εἶναι λέγονται· καὶ ἔστιν ἐν πᾶσι ἐπαρχία θαυμαστή. καὶ ἔχει προσκείμενον ἔθνος Βαρβαρικὸν τῶν Γότθων.

* ποιεῖ

Εἶτα πρὸς τὰ Γάλλια ἡ Σπανία, γῆ πλατεῖα καὶ μεγίστη, καὶ πλουτοῦσα ἀνδράσι διδακτοῖς, ἐν πάσαις [τε] ἐμπορείαις,

ὧν ἐκ

Digitized by Google

Italiæ porrò ciuitates & aliæ claræ ſunt, puta Aquileia & Mediolanum.

Nunc dicamus deinceps poſt Italiam & eas ciuitates, quas prætermiſimus, MYSIAM videl. *&* DACIAM *prouincias: quæ ſibi quidem ſufficiunt, frigidæ autem maximè ſunt. Quarum ciuitas magna Naſſus dicitur.*

Deinceps occurrit PANNONIA *regio, terra omnibus diues, tum frugibus tum & iumentis & mercibus, quin ex parte & mancipiis: ſempérque ea Imperatorum ſedes eſt. Habet porrò & ciuitates maximas, puta Sirmium & Noricum, vnde & veſtis Norica prodire dicitur. Et hactenùs de Pannonia regione.*

Huic adiacet trans fluuium Danubium Barbara gens, SARMATARVM.

Poſt Pannoniam, GALLIÆ *prouincia eſt: quæ cùm maxima ſit, & Imperatore ſemper egeat, hunc etiam ex ſe deſiderat. Sed & propter maris opportunitatem, omnibus copiosè abundat, quanquam caro pretio. Ciuitatem porrò maximam habere dicitur, quæ vocatur Triueris: vbi etiam Imperator morari dicitur, eáque mediterranea eſt. Pariter & aliam ciuitatem habet in omnibus ei adminiculantem, quæ ad mare ſita eſt, quam vocant Arelatum: quæ cùm ab omni orbe commercia ſuſcipiat, & prædictæ ciuitati ea ſubmittit. Omnis autem regio viros habet bellicoſos & Nobiles: quare & in bello frequens inde miles, & fortis ex Gallia eſſe dicitur. Eſt & in omnibus* aliis *prouincia admiratione digna. Adiacentem habet ea Barbaram gentem* GOTHORVM.

Deinceps prope Galliam HISPANIA *eſt terra lata & maxima, & viris doctis diues, & omnis generis mercibus, quæ*

Italiæ verò & aliæ ciuitates ſunt ſplendidæ, quæ ſic vocantur, Aquileia, & Mediolanum. XLV. AQVIL. MEDIOLANVM

Poſt ergò Italiam, quas prætermiſimus ciuitates dicamus: MYSIAM & DACIAM prouincias, ſibi quidem ſufficientes, frigora autem magna habentes; quorum ciuitas magna *Neſſus*[a] dicitur. XLVI. MYSIA & DACIA

[a] *Naſſus*

Deinde PANNONIA regio, terra diues in omnibus, fructibus quoque & iumentis & negotiis, ex parte & mancipiis. Et ſemper habitatio *Imperatorum* eſt. Habet autem & ciuitates maximas, Syrmi quoque & Noricum: vnde & veſtis Noricus exire dicitur. Hæc Pannonia regio. XLVII. PANNONIA

Quæ adiacet trans flumen Danuuium, gens barbarorum SARMATVM eſt. XLVIII. SARMATÆ

Poſt Pannoniam, GALLIAM prouinciam[o]: quæ cùm maxima ſit, & *Imperatorem* ſemper eget[p]: hunc ex ſe habet[q]. Sed propter maioris[r] præſentiam, omnia in multitudine habundat, ſed plurima pretij. Ciuitatem autem maximam dicunt habere, quæ vocatur Triueris: vbi & habitare *Dominus* dicitur: & eſt mediterranea. Similiter autem habet alteram ciuitatem in omnibus ei adiuuantem, quæ eſt ſuper mare, quam dicunt Arelatum, quæ ab omni mundo negotia accipiens, prædictæ ciuitati emittit. Omnis autem regio viros habet fortes & nobiles: in bello itaque plurimum exercitum & fortia Gallorum eſſe dicuntur: & eſt in omnibus prouincia admirabilis. Et habet adiacentem gentem Barbaram GOTHORVM. XLIX. GALLIA

[o] *habet ſcil.*
[p] *egeat*
[q] *habet*
[r] *maris*

Deinde ad Gallia[ſ] SPANIA, terra lata & maxima, & diues viris doctis, in omnibus negotiis: L. HISPANIA

[ſ] *Galliam*

 quo-

ὧν ἐκ μέρους λεγέσθω. Ἔλαιον γὰρ καὶ ἔμβαμμα, καὶ ἐσθῆσιν ποικίλην, καὶ ξυλεῖον, καὶ τὰ κτήνη πέμπουσα, πάντῃ τῷ κόσμῳ χορηγοῦσα, πάντα ἀγαθὰ κεκτημένη, καὶ ἐξαίρετος ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς. Πρόσεστι δὲ καὶ λευκαίας * ἐρετίαν πάσῃ γῇ χορηγοῦσα, δοκεῖ μὲν ἀνάξια παρὰ πολλῶν, ἐπεὶ πάντων ναῶν γένος σώζει, καὶ δι' αὐτὴν πλεῖστα πᾶσα ἐμπορεία φαίνεται· παρὰ πολλῶν δὲ ἀσθενὴς εἶναι δοκεῖ. Ἐντεῦθεν Ὠκεανὸν εἶναι λέγεται, καὶ τούτου μέρος, ὃ οὐδεὶς τῶν ἀνθρώπων διηγήσασθαι δύναται. ἀλλὰ τί ἐκεῖ εἶναι δύναται; Ἔστι γὰρ ἔρημος, καὶ, ὡς φησιν, ἐστὶν ἐκεῖ τέλος τοῦ κόσμου.

* Σπάρτου

Ἔπειτα γυρεύουσαν πρὸς Αὔστρου τὴν εὑρήσεις τὴν Μαυριτανίαν· ἄνθρωποι ἔχουσι βαρβάρων βίον, καὶ ἔθος· ὅμως τοῖς Ῥωμαίοις ὑπήκοοι· ἡ ἐπαρχία ἐσθῆσιν, καὶ ἀνδράποδα πραγματεύεται, καὶ σῖτον εὐπορεῖ, καὶ ἔχει πόλιν Καισάρειαν.

Ἔπι μετὰ Μαυριτανίαν Νουμιδίη ἐπαρχία, καρποῖς εὐποροῦσα, καὶ ἑαυτῇ αὐτάρκης, καὶ ἐμπορείας ἔχει, ἐσθῆσιν ποικίλην, καὶ ζῶα βέλτιστα.

Πρὸς ταύτην ἐπαρχίαν Ἀφρικῆς χώρα πλουσία ἐν πᾶσιν εὑρίσκεται, πᾶσιν ἀγαθοῖς κεκοσμημένη ἐστὶ, καρποῖς τε καὶ ζευγαρείοις, καὶ σχεδὸν αὕτη πᾶσι ἔθνεσι χρῆσιν τοῦ ἐλαίου δίδωσιν. ἡ πολλὰς καὶ διαφόρους πόλεις κεκτημένη, μίαν κυριωτάτην καὶ θαυμαστὴν ἄγαν ἔχει, ἣ οὕτως ὀνομάζεται Καρχηδὼν, ἣν ᾠκοδόμησε γυνὴ Τυρία, ὄνομα τῇ Δίδω· ἣ ἐλθοῦσα εἰς Λιβύαν, τόπον ἠγόρασεν, ὅσον βύρσα νεόδερος ἀμφικρατεῖν ἐδυνήθη, ὡς ὁ Βεργίλιος φησὶ, ἐπονομαζομένη Βύρσα· ἡ διὰ τοῦτο λίαν ἐνδοξοτάτη συνίσταται·

κάλλος

Digitized by Google

quas ex parte memorabimus: oleum ſcilicet, & liquamen & varias veſtes, & lardum, & iumenta emittit, totiq; orbi ſuppeditat; denique omnis generis bona poſſidet, & in omnis generis bonis eximia eſt. Inſuper & ſparti vſum omni orbi præſtat: quod quidem præſtans multis videtur, eò quod omnis generis naues ſeruet, eiuſq; beneficio omne fermè commercium fiet: atenim multis debile id videtur. Poſt hæc Oceanus eſſe dicitur, eáque orbis pars, quam nemo hominum enarrare poteſt. Sed quid quæſo ibi eſſe poteſt? Nempe deſertum, &, vt aiunt, finis mundi ibi eſt.

quorum ex parte dicimus. Oleum enim, & liquamen, & veſtem variam, & lardum, & iumenta mittens, omni mundo ſufficiens, omnia bona poſſidens, & præcipua in omnibus bonis. Inſuper autem & ſparti virtutem omni terræ præſtans, videtur ſ quidem neceſſaria aput multos, quoniam omne nauium genus ſaluat, & per ipſum quamplurimæ omnem negotium videtur: aput multos autem debilis eſſe videtur. Inde Oceanum eſſe dicitur, & huius partem, quę nemo hominum narrare poteſt. Sed quid ibi eſſe poteſt? Eſt enim deſertum, &, ſicut aiunt, eſt ibi finis mundi.

ſ *quæ videtur*

Deinceps vergentem ad Auſtri terram inuenies, terram MAVRITANIAM: *cuius homines Barbari quantum ad vitam & mores, Romanis tamen ſubditi. Hæc prouincia veſtium & mancipiorum mercaturam exercet, frumentoq; abundat: & ciuitatem habet Cæſaream.*

LI. MAVRITANIA

Deinde girantem ad Auſtri terram, inuenies terram MAVRITANIAM, homines barbarorum vitam & mores, tamen Romanis ſubditi: quæ prouincia veſtem & mancipia negotiatur, & frumentum habundat: & habet ciuitatem ***Cæſaream.***

Exinde poſt Mauritaniam NVMIDIA *prouincia eſt, frugibus abundans, ſibiq; ſufficiens: quæq; veſtium variarum & optimorum animalium* ſeu equorum *mercaturam exercet.*

LII. NVMIDIA

Deinde poſt Mauritaniam NVMIDIA prouincia, fructibus habundans, & ſibi ſufficiens, & negotia habet, veſtem variam, & animalia obtima.

Proxima huic prouinciæ, AFRICA *regio in omnibus diues occurrit: quæ omnis generis bonis ornata eſt, frugibus etiam & iumentis: & ipſa fermè omnibus gentibus vſum olei præſtat. Ea cùm multas & varias ciuitates habeat, vnam habet præcipuam, & admiratione dignam quæ dicitur Karthago: quam Tyria mulier condidit nomine Dido: quæ cùm in Lybiam veniſſe, locum emit,*

Taurinum quantum poſſet circundare tergum,

vt Virgil. ait, cognomine Byrſam. *Hæc ſtructura elegantia glorioſiſſima cõſtat: for-*

LIII. AFRICA

Ab ᵗ hanc prouinciam AFRICÆ regio diues in omnibus inuenitur; omnibus bonis ornata eſt, fructibus quoque & iumentis: & pœne ipſa omnibus gentibus vſum olei præſtat. Quæ multas & differentes ciuitates poſſidens, vnam præcipuam & admirabilem nimium habet, quæ ſic vocatur *Kartago:* quam condidit mulier Tyria, nomine Dido: quæ cùm Libiam veniſſet, locum emit, quantum corium bubulum circumtenere potuit, vt Virgilius ait, cognomine Byrſa: quę diſpoſitione valde glorioſiſſima conſtat: for-

t *Ad*

κάλλος δὲ τόπου ἀλσώδεις κεκτημένη, ἔχει ἔλαιον. Κατὰ γὰρ τάξιν τῶν δένδρων ἔχει εἰς τὰς κώμας ἴσην, καὶ λιμένα ὑπὲρ πάντων κοινὸν ὄψει ἔχουσα, ποσειδῶνα αὐτὸν φόβου τῶν ναυτῶν, εὐδίαν διδόναι δοκεῖ; ἀσφαλείας γὰρ πλήρης ἐστί· καὶ πάλιν κυριώτατον εὑρήσεις ἔργον δημόσιον εἰς αὐτὴν, κάμινον τῶν ἀργυροκόπων. Ἐν τερπνοῖς δὲ ἓν μόνον θαῦμα λίαν φιλονίκως ἀπεκδέχονται οἱ οἰκοῦντες Μουνεραῖ· αὐτὴ δὲ χώρα Ἀφρική ἐστι λίαν μεγίστη, καὶ ἀγαθὴ, καὶ πλουσία. Ἀνθρώπους δὲ ἔχουσα οὐκ ἀξίους τῆς πατρίδος. χώρα γὰρ πολλὴ καὶ ἀγαθὴ, ἄνθρωποι δὲ οὐχ οὕτω. Δόλιοι γὰρ πλεῖστοι πάντες εἶναι λέγονται, ἄλλα μὲν λέγοντες, ἄλλα δὲ ποιοῦντες. Χαλεπῶς δὲ δι' αὐτοῖς εὑρίσκεται ἀγαθός· ἀλλ' ἐν πολλοῖς ὀλίγοι ἀγαθοὶ εἶναι δύνανται.

Ἔπειτα μετὰ Ἀφρικὴν πᾶσαν χώραν προέρχεται καὶ ἔρημος γῆ μεγίστη ἐν Αὔστρου μέρεσι, ὅπου φασὶ ἐν ἐλαχίστῳ μέρει αὐτοῦ τοῦ ἐρήμου οἰκεῖν τῶν βαρβάρων ὀλίγον ἔθνος, οὕτω καλούμενον, Μαζικῶν, καὶ Αἰθιόπων.

Μετὰ τοῦτο εὑρίσκεται χώρα Πενταπολιτῶν ὀλίγη, ἀλλὰ καρποῖς καὶ ὑποζυγίοις πλουσία, ἡ πόλεις ἔχει παλαιὰς δύο, Πτολεμαΐδα καὶ Κυρήνην, ἅς φασι ἐν χρόνῳ βεβασιλευκέναι.

Μεθ' ἣν ἄλλη ἐπαρχία Λιβύας ὀνόματι, πλησιάζουσα καὶ αὐτὴ ἀπὸ δυσμῆς τῇ Ἀλεξανδρίᾳ· ἣ οὐ λαμβάνει τὸ ὕδωρ ἀπ' οὐρανοῦ. ἄνδρας μὲν ἔχει ὀλίγους, ὅμως ἀγαθοὺς, καὶ εὐσεβεῖς καὶ σοφούς. Νομίζω δὲ ὅτι ἀγαθὸν αὐτοῖς ἔνεστιν, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ παιδείας*, οὐχ ὑακίζοντος αὐτοῖς καθ' ἕκαστα ἔτη.

* [illegible]

Μετέπειτα

formoſiſſimum vero locum inſtar luci habet; oliuum, vbi arbores ordine conſita ſunt. In vicos æqualis eſt. Et cùm Portum habeat in primis viſu admirandum, mare citra vllum nauium metum, ſerenum præſtare videtur; adeò is tutus eſt. Eximium item opus publicum in eâ inuenies, vicum argentariorum. Inter voluptatum autem genera, vnicum ſpectaculum, Munerum [gladiatoriorum] *contentioſiſſimè habitantes ſpectant. Ipſa verò Africa regio eſt longè maxima & beata & diues. Homines verò habens, patriâ indignos: regio quippe ipſa optima, homines verò non æquè. Fraudulenti quippe fermè omnes eſſe dicuntur: qui aliud quidem dicant, aliud verò faciant. Quare haud facile bonus quis inter eos reperitur: quanquam & inter multos pauci boni eſſe poſſunt.*

formonſitatem verò, locum pro locu [u] poſſidens, habet oleum [x]: etenim ordinem arborum habet. In vicos æqualis: & portum ſuper omne nouum viſum [y] habens, Neptunum, ſine timore nauium, ſerenum præſtare videtur, ſecuritatis enim plenus eſt. Et iterum præcipuum inuenies opus publicum in eam, Vicum argentariorum: In delectabilibus verò vnum ſolum ſpectaculum valde contentioſè expectant habitantes, Munerum: ipſa autem regio Africæ eſt valde maxima & bona & diues. Homines autem habens non dignos patriæ: regio enim multa & bona, homines verò non ſic: doloſi enim quamplurimi omnis [z] eſſe dicuntur: alia quidem dicentes, alia autem facientes. Difficile autem inter eos inuenitur bonus: tamen in multis pauci boni eſſe poſſunt.

u *pro luce*
x *oliuam*
y *viſu*
z *omnia*

Inde, poſt Africa regionem omnem, adiacet Terra deſerta maxima ad Auſtri partes: vbi aiunt in minimâ quadam iſtius deſerti parte habitare modicam Barbarorum gentem, quæ vocatur MAZICVM & ÆTHIOPVM.

LIV. MAZICES ÆTHYOPES

Deinde poſt Africæ omnem regionem adiacet & deſerta Terra maxima in Auſtri partibus: vbi aiunt in minima parte ipſius deſerti habitare Barbarorum paucam gentem, quæ ſic vocatur MAZICVM, & ÆTHIOPVM.

Poſt hos occurrit regio PENTAPOLITANA *modica, ſed frugibus & iumentis diues: quæ duas vetuſtas ciuitates habet, Ptolemaidem & Cyrenem: quas etiam aliquando regnum obtinuiſſe aiunt.*

LV. PENTAPOLITANA

Poſt hoc inuenitur regio PONTIPOLITANA [a], pauca, ſed fructibus & iumentis diues: quam ciuitates habet antiquas duo Ptolemaide & Quirenim [b], quas dicunt in tempore regnaſſe.

a *Pentapolitana*
b *Cyrenim*

Poſt hanc eſt alia prouincia, quæ vocatur LIBYA: *& ipſa Alexandria ab occaſu propinqua: quæ de cœlo aquam non accipit. Viros quidem habet ea paucos, attamen bonos, pios & prudentes: quare & ita cenſeo bona illis obtingere, nonniſi ob Dei eruditionem & cultum, quandoquidem de cœlo ſingulis annis apud eos non pluit.*

LVI. LIBYA

Poſt quam altera prouincia LIBIÆ nomine: propinquans & ipſa ab occaſu, Alexandriæ: quæ non accipit aquam de cœlo: viros quidem habet paucos, tamen bonos, & pios & prudentes: puto autem quod bonum eis ineſt, niſi à Dei eruditione [c], non pluente eis per ſingulos annos.

c *adoratione*

Exinde

F De-

Μετέπειτα νῦν πάλιν τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

Καὶ ταῦτα μὲν οἰκουμένης, τὴν τῶν Ῥωμαίων καὶ βαρβάρων γῆν, ὅ,τι ἐκ μέρους εἰπεῖν ἐδυνάμεθα· οὐ γὰρ πάντα ἀσφαλεστάτως συγγράφειν δυνατόν ἐστι. Ὅμως εἰ καὶ ἴσως διέλαθεν ἡμᾶς μέρος τι, ἀλλ' ὡς οἴομαι, οὐ σφόδρα.

* ἀπὸ μίαν ὕλην ἱστορίας

Ἵνα μὴ δὲ μόνην ὅλην* ἱστορίαν παραλιπεῖν δοκοῦμαι, οὕτω καὶ τὰς νήσους, αἳ ἐν μέσῃ θαλάσσῃ κείμεναι εἰσὶν, καὶ αὐτῶν μνημονεύσας, οὕτω τὸν λόγον παύσω.

* λινοφαῖον

* πᾶσι

Ἔχεις τοίνυν ἀπ' ἀνατολῆς τὰς νήσους οὕτω· πρώτην καὶ μεγίστην Κύπρον, ἣ εἴωθε ναυπηγεῖν· λέγεται οὐ δεομένη τῆς ἄλλης ἐπικουρίας ὁπόποτε, ὑπὸ ναυπηγίας ἀναγκαῖα αὐτὴ νῆσος ἔχει, πάντα κατώτερον ἐξηγημένα, ξύλα, χάλκωμα, σίδηρον, πίσσαν, οὐδὲ οὐ τὴν ὀθόνην* πρὸς βηλάρια, καὶ τῶν σχοινίων χρῆσιν. Φασὶ δὲ καὶ ἄλλοις ἀγαθοῖς ἀνθρώποις* περισσεύεσθαι.

Ἔπειτα Εὔβοιαν (καὶ αὐτὴ νῆσος) θαυμαστὴν εἶναι λέγουσιν.

Ἐντεῦθεν αἱ οὕτω καλοῦνται Κυκλάδας νήσους πλείστας, τῷ ἀριθμῷ πεντήκοντα τρεῖς, αἳ πᾶσαι ἑαυτῶν κριτὴν ἔχουσι· ὧν τινας ὀνομαστὶ εἰπεῖν ἀναγκαῖόν ἐστι. Καὶ μὴν τὴν Ῥόδον νῆσον, καὶ πόλιν μεγίστην, ἥ, ὡς προεφήτευσεν ἡ Σιβύλλη, ὑπὸ ὀργῆς τοῦ Θεοῦ ὄλωλεν. Ἔστι δὲ εἰς αὐτὴν πόλιν ἀνδριὰς, ὃ πάντες Κολοσσεῖον ὀνομάζουσι, καινὸν ἄνδρα μεγέθοις· δῆλος γὰρ ἐστὶν ἐν αὐτῇ, κατὰ τὴν προφητείαν τῆς προειρημένης Σιβύλλης.

Νῦν καὶ τὴν ἁγίαν, τοῦ Ἀπόλλωνος Τένεδος.

Πρὸς

Exinde iam iterum occurrit Alexandria.

Et hæc quidem, quæ de orbe terrarum, tum Romanorum tum Barbarorum terra iacet, ex parte dicere potuimus: neque enim omnia exactiſſime deſcribere poſſibile eſt. Attamen, etſi fortè aliqua pars nos latuit, non tamen, vt opinor, multum.

Ne autem vel vnicam ſpectabilis terræ partem omiſiſſe videar, etiam Inſulas, quæ medio mari iacent memorare iuuat: quo facto ſermonem hunc finiam.

Habes igitur ab Oriente inſulas ſequentem in modum: Primam & maximam CYPRVM*: ea nauium fabricam exercet: & dicitur, nullius prouinciæ indiga, ad nauium fabricam: neceſſaria ſcilicet ipſa hæc inſula habet omnia ſequentia: ligna, æs, ferrum, picem: quin & linteum pro velis, & funium copiam. Dicunt & aliis omnibus bonis eam abundare.*

Poſtea EVBOEAM *quæ & ipſa inſula eſt, nobilem eſſe dicunt.*

Inde CYCLADES *inſulæ plurimæ, quæ ſic vocantur. Hæ cùm numero ſint quinquaginta tres, omnes vnicum Rectorem habent. Earum aliquas nominibus ſuis deſignare neceſſe puto. Et quidem* RHODVM, *inſulam & ciuitatem maximam, quæ, ſicut prophetauit Sibylla, irâ Dei eſt peritura. Eſt autem in hâc ciuitate ſtatua, quam omnes Coloſſeum vocant, viri inuſitatæ magnitudinis. Dolus verò in eâ fuit, iuxta prophetiam prædicta Sibyllæ.*

Iam & altera inſula APOLLINIS TENEDOS.

Ab

Deinde iam iterum Alexandriam.

Et hæc quidem, orbis terræ, Romanorum quoque & Barbarorum terram, quod ex parte dicere potuimus. Non enim omnia certiſſimè conſcribere poſſibile erat. Tamen etſi fortè latuit nos aliqua pars, tamen, vt opinor, non valde. LVII. EXCVSATIO *auctoris*

Vt non autem ſolam totam iſtoriam prætermittere videar: nam & Inſulas, quæ medio mari poſitæ ſunt, & ipſarum memoratus, ſic orationem deſinam. LVIII. INSVLÆ

Habes ergò ab Oriente Inſulas ſic: primam & maximam CYPRVM, quæ ſolet nauem conficere: dicitur non indigens alterius prouinciæ quicquam, pro fabrica nauium: neceſſaria ipſa inſula habet omnia inferius declarata, ligna, æramentum, ferrum, picem: nec non verò linteamen pro velaria[d], & funium vſum. Dicunt autem & aliis bonis hominibus[e] habundare. §. 1. *Cyprus*

d *velariis*
e *omnibus*

Deinde ETBOEAM[f] (& ipſa inſula) nobilem eſſe dicunt. § 2. *Eubœa*

f *ꝟ. Eubœã*

Inde quæ ſic vocatur[g] CYCLADAS inſulas plurimas, numero quinquaginta tres: quæ omnes ſuum Iudicem habent: quarum aliquas ex nomine dicere neceſſarium eſt. Nam quæ RODVM inſulam & ciuitatem maximam: quæ, ſicut profetauit Sibilla, abera[h] Dei eſſe[i] peritura. Eſt autem in ipſam ciuitatem ſtatua, quam omnes COLOSSEVM nominant. nouum virum magnitudinis: dolus enim in ipſa fuit, ſecundum profetiam prædictæ Sybillæ. §. 3. *Cyclades*

g *vocantur*
h *ab ira*
i *eſt*

Iam & alteram & APOLLINES[k] TENEDOS. § 4. *Tenedos*

k *Apollinis*

Ab

Πρὸς τούτοις εὑρήσεις Ἴναρον, ἣ Ἴναρος δασυπόδειξ ἔαθησιν πολλὴν ἐκβάλλει, διὰ τὴν ἐμπορείαν αὐτοῦ πράγματος ἐκ τῶν ζώων πλῆθος. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πράγμασι μετρία, ἑαυτῇ αὐτάρκης· οἶνον δὲ πολὺν πράττουσα, Μακεδονίας καὶ Θρακίας χώρᾳ κοινωνοῦσα.

Ἔπειτα τὴν Κρητὴν νῆσον εὑρήσεις, ἣ ἑκατὸν ἀριθμῷ πόλεσι κεκοσμημένη ἐστί, καὶ ἔστιν ἐν πᾶσιν πλουσία καὶ θαυμαστή, ἔχουσα πόλιν μεγίστην, ὀνόματι Γορτίνην, ἐν ᾗ καὶ Κιρκήνσιον εἶναι φασί, καὶ ἔχει ἄνδρας πλουσίους ἐκ μέρους, καὶ πεπαιδευμένους.

Εἶτα Κιθήρη ἄλλη νῆσος· ἐντεῦθεν Ζάκυνθος καὶ Κεφαλονίη, νῆσοι, ἔχουσαι καὶ εὐποροῦσαι ἅπαντα ἀγαθά.

Μεθ᾽ ἃς νήσους πάντως βελτίστη καὶ μεγίστη Σικιλία νῆσος, ἡ ἤπειρον τῆς γῆς διαφέρουσα. πολλά τε ἀγαθὰ ἡ Σικιλία γεννᾷ, καὶ ἐκπέμπει πανταχοῦ ἐμπορείας χρησίμους εἰς ὑπερβολήν, τὸ ἔτι ἀόριστον, ὁμοίως τε τὰ ζευγάρια· ἔχει δὲ καὶ ἄνδρας πλουσίους, καὶ πεπαιδευμένους πάσῃ παιδείᾳ, τῇ τε Ἑλληνικῇ καὶ Λατίνῃ. Πόλεις δὲ ἔχει ἐπιφανεῖς, Συρακούσην καὶ Κατάνην, ἐν αἷς θέαμα τῶν Κιρκηνσίων εὖ ἀναπληροῦνται· ζῶα γὰρ ἀγαθὰ καὶ ἰσχυρὰ ἔχουσα, ἀγωνίζεται τρέφοντες τῇ τῶν ζώων ἀρετῇ. Ἐν ᾗ νήσῳ καὶ τὸ ὄρος, ὃ οὕτω καλεῖται Αἴτνα· εἰ ἄξιόν ἐστι, ἡ θεότης ἐστὶν ἐν ἐκείνῳ ὄρει, ἐπεὶ ταῖς ἡμέραις καὶ νυξὶ φλέγει ἐν αὐτῇ κεφαλῇ ὄρεος, ὅθεν καὶ καπνὸς ἀναβαίνων φαίνεται, ὁ ὄρος εἰς γύρον ἀμπελῶνας πολλὰς ἔχον, γεννᾷ κυριωτάτους οἴνους.

Ἔπειτα ἡ Κοσσύρη.

Μεθ᾽

Poſt has occurrit YMBRVS : *quæ Ymbrus leporinam veſtem numeroſam emittit, propter eius abundantiam: magna enim ibi leporum copia eſt. In cæteris verò rebus mediocris, ipſaq; ſibi tantum ſufficiens: vinum autem abundanter cùm habeat, & Macedoniæ & Thraciæ regionibus id communicat.*

Poſt hæc CRETA *inſula occurrit, quæ centum numero ciuitatibus decoratur. Eſt ea in omnibus diues & admirabilis. Habet maximam ciuitatem nomine Gortinam: vbi & Circum* [*inſignem*] *eſſe dicunt. Denique habet ea viros partim diuites & doctos.*

Inde CITHERA *inſula eſt : tùm* ZAZINTHVS & CEPHALONIA *inſulæ, quæ habent & abundant omnibus bonis.*

Poſt has inſulas omnes, beatiſſima & maxima SICILIA *inſula, quæ continentem diuidit. Multa ſanè bona Sicilia producit, & vbiq; emittit merces vtiles magnâ copiâ, lanam infinitam pariter & iumenta. Habet autem & viros diuites & doctos omni eruditione tum Græca tum Latina. Ciuitates autem habet claras Syracuſam & Catanam, in quibus ſpectaculum Circenſium benè peragitur : ſiquidem bonos & fortes equos habet : quare voluptatibus ſeruientes equorum vi contendere amant. In hac inſulâ eſt & mons qui vocatur Ætna : in quo monte, ſi qua fides, diuinitas eſt, quandoquidem die noctuq; in vertice montis ignis eſt: vnde etiam fumus aſcendere videtur. Hic mons in circuitum, vineta multa habet, & præſtantia vina generat.*

Inde, COSSORA.

Poſt

Ab [l] ipſos inuenies YMBRVM: quæ Imbrus leporinam veſtem multam ejicit. propter habundantiam ipſius rei ibi animalium multitudo. In cæteris verò rebus moderata ipſa ſibi ſufficiens : vinum autem multum faciens, Macedoniæ & Trachiæ regioni ſimilans [m]. § 5. *Ymbrus* [l] *7t Ad* [m] *an ſubmittens*

Poſtea CRETAM inſulam inuenies, quæ centum numero ciuitatibus ornata eſt. Et eſt in omnibus diues & mirabilis. Quæ habet maximam ciuitatem nomine Gordinam [n] : in qua & Circenſes [o] eſſe dicunt : & habet viros diuites ex parte, & eruditos. § 6. *Creta* [n] *Gortinam* [o] *Circenſe*

Deinde CITHERA alia inſula: inde ZAZINTHVS & CEPHALONIA inſulas habentes & habundantes omnia bona. § 7. *Cithera* *Zazinthus* *Cephalonia*

Poſt quas inſulas omnis [p], optima & maxima SICILIA inſula, quæ ſolidam terræ differens : multa enim bona Sicilia generat, & emittit vbique negotia vtiles in habundantiam, lanam infinitam, ſimiliter & iumenta . habet autem & viros diuites & eruditos omni doctrinâ quoque, Græca & Latina. Ciuitates autem habet ſplendidas Syracuſam & Cathenam [q] : in quibus ſpectaculum Circenſium benè completur : Animalia enim bona & fortia habens, contendunt delectantes animalium virtute. In qua inſula & montem qui ſic vocatur *Hetna* : ſi dignum [r] eſt, Diuinitas eſt in illo monte ; quoniam diebus noctibúſque ardet in capite montis, vnde & fumus aſcendere apparet : qui mons in girum vineta multa habens, generat vina præcipua. § 8. *Sicilia* [p] *omnis* [q] *Cathanam* [r] *ſi fide dignum*

Deinde COSSORA. § 9. *Coſſora.*

Μεθ᾽ ἣν ἄλλην νῆσον οὕτω καλουμένην Σαρδινίαν· καὶ αὐτὴ πλουσιωτάτη καρποῖς καὶ ζωαρείοις, καὶ ἔστι λίαν ἐπιφανεστάτη.

Ἔπειτα ἄλλη, οὕτω λεγομένη, Βρετανία νῆσος, ὥσπερ οἱ ἐλέγοντο, ὑπομιμνήσκουσι, σφόδρα μεγίστη, καὶ ἔξοχος ἐν ἅπασι.

ΔΙΑΤΕΛΕΙΤΑΙ Ἡ ἜΚΘΕΣΙΣ ὅλου τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐθνῶν.

Digitized by Google

Poſt hanc alia inſula qua vocatur SARDINIA, *& ipſa frugum ditiſſima & iumentorum. Eaq; eſt longè clariſſima.*

Poſt hanc aliam inſulam, quæ ſic vocatur SARDINIAM, & ipſa ditiſſima fructibus, & iumentibus[ſ], & eſt valde ſplendidiſſima. §. 10. *Sardinia* [ſ] *iumentis*

Deinde alia qua vocatur BRITANNIA *inſula: qua, ſicut narrant qui ibi fuerunt, longe maxima eſt & in omnibus praſtantiſſima.*

Deinde alia, quæ ſic vocatur BRITANNIA inſula, ſicut qui fuerunt narrant, valde maxima & præcipua in omnibus. §. 11. *Britannia*

EXPLICIT EXPOSITIO totius Mundi & Gentium.

INDEX IN VETEREM ORBIS Deſcriptionem PRIMVS.

TOPOGRAPHICVS.

CAPVT I. Topographici Indicis.

¶GENTIVM, PROVINCIARVM, INSVLARVM Index.

ACHAIA, Græcia, Laconica:
Poſt Theſſaliam.
Terra ſibi tantum ſufficiens.
Prouincia breuis, montoſa.
Frugifera.
Oleum & Mel Atticum producit
Viris doctis & oratoribus clara
Ciuitates in eâ claræ, *Corinthus* & *Athenæ c. de Achaia* 36.

Ægyptus:
Syriæ ad læuam contermina.
Thebais eius prouincia.
Indi, ſupra caput Thebaidos.
Metropolis eius *Alexandria.*
à Nilo æſtate irrigatur; vnde
Frugifera, reddit centuplum,
Tritici,
Hordei,
Leguminis,
Vini,
Oleum non habet.
Frumento Aegypti paſcuntur
Conſtantinopolis,
Orientales partes,
Exercitus Imperatoris oppoſitus Perſis.
Deos colit ab antiquo.
Deorum cultum orbi tradidit.
Deorum habitaculum.
Sacra & templa apud eos ornata.
Aeditimi, Sacerdotes, Miniſtri, Aruſpices, Adoratores, Aræ igne ſemper ſplendentes, Vittæ, Thuribula aromatibus plena, } apud Ægyptios.
Viri Nobiles in Aegypto.
Sapientia alios excellentes.
Literarū inuentores dicūtur Aegyptij,
Philoſophi plurimi in Aegypto,
Græcos vicerunt certamine.
Argutiores & perfectiores Græcis iudicati.
Impoſtura nulla in iis, ſed
Veram philoſophiam exercent.
Diſciplinam vnicam excolunt & in eâ excellunt.
c. de Ægypto, 18.

Æthiopes, *v.* ꝫ. *Mazices.*

Ætolia, *v.* ꝫ *Epirus.*

Africa:
Numidiæ vicina,
Regio maxima, bona, & diues in omnibus,
Frugibus,
Iumentis,
Oleo.
Ciuitates in eâ multæ

Karthago

Digitized by Google

Karthago præcipua & admirabilis.
Homines patriâ indigni,
mali,
doloſi,
difficile inter eos bonus.
c. de Africa, 53.

Apollinis Tenedos inſula:
c. de Inſulis, 58. §. 4.

Arabia:
Supra Syriam & ad dextram eius.
Boſtra eius ciuitas;
Perſis & Saracenis propinqua.
c. de Arabia, 19.

Armenia minor:
ſupra Phrygiam,
Equites & Sagittarios præſtat ad bellū.
c. de Armenia minore, 14.

Aſia [Proconſularis:]
Cariam ſequitur;
Ciuitates in eâ maximæ & innumeræ:
præcipuæ
Epheſus, vbi
Portus præcipuus.
Smyrna; quæ ciuitas ſplendida.
Regio lata, admiranda, &
Frugifera
Vinorum variorum,
Olei,
Hordei,
Purpuræ bonæ alites. *c. de Aſia 30*

Babylonicæ pelles. *c. 21.*

Bithynia
poſt Helleſpontum;
Admirabilis, maxima, & optima;
Frugifera;
Ciuitates in eâ multæ & admirabiles,
Præcipuæ, *Nicia*, & *Nicomedia.*
c. de Bithynia, 32.

Brachmani:
Seribus ad Occidentem confines;
ſine Imperio viuunt.
Terra eorum manſionum V.
c. de Brachmanis, 2.
Camarinis pomis, pipere, & melle
Camarino viuunt; *c. 6.*
Panem quotidianum cœleſtem accipiunt. *ibid.*

Non ira, nec iudicium, nec rixa &c.
inter eos. *ibid.*

Britannia:
Inſula maxima;
Præcipua in omnibus.
c. de Inſulis, 58. §. vlt.

Brittium:
poſt Calabriam;
Prouincia optima;
Commercium exercet,
Veſte byrrâ,
Vino optimo. *c. de Brittio, 40.*

Calabria:
poſt Dalmatiam;
Frugifera prouincia;
Abundat omnibus. *c. de Calabria, 39.*

Campania:
poſt Lucaniam ſita;
non Magna;
Viri ibi diuites;
Sibi ſufficiens;
Cellarium eſt Vrbis Romæ.
c. de Campania, 42.

Cappadocia:
in Ciliciæ ſuperiori parte,
Frigora ibi maxima;
Viros habet nobiles *c. de Cappadocia 21*
Diuites, doctos, prudentes, fideles:
in Comitatu & miniſterio Imperatorum. *c. 25.*
Mulieres ſpecioſæ & candidæ *ibid.*
Cæſaria Cappadociæ ciuitas maxima.
Merces vbique mittit has, *(c. 21*
Veſtem leporinam,
Babylonicas pelles,
Equos Imperatorios. *c. de Cappadocia, 21.*

Caria:
Liciā proximè ſequitur. *c. de Caria 29*

Cephalonia:
Inſula omnibus bonis abundans. *c. de Inſulis, 58. §. 7.*

Chaldæi:
Deos meliùs colere dicuntur quàm
Aegyptij, *(Ægypto, 18*
Literarum inuentores dicuntur. *c. de*

Digitized by Google

Cilicia:
Arabiæ proxima;
Vino abundans, aliis id prouinciis ſuppeditat.
Tharſus in eâ ciuitas magna & bona.
c de Cilicia, 20.

Cithera inſula:
c. de inſulis 58. §. 7.

Coele Syria:
c. 17. in pr v Syria, J.

Coſſora inſula:
c. de Inſulis, 58. §. 9.

Creta:
Centum ciuitatibus ornata;
Diues & mirabilis in omnibus;
Gordinam habet ciuitatẽ præcipuam,
Viros habet diuites & eruditos.
c. de Inſulis, 58. §. 6.

Cyclades inſulæ:
Numero LIII. in his præcipua *Rhodus*;
Iudex vnicus his omnibus præeſt
c. de Inſulis 58 § 3.

Cyprus:
Inſula ab Oriente prima & maxima;
Sibi ſufficiens;
Bonis omnibus abundat;
Nauium fabricâ clara
Neceſſaria ad eam omnia habet,
Ligna,
Æs, [Ære nobilis Cyprus]
Ferrum,
Picem,
Linteamen, pro velis;
Funium vſum. *c. de Inſulis* 58. §. 1

Dacia: *v. J. Myſia.*

Dalmatia:
ſupra Epirum ſita;
in Commercio habet hæc,
Caſeum Dalmatenum,
Tigna,
Ferrum;
Salona ciuitas ſplendida in eâ, &
Dyrrachium.
c. de Dalmatia, 38.

Dardània:
Macedoniæ adiacet;
Caſeus Dardanicus. *c.* 34.

Diſaph:
Regio Nebuſæ adiacens;
Reguntur bene eius incolæ;
Manſiones habet CCXL.
c. de Diſaph, 7.

Diuæi:
poſt Ioneos;
Reguntur à Maioribus;
Terram habent manſionum CCX.
c. de Diuæis, 9.

Elleſpontus: *v. J. Helleſpontus.*

Emer:
poſt Euiltas ſita gens;
ſine Imperio;
Legibus conuenienter viuunt;
Terram inhabitant manſionũ XLVII.
c de Emer, 4.
Camarinis melle & pomis, item pipere viuunt. *c* 6.
Panem quotidianum cœleſtem accipiunt. *ibid.*
Non Ira, non Iudicium, nec rixa, nec dolus, &c. inter eos eſt. *ibid.*

Epirus:
poſt Achaiam Prouincia;
Ætolia ab aliis dicitur;
Ephirus, in eâ ciuitas, &
Nicopolis. *c. de Epiro*, 37.

Eubœa:
Inſula nobilis. *c. de Inſulis*, 58. §. 11

Euiltæ [Euilei]
Brachmanis vicini;
ſine Imperio;
Vitam Deorum viuunt;
Terra eorũ manſionum eſt XXXII.
c. de Euiltis, 3.
Camarinis melle & pomis, item pipere viuunt. *c.* 6.
Panem quotidianum cœleſtem accipiunt. *ibid.*
Non Ira, non Iudicium, nec rixa, nec dolus, &c. inter eos eſt. *ibid.*

Gala-

Galatia:

Cappadociæ proxima;
Prouincia optima, ſibi ſufficiens;
Commercium Veſtium exercet;
Milites bonos præſtat;
Ancyra ciuitas in eâ maxima;
Panis ibi optimus.
c. de Galatia, 22.
Viros diuites, doctos, prudentes, fideles habet in Comitatu & miniſterio Imperatorum hac tempeſtate. *c. 25.*

Gallia:

poſt Pannoniam eſt;
Prouincia maxima, & admirabilis;
Imperatore ſemper eget, & ex ſe habet;
Abundat omnibus propter mare, ſed caro pretio;
Viros fortes habet & nobiles;
Ciuitates habet claras,
Treuirim,
Arelatum. *c. de Gallia, 49.*

Gothi:

Gens barbara, Galliæ adiacens.
c. de Gallia, 49.

Græcia: *v. ſ. Achaia.*

Helleſpontus:

Aſiæ vicina;
Regio frugifera
Frumenti,
Vini,
Olei.
Ciuitates habet antiquas,
Troiam,
Ilium,
Cyzicum, magnam & formoſam.
c. de Helleſponto, 31.

Hiſpania:

Galliæ adiacet;
Terra lata & maxima;
Diues Viris doctis;
Bona omnia poſſidet;
Commercium exercet
Oleo,
Liquamine,
Veſte varia,
Lardo,
Iumentis;
Sparto nobilis, quod omni terræ præſtat;
Oceanus ei adiacet;
Trans Hiſpaniā deſertū & finis mūdi.
c. de Hiſpania, 50.

India Maior:

poſt Diuæos;
Triticum & omnia neceſſaria emittit;
Terra magna & bona;
Manſionum eſt CCX.
c. de India Maiore, 10.

India Minor:

Indiæ Maiori adiacet;
Viros habet fortes & bellicoſos;
Auxilium præſtat Perſis tēpore belli;
Manſiones habet CL.
c. de India Minore, 11.

India Minima:

poſt Indiam Minorem;
Regitur à Maioribus;
Elephantis abundat, ita vt Perſæ inde accipiant;
Manſiones habet XV.
c. de India Minima, 12.
Indi ſupra caput Thebaidos; vnde Ægyptij merces accipiebant. *c. 18.*

Ionei:

poſt Diſaph regionem;
Terram habent manſionum CXX.
c. de Ioneis, 8.

Iſauria, Iſauri:

Ciliciæ proxima, mari vicina;
Viros fortes habet;
Latrocinia aliquando exercuerunt;
Romanorum aduerſarij.
c. de Iſauria, 26.

Italia ſpecialiter accepta.

Campaniæ vicina;
Nomen eius celebre;
Ciuitates in eâ multæ, variæ;
Plena & abundans omnibus bonis;
Regitur à prouidentia;
Vini multa genera producit
Picenum,
Sabinum,
Tiburtinum,
Tuſcum.
c. de Italia, 43.

Digitized by Google

Laconica:
Lapidem cronicum ſolum habet, qui dicitur *Lacedamonius.*
c.de Achaia,36.

Libya [ſicca:]
poſt Pentapolitanam;
Alexandriæ ab occaſu proxima;
Pluuiam de cœlo non accipit.
Viros habet paucos, bonos, pios, prudentes. *c.de Libya,56.*

Licia:
poſt Pamphiliam,
Regio ſibi ſufficiens,
Caucaſus in eâ mons.
c.de Licia,28.

Lucania:
poſt Brittium,
Regio optima,
Abundans omnibus,
Lardum emittit, (lium.
Montoſa eſt, vbi varia paſcua anima-
c.de Lucania,41.

Macedonia:
Thraciæ vicina,
Abundat omnibus;
Commercium exercet
Ferro,
Plumbo,
Lardo,
Caſeo Dardanico;
Dardania ei adiacet,
Theſſalonica in ea ciuitas clara.
c.de Macedonia,34.
Vinum Macedoniæ ſuppeditat Ymbrus inſula. *c.58.§.5.*

Mauritania:
ad Auſtri terram,
Vita & moribus barbari homines eius,
Romanis ſubditi,
Commercium exercet.
Veſte,
Mancipiis:
Frugifera eſt,
Cæſarea ciuitas in eâ clara.
c.de Mauritania,51.

Mazices, & Æthiopes:
Africæ adiacent,
Terra maxima in Auſtri partibus & deſerta,
Gens pauca barbarorum.
c.de Mazicibus & Æth.54.

Meſopotamia, Oſdroëna
Perſis vicina,
Ciuitates in eâ multæ, quæ in Excubiis & Vigiliis ſemper ſunt,
Mœnia inclyta habent;
Fortitudini Perſarum reſiſtunt:
In his claræ
Niſibis,
Edeſſa;
Viros habet optimos,
in Commerciis verſatos,
Nauigantes benè.
Diuites:
Merces à Perſis acceptas Romanis vendunt, & viciſſim *c.13.& 16.*
Æs & ferrum hoſtibus [Perſis] vendere prohibitæ.
c.de Meſopot.& Oſdro.16.

Myſia, & Dacia:
Prouinciæ ſibi ſufficientes,
Frigidæ,
Neſſus ciuitas magna in Myſiâ.
c.de Myſia & Dacia,46.

Nebuſa:
Regio poſt Gentem Emer ſita,
Tyrannorum inde initium,
Manſiones habet LX.
Seminatio & Meſſis inde incipit.
c.de Nebuſa,5.

Numidia:
poſt Mauritaniam,
Frugifera,
Sibi ſufficiens,
Commercium exercet
Veſte variâ,
Animalibus optimis.
c.de Numidia,52.

Oſdroëna: *v.ſ.Meſopotamiam*
nam ibi cõmunia vtriq; proponuntur.
Edeſſa in eâ ciuitas ſplendida.
c.de Meſopot & Oſdroëna,16.

Palæſtina: *v.ſ.Syria.*
c.17.in pr.

Pam-

Digitized by Google

Pamphylia:

poſt Iſauriam,
Regio optima,
Sibi ſufficiens,
Oleo abundat, quod ad exteros mittit;
Ciuitates ſplendidas habet
Pergen,
Siden.
c. de Pamphilia 27.

Pannonia:

poſt Myſiam & Daciam,
Terra diues, frugifera,
Negotiatur
Iumentis,
Mancipiis:
Imperatorum ſemper habitatio eſt,
Ciuitates in eâ maximæ
Sirmium,
Noricum.
c. de Pannonia, 47.

Paphlagonia, & Pontus:

Armeniæ minori proxima;
Viros habet diuites, eminentes, doctos, prudentes, fideles,
In Comitatu & miniſterio
Imperatorum hac tempeſtate,
Mulieres habet ſpecioſas & candidas.
c de Paphlagonia & Ponto, 25.

Pentapolitana:

poſt Mazices & Æthiopes ſita,
Parua regio,
Diues frugibus, & iumentis,
Ciuitates in eâ antiquæ præcipuæ
Ptolemais,
Cyrene.
c. de Pentapolit. 55.

Perſæ:

Indis vicini,
Romanis,
Abundant omnibus,
Commercia miſcent cum Meſopotamiis vicinis, *c.* 13. 16.
Mali,
Bellicoſi,
Impij *c.* 13 & 15.
Inceſtuoſi, *c de Perſis*, 13.
Periuri, fœdifragi in bellis & negotiis. *c.* 15.
Bellum Imperatoris contra eos hac tempeſtate. *c.* 18.
Fortitudini eorum reſiſtebant hoc tempore Meſopotamiæ & Oſdroënæ ciuitates. *c.* 16.
Auxilia petunt ab India Minore tempore belli. *c.* 11.
Elephantos accipiunt ab India Minima. *c.* 12.
Manſiones quot habeat eorum terra. *c.* 15.

Phœnice Syria:

c. 17 *in pr. v.* ĩ *Syria.*
Literarum inuentores dicuntur Phœnices à nonnullis. *c.* 18.

Phrygia:

Galatiæ proxima,
Bona regio,
Viros fortes producit,
Laodiciam ciuitatẽ maximam habet,
c de Phrygia, 23.

Pontus: *v.* ĩ. *Paphlagonia.*

Rhodus:

Cycladum inſula. *v plura* ĩ. *in Vrbib.*

Sabinum vinum, in Italia *c.* 43.

Saraceni:

Perſarum vicini,
Rapinâ viuunt,
à Mulieribus reguntur.
c. de Saracenis, 14.

Sardinia inſula:

Diues frugibus & iumentis,
Splendidiſſima. *c. de Inſulis*, 58 § 10.

Sarmatæ:

Trans Danubium,
Pannoniæ vicini,
Gens barbara. *c. de Sarmatis*, 48.

Seres:

ſine Imperio viuebant.
Cibo communi non vſi,
Corpora non habebant obnoxia,
Pediculis, &c. Morbis,
non Laborabant,
non Seminabant, neque metebant,
Veſtimentis communibus non vſi,

Veſtimenta eorum ſordes non contrahebant; ſpurgabant:
Veſtimentorum ſordes per ignem
Lapides pretioſos habent;
Fluuius apud eos, vnde lapides pretioſi manant,
per Retia ſuſcipiunt lapides pretioſos ex fluuio;
Longæui;
Mortis diem præſciunt;
Sarcofagum ſibi faciunt aromatibus varium;
Mortis horam expectât in ſarcofago;
Morientes omnibus valedicunt;
non lugent mortem parentum aut filiorum;
Aromatibus abundant;
Terra eorum eſt manſionum LXX.
c de Seribus, 1.

Sicilia:
Inſula optima & maxima;
Continentem diuidit;
Producit multa bona;
Commercium exercet
Lanâ,
Iumentis;
Viros habet diuites & eruditos;
Ciuitates habet ſplendidas
Syracuſam,
Catanam:
Animalia habet bona & fortia;
Ætna mons in eâ.
c. de Inſulis, 58. §. 8.

Spania: *v. Hiſpania 7.*

Syria:
Oſdroenæ vicina;
Diuiſa in tres: Phœnicem, Palæſtinam, & Cœlen:
Ciuitates habet maximas & excellentes: *c de Syria 17 in pr.*
quæ Negotia exercent; Viros habent oratione, opere & virtute præſtantes; *d c 17. §. 13.*
Aeres temperatos habent; *ibid.*
Sunt autem hæ ciuitates
Antiochia, Aſcalon, Berytus, Biblus, Cæſarea, Damaſcus, Eleutheropolis, Gaza, Heliopolis, Laodicia, Neapolis, Ptolemais, Sarepta, Scythopolis, Seleucia, Sidon, Tripolis, Tyrus.
de quibus *v. ſuis locis 7 de Vrbib.*
Vinum Syriæ ſuppeditant Aſcalon & Gaza ciuitates. *c. 17. §. 7.*

Tenedos Apollinis inſula:
c de Inſulis, 58 § 8.

Thebais:
Prouincia Ægypti;
Indi ſupra caput eius.
c de Ægypto, 18.

Theſſalia:
poſt Macedoniam;
Fertilis;
Olympus mons in eâ.
c. de Theſſalia, 35.

Thracia:
poſt Bithyniam;
Frugifera;
Viros habet maximos & fortes;
Milites inde leguntur;
Ciuitates in eâ ſplendidæ
Conſtantinopolis,
Heraclea.
c. de Thracia, 33.
Vinum Thraciæ ſuppeditat Ymbrus inſula: *c. 58 §. 5.*

Thuſcia:
Italiæ pars;
Nomen à Diis & Deorũ cultu habet;
Haruſpicinæ inuentrix;
Abundat omnibus.
c. de Thuſcia, 44.
Formoſa *cap 43.*
Vinum Tuſcum, *ibid.*

Ymbrus:
Inſula poſt Cycladas;
Leporibus abundat;
Veſtem leporinam emittit;
Moderata & ſibi ſufficiens;
Vinifera;
Macedoniæ & Thraciæ vinum ſuppeditat.
c. de Inſulis, 58. §. 5.

Zazinthus:
Inſula omnibus bonis abundans.
c. de Inſulis, 58. §. 7.

CAPVT

Capvt II. Topographici Indicis.

Vrbivm Metropoleon *Index.*

ALexandria:
Ægypti Metropolis;
Maxima & pulchrè diſpoſita;
Abundans omnibus bonis;
Diues eorum quæ ad victum pertinēt;
Piſcium tria genera habet,
Fluuiatile,
Stagnenſe,
Marinum:
Merces Barbaricæ, veluti Aromata, ad eam deferuntur;
Deos multum colit;
Serapidis templum ibi inſigne;
Iudices eam bene regebant.
Licentia populi in Iudices:
Medicinâ clara Alexandria;
Philoſophi ibi in omni doctrinæ genere;
Chartam ea ſola omni terrarum orbi ſuppeditabat.
c. de Ægypto, 18.
Libyæ ab occaſu propinqua. *c.* 56.
Vinum ei ſuppeditant Aſcalon & Gaza, Syriæ ciuitates. *c.* 17. §. 7.

Ancyra:
Galatiæ ciuitas maxima. *c.* 22.

Antiochia:
Syriæ regalis ciuitas;
Imperatoris ſedes; & quidem huius libelli tempore. *c.* 17. §. 1 *&* 13.
Operibus publicis ſplendida;
Populoſa;
Abundans omnibus bonis;
c. de Syria, 17. §. 1.
Voluptatibus & Circenſibus dedita, *c.* 17. §. 13.
Annonam accipiebat ex Laodiciâ, *d. c.* 17. §. 5. & Seleuciâ, *d. c.* §. 6.

Aquileia:
Italiæ ſpecialiter accepta ciuitas ſplendida, vnà cum Mediolano.
c. de Aquileia & Mediol 45.

Arelatum:
Galliæ ciuitas vna cum Treuiri præcipua maritima;
Commercio ſeu emporio nobilis.
Treueri merces ſubmittit.
c. de Gallia, 49.

Aſcalon:
Syriæ ciuitas eminens;
Commercio nobilis;
Abundat omnibus;
Vinum Syriæ & Ægypto ſuppeditat.
c. de Syria, 17. §. 7.
Athletas, Luctatores bonos habet,
d. c §. 13.

Athenæ:
Achaiæ ciuitas;
Mel Atticum;
Viris doctis & Oratoribus claræ;
Arcus ibi cum ſtatuis multis.
c. de Achaia, 36.

Berytus:
Syriæ ciuitas delitioſa;
Legum auditoria habet;
Iuriſconſulti & Aſſeſſores Iudicum inde prodeunt.
c. de Syria, 17. §. 3.
Linteamen orbi terrarum emittit.
d. c 17. §. 12.
Glorioſa & frugifera vini, olei. *ibid.*
Circenſes & Mimarios habet optimos.
d. c. 17. §. 13.

Biblus:
Syriæ ciuitas;
Linificio nobilis;
c. de Syria, 17 §. 9.
Linteamen orbi emittit. *d. c.* 17. §. 12.
Glorioſa & frugifera vini, & olei. *ibid.*

Boſtra:
Arabiæ ciuitas maxima;
Commercia exercet;

Digitized by Google

Tetrapylon opus publicum inſigne in eâ, *c. de Arabia*, 19.

Byrſa, olim Karthago. *c* 53.
v. ĵ. *Karthago.*

Byzantium:
poſteà Conſtantinopolis. *c* 33.
v. ĵ. *Conſtantinopolis.*

Cæſaria: [Cæſariæ tres]
1 *Cappadocia*, ciuitas maxima. *c.* 21.
2 *Mauritania*. *c.* 51.
3 *Syria*, ciuitas delitioſa;
Abundat omnibus. *c.* 17. §. 12.
Diſpoſita egregiè.
Tetrapylum opus publicum in eâ inſigne. *c. de Syria*, 17. §. 4.
Linteamea orbi emittit. *d. c.* §. 12.
Glorioſa & frugifera vini & olei. *ibid.*
Circenſes habet & Pantomimos. *d. c.* 17. §. 13.

Camara: vnde Camarina poma.
v. ĵ. *Indicem Rerum.*

Carthago: *v.* ĵ *Karthago.*

Caſtabala:
Phœnices ciuitas;
Calopetas habet optimos: [i. funambulos] *c. de Syria*, 17. § 13.

Cathana:
Siciliæ ciuitas. *c.* 58. §. 8.

Conſtantinopolis:
Thraciæ ciuitas;
Byzantium olim vocata;
Conſtantinus eam condidit;
Nomen ſuum ei impoſuit;
Circenſium ibi ſpectaculum ferucbat. *c. de Thracia*, 33.
Paſcebatur Ægyptiaca annona. *c.* 18.

Corinthus:
Achaiæ ciuitas;
Commercio frequens;
Amphitheatrum ibi inſigne. *c. de Achaia*, 36.

Cyrene:
Pentapolitanæ ciuitas. *c.* 55.

Cyzicum:
Helleſponti ciuitas. *c* 31.

Damaſcus:
Syriæ ciuitas. *c.* 17. §. 11.
Pruna Damaſcena, Piſtacium, Pomorum omne genus } producit. *d. c. de Syria*, 17. § 11.

Dirrachium:
Dalmatiæ ciuitas. *c* 38.
Abſorpta, propter habitantium malitiam: *ibid.*

Edeſſa:
Oſdroënæ ciuitas. *c.* 16. *v. Meſopot* ĵ.

Eleutheropolis:
Syriæ ciuitas. *c.* 17. §. 11.

Epheſus:
Aſiæ Proconſularis ciuitas;
Portum habet eximium. *c.* 30.

Ephirus, ciuitas Epyri. *c.* 37.

Gaza:
Syriæ ciuitas eminens;
Commercio nobilis;
Abundans omnibus;
Vinum ſuppeditat Syriæ & Ægypto. *c. de Syria* 17. §. 7.
Acromaticos & Pammacharios bonos habet. *d. c* 17. § 13.

Gortina: [*Gortyna*]
Cretæ inſulæ ciuitas maxima;
Circus ibi eſt;
Viros habet diuites & eruditos; *c. de Inſulis*, 58. §. 6.

Heliopolis:
Syriæ ciuitas;
Libano monti proxima, *c.* 17. §. 10. 13.
Mulieres ſpecioſas habet Libanotidas dictas;
Venus ibi cultu præcipuo,
Formoſitatem ea mulieribus dare dicitur. *c. de Syria* 17. §. 10.
Choraulas habet, quibus Muſæ ſcientiam canendi inſpirant. *d. c.* 17. §. 13.

Hera-

Digitized by Google

Heraclea:

Thraciæ ciuitas;
Opera publica duo in eâ,
Theatrum,& Palatium Regale.
c.de Thracia,33.

Iericho:

Palæſtinæ Syriæ ciuitas;
Nicolai palmula in eâ.
c.de Syria,17.§.12.

Ilium:

Helleſponti ciuitas antiqua. *c*.31.

Karthago:

Africæ ciuitas præcipua & admirabi-
à Didone Tyria muliere condita; (lis;
Nomine Byrſa;
Diſpoſita bene & formoſè;
Lucus in eâ;
Oliuam habet;
Arbores oliuæ in ordinem plantatæ;
Portus eius inſignis;
Vicus in eâ Argentariorum,inſigni o-
pere;
Spectaculum ibi Gladiatorum ſolum.
c.de Africa,53.

Laodicia: [Laodiciæ duæ]

1 *Phrygia*, veſtem, quæ inde Laodi-
cena,emittit. *c*.23.
2 *Syria*, ciuitas præcipua & bona;
Commercia exercet,&
Antiochiæ ſubminiſtrat. *c*.17.§.5.
Linteamen orbi emittit. *c*.17.§.12.
Glorioſa,& frugifera vini & olei. *ibid.*
Circenſes Agitatores optimos produ-
cit. *d.c*.17.§.13.

Lydda:

Purpuram alitinâ producit. *c*.17.§.12.

Mediolanum:

Italię ciuitas ſplendida cum Aquileia.
c.de Aquil & Mediolan.45.

Naeſſus vel Naiſſus.

v. ĵ. *Neſſus.*

Neapolis:

Syriæ ciuitas Glorioſa: *c*.17.§.12.
Nobilis valde.
c.de Syria,17.§.8.

Frugifera vini & olei. *c*.17.§.12.
Linteamen orbi emittit. *ibid.*

Neſſus:

Myſiæ ciuitas magna. *c*.46.

Nicia [al.Nicea]

Bithyniæ ciuitas formoſa;
Diſpoſitio eius elegans;
Ornata vndique.
c.de Bithynia,32.

Nicomedia:

Bithyniæ ciuitas admirabilis;
Abundans omnibus;
Baſilica antiqua in eâ,olim
Cœlitus combuſta,poſtea
à Conſtantino reſtaurata:
Circus etiam in eâ eximius.
c.de Bithynia,32.

Nicopolis:

Epiri ciuitas;
Piſce marino abundat.
c.de Epiro,37.

Niſibis:

Meſopotamiæ ciuitas. *v.* ŝ. *Meſopot.*

Perge:

Pamphiliæ ciuitas. *c*.27.

Picenum vinum in Italia. *c*.45.

Ptolemais: [Ptolemaides duæ]

1 *Pentapolitana* prouinciæ, vna. *c* 55.
2 *Syria*, altera. *c*.17.§.11.

Rhodus:

Ciuitas maxima;
Eam irâ Dei perituram Sibylla præ-
dixit.
Coloſſi ſtatua ingens in eâ,
Dolus in ipſo.
c.de Inſulis,58 §.3.

Roma:

Virtutem oſtendit ipſo nomine;
à Romulo condita;
Maxima,ædificiis diuinis ornata;
Imperatores ſinguli opere aliquo
publico ibi nominis ſui memoriam
ſtabiliuerunt.
Antoninorum opera ibi innumera;

Traiani forum;
Baſilica præcipua;
Circus Maximus ſtatuis æreis ornatus:
Deos colunt Romani, Iouem, Solem, & Matrem Deûm;
Virgines Veſtales ſeptem Romæ;
Aruſpicina ibi;
Tiberis eam perlabitur;
Annona per Tiberim in Vrbem ſubuehitur;
XVIII. millia paſſuum diſtat ab Oſtiis, vnde annona;
Omnibus abundat;
Senatum maximum habet virorum diuitum. *c. de Italia*, 43.
Cellarium Romæ eſt Campania. *c*. 42.

Salona:
Dalmatiæ ciuitas. *c*. 38.

Sarepta: vel Saraphta,
Syriæ ciuitas;
Linteamen orbi emittit,
Glorioſa & frugifera vini & olei eſt. *c. de Syria* 17. §. 11. 12.

Scythopolis:
Syriæ ciuitas;
Linteamen orbi emittit;
Glorioſa eſt, & frugifera vini & olei. *c. de Syria*, 17. §. 12.

Seleucia:
Syriæ ciuitas, optima;
Antiochiæ offert quæ aliunde accipit, Fiſcales & priuatas ſpecies:
Portum Conſtantius ibi fecit. *c. de Syria*, 17. §. 6.

Siden:
Pamphyliæ ciuitas. *c*. 27.

Sidon:
Syriæ ciuitas. *c*. 17. §. 11.

Sirmium:
Pannoniæ ciuitas. *c*. 47.

Smyrna:
Aſiæ Proconſularis ciuitas. *c*. 30.

Syracuſa:
Siciliæ ciuitas ſplendida;
Spectaculum Circenſium ibi. *c. de Inſulis*, 58. §. 8.

Tharſus:
Ciliciæ ciuitas. *c*. 10.

Theſſalonica:
Macedoniæ ciuitas. *c*. 34.

Tiburtinum vinum in Italia. *c*. 43

Treuiris:
Galliæ ciuitas maxima & mediterranea;
Imperator [Conſtans] ibi conſiſtebat, huius libelli tempore,
ab Arelato merces accipiebat. *c. de Gallia*, 49.

Tripolis:
Syriæ ciuitas;
Linteaminibus clara. *d. c.* §. 12.

Troia:
Helleſponti antiqua ciuitas. *c*. 31.

Tyrus:
Syriæ ciuitas felix, diues;
Commercio feruens;
Potens in omnibus portis. *c. de Syria*, 17. §. 2.
Linteamen orbi emittit. *d. c.* 17. §. 12.
Glorioſa & frugifera vini & olei. *ibid.*
Circenſes, Agitatores & Mimarios optimos habet. *d. c.* 17. §. 13.

CAP. III.

Topographici Indicis.

MONTIVM, PORTARVM, FLVMINVM, PORTVVM.

Index.

MONTES.

ÆTna:
Siciliæ mons
Diuinitas in illo;
Ardet diebus noctibúſque fumi indicio;
Vineta multa habet in gyrum;
Vina generat præcipua. *c. de Inſulis* 58. §. 8.

Can-

Digitized by Google

Montium, Portarum, Fluminum, &c.

Caucaſus:
Lyciæ mons. c.28.
Libanus:
Syriæ mons. c.17.§.10.& 13.
à quo Libanotidæ mulieres. d.§.10.
Olympus:
Theſſaliæ mons;
Deorum habitaculum Homerus dicit. *c.de Theſſalia*,35.

PORTÆ.

in Portis omnibus potentes Tyrij. c.17.§ 2.

FLVMINA.

Danubius:
Ad eum Sarmatæ. c.48.
Nilus:
Ægyptum irrigat æſtate;
Frugiferam reddit terram ad centuplum. *c.de Ægypto*,18.
Tyberis:
Romam perlabitur:
Annona per eum ab Oſtiâ ſeu XVIII. millibus, in Vrbem ſubuehitur. c.43.

PORTVS.

Epheſinus. c.30.
Carthaginenſis. c.53.
Seleucenus à Conſtantino factus. c.17.§.6. [de eo plura in *Notis*]

INDEX SECVNDVS,

PERSONARVM, RERVM & VERBORVM.

ADORATORES apud Ægyptios. c.18.
Adſeſſores Iudicum ex Vrbe Beryto. 17.§.3.
Æditui apud Ægyptios. c.18.
Æs, in Cypro. c.58.§.1.
Hoſtibus, veluti Perſis æs vendere prohibitum. c.16.
Agitatores optimi Laodiciæ Syriæ. c.17. §.13.
Alites, ſeu *Alitina* purpura in Aſia Proconſulari. c.30.
Cæſareæ, Lyddæ, Neapoli, Sareptæ. c. 17.§ 12.
Amphitheatrum inſigne Corinthi. c.36.
Animalia pro Equis, v.ꝫ. *Equi.*
Annona
1 *Vrbica* ſeu Vrbis Romę per Tiberim in Vrbem ab Oſtia ſubuehebatur. c.43.
2 Gallicanæ annonæ caritas in Gallia. c.49.
3 Conſtantinopolitanæ vrbis annonæ ex Ægypto & Alexandria. c.18.
Antonini Imp. opera innumera Romæ. c.43.
Aræ Ægyptiorum igne ſemper ſplendentes. c.18.
Arcus Athenis cum ſtatuis multis. c.36.
Argentariorum vicus Karthagine. c.53.
Aromatibus abundat Alexandria, quæ accipit ab Indis. c.18.
Seres abundant. c.1.
Artem vnicam excolunt Ægyptij. c.18.
Aruſpicina apud Ægyptios. c.18.
Romæ hoc æuo. c.43.
in Thuſcia inuenta. c.44.
Auditoria Legum Beryti. c.17.§.3.
BAſilica Nicodemiæ antiqua, cœlitus combuſta, à Conſtantino Imp. reſtaurata. c.32.
Romæ in foro Traiani, eximia. c.43.
Bellicoſi viri in India minore. c.11.
Perſæ. c.13. v.ꝫ Fortes.
Bvrra veſtis in Brittio. c.40.
CAlopettæ [i.funambuli.] Caſtabalæ. c.17.§.13.
Camarina poma, & Camarinum mel: quibus viuunt Brachmani, Euiltæ, Emer, Nebuſa. c.6.
Caſeus Damaltenus. c.38.
Dardanicus ex Macedoniâ. c.34.

Cellarium Romæ Campania. c.42.
Chartam Alexandria orbi ſuppeditat. c.18.
Chartæ vſus & commendatio *ibid.*
Choraulæ Heliopoli optimi c.17.§.10.
Cibo communi Seres non vſi. c.1.
Circenſe pro Circo. c.58.§.6.c.32.c.43.
Circenſium ſpectaculum & ſtudium
Antiochiæ. c.17.§.1.
Beryti. c.17.§.13.
Cæſareæ Syriæ. *ibid.*
Conſtantinopoli. c.33.
Laodiciæ Syriæ. c.17.§.15.
Syracuſæ. c.58.§ 8.
Tyri. c.17.§.13.
Circus inſignis Gortinæ. c.58.§.6.
Nicomediæ. c.32.
Romæ maximus, ſtatuis æreis ornatus. c.43.
Coloſſeum Rhodi. c.58.§.3.
Dolus in eo. *ibid.*
Sibyllæ prophetia de eo. *ibid.*
Comitatus, [pro Curia, Aula Principis.] c.25.
in Comitatu & miniſterio Imperatorum Cappadoces, Galatæ, Paphlagones, Pontici. *ibid.*
Commercium, quarum mercium ſingulæ ciuitates & prouinciæ agitarent, & hæ quibus abundarent, quas denique fiſco conferrent,
Alexandriæ. c.18.
Aſcaloni. c.17.§.7.
Boſtræ, ciuitate Arabiæ. c.19.
Cappadoces. c.21.
Corinthij. c.36.
Dalmatæ. c.38.
Galatia. c.22.
Gaza, c.17.§.7.
Hiſpani. c.50.
Laodiciæ. c.17.§.5.
Macedonia c.34.
Mauritania. c.51.
Meſopotamia. c.16.
Numidæ. c.52.
Perſæ. c.13.
Siciliæ. c.58.§.8.
Syriæ. c.17.§.13.
Tyri. c.17.§.2.
Conſtantinus M. Conſtantinopolim de nomine ſuo ædificauit. c.33.
Nicomediæ Baſilicā inſtaurauit. c.32.
Conſtātius Antiochiæ hoc tempore. c.17.
Portum Seleucenū excitauit. c.17.§.6.
Conſtans Treuiris hoc tempore. c.49.
Corpora Serum vexationibus, infirmitati, morbis non obnoxia. c.1.
Cronicus lapis in Laconica. c.36.
Cupiditas nulla inter Brachmanos, Euiltas, Emeres, Numidas. c.6.
DEorum cultus apud Ægyptios. c.18.
Alexandrinos. *ibid.*
Chaldæos. *ibid.*
Romanos: Nempe coluerunt Iouem, Solem & Matrem Deûm. c.43.
Deorū cultū orbi tradidit Ægyptus. c.18.
Habitaculum Ægyptus. *ibid.*
Dido Tyria mulier Karthaginem condidit. c.53.
Diſciplinam vnicam excolunt Ægyptii, & in eâ excellunt. c.18.
Doloſi, mali, Africani. c.53.
non ſunt Brachmani, Euiltæ, Emer, Nebuſæi. c.6.
ELephantis abūdāt India minima, quos inde Perſæ accipiunt. c.12.
Equi Imperatorij Cappadoces. c.21.
Animalia, [i.Equi,] ex
Cappadocia formoſiſſima. c.21.
Numidia optima. c.52.
Sicilia bona & fortia. c.58.§.8.
Iumentis, [i.Equis,] nobilis & diues
Africa. c.53.
Hiſpania. c.50.
Pannonia. c.47.
Pentapolitana. c.55.
Sardinia. c.58 §.10.
Sicilia. c.58.§ 8.
Equites ex Armenia minore. c.23.
Exercitus contra Perſas. c.18.
FErrum hoſtibus, [veluti Perſis,] vendere prohibitum. c.16.
Ferri diues, Cyprus Inſula. c.58.§.1.
Dalmatia. c.38.
Macedonia. c.34.
Fiſcales ſpecies. c.17.§ 6.
Fideles Cappadoces, Galatæ, Paphlagones, Pontici. c.25.
Fœdifragi Perſæ. c.15.
Fortes Galli. c.49.
Galatæ. c.22.
Iſauri. c.26.
Phryges. c.24.
Thraces. c.33.
v.i. Bellicoſi.

Fortiſſ.

Digitized by Google

Forum Traianum Romæ. c.43.
Frigora maxima in Cappadocia. c.21.
Frumenti ſeu frugũ diues, ſeu frugifera,
Achaia. c.36.
Ægyptus. c.18. adeò vt eo paſcerentur
Conſtantinopolis,
Orientales partes, &
Exercitus Imperatoris Perſis oppoſitus. ibid.
Africa. c.53.
Bithynia. c.32.
Calabria. c.39.
Græcia. c.36.
Helleſpontus. c.31.
Laconica. c.36.
Mauritania. c.51.
Numidia. c.52.
Pannonia. c.47.
Pentapolitana. c.55.
Sardinia Inſula. c.58. §.10.
Theſſalia. c.35.
Thracia. c.33.
Funium copia in Cypro. c.58. §.1.
Gladiatorum ſpectaculum Karthagine c.53.
Haruſpicina. v. Ī. Aruſpicina.
Homeri auctoritas allegata. c.23. & 35.
Hordei diues Aſia Proconſularis. c.30.
Hoſtibus, [veluti Perſis,] æs & ferrum vendere prohibitum. c.16.
Imperatore ſemper eget, cúmque ex ſe hauet Gallia. c.49.
Imperatores ſinguli Opere aliquo publico Romæ nominis ſui memoriam ſtabiliuerunt. c.43.
Imperatorum comitatus ſedes & habitatio
Antiochiæ. c.17. § 1.
in Pannonia. c.47.
Treuiris. c.49.
Equi Imperatorij ex Cappadocia. c.21.
Miniſteriani Imperatorum Cappadoces, Galatæ, Paphlagones, Pontici. c.25.
Traiani, Antonini, Conſtãtini M. Conſtantij meminit hic auctor, ſed & Conſtantem indicat, de quibus v. in ſingulis vocibus.
Sine Imperio ſunt hi,
Brachmani. c.2.
Emeres. c.4.
Euiltæ. c.5.
Seres. c.1
Impij in DEVM Perſæ. c.13. & 15.
Inceſti Perſæ. c.13.
Iudex vnicus Cycladũ Inſularũ. c.58. §.3.
Iudices Alexandriam bene regũt. c.18.
in eos licentia Alexandrinorum. ibid.
Iudicium nullum apud Brachmanos, Emeres, Euiltas, Nebuſæos. c.6.
Iumenta; v. Ī. Equi.
Iupiter cultus Romæ hoc tempore. c.43.
Iuriſconſulti Berytienſes. c.17. §.3.
Iuris auditoria. ibid.
Lacedæmonius ſeu Cronicus lapis in Laconica. c.36.
Lana ex Sicilia. c.58. §.8.
Lapis Cronicus in Laconica. c.36.
Lapides pretioſi apud Seres. c.1.
& quomodo eos ex Fluuio manantes retibus ſuſcipiunt. ibid.
Lardum ex Hiſpaniâ. c.50.
Lucaniâ. c.41.
Macedoniâ. c.34.
Latrocinia Iſaurorum. c.26.
Legum Auditoria Beryti. c.17. §.3.
Leporib. abundat Ymbrus Inſula. c.58. §.5.
Leporina veſtis, ex Ymbro. ibid.
ex Cappadocia. c.21.
Linteamen, pro velis in Cypro. c.58. §.1.
Emittit Berytus, Biblus, Cæſarea Syriæ, Laodicia Syriæ, Neapolis, Sarepta, Scythopolis, Tyrus. c.17. §.12.
Liquamen ex Hiſpania. c.50.
Lites nullæ inter Brachmanos, Emeres, Euiltas, Nebuſæas. c.6.
Literarum inuentores varij dicuntur: Ægyptij, Chaldæi, Mercurius, Phœnices. c.18.
Longæui Seres. c.1.
Luctus nullus mortuorũ apud Seres c.1.
Lucus Karthagine. c.53.
Ludorum ſpectacula quæ in quib. locis; v. in verb. Agitatores, Calopetæ, Cheraulæ, Circenſes, Gladiatores, Mimarij, Munus, Pammacharij, Pantomimi.
Magiſtratus; v. Ī. Iudices.
à Maioribus Diuæi regũtur. c.9. & Indiæ minimæ. c.12.
Mancipia ex Mauritania. c.51.
in Pannonia. c.47.
Matris Deûm cultus Romæ hoc tempore. c.43.

Digitized by Google

Medicinâ Alexandria clara. *c.*18.
Mel Atticum. *c.*36.
Camarinum: quo viuunt Brachmani, Emeres, Euiltæ, Nebuſæi. c.6.
Merces, Mercimonium: ***v.ſ. Cõmercium.***
Mercurius Inuentor literarum dicitur à nonnullis. *c.*18.
Meſſis, nulla apud Seres. *c.*1.
Incipit à Nebuſæis. *c.*5.
Milites boni ex Galatia. *c.*22.
Thracia frequenter leguntur. *c.*33.
Gallia. *c.*49.
Mimarij optimi Tyri & Beryti. *c.*17. §.13.
Miniſtri ſacrorum apud Ægyptios. c.18.
Mœnia inclita Meſopotamiæ & Oſdroënæ ciuitatum. *c.16.*
Morbis haud obnoxij Seres. *c.*1.
Morti proximi Seres omnibus valedicunt. ***ibid.***
Mortis diem Seres præſciunt. ***ibid.***
eius horã expectant in ſarcofago. ***ibid.***
Mulieres ſpecioſæ formoſæ Cappadociæ. *c.*21 *&* 25.
Cyzici in Helleſponto. *c.*31.
Heliopoli. *c.*17. §.10.
quibus Venus formoſitatẽ dat. ***ibid.***
Paphlagoniæ & Ponti. *c.*25.
à Mulieribus Saraceni reguntur. *c.*14.
Munerum ſpectaculum. *c.*13.
Muſæ in Libano ſcientiam canendi inſpirant Choraulis Heliopolitanis. *c.*17. §.10.
NAturæ dignitas. *c.*13.
Nauigatione clari Meſopotâmij. *c.* (16.
Nauium fabricâ clara Cyprus. *c.*58. §.1.
ad eamq; omnia neceſſaria habet, ligna, æramentum, ferrum, picem, linteamẽ pro velis, & funium vſum. ***ibid.***
Negotiatio. ***v.ſ. Commercium.***
Nicolai palmula. *c.*17. §.12.
OLeo diues, Achaia. *c.*36.
Africa. *c.*51.
Aſia Proconſularis. *c.*30.
Græcia. *c.*36.
Helleſpontus. *c.*31.
Hiſpania. *c.*50.
Karthago. *c.*53.
Laconica. *c.*36.
Pamphylia. *c.*27.
in Syria, Tyrus, Berytus, Cæſarea Syriæ, Laodicia Syriæ, Neapolis, Scythopolis, Biblus, Sarepta. *c.*17. §.12.
non Ægyptus. *c.*18.
Oliuæ arbores Karthagine in ordinem plantatæ. *c.*51.
Opera publica Antiochiæ. *c.*17. §.1.
Romæ. *c.*43.
Singula opera publicorum genera require in ***v. Amphitheatrum, Arcus, Baſilica, Circus, Palatium, Tetrapylum, Theatrum.***
Oratores in Achaia, Attica, Græcia, Laconica. *c.*36.
PAlatium Regale Heracleæ. *c.*33.
Palmula Damaſcena. *c.*17. §.12.
Nicolai Hierichunte. ***ibid.***
Panis optimus in Galatia. *c.*22.
Panem quotidianum cœleſtem accipiunt Brachmani, Emeres, Euiltæ, Nebuſæi. *c.6.*
Pantomimi nobiles Cæſareæ Syriæ. *c.*17. § 4.
Pelles Babylonicæ. *c.*21.
Periuri Perſæ. *c.*15.
Philoſophi Alexandrini in omni doctrinæ genere. *c.*18.
Plurimi in Ægypto. ***ibid.***
Aegyptij Græcos certamine vicerunt. ***ibid.***
Argutiores & perfectiores Græcis ***ibid.***
in Philoſophia Aegyptiorum nulla impoſtura, ſed vera philoſophia. ***ib.***
Pipere viuunt Brachmani, Emeres, Euiltæ, Nebuſæi. *c.*6.
Piſce marino abundat Nicopolis. *c.*37.
Piſcium tria genera Alexandriæ, Fluuiatile, Stagnenſe, Marinum. *c.*18.
Piſtacium Damaſcenum. *c.*17. §.12.
Pix in Cypro inſula. *c.*58. §.1.
Plumbi diues Macedonia. *c.*34.
Pluuiæ nullæ in Libya. *c.*56.
Pomis Camarinis viuunt Brachmani, Emeres, Euiltæ, Nebuſæi. *c.6.*
à Prouidentia regitur Italia. *c.*43.
Pruna Damaſcena. *c.*17. §.12.
Purpura alites ſeu alitina. ***ibid. &*** ***c.*30.**
RApina viuunt Saraceni. *c.*14.
Rixa nulla inter Brachmanos, Emeres, Euiltas, Nebuſæos. *c.6.*
Romulus condidit Romam. *c.*41.
SAcerdotes apud Aegyptios. *c.*18.
Sacra Aegyptiorum. ***ibid.***
Sagittarij ex Armenia Minore. *c.*24.

Digitized by Google

Sapientiâ Aegyptij Sophiſtæ excellunt alios c.18.
Sarcofagum ſibimet Seres conficiunt aromatibus varium. c.1.
Seminatio nulla apud Seres. *ibid.*
incipit à Nebuſæis. c.5.
Senatus maximus Romæ. c.43.
Serapis templum Alexandriæ. c.18.
Serui: v.S. *Mancipia.*
Sibyllæ prophetia de Rhodo & Coloſſo eius. c.58.§.3.
Solis cultus Romæ hoc tempore. c.43.
Spartum Hiſpania omni terræ ad naues præſtat. c.50.
Species fiſcales & priuatæ. c.17.§.6.
Templa Aegyptiorum ornata. c.1°.
Tetrapylum inſigne Boſtræ. c.19.
Cæſareæ Syriæ. c.17.§.4.
Theatrum Heracleæ. c.33.
Thuribula Agyptiorum aromatibus plena. c.18.
Tigna ex Dalmatia. c.38.
Traiani forum Romæ. c.43.
Triticum emittit India Maior. c.10.
Tyrannorum initium à Nebuſæis. c.5.
Velaria. c.58.§.1.
Venus colitur
Heliopoli. c.17.§.10. Vbi & habitare dicitur, & formoſitatem mulieribus dare. *ibid.*
Cyzici: vbi ſagitta Cupidinis ornata, mulierum formoſitatem conſtituit. c.31.
Veſtales Virgines ſeptem Romæ. c.43.
Veſtis byrra in Brittio. c.40.
Leporina Cappadocum. c.22.
ex Ymbro inſula. c.58.§.5.
Veſtium commercium in
Galatiâ. c.22.
Hiſpaniâ. c.50.
Laodiceæ Phrygiæ. c.23.
Mauritaniâ. c.51.
Norico. c.47.
Numidiâ. c.52.
Veſtimenta Serum, non communia aliis. c.1.
Sordes non contrahunt. *ibid.*
per ignem purgantur. *ibid.*
Vicus Argentariorum Karthagine. c.53.
Vinum Syriæ & Aegypto ſuppeditant Aſcalon & Gaza ciuitates. c.17 §.7.
Vino diues Aegyptus. c.18.
Aetna mons. c.58.§.8.
Aſia Proconſularis. c.30.
Brittium. c.40.
Cilicia. c.20.
Helleſpontus. c.31.
Italia: vbi multa vini genera, Ticenum, Sabinum, Tiburtinum, Tuſcum. c.41.
Syria: & in eâ Tyrus, Berytus, Cæſarea, Laodicia, Neapolis, Scythopolis, Biblus, Sarepta. c.17. §.12.
Ymbrus. c.58.§.5.
Virgilij auctoritatem laudat hic auctor. c.2; & 53.
Virgines ſeptem Veſtales Romæ. c.43.
Vittæ ſacrorum & ararum apud Aegyptios. c.18.
Voluptatibus ſeu Ludis dedita Antiochia. c.17.§.1.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTÆ
IN
VETEREM ORBIS
DESCRIPTIONEM SVB
CONSTANTIO ET CONSTANTE
conſcriptam.

Digitized by Google

Digitized by Google

¶ I. SERES.

SVNT *autem & ſine Imperio* SERÆ.] A *Seribus*, qui primi hominum ab Oriente noſcebantur (teſte Mela, *lib.1.cap.2.* Plinio *lib.6.cap.17.* Solino *ca.53.*) initium huius libelli ducitur: Quanquam ne initium quidem, quo eum mutilum eſſe complura euincunt: Primùm enim id hæc ipſa verba abrupta ſatis oſtendunt, *Sunt autem & ſine imperio Seres*: Secundò, quòd ante hæc de Scythis aliis (quorum ſanè numero Seres fuerunt) auctorem egiſſe oportuit, de quibus tamen nihil hîc occurrit: Tandem, quòd Hiſtoricum aliquem ante hæc nominaſſe Auctorem ex ſequentibus illis mox, *cap.15.* colligas: *Et hæc quidem, inquit, de prædictis Gentibus Hiſtoricus ait*: Niſi fortè loci illius ſenſus alius ſit, quem poſteà excutio. ¶ Porrò harum omnium gentium, quæ hic ad Indiam vſque memorantur, nulla mentio fit in Illuſtri illo Itinerario Theodoſiano (quam *Tabulam Peutingeri* vocant) niſi quod Serum metropolis ibi deſignetur, his verbis, *Sera maior*: cuius alioquin mentio quoque fit apud Ptolemæum, *lib.6.c.16.inſ.* pariter vt in Æthiei Sophiſtæ Coſmographia, *Seres magnum.*

ſine Imperio] *Regum* ſeu Tyrannorum expertes Seres fuerunt, & qui mox ſequuntur omnes ad Nebuſæos vſque, à quibus Tyrannorum initium conſurgere hic Auctor poſtea prodit. Et tamen Perſidos regionem Sericam fuiſſe oſtendit poſteà Ammianus, *lib.23.p.269.*

eſcam non vtuntur] Nempe nullum animal occidebant, nullâ carne veſcebantur, quod de Indorum nonnullis notat Mela *lib.3.c.7.*

malitiam corporis] Κακίας vel κάκωσιν σώματος, *Malitiam corporis*, corruptioni obnoxium corpus vocat. *Malitia*, κακία, pro vexatione, afflictione: vt in illo quoque Euangelij, ἀρκετὸν τῇ ἡμέρᾳ ἡ κακία αὐτῆς. Tertullianus lib.2. aduerſ. Marcionem; *Malitiæ, apud Græcos interdum pro vexationibus & læſuris, non pro malignitatibus ponuntur.* Hieronymus epiſt. 47. ad Amandum: *Κακία, quam Latinus vertit in malitiam, apud Græcos duo ſignificat, & malitiam & afflictionem, quam κάκωσιν Græci dicunt; & hic magis pro malitia transferri debuit afflictio. Quod ſi contentioſè quis ducitur, nolens κακίας affli-*

ctionem ſonare & anguſtias, ſed malitiam. Contra mox infrà hoc ipſo capite, *bonitas* ἀγαθία, pro felicitate; ſicut & *cap.* 18. *infrà*, vbi de Nilo agit; & paſſim de ciuitate aliquâ, *bona* ἀγαθὴ, id eſt, felix, beata dicitur.

veſtimenta omnibus communia] An κοινὰ veſtimenta vocauerit ſordida, quod ſequentia ſuadeant? Non. Igitur veſtimenta Serum *non communia* intelligit, propter nema videlicet Sericum, & lanuginem ſeu caniciem arborum vnde veſtes eorum fuêre.

per ignis gladium] ξίφος τοῦ πυρὸς, vocat τὸ ὀξὺ, id eſt aciem: ineptus interpres ſcholaſticus, *gladium* vertit.

ardens enim melior fit]. De Brachmanibus hoc idem ſcribit Hierocles, *in Excerptis Stephani de vrbibus*: ὑφάσματα μήτε πυρὶ καιόμενα, μήτε ὕδατι καθαιρόμενα, ἀλλ' ἐπειδὰν ῥύπου καὶ κηλῖδος ἐμπλησθῇ, ἐμβληθέντα εἰς φλόγα, λευκὰ καὶ διαφανῆ γίγνεται.

neque ſeminant, neque metunt] Poſt Nebuſæos enim primùm in hoc tractatu fuit ſeminatio & meſſis, quod hic Auctor mox prodit. Et tamen Epiphanius (qui ſub Valente Imp. partim ſcripſit) *in expoſitione fidei num.*10. ait, *apud Seras mulieres virili cingulo præcinctas agriculturam exercere*: τὰ κατὰ τὴν ἄρουραν καὶ τὰ ἔργα ἐκτελοῦσαι.

fluuius exiens exit] Græciſmus ex Hebraiſmo manans. Fluuius autem *exire* propriè dicitur. Sic quoque Æthicus ſophiſta, *in Coſmogr. Exit fluuius Ganges.*

carbunculus] ἄνθραξ. v. Epiphanium *de* 12. *lapidib.* Pſellus *libello de Lapidibus*, ὁ ἄνθραξ ἐν Ἰνδοῖς μὲν ἔχει τὴν γένεσιν; εὑρίσκεται δὲ ἐν ὄρεσιν ἀντιλάμπων ταῖς ἀκτῖσι ἡλιακαῖς καὶ πυκνιλλυμένος μέν.

Saphirus] v. Epiphanium *de duodecim lapidib.*

aſtutia] πανουργίας vocauit quiduis molientium: vel ἐντρέχειαν, quomodo Iudaicam ἐντρέχειαν circa palmam caryoticam & balſamum vocat Strabo, *lib.*17.*p.*550. vel δεινότητα.

centum decem & octo, & centum viginti] De Seribus μακροβίοις, Plinius quoque, *libr.* 6.*cap.*22. *in f.* Solinus, Lucianus *in* Μακροβίοις *p.* 632. Imò & centum triginta & vltra annos eos viuere refert Strabo, *l.*15.*p.*482. Etiam ducentos, Cteſias *in Indicis* apud Photium: Strabo, *p.* 483. Imò & trecentos, Lucianus *d. loco*, vbi & cauſas eius rei varias perſtringit.

expectat] Idem & Mela ſcribit eodem *expectandi* verbo vſus, de Indis *lib.* 3.*cap.*7. & Solinus *c.*55.

manſionum] Fortè & hanc vocem Græcus hic Auctor & Sophiſta, ſui iuris fecerit, μανσιωνῶν: cuiuſmodi plures alias ab eo vſurpatas colligo, *infrà cap.*25. in verbo *comitata.*

§ II. BRACH-

Digitized by Google

¶ II. Brachmani.

BRACHMANI] *Brachmani*, non Philoſophorum modò genus, (quod alioquin notum) verùm & gens peculiaris fuit; quod Plinius quoque teſtatur, *lib.6.c.17.in f.* Stephanus, & Hierocles *apud eum*: Porphyrius περὶ ἀποχῆς, *lib.4.p.404.405.* Ptolemæus *lib.7.c.1.* Adeò quidem, vt Plinius *d.lib.6.c.17.* prodat, multarum gentium cognomen id fuiſſe, inter quas & *Maccocalinga*: Fluminaque eorum memoret, Pumam & Cainam, quod in Gangem influit. Bardeſanes quoque Babylonius, *apud Porphyrium* περὶ ἀποχῆς *lib.4. Brachmanum bonam partem in montibus, reliquos circa Gangem fluuium habitaſſe* ſcribit.

& ipſi ſine Imperio] Bardeſanes Babylonius, *apud Porphyrium* περὶ ἀποχῆς *lib.4.* ὕπὸ δὲ βασιλεύεται Βραχμὰν (Ita enim vocat Brachmanorum regionem.)

detinent] *Detinent vicinorum bonitatem*, κατέχουσι τὴν τῶν γειτόνων ἀγαθίαν, id eſt, eâdem cum vicinis felicitate cenſentur, fruuntur. Ita mox de Diſaph, *Reguntur benè quomodo vicini*; & de Ioneis, *eodem modo vicinantibus viuentes; indifferens ad eos vita*; & de India Maiore, *ſimiliter proximis viuentes.*

bonitatem] ἀγαθίαν, i. beatitudinem, felicitatem, de quo *ſupr. iam ca. 1. in verb. malitiam.*

¶ III. Evilæi.

EVILTARVM] Sequentium Populorum nulla alibi fermè mentio occurrit; & quod mirum magis, ne apud Ammianum quidē σύγχρονον, qui tamen hunc tractū ſingulari ἐπιςάσει deſcribit, *l.23.* ſed, vt ipſe profitetur, *eas recenſere aliò properans ſuperfluum putauit*; Neque etiam apud Æthicum: Nempe verum illud eſt, quod Plinius dixit, *lib.6.cap.17.* de Scythis Aſiaticis; *Nec in alia parte maior Auctorum inconſtantia, credo propter innumeras vagaſque gentes.* Et Æthicus quoque hoc tractu ait, *Hircanorum & Scytharum gentes fuiſſe* XLII. *propter terrarum infœcundam diffuſionem latè oberrantes.* ¶ Pro *Euiltis* tamen his *Byltas*, quos Plinius memorat inter Sacas *lib.6. cap.13. in f.* fortè quis accipiat: Nam *Auilam* hûc non putem pertinere. Magis facere videntur *Eualeni*, de quibus Glaucus *Arabicorum ſecundo* apud Stephanum. Cùm hæc ſcribo, tandem reperio horum *Euiltarum* mentionem apud Epiphanium, *in expoſitione fidei Cathol. num. 11.* vbi & cum Brachmanibus pariter eos iungit: Sic tamen, vt *Euileos* Διλέως eos vocet. Agens ſcilicèt ibi Epiphanius de variis ſectis Gentilium apud varias gentes, ait, *apud Perſas Maguſaeos eſſe, apud Aegyptios Prophetas adytorum & ſacrorum antiſtites: Item apud Babylonios, Gazarenos ſapientes & incantatores: His accedere Indorum Euileos, ac Brachmanas: & Græcorum hierophan-*

tas & neocoros, &c. Ἰνδῶν δὲ οἱ, Εὔιλεοι καλούμενοι καὶ Βαρήμα ἐν τοῖς (χ. Βραχμᾶνες) Ἑλλήνων ἱερωμένοι τε καὶ γνωκόεσι.

¶ V. Nebusæi.

A *Maioribus*] ἀπὸ Μειζόνων: Μείζονες ſcilicet omnes qui aliis præſunt. Ita, quos Olympiodorus *in hiſtor. apud Photium* ἀχρομίτας vocat τῶν διατριβῶν προεστῶτας, eos Heſychius interpretatur μείζονας: τοὺς προεστῶτας ſcilicet τοῦ θρόνου inter Sophiſtas. Quare & hâc iam voce Sophiſtam ſe prodit Auctor. ¶ Quanquam & *Maiores Iudæorum* fuère, Synedrij pars, *l.1.23.C.Th.de Iudæis, & l.3. C.Th. ne Chriſtianum mancip.* ¶ Sed & *Maiores* pro Preſbyteris inter Chriſtianos accepti: Suidas Μαιόρες οἱ πρεσβύτεροι. ¶ Denique Iudices per *Maiores* quandoque intelligi etiam Benedictus Leuita, *lib 5.cap.*107. & Plotilda *in viſionibus* docent; vt fortè hanc ipſam μειζόνων vocem hic Auctor retinuerit. Ariſtocraticè igitur viuere Nebuſæos vult: pariter vt Diuæos & Indos minores. Strabo *lib.*15.*p.* 483. λέγουσι δὲ καὶ ἀριστοκρατικήν τινα σύνταξιν πολιτείας αὐτόθι ἐκ πεντακισχιλίων βουλευτῶν συνεστῶσαν.

¶ VI. Commvnia prædictis gentibus.

C*Amarinas viuunt pomis*] Locum hunc ita reſtituo, *Niſi camarinis viuunt pomis.* Sanè de Brachmanibus nominatim id tradit Bardeſanes Babylonius *apud Porphyrium* περὶ ἀποχῆς *p.*405. ¶ De *Pomis* alioquin his *Camarinis* Plinius quoque agit, *lib.*15.*cap.*14. quæ dicta, à Camarinis Inſulis Arabiæ, de quibus Heſychius, & ex Hecatæo Stephanus, Καμαρηνοὶ νῆσοι Ἀραβίων ἐκ τοῦ ἐρυθροῦ ἐν περιεχομένῃ· οἱ οἰκοῦντες ὁμοίως τοῖς προειρημένοις καμαρηνοί. De Emporio *Camara* Arrianus quoque, *in Peripl. maris Erythr.*

& nella camarina, panem cottidianum cœleſtem] *Mannam* ἀνέμιαι καὶ δροσίμαι intelligit, de qua vulgata cætera, τὸν ἄρτον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Eâ Iſraëlitæ quoque in deſerto paſti; Ut ſuperiores gentes paſci Auctor noſter ait, cuius rei fides ſit penes auctorem.

nec iraſcuntur, nec iudicium appetunt] *Lites* & Iudicia apud *Seres* & vicinas eis gentes nulla; v. Strabon. *lib.* 15 *pag* 483. *in prin.* Ammianus de Seribus nominatim *lib.*23.*p.* 277. Sed & Euſebius *li.*6. *de præparat Euangel. ca.*8 Plin. *lib.*16.*ca.*22.*in f.* de Taprobanenſibus: *non fora, inquit, litesve eſſe.* v. & Philoſtratum, *in vita Apollonij lib.* 7.*cap.* 9.*in f.* De Indis Nicolaus Damaſcenus.

cupidi-

Digitized by Google

cupiditas] & ſic furti actio nulla: vide Strabonem: *&* *Euſebium d. loco.*

¶ VII. DISAPH.

DISAPH] An Niſaph, vt ſint Niſæi, qui prope Seres; de quibus & Plinius *lib.6.cap.*17. an Iſari?

¶ VIII. IONEI.

IONEUM] An *Imaum*, i. Imæorum, ab Imao monte, de quo & Plinius *lib.* 6.*cap.*17. *in f* & alij.

Indifferens enim ad eos vita] i. quod ſuperiora oſtendunt, vitâ ab aliis non differunt.

¶ IX. DIVÆI.

DIVÆ] An *Daba* in Margianâ, vel haud longè à Seribus inter Scythas? An *Dira*, vnde *Direus locus* Margianæ proximus teſte *Solino*?

¶ X. INDIA MAIOR.

INDIA] *India* olim diuiſa in eam quæ intra Gangem & quæ extra Gangem: hoc tempore in tres; in Indiam maiorem, minorem, minimam: Adeò quidem vt *Seres* ab his adhuc diſtinguantur, quomodo eos quoque ſeparat Tacitus Imp. apud Vopiſcum, huius ſæcul. ſcriptorem, (*in v. Aureliani p.*223.) Ammianus, *lib.*14.*p.*8. etſi idem alibi compoſitâ voce *Serindos* vocet *lib.*22.*p.*227. ¶ Quanquam & Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores, in rebus Conſtantini M. Indiam diuidunt à ſitu, in propiorem Æthyopiæ, & Romanis, quæ à Bartholomæo Chriſtianâ fide imbuta fuerat: & interiorem ſeu vlteriorem τὴν ἔνδον, &c. τὴν ἐσχάτην τὴν ἐνδοτέρω Indiam, quæ ſub Conſtantino M. fide primùm Chriſtianâ à Frumentio imbuta fuit: de quo Socrates, *lib.*1.*c.*15. Theodoretus, *lib.*1.*ca.*23. Sozomenus, *lib.*2.*c.*23.

¶ XI. INDIA MINOR.

CUm ei motus, &c.] An hoc vult, Indos à Perſis auxilium petere, quod verba ſuadeant? An potius, Perſas ab Indis: quod ſuperiora proxima inducunt? Sanè & ita mox *Perſas ex India minore, elephantes acci-*

Digitized by Google

pere dicit. Quare hîc fuerit legendum, *cùm eis*: & in Græco ita [illegible] τῶν αἰτεῖται ὅταν, αὐτοῖς κίνησις εἰν πολέμῳ, βοήθειαν.

¶ XII. India Minima.

India Minor] Debuit *minima*; vt ex ſuperioribus apparet: Jam enim de India Maiore, & Minore ſeparatim egit: ſed & ipſa Manſionum diuerſitas id ſuadet: India ſcil. Maior, 210. manſionum: Minor, 150. hæc, 15. fuit.

¶ XIII. Persæ.

Persæ, *qui iſtoriantur valde in malis omnibus & bellis eſſe fortes*] Perſarum tum in malis, (tolerandis an patrandis) tùm in bellis fortitudinem deſignat. Videntur interim hæc omnino conuenire cum iis, quæ Libanius ſcribit, *orat. fun. in Iulian. p.* 311 de metu videlicet à Perſarum vi ſub Conſtantio Imp. Nam & ἱστοροῦνται hîc eſt pro memorantur, dicuntur: vel etiam fortè pro videntur; vt infrà de Ægypto, *hiſtoria maxima offerunt*, i. viſui & conſpectui: vbi *plura*.

data enim poteſtate] Per inducias ſcilicet belli Perſici: Vnde colligo, hoc tempore nullas fuiſſe. Sanè & ideò mox Meſopotamiæ vrbes *ſemper ſtantes* vocat, & *virtutem Perſarum diſſoluere* ait.

adpropinquantibus] *Meſopotamiis*, vt mox ipſe dicet cap. *de Meſopotamia* 16. *Omnibus*, inquit, *bonis ornati ſunt: Accipientes enim à Perſis ipſi in omnem terram Romanorum vendentes & ementes iterum tradunt*: vbi vide quæ dicam adhuc. Adde & Commagenos.

negotij] *Negotium* vbique huic interpreti pro negotiatione, emporio, commercio, mercibus, ἐμπορία.

negotij ſua regionis] Emporia & commercia Meſopotamiorum, Syrorum cum Perſis. Hinc & nominatim ſub Theodoſio Imp. *Perſepolis, commercium Perſarum* in Tabula Theodoſiana deſignatur: Quam quidem Perſepolim Ammianus *lib.* 23. *p.* 273. inter oppida mediterranea amplioribus accenſet, & primam nominat, Claramque vocat: *Inter quæ*, inquit, *eſt Perſepolis clara*.

habundare] περισσοχορηγεῖν: Quare verſum oportuit, *abundè ſufficere*, ſeu *ſuppeditare, præbere*.

¶ XIV. Saraceni.

Sperantium] ἐλπιζομένων: Nempe ſpes omnis & vita *Saracenorum* in præda fuit. Ammianus *lib.* 14. (in rebus *Conſtantij A. D.* 353.) *pag.* 8. 9.

Saraceni

Digitized by Google

Saraceni vltrò citroque diſcurſantes, quicquid inueniri poterat, momento temporis parui vaſtabant, miluorum rapaci vitæ ſimiles, qui ſi prædam deſpexerint celſius, volatu rapiunt celeri, aut ſi impetrauerint, non immorantur. ¶ Ex Ammiano autem vno colligo, *Marci Imp.* temporibus Saracenorum nomen primùm innotuiſſe: Quare cùm Ptolemæus eorum meminerit (& quidem primus) hinc apparet eum ſuo Antonino Pio non ſcripſiſſe, quod tamen hactenus creditur. Procul dubio autem iam eſt, dictos Saracenos à Saraca vrbe, ſeu regione Arabiæ, vt *Stephanus* diſertè ait; cuius vrbis etiam meminit Ptolemæus.

mulieres] *Reginarum* imperium Saracenos pati ait: *Phylarchos* alioquin peculiares eorum memorat quoque Ammianus, *lib.* 24. *p.* 286. quorum frequens apud Græcos poſtea mentio: & in his apud Procopium, & Nonnoſum ipſum Juſtiniani σύγχρονον & ad Saracenos ipſos Legatum apud Photium *num.* 3. Hos duodecim fuiſſe Ill. Scaliger *in Euſebium* notauit: quot ſcil. Saracenorum φυλὰς facit Epiphanius.

¶ XV. Tranſitio ad ORBEM ROMANVM.

ET *hæc quidem*] Non putem, hinc colligi poſſe, hunc libellum maioris alicuius operis *Epitomen* eſſe: Verùm è duobus alterutrum hinc colligo. Vel, inquam, hæc verba *Eclogiſtæ* eſſe, qui hanc ἐπίστασιν ex opere aliquo hiſtorico excerpſerit: vel Auctorem ſuperiora omnia ex alio aliquo Hiſtorico, tanquam incognita ſibi, hauſiſſe. Quæ collectio ſi vera eſt, ex eo ſanè quod ait, *prædictus Hiſtoricus*, appareat quoque hunc libellum ἀκέφαλον eſſe. Quid ſi etiam hic ſcriptor non de Hiſtorico aliquo ῥητῶς ſenſerit: verùm de *Hiſtoria* in genere?

Diximus quot manſionū & quia periuri] Cùm huius nihil in ſuperiorib. occurrat, hinc vel maximè colligo, hāc ἐπίστασιν tantū fuiſſe maiori alicui operi Hiſtorico inſertā: Quod etiā rurſum colligo ex illis, *Experiar exponere, vt poſſit legentibus prodeſſe*; quaſi diceret, vt hæc ἐπίστασις in operis Hiſtorici proceſſu Lectoribus facē & lumen prœferre poſſit. Tertio ex illis ſub *finem capitis* 17. *Prætermiſimus enim multa, vt nō extendere* VLTRA OPPORTVNVM ORATIONEM *videamur, & cæteras regiones quoque & prouincias ſcribere poſſimus*; quaſi diceret (quod Ammianus non ſemel dixit eâdem occaſione) ne extra Hiſtoriæ textum plus nimio ἐπίστασις hæc euagetur: Quartò ex illis, vbi de Inſulis dicturus; *Nam & Inſulas*, inquit, *quæ medio mari poſitæ ſunt, & ipſarum memoratus, ſic orationem deſinam*: Quæ vtique verba ſunt, exceſſus & ἐπιστάσεως veniam tacitè petentis. ¶ Quinimò ex hâc ipſa ſententiâ colligo, Auctorem ad hanc ἐπίστασιν deſcendiſſe occaſione *Perſarum*, de quibus in ipſo opere agebat; Id quod etiam Auctoris ſæculum

Digitized by Google

arguat, quo Romanis Impp. cum Perſis maximè res fuit, qui rupto fœdere Armeniæ & Meſopotamiæ eâ tempeſtate inhiabant; Quod ſanè ſub Conſtantio factum, vel ex Libanio, Ammiano, Zoſimo diſcere licet; ſub Conſtantio, inquam, qui nouem grauiſſimis præliis contra Perſas per Duces ſepties, præſens ipſe bis decertauit: vt nominatim prodit Sextus Rufus, *in Breuiario*; & Hieronymus, *in Chronico*. ¶ Et alioquin Libanij geminum germanum de Perſis iudicium videre eſt ſub eodem Conſtantio, *in Baſilico, pag.* 123. de periurio, inquam, Perſarum; vbi inter cætera ait, *κἀκ δι' ἐπιορκίας ῥᾷστα αἱ ὠφελεῖσθαι πολλά.*

¶ XVI. Mesopotamia et Osdroena.

Sequitur Mesopotamia & osdroena] Primas iſtas ab Oriente Orbis Rom. prouincias rectè memorat: Nulla intereà (quod mirum) mentione facta *Euphratenſis* ſeu *Comagene*, quæ prima tamen poſt Oſdroënam occurrebat, & in qua Hierapolis fuit vrbs clara, ſedéſque Imperatorum: ipſius Cōſtantij A.D. 345. 347. 360. & 361. vt docet Codex Theodoſianus Ammianus *l.* 14. *p.* 17. & *l.* 21. *p.* 212. Galli Cæſaris A.D. 354. Ammianus *lib.* 14. *p.* 17. Juliani, A.D. 363. Ammian. *lib.* 23. *p.* 257. & *lib.* 22. *p.* 244. Unde fortè colligas, hunc Auctorem Comagenum fuiſſe, qui de patriâ ſuâ in patriâ ſcribere neceſſe non putauerit. Quanquam à Perſis remotiorem fuiſſe, ea quæ de Perſis ſcribit ex aliorum relatu, indicare videntur.

Oſdroëna] Ita quoque mox infrà rurſum: quæ aliis *Oſroëna*.

Niſibis & Edeſſa] *Niſibis* & *Edeſſa* vrbes præcipuæ Meſopotamiæ hoc ſeculo fuêre, de quibus vide & Ammianum: ſanè & *Conſtantius* Imp. quoque aliquando Nizibi conſtitit A.D. 345. quod docet ſubſcriptio legis 5. *Cod. Theod. de exactionib.* Eaque paulò poſt à Perſis tribus menſibus obſeſſa fuit. Imò ter ſub Conſtantio, vt Sex. Rufus *in Breuiario* tradit. Eadem Niſibis hâc quoque ipsâ Conſtantij tempeſtate Jacobi Epiſcopi Niſibeni Epiſcopatu inclaruit: de quo *Hiſtoria Eccleſiaſtica* conſulenda.

bene nantes] Græcus dixit *εὖ πλέοντες nauigantes*: Nempe Meſopotamij ad Perſas & Indos nauigabant commercandis eorum mercibus.

accipientes enim à Perſis] *Commercium* inter Perſas & Meſopotamios, de quo iam ſuprà quoque, vbi *de Perſis*. Hinc & loca commerciorum, de quibus quoque *l.* 4. *C. de commerciis*: Ammianus *lib.* 14. *p.* 8. & in Tabula Theodoſiana (vt iam ſuprà quoque notaui) *Perſepolis, commercium Perſarum.*

Vendentes iterum tradunt extra æramen & ferrum] *Ferrum & æs* vt hoſtibus in commune, ita Perſis nominatim tradere vetitum fuit; quod præter hunc Auctorem indicat quoque Libanius *in βασιλικῷ* (vbi de Conſtan-

Conſtantino M. agit & Perſis *p.*119.) qui Conſtantio Imp. dictus eſt, & expreſſa conſtitutio *Imperatoris Marciani lege* 2. *C. quares exportari.*

Semper ſtantes] ἀεὶ ἱϛάμεναι, i. in ſtatione ſemper & excubiis locatæ, poſitæ; de quo mox ex Ammiano: προσιδρυμέναι συνεχῶς.

Dum & Imperatoris] Fortè, *Diûm* & *Imperatoris*; vel *Domini Imperatoris*? Cæterùm Imperatorem *Conſtantium* intelligit; vt *in prolegomenis* prolixè oſtendo. ¶ Quanquam quod ſapientiam ſeu vigilantiam Conſtantij hâc in re commendat hic auctor, ſi Libanio (alteri Sophiſtæ) credimus, falſum id fuerit, vt pote cuius ſocordiam hâc in re multis traducit.

habentes mœnia inclyta bello] Ammianus quoque ſub *Conſtantio*, in geſtis A.D. 353. *l.* 14 *p.* 8. ſcribit, quòd *Meſopotamiæ tractus omnes crebrò inquietari ſueti prætenturis & ſtationibus ſeruabantur agrariis.* Contra de Syris Libanius, *in Baſilico p.* 112. ſub Conſtantio, τύρει μὲν ἀτειχίϛους τὰς πόλεις οἱ πολλοὶ ἀξιοῦσιν οἰκεῖν.

feruentes negotiis] Sic infrà *cap.* 17. §. 2. de Tyro *omnium (rerum) negotium feruenter agens:* vide & quæ dicam infrà *cap.* 17. §. 7. vbi *de Aſcalone & Gaza.*

Edeſſa] Atqui ſupra Meſopotamiæ *Edeſſam* hanc adſcripſit? Benè: Nam & ipſa Oſdroëna Meſopotamiæ pars fuit. Sanè Oſdroënæ Edeſſam facit quoque nominatim *lex* 5. *C. de cohortal.* Procopius *lib.* 1. *de bello Perſ.* In eâ vrbe Edeſſæ, inquam, *Conſtantium* Imp. aliquãdo verſatũ ipſiuſmet epiſtola ad Athanaſium apud Socratem *lib.* 2. *cap.* 23. edocet. Ibidem & paulò pôſt Jouianus Imp. conſtitit A.D. 363. quod docet *lex* 9. *C. Th. de erogat. milit. annonæ.*

¶ XVII. SYRIA.

IN *tres Syrias*] *Syria* in tres diuiſa, Phœnicen, Paleſtinam, Cœlen: Palæſtina, Syriæ προσθήκη iam olim facta, mox tamen ſuum peculiarem Rectorem habuit. Phœnice abſciſſa Syriæ ab Hadriano; v. plura apud V.C. Berterium πιθανῶν *lib.* 1. *cap.* 4. *p.* 39. 40. 41. ¶ *Syria Cœles*, vt hoc addam, hac tempeſtate, ſub *Conſtantio* inquam, conſularis fuit Hierocles, A. D. 344. vt docet *lex* 7. *C. Th quorum appellat.* & A. 348. *l.* 6. *C. Thc. de iure fiſci.* Theodorus A.D. 347. *l.* 8. *C. Th. quorum appell.*

audientes] Imò *legentes*, vt ſuprà, *Vt poſſit legentibus prodeſſe*? Sed, *audire* ἀκοῦσαι, vel potius ἀκροᾶσθαι proprio *Sophiſtarũ* vocabulo (quorum ἀκροάσεις notæ) dixit hic Auctor, pro cupidis ſcire, noſſe. Sic rurſum *c.* 28. infrà *ſi vis & prudentiam virorum audire, aſpice.*

§. 1. Antiochia.

Regalis] *Regalem* vocat βασίλειαν vel βασιλίδα, Antiochiam, quia hæc Orientalis Imperij vertex, mater, & Regina erat: Quomodo & Ro-

mam poſtea pariter *regnantem* vocat βασιλεύουσαν, vbi de *Campania* agit; *& cellarium*, inquit, *regnanti Romæ*; mox & *Regalem*, vbi de ipſâ Româ agit: Nullas alias præterea hoc Regalium nomine ciuitates dignatus hic Auctor. Et tamen Antiochiam ſub Juliano Imp. iam inter eas vrbes, quæ duas primarias ſequuntur, Romam videlicet & Conſtantinopolim, collocatam fuiſſe teſtis eſt Libanius, *legat. ad Iulian. p.* 165. ſicut mox paulò pòſt Auſonius quoque ſcribit, *Tertia Phœbea lauri domus Antiochia*. Imò Julianus *orat.* 1. *in Conſtantium* A.D. 356. apertè ait, Conſtantinopolim iam tum ſecundam à Româ conſtitutam, δευτέραν τετάχθαι, *p.* 23. De quo plenè infrà *cap. de Thracia, vbi de Conſtantinopoli.*

vbi & Dominus orbis terrarum ſedet] *Antiochia* hâc tempeſtate Imperatoris in Oriente δίαιτα, ſedes, & χειμάδιον ſeu hyberna fuêre: quod hic Auctor non hîc tantùm prodit, verùm etiā mox rurſum, vbi videlicet rationem reddit, cur Antiochiæ omnia voluptatum ſeu ludorum genera exhiberentur; *Quoniam*, inquit, *ibi Imperator ſedet.* Id etiam teſtatur Libanius, *Legatione pro Antiochenis ad Iulianum*, *p.* 154. loco, quem laudabo infrà *vbi de Seleucia.* ¶ Mora porrò hæc Antiochena Imperatoris, cùm non niſi *Conſtantio* & *Valenti* conuenire poſſit, priori eam conuenire in *Prolegomenis* prolixiùs oſtendo. Sanè de *Conſtantij* ſede ſeu morâ Antiochię variis annis, putà A.D. 338. 339. 340. 341. 342. 343. & deinceps etiam A.D. 349. & 361, fidem facit vel Codex Theodoſianus, Athanaſius *de ſynodis*: Julianus, *orat.* 1. *p.* 64. Libanius βασιλικῷ *ad Conſtantium ipſum pa.* 122. Auctor vitæ Pauli Epiſc. *apud Photium*; Auguſtinus *de ſermone Domini in monte lib.* 1. *p.* 1522. Socrates *li.* 2. *cap.* 5. 10. 13. 16. Ac nominatim A.D. 347. i. anno Imperij eius vndecimo; teſtis Cedrenus: τῷ ια ἔτει Κωνσταντίου ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγων, &c. Quo anno hunc libellum conſcriptum planè arbitror. De *Valentis* alioquin quoque mora Antiochiæ A.D. 369. 370. 372. 375. docet Codex Theodoſianus & Zoſimus.

ciuitatem ſplendidam] γρ. *ciuitatem ſplendida*, τὴν πόλιν λαμπρά, ὡραία (vt de Conſtantij mora Antiochiæ A.D. 338. agens Libanius *in Baſilico* ſcribit *p.* 122.) id eſt, quod ciuitatem attinet, ſplendida: Quare Antiochiam duplici elógio fermè proprio ornari videmus, μεγάλης ſeu μεγίστης καὶ καλῆς, *Pulchra* & *Magna*: à Philoſtrato *de vita Apoll. cap.* 12. *p.* 21. Libanio *in Baſil. p.* 112. *& orat. de profeſſorib. p.* 86. *de vita ſua p.* 1. 2. & *initio Monodiæ ſuper Daphnæo incenſo, & ad Theodoſium* περὶ στάσεως. Itaque & Antiochia, *decora ciuitas*, dicitur *l.* 169. *Cod. Th. de decurion*: v. prolixè Libanij *Antiochicum*; vbi & de operum publicorum ibi elegantia & habundantia omnium bonorum. Sub Juliano tamen idem Libanius *legat. ad Iulianum p.* 154. fatetur, Antiochiæ nulla fuiſſe ædificiorum decora, κάλλη μὲν ἡμῖν οὐκ ἔστιν οἰκοδομημάτων; & cauſam addit, *Quòd vetus Perſarum ὕβρις id non permiſerit.*

habundans omnibus bonis] Libanius, *orat.* 12. *ad Theodoſium pro Antiochenis p.* 401. παμπόλλην δὲ καὶ οὕτω πολλὴν ἐδείκνυτε γῆν, ὥστε πάντα μὲν φέρειν, αὐτὴν δὲ ἀποχρῆν. v. & Eund. *in Oratione pro Antiochenis ad Iulianum*, *p.* 154. Mirum porrò,

porrò videri poſſit hunc auctorem Luci, fani, & Palatij Daphnenſis nullam mentionem hîc facere, quæ tamen in famâ maximè hac tempeſtate fuêre: ac maximè Apollinis Daphnæi fanum, quod ſub Juliano demum A.D. 362. igne exuſtum. Sed & Babylæ Martyris eò tranſlatio facta à Gallo Cæſare, hoc libello poſterior eſt. Verùm, nil mirum: quandoquidem iam ſuperſtitio omnis ibi abolita, eo tempore quo hic libellus ſcriptus fuit partim à Conſtantino M. partim à Conſtantio.

§. 2. Tyrus.

T*Yrus, &c.*] Eunapius *in Porphyrij vita*, ἡ πρώτη τῶν ἀρχαίων φοινίκων ἡ πόλις: vide & *l.1.vlt.π.de cenſibus*: Ammianus quoque *lib.14.pa.12.* (in rebus *Conſtantij*) eam *cum Sidone & Beryto amœnitate celebritateque nominum excellere inter vrbes Phœnices* ait.

diuites viros habens] Rufus Feſtus Auienus, *Hic Tyrus eſt opulens, & Berytus optima, Biblos, Sidoniáque lares.*

potentes in omnibus portus] An voluit, *potentes in omnibus portubus*, id eſt, in omnibus portubus & littoribus præualentes: quaſi Tyrij, maris potentes & hâc tempeſtate fuerint? An verò πύλας intelligit, ſeu αὐλῶνας *portas, cuiuſmodi ſunt Armeniae, Caſpiae, Amanides, Ciliciae, Idumaeae*? Hoc verum, Iuuenalis 8. Satyra 160. *Idumææ Syrophœnix incola portæ* Sed & 11. Satyr. 124. *Dentibus ex illis quos mittit Porta Syenes.*

§. 3. Berytus.

D*Elitioſa*] Hinc & Ammianus, loco modò laudato, *amœnitate excellere* eam dixit. Dionyſius Beryti terram amœnam Βηρυτοῦ τ᾽ αἶαν ἐρατεινήν. ¶ Interim ex eo, quòd Berytienſis terræmotus hic auctor non meminit, colligo hanc ἐξήγησιν ſcriptam ante eum terræmotum qui contigit A.D. 348. teſte Cedreno: τῷ ιβ ἔτει σεισμὸς μέγας ἐγένετο ἐν Βηρυτῷ τῆς φοινίκης, ὡς τὸ πλεῖον τῆς πόλεως πεσεῖν.

Auditoria legum habens] *Iuris* ſtudiis, ſcholâ, & profeſſione clara iamdiu & deinceps Berytus fuit: quod etiam docet *lex. 1. C. qui ætate.* Gregorius Thaumaturgus, *in orat. panegyrica ad Origenem p.186.187.188.* Sed & per hæc ipſa tempora: Eunapius, ſub *Conſtantio* Imp. *in vita Proæreſij p.150.* Libanij quoque locus inſignis, *Orat.26. Apologetica p.595.* vbi & de frequenti ſub *Valente* Imp. eò adoleſcentum concurſu, abdicato eloquentiæ ſtudio, conqueritur Sophiſta. Meminit & deinceps Juſtinianus, *in conſtitutione δέδωκεν. §. 9.* vbi Berytum vocat, vrbem legum τὴν τῶν νόμων πόλιν: & in conſtitutione *ad Antecessores §.7.* vbi *nutricem legum* vocat, ſicut Eunapius ἐν τοῖς βίοις μητέρα. Agathias *lib.2.* Nonnus *lib.4.* διονυσιακ. Βηρυτὸς βιότοιο γαληναίοιο τιθήνη: & *lib.14.* δίκης πέδον ἄστυ θεμίστων.

per quam omnia iudicia Romanorum] *Adſeſſores iudicum* è iuris ſcholâ Berityenſium prodire ait, qui ſcilicet Iudicia omnia ſeu Iudices dirigant, qui Magiſtratibus ius dictent, qui iura interpretentur: *Adſeſſores* ſcilicet ſeu Conſiliarij magiſtratibus (qui fermè iuris imperiti erant) iuris ſcientiam ſuggerebant: de quo vide ſaltem *tit. π. de adſeſſorib. & leg. 1. π. quod quiſque iuris*. Et motus animorum compeſcebant. Libanius quoque *orat.* κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσι *p.198.* (i. contra præſtolantes & aſſiduos apud Iudices; vt id obiter moneam,) τὸν δὲ θυμὸν αὐτοῖς (ἄρχουσι) ἐπᾴδοντες σβέννυσι καὶ τῷ παρὰ τῶν παρέδρων χαλινῷ. id eſt, *iram ſibi carmen accinentes, extinguunt etiam freno ab Adſeſſoribus iniecto.*

Viri docti] *Anatolius* ſanè PP. ſub *Conſtantio* Imp. exinde fuit, v. Eunapium, *Proæreſio p.149.150.*

& ſcientes leges cuſtodiunt prouincias] De Antiochenis hoc ipſum prodit Libanius, *in Antiochico, p.369.*

---

§. 4. Cæſarea.

Diſpoſitione] *Diſpoſitionem* ciuitatis διάθεσιν vocat hîc & alibi infrà quatuor adhuc locis, cùm de Alexandria, Nicea, Carthagine agit, elegantiam ſtructuræ, ſitus: Nominatim verò cum adiuncto infrà, vbi de Serapio ſeu Serapidis templo agit; *diſpoſitio*, inquit, *templi*. Eodem ſenſu ſimplex *poſitio* infra vbi de Cyzico, *& poſitum* infra vbi de Circo Max. Romæ. ¶ Alioquin *diſpoſitionis* vox pertinet quoque ad id quod vulgo *Politiam*, vel rei annonariæ vbertatem vocamus.

Tetraphy'on] *l. Tetrapylon*: Sic rurſum infra de Boſtra Arabiæ, *In qua*, inquit, *publicum opus Tetrapyli mirantur*. Ita de Niceæ Tetrapylo Strabo *lib. 12. p.389.* ἔστι δὲ, καὶ τετράπυλον ἐν πεδίῳ κείμενον, ἐρρυμοτομημένον, πρὸς ὀρθὰς γωνίας, ὥστ᾽ ἀφ᾽ ἑνὸς λίθου κατὰ μέσον ἱδρυμένου τὸ γυμνάσιον, τὰς τέτταρας ὁρᾶσθαι πύλας. i. *eſt verò & Tetrapylum in ſolo ipſo poſitum, ita in rectos vicos diſtributum, vt ab vno lapide medio gymnaſio poſito portæ quatuor videri poſſint.* Quem locum cum eo quod Busbequius *epiſt.1. p.59.* narrat, rectè componunt. Ita in Ciuitatis Conſtantinop. collectione legimus, *Coloſſum vnum, Tetrapylum aureum vnum, Argenteum, Capitolium, Monetam.* Ita & *Pentapylum* regione 10. vrbis Romæ. ¶ Cum Tetrapylo nolo miſceri στοὰν δύο διπλᾶς, quas Libanius, inter cætera Nicomediæ opera memorat, *in monodiâ Nicom. p.204 orat.6.* Nolo miſceri Ἀγορὰν τετράστοον Conſtantinopoli, de qua apud Zoſimum *lib.2. p.687.* Pariter neque cum Pentapylo miſceri volo opus πεντε στοὰς ἔχων: cuiuſmodi quinque porticus habuit Betheſdena piſcina, *Ioannis 5. v.2.* cuius etiam meminit auctor Itinerarij Burdagalenſis ſeu Hieroſolymitani. Huius ſanè vbique celebris Cæſarienſis Tetrapyli aliud teſtimonium adhuc requiro.

nouum ſpe-

Digitized by Google

nouum ſpectaculum] Ita infra vbi de Serapio. *Templum Serapis ibi eſt, vnum eſt ſolum ſpectaculum nouum in omni mundo* : vbi plura.

§. 5. Laodicea.

L*Aodicia*] pro *Laodicea*.

Suſcipiens] ex Syriâ ipsâ, Palæſtinâ, &c.

emittens Antiochiæ] *Miniſtrantes* inter alias, vel maximè, duas vrbi Antiochenæ in Syriâ Cœle ciuitates obſerua; Laodiceam & Seleuciam, Maritimas ciuitates, inter quas media Antiochia erat. Sanè & alioquin Epiphanius *hæreſi Semiarrinorum* 73. *n.* 1. Laodiceam hanc Syriæ vt ab aliis Laodiceis diſtinguat, Λαοδίκειαν τὴν πρὸς Ἀντιόχειαν Δάφνης, ἤγουν Κοίλης Συρίας, vocat: Quo loco Ἀντιόχεια Δάφνης dicitur compendioſè, quæ aliàs ἐπὶ Δάφνης: Λαοδίκεια verò ἡ πρὸς Ἀντιόχειαν *Laodicea quæ Antiochiæ reſpondet, quæ ad Antiochiam pertinet*: Quocunque tandem iure, ſiue metropolitico, ſiue annonario, ſiue applicationis: de quo dicam *infra c. de Thracia*. Quæ cùm ita ſint, non debuit locum illum Epiphanij Vir doctus ſollicitare, cùm vndique rectè habeat: neque putare, Antiochiam ibi pro Cœle Syria vſurpari: multò minus ſuſpicari, Laodiceam cognomento Daphne vocari.

§. 6. Seleucia.

A*Ntiochiæ offert*] Huc quoque refero Valentis legem A.D. 372. *l. vn. C.Th. ne conlationis tranſl it. poſt.* Et prolixè hâc de re Libanius, *in Antiochico*, ac nominatim *p.* 386. 387.

fiſcales ſpecies] *Fiſcales ſpecies* ſunt annonæ & tributa quæ fiſco penduntur: *Fiſcalia* abſolutè, *l.* 7. *C.Th. de annona & trib.* & apud Ambroſium, *in Ep. ad Romanos cap.* 13. & Scholiaſten *Iuliani Anteceſſ. cap.* 72. *Fiſcale onus* mox ab hoc ipſo Auctore vocatur, pariter vt *l.* 17. *Cod. Theod. de ann. & trib.* vide *Codicem Theod. paſſim.* ¶ *Species* etiam vox hic propria, vt infra de Alexandria, *cap.* 18 *Omnes autem ſpecies aut aromatibus*, &c. & mox de Alexandrina chartâ, *vtilem ſpeciem omnibus*: & ſupra de Seribus, cap. 1. *Sunt enim ſpecies excellentes variæ & pretioſæ*: de Piſce Nicopolitano, *vt odire ſpecium videntem aliquantam.* Hoc ſenſu paſſim Codice Theodoſ. & apud Ammianum, alios.

& priuatas] Fortè, ἢ τὰ πριβάτα. Species ſcilicet aliæ fiſcales, aliæ priuatæ, in rei ſcilicet priuatæ Principis vſum, quæ abſolutè priuatæ, vt dicam prolixè ad *l.* 12. *Cod. Theod. de metatis, &c.* Poſſis tamen & *priuati* nomen ordinario ſenſu hîc accipere.

Dominus orbis terrarum] Hæc verba ſunt de præſenti Imperatore loquentis, vt infrà rurſum §. 13. vbi de Antiochiâ, *Vbi & Dominus orbis ter-*

Digitized by Google

rarum ſedet. Alioquin cùm de Conſtantino M. iam mortuo loquitur, *Conſtantinum* ſimpliciter vocat.

Conſtantinus portum fecit] *Portus* huius *Seleuceni*, magna vi auri extructi, meminit quoque Libanius *in Antiochico duobus locis p. 363. & 386.* & *orat. 13. ad Theodoſium poſt conciliationem cum Antiochenis p.* 410. 411. 412. Hieronymus *Chronico*, & Cedrenus *in hiſtor. compendio pa. 246.* Principem ſanè, à quo excitatus hic portus, Libanius non nominat: Nominat hic Auctor noſter, ſed ita vt ſcripſerit non *Conſtantinus* ſed *Conſtantius*: Quod diſertè probat Hieronymus in Chronico, in rebus Conſtantij, Anno eius Imperij poſt Patris Conſtantini obitum nono (i. A.D. 345.) *Magnis*, inquit, *Reipub. expenſis, in Seleuciâ Syriæ portus effectus.* Et Cedrenus, qui in decimum Conſtantij annum, (i. A.D. 346.) id reiicit, τῷ ι' ἔτει Κωνςάντιος τὸν ἐν Σελευκείᾳ τῆς Συρίας λιμένα πεποίηκεν, ὄρος ἐπὶ πολὺ διατεμών, καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν δομήσας. Sed & quod hic Auctor ait, Portum hunc ab Imperatore excitatum, *Quod vtilis eſſet ſibi & exercitui ſuo*, ſatis id euincit, non de Conſtantino M. id accipiendum eſſe, verùm de Conſtantio: Neque enim Conſtantinum M. Antiochiæ conſtitiſſe reperio, multo minus cum exercitu, ſed Conſtantium ſubinde bello Perſico illigatum, de quo paulo ante. Huc ſanè etiam pertinere videri poſſit, quod Julianus *orat. 1. in laudem Conſtantij* A.D. 356. ſcribit *p. 138.* quod Antiochia per Conſtantium πλουτεῖ, καὶ πρὸς ἅπασαν εὐπορίαν ἐπιδέδωκε, λιμένας εὐόρμους τοῖς καταίρουσι παρέχεται, & quæ ſequuntur: vbi ab interprete viro docto perperam additum, *in ea.* ¶ Huc ſanè tandem etiam pertinet *claſſis Seleucena*; de quâ *l. vn. Cod. Theod. de claſſicis.* ¶ Interim ex hoc Auctore noſtro & Libanio ſolis liquet, de cauſâ excitati huius portus Seleuceni à Conſtantio: Nempe, non tantum quod in littore maris Syriaci ſita eſſet (hæc enim cauſa impulſiua tantum fuit) verùm Antiochiæ cauſa, quod Libanius, *in Antiochico* pariter ſcribit, *p. 386.* cuius verba hic inſerere lubet. τῶν ποταμῶν δὲ ἐμνήσθην τὰς εἰς τὴν θάλατταν ἐκβολάς, ἕλκομαι πρὸς τὴν τοῦ λιμένος μνήμην, ὃν οὐχ ὧν ἕνεκα δοκεῖ, τούτων κηδόμενος ὁ κρατῶν ἀπειργάσατο, ἀλλὰ τέτμηται μὲν ἐν Σελευκείᾳ, τέτμηται δὲ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας, τοσούτῳ χρυσῷ λιμὴν ἐκ πέτρας γινόμενος, ὅσον οὐδὲ Κροίσῳ Πακτωλὸς ἐθησαύρισε. Τοιγαροῦν ἁπάσης πανταχόθεν, ἀγαθὰ Λιβύης, Εὐρώπης, Ἀσίας, νήσων, ἠπείρων, καὶ τῶν ἑκασταχοῦ καλλίστων τὸ κάλλιστον δεῦρο κομίζεται, τῆς εἰς τὴν πρᾶσιν ὀξύτητος, γνώμας ἐμπόρων δεῦρο καλούσης καὶ γῆν ἅπασαν δι' αὐτῆς καρπούμεθα. πλεῖστα δὲ τῶν ὑπὲρ πελάγους ἀπλωθέντων ἱστίων, λιμένων τοῖς πᾶσι τῶν ἐςάλη, id eſt, *Poſteaquam memoraui fluminis in mare emiſſiones, trahor ad mentionem Portus, quem Imperator excitauit: non quidē ijs ſtudium cupiens, quorum hic Portus eſſe videtur: Verùm ſectus quidem eſt in Seleucia: ſectus verò, propter vrbem noſtram* (id eſt Antiochiam) *tanta vi auri portus è ſaxo confectus, quantā neq; Pactolus Crœſo ſuppeditauit. Quare omnis vndiq; tellus, Africa, Europa, Aſia, Inſularum, continentis quidquid vndiq; pulcherrimū recondit, eius pulcherrimum huc affertur, celeritate ipſa mentes mercatorum ad venditionem huc inuitante, & per eam omni terrâ fruimur; Nempe enim quæcunque explicatis velis ſuper æquore ſe-*

quore feruntur, hic portus contrahit. Vides diſertè Libanium, dum Antiochiæ decora ſigillatim perſequitur, & hunc portum Seleucenum cæteris eius decoris connumerantem:& diſertè eum Antiochiæ causâ excitatum dicentem: *τέτμηται δ' ὑπὲρ τ' οἰκήτορας*: in quibus verbis, qui Libanium nobis dedit interpretandis parùm ſibi cauit, dum vertit, *& diſſectus ſuper noſtro ſolo:* debuit, *& ſectus propter vrbem noſtram.*

exercitui] *στρατοπέδῳ*, quod etiam Comitatum(de quo infrà) interpres vertere potuit:pariter, vt infrà, vbi agitur de annonâ ex Ægypto:quomodo & loco quodam apud Chryſoſtomum *homil.* 32. *ad Populum* doctiſſimus Ducæus rectè vertit: non ita bene Sardicenſis concilij interpres vbique *can.* 7. *&* 8. *στρατόπεδον castra* vertit, etſi & hoc ſuſtineri poſſit. Huic ſanè loco omnino conuenit Libanij locus, *legat. ad Iulian. pro Antiochenis p.* 154. *παλαιὸν βασιλέων χειμάδιον ἡ πόλις. μαίνεται τοίνυν ὁ περὶ τὸν χειμῶνα νόμος· πολὺ τὸ εἰκόμενον ἀποχρῶν πολίταις, καὶ μετοίκοις καὶ ξένοις, καὶ* ΒΑΣΙΛΕΙ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΩ.

§. 7. Aſcalon, Gaza

IN negotio bullientes] Ita quoque ſupra vbi de Tyro §. 2. *nulla ſpiſſior in negotio*; & de Meſopotamiis cap. 16. *ferventes negotijs*; & de Tyro §. 2. *omnium negotium ferventer agens.*

vinum] *Vinum* ex Aſcalone & Gaza, per Syriam & Ægyptum. De Gazeno vino Corippus quoque lib. 3. --- *& dulcia Bacchi.*

Munera, quæ Sarepta ferax, quæ Gaza crearat.

§. 9. Scythopolis & Biblus.

SCytopolis & Biblus in induſtria poſita] Quid ſit illud, *In induſtria poſita Vrbes*, oſtendunt ſatis ſequentia deinceps, §. 12. *in linteamina ſunt hæ, Scytopolis, Ladicia, Biblus, Tirus, Beritus, quæ linteamen omni orbi terrarum emittunt & ſunt habundantia: In induſtria* erga poſita vrbs hîc eſt, *ἐν ἐργασίᾳ*, id eſt, in opificio linteaminum clara & præſtans. Hinc itaque iam (quod hûc omninò facit) *Lynifi Scythopolitani* nominatim memorantur *l.* 8. *C. Theod. de murilegul.*

§. 10. Heliopolis.

MVlieres ſpecioſas, & mox, *vbi Venerem*]Hûc faciunt ea quæ Conſtantinum M. Heliopoli, & Aphacis, circa montem Libani feciſſe memorant, atque eius occaſione narrant, Auctor vitæ Conſtantini, *lib.* 3. *cap.* 53. 56. Socrates, *lib.* 1. *cap.* 14. Sozomenus, *lib.* 5. *cap.* 9. Sanè *Venerem Libanitidem* Nonnus quoque *in Dionyſiacis* pluribus locis commemorat. Hûc

Digitized by Google

ſanè facere non putem, quæ Epiphanius ſcribit *in expoſitione fidei Catholicæ num.12.* de Heliopolitidibus mulieribus Orgia celebrantibus: Heliopolim enim Ægypti ibi eum intelligere ex adiunctis Memphiticis mulieribus apparet.

Venerem] *Venerem* Heliopoli coluêre Syri: Quæ & ipſa *Dea Syria*, & Mater Deûm, ac nominatim Syrophœnices. Quare & Phœnicia *Veneris terra* Æſchylo, τᾶς Ἀφροδίτας πολύπυρον αἶαν: vbi Scholiaſtes, φοινίκην τὴν ἱερὰν Ἀφροδίτης φησὶ διὰ Βύβλον καὶ Λίβανον: De quo plura Seldenus JC. doctiſſimè, *in ſyntagm. de Dijs Syris.* Sanè & ibi Jupiter ſiue Sol præcipuo cultu fuit; vnde & *Deus Heliopolitanus*, de quo Lucianus, *de Dea Syria*; & Macrobius, 1. *Saturnal.*23. Sed & Muſæ Heliopoli cultæ, de quo mox infra. ¶ Cæterùm quod hic Auctor ait, *hâc ſuâ tempeſtate Heliopoli tum Venerem magnificè cultam*, ei Sozomenus aduerſari videatur; cùm is ſcribat, templum Veneris Heliopoli à Conſtantino M. deſtructum fuiſſe. Sed fortè Sozomeni inter alia παρόραμα iſtud eſt (etſi verum ſit Cyrillum Diaconũ Conſtantino Imp. multa ibi ſimulacra confregiſſe, quod Theodoretus ſcribit, *lib.3.cap.6.*) Nam Auctor vitæ Conſtantini, & Socrates non Heliopoli templum Veneris à Conſtantino deſtructum aiunt; verum Aphacis (quod medio inter Heliopolim & Biblum itinere erat) ad montem Libanum, vel in ſummo vertice montis Libani. De quo alioquin *Veneris Aphacitidis* templo agit & Zoſimus, *lib.1. in vita Aureliani p.* 660. Et de Veneris templo in monte Libano, quod Cinyras dedicauit, Lucianus *de Dea Syria.*

§. 11. Sidon, Sarepta.

S*Arepta*] Ita hîc: At ſequente §. *Saraſa* pro *Saraphta* vel *Sareptha*: nam ita promiſcuè hæc vrbs Phœnices deſignatur.

§. 12. de Singularibus bonis ſingularum Syriæ ciuitatum.

I*N linteamina*] εἰς ὀθόνια, εἰς λινύφια, i. linteaminibus Lynifio claræ ſeu nobiles ſunt, de quo iam ſuprà quoque *in Heliopoli* §. 10. Hinc iam Baphia, Linificia, Gynæcia per Orientem quæ memorantur in Notitia Imperij Orientalis, ſub diſpoſitione Comitis S.L. *&* l.6.8.18. *C.Theod. de murileg.* ac nominatim Phœnicis baphia, *d.l.*8.

Tyrus] De *Purpura Tyria* res decantata. Ibi ſanè peculiare fuit hac tempeſtate textrinum purpureæ veſti conficiendæ: de quo Codex Theodoſianus, & Ammianus, *lib.*14.

Saraſa] *Sarepta*, nobilis Linificio ſeu linteamine: Hinc & *Oraria Sarabdena*, in Epiſt. Gallieni apud Trebell Pollionem, *in vita Claudij p.* 208. vt Do-

Digitized by Google

vt Doctiſſimus Salmaſius noſter rectè tuetur. § *Vino* quoque nobilis fuit Sarepta, vt mox dicetur: cuius & Alexander Trallianus, *σαρεφθῖνον* inquam *οἶνον* meminit: ſed & Corippus lib. 3.——*& dulcia Bachi*

Munera, quæ Sarepta ferax, quæ Gaza crearat.

Lydda purpuram] In Itinerario Theodoſiano *Luddû, X II.* ſcilicet à Cæſaria lapide.

purpuram altinam] *ꝟg. purpuram alitinam*: Quam vocem quoque reſtituo infrà vbi de Aſia, *purpuram bonam alitem. Purpura alitina*, veri luminis; de quâ iam multa à rei literariæ luminibus notata.

Nicholaum palmulam, &c. qui ſic vocatur Iericho] *Nicolai palmulæ* Hierichonte nobiles: Plinius *lib. 13. cap. 4. Sed vt copia ibi atque fertilitas, ita nobilitas in Iudæa, nec in totâ, ſed* HIERICONTE *maximè.* Et mox: *Sicciores in hoc genere* NICOLAI. Agit de his & Athenæus *lib. 14. cap. 18.* Meminit & Aldhelmus *lib. de virginitate cap. 21. Et mala granata cum palmeti dactylis, quos Nicolaos vocant, fauos, vuas. &c. Nicolai* autem *palmæ* ita dictæ à Nicolao Damaſceno, qui ſub Auguſto fuit: pariter vt *placentæ* ſeu *panes Nicolai*, quod is palmulas & panes hos Auguſto donauerat; de quo Athenæus *d. loco*, Suidas, Photius, Heſychius Illuſtrius, *in Nicolao p. 36.* Palladius, *in v. Abbatis Apolloi*

Damaſcena] Plinius, *lib. 13. cap. 5. Pruna in Damaſco monte nata & myxa:* v. eundem *lib. 15. cap. 13.* & Julianum *Epiſt. 24. ad Serapionem*: Mitto Statium, Martialem alios.

pſittacium] Ita quoq; apud Athenæum *l. 14. c. 16.* Alij *Piſtacium*, vel *Phiſtacium* vel *Biſtacium* dixere. *Piſtacio* nobilis Syria: Plinius *l. 13. c. 5. Syria præter hanc peculiares habet arbores; in nucum genere piſtacia nota.* Athenæus prolixiùs, *d. lib. 14. cap. 16.* apud eum Poſidonius Stoicus *lib. 3. hiſtoriarum. φέρει δὲ καὶ τὸ τέρβινθον ἡ Ἀραβία, καὶ ἡ Συρία, καὶ τὸ καλούμενον βιστάκιον.* Fratres Auctores Georgicorum *lib. 3. Καὶ τὴν μηλίαν καὶ τὴν τέρμινθον, ἃ δὲ νῦν πιστάκια οἱ Σύροι καλοῦσιν*: Et ſubiicit, *καὶ οὗτοι μὲν δὴ τοῦ π.*

§. 13. de Artificibus ludorum ſeu voluptatum per ſingulas Syriæ ciuitates.

QVoniam *autem*] *Artifices voluptatum*, ſeu ad ludos & ſpectacula, quid & quos ludios ſingulæ Syriæ ciuitates hoc æuo conferrent; & in quonam ludicri genere ſingulæ excellerent, ſingulari obſeruatione ſibi notandum putauit hic Auctor: non tantum pro ſeculi ſui genio, voluptatibus & ludis cum maximè dedito: verùm & pro Syriæ genio, quia inter omnes gentes Syros his voluptatibus maximè deditos fuiſſe conſtat, de quo v. vel Juuenalem *Satyra 3.* Capitolinum, *in Vero p. 38.* & Libanij *orat. pro ſaltatoribus p. 477.* Tandem quia (vt mihi quidem vide-

tur) ſcriptor hic Antiochenus oſtendere voluit & maximè potuit, vnde ad Antiochenas potiſſimum voluptates ſingula peterentur.

in omnibus delectabilibus] *Antiochia* voluptates ſeu ludi omnis generis: vide Libanium *Antiochici extremo*: & *pro Rhetoribus pag.* 97. Zoſimus quoque in rebus Juliani, *lib.* 3 *p.* 713. de populo Antiocheno, ὁ δῆμος φιλοθεάμων ὢν φύσει, καὶ τρυφῇ μᾶλλον ἢ πράξεσι σπουδαίαις ἐκδιδόμενος.

Circenſibus] *Circenſibus* dedita plebs Antiochena: teſtis quoque Joh. Chryſoſtomus: de *Circo* ſanè ipſo Antiocheno, vide Libanij *Antiochicum pag* 376.

agitatores] *Agitatores*, id eſt, Circenſes aurigas, de quo vide vel *l.* 7. *Cod. Theod. de ſcanicis.*

dicendi] i. canendi, tibias inflandi.

auditores] In Græco fuit ἀκροαματικούς: Quæ vox etiam in Notis Senecæ occurrit, *Acromaticus*. De *Acromatis* ſeu *acroamatis* in commune res nota eſt.

Caſtabetia] Repono *Caſtabala*, quæ Vrbs fuit Syriæ Phœnices; teſte Strabone, *lib.* 12. & Stephano *de vrbibus.*

Calopettas] γρ. *Calopetas*: & Καλοπέτας interpretor ſchœnobatas ſeu funambulos, funerepos, qui funibus inambulant: Κάλος enim ἡ σχοῖνος, funis. Aliâs καλοβάται *funambuli* in Gloſſis Philoxeni: & in Gloſſis Cyrilli, καλοβάτης, σχοινοβάτης. *funambulus.* Eodem igitur ſenſu καλοπέται, quia ſcilicet per extentum funem *volantibus* ſimiles pendente veſtigio feruntur.

Prudentius, *in Hamartigenia*:

Inde per AERIVM *pendens audacia funem,*
Ardua ſecurus ſcandit proſcenia plantis.

Manlius Theodorus lib. 5.

--- aut tenues auſus ſine limite greſſus
Certa per extentos ponit veſtigia funes.
Et COELI *meditatus* ITER, *veſtigia perdet*
PER VACVVM, *& pendens populum ſuſpendit ab ipſo.*

In hoc eodem cenſu ſunt & *Neurobatæ* (nam & *funambuli* vox generalior hos capit) de quibus pariter Vopiſcus *in Carino. Neurobaten, qui velut* IN VENTIS *cothurnatus ferretur.* Funambulos pariter ſeu καλοπέτας conuenientiſſimè deſcribit Epigrammatarius *lib.* 4. *Pithœanorum, p.* 130.

Stupea ſuppoſitis tenduntur vincula lignis. Et mox
Quæ ſuper AERIVS *pratendit crura* VIATOR,
Vixque AVIBVS *facili tramite currit homo.*
DÆDALVS *aſtruitur terras mutaſſe* VOLATV,
Et medium pennis proſecuiſſe diem:
Præſenti exemplo firmatur fabula mendax:
Ecce hominis curſus funis & AVRA ferunt.

Ergo, vel Sophiſtarum more, qui verborum ποιηταί, ὀνοματοποιηταί, & nouato-

nouatores (quod vel Eunapij exemplo liquere poteſt ex Photij obſeruatione & confeſſione Libanij *Epiſt. ad Baſil.* & obiectione Gregorij Nazianzeni *aduerſus Iulianum*) hanc rei ipſi exprimendæ vocem hic auctor adinuenerit; vel, quia in Syria καλοπῖται, qui alibi καλοβάται, vel σχοινοβάται, nempe ad ſummam artis peritiam indicandam, quâ Syri excellerent; ſic vt non tam funibus ingredi aut repere viderentur, quàm volare. Quare & hanc in Syria vſurpatam vocem Syrus auctor quoque retinuerit, cùm in hoc ludiorum & artificum per Syriam cenſu verſaretur. Huc denique etiam faciunt ἀνεμοβάται, quos Illuſtris Scaliger apud Firmicum & Vopiſcum reponebat. Sed & οὐρανοπῖται: de quibus & illud Juuenalis

Graculus eſuriens in cœlum iuſſeris, ibit.

Tandem & Πεταυρισταὶ ab eadem voce, quod ij πρὸς ἀέρα πέτονται, i. quod in aërem *volent* Ælius Stolo apud Feſtum.

§. 14.

EXtra *oportunum*] Extra operis inſtituti legem, ſeu extra textum & ſeriem Hiſtoriæ, ordinemque geſtorum, vt ſæpius Ammianus in ſimilibus ἐπιστάσεσι ſeu exceſſibus loquitur: de quo iam ſupra *cap.* 15. *Tranſitio ad Orbem Rom.* Et hæc quidem prima breuitatis cauſâ huic ſcriptori fuit. Alteram mox addit; ſingulis videlicet non adeò immorandum eſſe, vti de omnibus aliquid dicere poſſit. Quæ ſanè omnia non ſunt opus aliquod ex inſtituto pertexentis; verùm ἐπίστασιν operi alteri intexentis.

¶ XVIII. ÆGYPTVS ET ALEXANDRIA.

ET *Ægypti & Alexandria*] Ita mos *Metropolim* magnæ alicuius diœceſeos ab ipſa diœceſi appellatione ſingulari ſeiungere: Sanè *Ægypti Metropolim Alexandriam* mox vocat etiam hic Auctor: quod alioquin aliundè iam notiſſimum.

vſque modo] Hinc, & ex aliis mox infra pleniùs, apparet, hunc Auctorem vixiſſe ante Theodoſium M. qui ſuperſtitionem Ægyptiacam & Serapicam peſſumdedit: quò pertinere iam olim oſtendi *legem* 11. *C. Th. de paganis, ſacrif. & templis*; de quo etiam poſteà vehementes querelæ Gentilium, Eunapij, Zoſimi, exortæ, à quibus hic Auctor Gentilis ſibi non temperaſſet, ſi poſt ea tempora ſcripſiſſet.

Omni orbi terrarum tradidit] *Deorum cultum* Ægyptios aliis tradidiſſe præter Lucianum, *initio de Syria Dea*, & alios, etiam Ammianus *lib.* 22. *p.* 253. ſcribit.

quos videmus] Si hæc lectio bene habet, tùm hic Auctor Ægyptius fuerit, ſaltem incolatu: Sed fortè ſcribat aliquis *quos vidimus*, vt ita huius

ἐπιςάσεω; Auctor ſe in Ægyptum deſcendiſſe indicet: quod alioquin etiam Ammianus Marcellinus de ſe per hæc tempora teſtatur, *lib.17.p.99. In hac vrbe Obeliſcos* VIDIMVS *plures.* Sanè & ita in commune deprehendo, hac tempeſtate cùm Chriſtiana fides non niſi λείψανα quædam gentilitiæ ſuperſtitionis alicubi reliquiſſet, in Oriente ſuperſtitioni Gentilitiæ cum maximè operatos & deuotos Philoſophos & Sophiſtas, Ægyptum tanquam domicilium religionis profectos, & peregrinationem eruditam ἱςορίας ἕνεκα, vt loquebantur, & infra Noſter loquitur (vbi plura) inſtituiſſe; quod etiam ex Juliano, Libanio, Themiſtio *orat.13.* colligere eſt, & Eunapio *in vita Aedeſij p.74.75* & *Proæreſij p.162.*

Mercurium] Ægyptij *Mercurium* literarum & Aſtronomiæ inuentorem dicebant: v. *Aelianum & Firmicum.* &c.

Sapientes Alexandria] *Philoſophi* & *Sophiſta Aegyptij*, Alexandrini, hac tempeſtate quamplures, & paſſim per orbem terrarum ſparſi fuêre; vt Berytienſes, Juriſconſulti: & Medici rurſum Alexandrini. ¶ Cæterum & hæc ſapientum & mox *ſapientia* vox, pro Sophiſtâ & Sophiſtice, ſcriptorem Sophiſtam indicant. Heſychius. Σοφιςὴς πᾶς τεχνίτης πᾶσαν τέχνην σοφίαν ἔλεγον; Sed & mox Auctor hic ipſe: *Et impoßibile eſt, in quacunque re inuenire volueris ſapientem, quomodo Aegyptum.* Quanquam & peculiari adhuc ratione Sophiſta hic noſter, hîc & mox ibi, *Philoſophi & qui ſapientiam literarum ſcientes,* ſtudio Sophiſtæ nomen reticuiſſe videtur, velut hâc tempeſtate odioſum: quod vel ex Libanij *declamat.29.* & Themiſtio non vno loco liquet.

certamine] Tria, de quibus Ægyptij cum aliis populis certarent, hic Auctor memorat, 1. de diuini cultus traditione, cum Chaldæis: 2. de Literarum inuentione cum Chaldæis & Phœnicibus. 3. de Philoſoſophorum præſtantia, cum Græcis.

muſium] *Muſium*, μουσεῖον, principatus, i. præmium, primæ & potiores partes; vt infra mox de Serapidis templo: *Vndique autem muſium circdare videatur.*

ad eos iudicatus eſt] Debuit ineptus Scholaſticus vertiſſe, *ijs adiudicatum eſt*, πρὸς αὐτοὺς κέκριται.

Philoſophi & qui ſapientiam literarum ſcientes, ibi ſemper morati ſunt] De Moyſe id quoque proditum: ſed & de Solone, Pythagora, Anaxagora & Platone, teſtis vel Ammianus, *lib.22.p.253.* & Lactantius *lib.4.cap.2.* Sozomenus *lib.2.c.23.* Id vt de veteribus certum eſt, ita de huius ætatis Sophiſtis iam ſupra notauimus ἱςορίας ἕνεκα in Ægyptum deſcendentib. ¶ Interim duo hîc vides, Philoſophos à Sophiſtis ſeiungi: deinde Sophiſtas hîc deſignari his verbis, *qui ſapientiam literarum ſcientes.*

impoſtura] *Impoſturam* hic vocat quam Græci ἐπαγγελίαν τέχνης, eius nominatim qui pollicetur, quod ſuæ artis non eſt. Cæteroquin impoſtores in commune fraudulenti omnes qui vulgo imponunt *l.4.§.1. de aedil. edicto l.3.π. de ſtellion: Vopiſcus:* Beda *de Orthographia*, Et ſanè hic in Græco erat

ἐπίδειξις;

ἐπίθεσις; quæ etiam affectationem eius qui in ſe aliquid recipit, ſignificat: ἐπιθέτης: quo nomine & Chriſtianos veteres traduxere, γραικὸς ἐπιθέτης, *impoſtor Græcus*: de quo etiam Hieronymus *epiſt. ad Marcellam*.

quiſque ſua per ſuam diſciplinam] *Aegyptij* ſinguli ſingularis ſeu vnius diſciplinæ tantum & artis Profeſſores & artifices erant; quod etiam Vopiſcus *in vitâ Saturnini* oſtendit. In quo Ægyptij à Græcis diuerſi fuere, quos ceu πολυπράγμονας & ἐπιθέτας antiquitas notauit: quò ſpectat & illud, quod etiam in Chriſtianos iactatum dixi, γραικὸς ἐπιθέτης. Magis adhuc iſtud, *Quemuis hominem ſecum attulit ad nos Græculus, eſuriens, in cœlum iuſſeris ibit.*

perficit] Nempe indicat Sophiſta in plura (ſtudia) animum bona fide ſe explicare non poſſe: qui idem ſenſus eſt, hac ipſa tempeſtate, ſub Valente, Libanio *orat. 26. Apolog. p. 595.* cum Sophiſticè inuehitur in adoleſcentes ab eloquentia inſtitutos, Berytum iuris addiſcendi gratia proficiſcentes: Οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν διάνοιαν ἀρκεῖν ὁμοῦ πρός τε τὴν τούτων κτῆσιν, πρός τε τὴν τούτων φυλακήν: ἀλλ' ὁ τοῦτο περιέχων, ἐκεῖνο διαρρίπτει. Forte etiam hic Sophiſta noſter è modeſtioribus alios Sophiſtas notare videatur, qui πανεπιστήμονες eſſe volebant.

Piſcium tria genera, quod altera prouincia non habet] Imò eo quoque nomine *Antiochiam* commendat Libanius, *in Antiochico*, de piſculentorum copia ibi agens, *p. 385.* προείζευξεν ἡ τύχη τὰ πρόσφορα ἑκάστῳ διεῖλεν· οἷς μὲν τοὺς εὐδαίμονας τὴν ἀπὸ τῆς θαλάττης φοράν, οἷς δὲ τοὺς ἑτέρους, τὴν ἀπὸ τῆς λίμνης, κοινὴν δὲ ἀμφοῖν ἔδωκε τὸν ποταμόν, &c. Quòd eò mirum magis videatur id hunc authorem non notaſſe, ſi modo verum eſt eum Antiochenum ciuem aut incolam fuiſſe.

Barbaricis] de quibus vide *leg. 16. §. 7. ff. de publican. & vect.* Huc pertinet & illud Tabulæ Theodoſianæ, *Fines exercitus Syriaticæ, & commertium Barbarorum.*

Indorum] Verum eſt, Ægyptum Indicis & Troglodyticis mercibus locupletatam Ægyptum & Ægyptios ἰνδοδέγμονας, ἰνδοπλεύστας fuiſſe: quod iam olim Strabo teſtatus *lib. 17. p. 549.*

Templum Serapis] *Serapium*, ſeu templum Serapidis, Alexandriæ maximè ſpectabile; de quo vide etiam Ammianum, *lib. 22. p. 252.* Eunapium in *vita Aedeſij p. 74. 75* & ex vetuſtioribus primo Chriſti ſpeculo Strabonem *lib. 17.* ſecundo Chriſti ſœculo Pauſaniam, *Atticis pag. 16.* Ammiani hoc quarto ſœculo iudicium plane geminum, nempe *post Capitolium nihil orbem terrarum cernere ambitioſius.* ¶ Interim hinc liquet, huius libelli Auctorem ſcripſiſſe eo tempore, quo Serapium adhuc ſtabat, ante A. D. 391. de quo dixi ad *leg. 11. Cod. Theod. de paganis.* Pariter vt Julius Firmicus Maternus, qui ad eoſdem Conſtantium & Conſtantem hoc ipſo tempore ſcribebat. *Serapis*, inquit, *in Ægypto colitur, hic adoratur, huius ſimulacrum Neocororum turba cuſtodit, & ad memoriam vetuſtatis errans populus ordi-*

Digitized by Google

nem ſacrorum in honorem integerrimi ac prudentiſſimi hominis conſtitutum, contentioſa hodie animoſitate cuſtodit.

Spectaculum nouum] vide quæ dixi ſupra, vbi de Tetrapylo Cæſarienſi *cap.* 7. §. 12. *Tetrapylon enim eius nominatur vbique quod vnum eſt nouum aliquid ſpectaculum.* Ita infra de portu Carthaginenſi: *portum ſuper omne nouum viſu* (nam ita reponendum) *habens:* Item vbi de Rhodio Coloſſo, *Nouum virum magnitudinis.*

poſſidet vnam rem, & mox, *Carta*] de *Chartâ* hâc Alexandrina quam Sophiſta noſter deprædicat, cuiuſque nomine Alexandria & eius regio celebrata, v. & Vopiſcum *in vita* Aureliani *p.* 214. & *vita Firmi Aegyptij.*

cuius neque iudicia, neque priuata, &c] Senſus horum verborum hic eſt, abſque Chartâ neq; iudicia neq; priuata negotia ſtare poſſe. Hæc ſcil. memoriam & fidem rerum iudicatarum tuetur: hæc fidem contractuum & negotiorum quæ priuatos contingunt. Denique ait, *per hanc rem* (id eſt, per hanc chartam,) *ipſam rerum naturam ſtare*, vt quæ cuſtos ſit rerum quæ dixi: ſine quibus rerum natura ſtare non poteſt. Nempe ſocietas humana in his duobus conſiſtit, in publicâ Iudiciorum auctoritate, & Priuatorum negotiorum fide & obſeruantia.

centum] Vt eſt in Euangelio: ἑκατον πάχυν ergo reddere Ægyptum auctor hic prodit.

Conſtantinopolis Thracia] De Conſtantinopoli eiuſque προεδρείαις, poſteà viderimus in *c. de Thracia. Annona* huius *Alexandrina* ſeu Ægyptiæ, denique ſtoli Alexandrini, canonis, ad annonam Vrbis Conſtantinop. multa mentio in Cod. Theodoſiano; & apud Eunapium *in vita Aedeſij p.* 38. 41. & Themiſtium, *orat.* 13. (quæ dicta eſt Conſtantio Imp. A. D. 354.) *p* 292. 293. & apud Zoſimum, Sozomenum *lib.* 3. *cap.* 6. Sanè etiam huius annonæ Alexandrinæ peculiaris hoc tempore Præfectus fuit, cuiuſmodi fuit quem reperio, primus, Claudius Pf. annonæ Alexandriæ, ſub Conſtantio Imp. A. D. 349. vt docet *lex* 3. *Cod Theod de ſuſceptor.* Tandem ex inſtitutione huius canonis Conſtantinopolitani poſteà ſæpè factum, vt Roma rei frumentariæ inopia ſubinde laboraret; quo nomine in inuidiam vocatus etiam Athanaſius.

Orientales partes] Meſopotamiæ ſcilicet & Syriæ, vbi & Conſtantius Imp. moratus cum exercitu, veluti Nizibi, Antiochiæ, Emeſæ, Heliopoli, Hierapoli, propter bellum Perſicum; pariter vt Valens Imp. poſtea.

Hiſtoria maxima offerunt] γρ. *Hiſtoriæ maxima offerunt*, τῇ ἱστορίᾳ μέγιστα παρέχουσι: ἱστορίᾳ autem; id eſt, viſui peregrinantium: vt infra de portu Carthaginienſi, *portum ſuper omne nouum viſu:* vide quæ ſupra ad verba, *ſpectaculum nouum*, notaui. Eodem ſenſu infra *Athenas hiſtoria antiquas*, id eſt, viſui antiquas dicit. Imò & infrà *cap.* 58. hiſtoria, pro parte terræ ſpectabili quę ſe conſpiciendam præbet. *Vt non autem*, inquit, *ſolam totam hiſtoriam prætermittere videar.* Imò & eodem fortè ſenſu ſupra *hiſtoriandi* vox vbi de Perſis: *Qui hiſtoriantur valdè malis in omnibus, & bellis eſſe fortes.* Sanè

propria

propria hâc in re τῶ ἱςορῆσαι, & ἱςορίας vox Sophiſtica ad peregrinationes Philoſophorum & Sophiſtarum, hâc quoque tempeſtate frequentes, (cuius rei exemplum inſigne in Meropio Tyrio Philoſopho, qui ſub Conſtantino M. cum Ædeſio & Frumentio ad Indos interiores ἱςορίας iſtius ἕνεκα profectus: de quo videndus cumprimis Socrates *lib. 1. cap. 15.* Sozomenus *lib. 2. ca. 23.*) deſignandas eruditionis cauſa. Vt de innumeris pauca ſubnotem, teſtis inter alios Julianus cum Conſtantio Imp. in Græciam abeundi cauſam obtendit apud Gregor. Nazianz. *orat. 4.* καθ' ἱςορίαν τῆς ἑλλάδος καὶ τῶν ἐκεῖσε παιδευτηρίων. Chryſoſtomus *ad Galatas*, in illud, *Aſcendi Hieroſolymam, ut viderem Petrum*; *non dixit*, inquit, ἰδεῖν, ſed ἱςορῆσαι Πέτρον, ὅπερ οἱ τὰς μεγάλας πόλεις καὶ λαμπρὰς καταμανθάνοντες λέγουσι: ex Olympiodoro Photius, διάγοντας αὐτοὺς καὶ Θήβας, καὶ τὴν Σοήνην ἱςορίας ἕνεκα. verùm de hoc iam ſupra quoque.

Æditimi] Tres Sacerdotum ordines in ordine ἱερατικῷ, apud Gentiles & quidem Ægyptios nota; Νεωκόροι, Ἱερεῖς, Διάκονοι, *Æditimi* ſeu æditui, *Sacerdotes, Miniſtri.* Manlius Theodorus *lib. 5.*

Quos potius finget ortus, quam templa colentes,
Atque autoratos in tertia iura Miniſtros.

Neocororum templi Serapidis Firmicus quoque huic ſcripto σύγχρονος ad *Conſtantium & Conſtantem* meminit, loco quem ſupra laudaui, & inſcriptio apud Goltzium: item in corpore inſcriptionum, ὁ πρεσβύτατος τῶν Νεωκόρων τοῦ μεγάλου Σαράπιδος. Iidem & ζάκοροι, de quibus in Ægypto *Syneſius.* Sanè & tres Sacerdotum Ordines inter Chriſtianos noti ſunt.

Aruſpices] Ægyptij fermè Mathematici, Aruſpices, Medici; de quo Adriani epiſtola inſignis, ex libris Phlegontis, apud Vopiſcum, *Saturnino.*

Adoratores] An Prophetas Ægyptios intelligit: quos ineptè adoratores verterit Interpres, quaſi vox πρὸ ſignificaret *ad*, & φῆται *oratores.* De Ægyptiis ſanè Prophetis Epiphanius *in expoſit. fidei Catholicæ num. 12.* Πέρσαις, inquit, Μαγουσαῖοι, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις προφῆται καλούμενοι, τῶν ἀδύτων τε καὶ ἱερῶν ἀρχηγοί. Et Syneſius, primo de prouidentia, & in *Caluitij Encomio.* Fuit cum crederem hîc *Adornatores* legendum, vt ita κωμαςαὶ intelligantur Ægyptij qui ſacra conuiuia adornabant: de quibus Syneſius *in encomio caluitij p. 73.* Poſſis tamen hîc ſimpliciter intelligere ἱκέτας, εὐχίτας, προσευχομένους: quod etiam ipſum Maſſalianorum nomen ſonat, quos Conſtantij Imp. temporibus prodiiſſe Epiphanius notat: vel θεραπευτὰς θεῶν: quomodo Magiam θεῶν θεραπείαν Plato interpretabatur. Erunt fortè qui hîc lecturi ſunt *adiuratores*, i. exorciſtas: nam & hi inter Gentiles fuêre in Syria & Ægypto: de quo vide *l. 1. ff. de extraord. cogn.* Lucianum *in Philopſeude*: Juſtinum *in dial. ad Tryphonem*: nam exorciſtæ adiurantes: de quo doctiſſ. Pithœus *in ſubciſiuis.*

Diuini] De *diuinandi* arte in Ægypto vigente memorat & Ammianus, in rebus Iuliani, in παρεκβάσει de Ægypto *lib. 22. pag. 253. Sed ſi*, inquit, *intelligendi diuini aditionem multiplicem, & præſenſionum originem mente vegetâ*

Digitized by Google

quiſquam voluerit replicare, per mundum omnem inueniet mathemata huiuſmodi ab Aegypto circumlata.

Igne, Ture, Vittas] *Tria* hæc, quibus ſua numina, ſimulacra & templa coluêre Gentiles: Vt omittam infinita alia teſtimonia.

Virgil. 1. *Aeneid.* - - - *centumque Sabeo*

TVRE *calent aræ*, SERTISQVE *recentibus halant.*

Theodoſij M. conſtitutio in id elegans *l. 12. Cod. Theo. de paganis*: *Nullus omninò*, inquit, *ſenſu carentibus ſimulacris vel inſontem victimam cadat, vel (ſecretiore piaculo Larem, igne: mero, Genium: Penates, nidore veneratus) accendat* LVMINA: *imponat* THVRA: SERTA *ſuſpendat.*

Aras inuenies ſemper igne ſplendentes] Libanius quoque hunc perpetuum ignem per Ægyptum hâc tempeſtate notat.

In contemptu ſemen] *Populi Alexandrini* licentia, contumacia, in Iudices & Magiſtratus, adeò vt cum timore Iudices vrbem intrarent, & populus tum ignis tum lapidum iactatione in eos ſtatueret. Pollio *in vita Aemiliani* exemplum ſuppeditat; *Familiari*, inquit, *ſibi furore, cum quodam die cuiuſdam ſeruus Curatoris, qui Alexandriam tunc regebat, militariè ob hoc caſus eſſet, quod crepidas ſuas meliores eſſe quam Militis diceret, collecta multitudo ad domum Aemiliani Ducis anceps venit, atque eum omni ſeditionum inſtrumento & furore perſecuta eſt: ictus eſt* LAPIDIBVS, *petitus eſt ferro, nec deſiit vllum ſeditionis telum.* Libanius *orat. 12. ad Theodoſium pro Antiochenis*, de Alexandrinis ait disertè, οἷς τὸ δύσκολον τοῦ πρὸς τοὺς ἄρχοντας αὐτῶν πολέμου χεῖρον fuiſſe. Omitto linguæ proteruiam, quæ vt in commune Alexandrinis familiaris, ita & in Præfectos: de quo Seneca *ad Alb. c. vlt. Loquax, & ingenioſa in contumelias Præfectorum prouincia, in quâ etiam qui vitauerunt culpam, non effugerunt infamiam.*

Incomprehenſibilis] ἀσύληπτος: Alexandriam in omnibus admirabilem vult dicere, ſic vt magnitudo eius comprehendi vix animo poſſit. Eodem ſenſu Hadrianus, *profunditatem* ei vrbi tribuit. *Digna profectò ſui profunditate, quæ pro ſui magnitudine totius Aegypti teneat principatum.* Quomodo & apud Joſephum *lib. 2. de bello Iudaico cap. 28.* Græc. Lat. 16. *p.* 808. Ægyptus βαθεῖα. δύο ἢ ἐγκαθήμενα τῇ πόλει τάγματα τὴν βαθεῖαν Αἴγυπτον χαλινοῖ. Quod Clar. Caſaubonus rectè notauit.

de veritate Philoſophia] Nempe non ſimulatam Philoſophiam, τὴν φαινομένην, νόθον, κενὴν in Ægypto & Alexandriæ vigere ait, ſed veram, τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν. Quod & ipſum arguit, Auctorem huius libelli Sophiſtam fuiſſe.

Medicinæ peritiam] *Medicinæ* laude claruit Alexandria vt multis retrò ſeculis (de quo vide Strabonem, & Galenum, *in lib. de Anatomia*) ita hâc nominatim tempeſtate: Teſtes, iuxta hunc Auctorem, Eunapius, *in vita Magni p. 178.* Julianus Imp. *Epiſt. ad Zenonem 46.* Ammianus *in rebus Juliani lib. 22. p. 253.* cuius locus inſignis: *Medicina*, inquit, *ita ſtudia augentur indies, vt licet opus ipſum redoleat, pro omni tamen experimento ſufficiat*

Medico

Digitized by Google

Medico ad commendandam artis ſuæ auctoritatem ſi Alexandria ſe dixerit eruditum.

aëres temporatos] *Aegypti* & Alexandriæ τὸ *εὐάερον* commendat: quod etiam, præter Strabonem iam olim *lib.17.p.545.* Ammianus *li. 22.p. 251.* quoque facit. *Inibi*, inquit, nempe Alexandriæ, *auræ ſalubriter ſpirantes, aër tranquillus & clemens; atque vt periculum docuit per varias collectum ætates, nullo pene die incolentes hanc ciuitatem ſolem ſerenum non vident.*

¶ XIX. ARABIA.

N*Onſtra*] ℞. *Boſtra: Boſtra* Arabiæ Metropolis: Teſtis quoque Ammianus, in rebus Conſtantij, *lib.14.p.23.* *Arabia*, inquit, *ciuitates habet inter quaſdam ingentes, Boſtram & Gerazam atque Philadelphiam, murorum firmitate cautiſſimas.* Deſignatur ea & in Breuiario Theodoſij Imp. ſeu Notitia Imperij, *in Notitia Ducis Arabiæ*: De eadem vide Stephanum. Hæc Philippi Imp. patria fuit: Juliani etiam Epiſt. ad Boſtrenos 53. *pag.* 334. extat.

negotia maxima] *Arabia* opima varietate commerciorum: Quare & ibi denſa emporia: teſtis Ammianus quoque in rebus Conſtantij & Juliani, *lib.14.p.22. & lib. 23.p. 274.* & Auctor libelli, *qui ſubditus Notitiæ Imperij.*

Tetrapoli] ℞ *Tetrapyli*, vt ſupra *tetrapylon Cæſareæ Syriæ.c.17.§.4.*

¶ XX. CILICIA.

M*Vltum vinum*] Athenæus *lib.1 cap.25.* vini è Cilicia quod *Abaten* nominabant, aluum laxantis meminit. Sanè alioquin & Ammianus *lib.14.p.21.* *Ciliciam* ait *diuitem bonis omnibus terram.*

magnam & bonam Tharſum] *Tarſus* Ciliciæ metropolis, mater vrbium. Iam olim teſtis quoque Solinus: ſed hoc æuo Ammianus *d.p. 21.* *Ciliciam Tarſus nobilitat vrbs perſpicabilis*: vide omnino *Tharſicas orationes* Dionis Chryſoſtomi, & in his *p.*399.408.415. ¶ Illud omittere non poſſum, ad hiſtoriam D. Pauli, *coriariorum* ibi iam ab antiquo & deinceps copiam fuiſſe: quod iuxta Acta Apoſtolorum, docet Dio *Chryſoſtomus*; & Libanius *legat. ad Iulianum p.*170. Sed & noti iam vdones Cilicij.

¶ XXI. CAPPADOCIA.

C*Aeſariam*] *Cæſaria*, Cappadociæ mater vrbium: quod & iam olim *Solinus* teſtatus (quæ antea *Mazaca* nominata, vbi & Conſtantius ali-

quando moratus, teſte Ammiano *lib.* 20. *p.* 184. Sed & Valens poſtea A. D. 365. eodem teſte *lib.* 26. *p.* 345. & *l.* 5. *C. Theo. de ſuſceptor.* & Gregorio *in monodia Baſilij*: Quæque ad diſcrimen aliarum Cæſarearum *Mazaca Caſariæ* dici perſtitit; & verò ita nominatim deſignatur in *Tabula Theodoſiana*: vel etiam *Cæſarea Cappadocum*, quomodo eam vocat Ammianus, *lib.* 20. *p.* 184. & *lib.* 26. *p.* 345.

Babillonicum pellium] *Pelles Babylonica* hæ quoque memorantur in *l.* 16. §. *ſpecies*, 7. *ff. de publicanis.* Πίλλον autem Græcum Heſychius, καρβατίνη, μόνη, πίλλον. in Gloſſis *pellarius* πιλλυράφος, καὶ ἐυτελὶς ὑπόδημα ἀγροικικόν.

diuinorum animalium formoſitatem] *Equos Cappadocum* vt in commune, ita nominatim Equorum greges Dominicos, Palmatos, &c. hic intelligit. De Equis Cappadocum vt in genere plures agunt, Solinus *cap.* 47. Oppianus *Cyneg.* 1. Apuleius *lib.* 8. Dionyſius Periegetes: Ita de Equorum grege dominico & Palmatis agunt Nemeſianus *in Cynegetico*, Illuſtrius Heſychius *lib.* 1. *Chron.* in Gloſſis Nomicis Cl. Labbæi noſtri; *l. vn. C. Theod. de grege dominico*, & *l* 1. *C. Theod. de equis curulibus.* & Itinerarium Hieroſolym. (vbi perperam hactenus editum *villa Pampali*, pro *villa Palmati*. *Cappadociæ*, inquit, *manſio Andauilis: Ibi eſt villa Pampali* (*leg. Palmati*) *vnde veniunt Equi curules* propè Tyanam. Claudianus *lib.* 2. *in Rufinum*, & in laudem *Serenæ*. ¶ *Diuina* porrò vocat, huius ſeculi ſtylo, Imperatoria, ſeu ad Imperatorum vſus. In hoc eodem argumento Claudianus in laudem Serenæ,

Quos Phrygiæ matres, Argæaque gramina paſta
Semine Cappadocum, SACRIS *præſepibus edunt.*

Nemeſianus:

Cornipedes igitur lectos det Gratia nobis,
Cappadocumque notas referat generoſa propago
Argæa, & Palmæ nuper grex nomine SACRUM.

Nam ita hic verſus reſtituendus, vt alibi probo.

¶ XXII. GALATIA.

Dominus] Imperatoribus.

Ancyra] *Ancyra* metropolis Galatiæ. Libanius quoque *orat.* 26. *Apolog. p.* 599 ἐν Ἀγκύρᾳ τῇ πρώτῃ καὶ μεγίστῃ Γαλατῶν πόλει. Conſtantium porrò Imp. ibi quoque conſtitiſſe A. D. 347. docet *lex* 8. *Cod. Theod. quorum appell.* & Valentem poſtea A. D. 371. *lex* 76. *C. Th. de decurion.*

diuinum panem] Cappadocum alioquin (qui Galatis proximi) panis olim in pretio: v. Athenæum *lib.* 3. *c.* 28. *p.* 113. & *lib.* 4. *c.* 2.

¶ XXIII.

Digitized by Google

¶ XXIII. Phrygia.

L*Aodiciam*] Laodicea Lyco impoſita.

Veſtem] Sanè Laodicenam lanam Strabo *lib*. 17. *p*. 398. & Plinius *lib*. 8. *c*. 48. commendat.

ſolam] μόνην, id eſt ſimplicem, ſingularem : nam & hoc ſenſu μόνος: vel μονήρη : ἁπλοΐδα igitur intelligit, veſtem ſimplicem, quæ duplicari non poteſt, cui oppoſita διπλοΐς. Heſychius, ἁπλοΐς· μικρὸν ἱμάτιον. ἁπλοΐς χλαῖνα ἣ μὴ δυναμένη διπλωθῆναι. Item ἀπλῆγις ὁ σύμμετρος χλαῖνα, ἡ δυναμένη διπλωθῆναι. Hoc ſeculo *ſingilionem* dixêre : cuius mentio apud Trebellium Pollionem, & in teſtamento Gregorij Nazianzeni. ¶ Cæterum non fruſtra fortè hoc notauerit Auctor Sophiſta : quandoquidem Sophiſtæ in ſimplici pallio fuêre ; cum Philoſophorum Stoicorum Cynicorum pallium duplex eſſet. ¶ Poſſis tamen & hìc *ſtolam* legere: quam ſanè Sophiſtices ſtudioſi ilico vt ſtudiis initiabantur, induebant, teſte Eunapio *in Aedeſio*; Gregor. Nazianzeno, *Epiſt*. 20. Olympiodoro *apud Photium*. ¶ Tandem poſſis & hunc locum ita interpretari, quaſi dixiſſet Auctor, Laodiceam ſolam veſtem in commercio habere, nil aliud præterea; quomodo infra dicit, *Laconicam ſolo lapide cronico ornari.*

¶ XXIV. Armenia Minor.

A*Rmenia Minor*] *Armeniam Maiorem* omittit hic Auctor: nempe quia hæc ſuum Regem tum habebat Romanis amicum: ſub Conſtantino, vt teſtatur ipſius Conſtantini M. *lex* 1. *Cod. Theod. de ann. & trib.* & Zoſimus *lib*. 2. *p*. 684: ſub Conſtantio, vt docet Libanius *orat. fun. Iul. p*. 312. Julianus *orat*. 1. *in Conſtantium*, *p*. 58. Ammianus Marcell. in rebus Conſtantij *lib*. 20. *p*. 186. Tandem & ſub Juliano, *lib*. 23. *pag*. 256. *lib*. 25. *p*. 322.

Equites & ſagittarios] vide & Zoſimum. Sanè & ſub diſpoſitione Ducis Armeniæ memorat Notitia Imperij, *Equites, Sagittarios, Sabæ* & *Equites Sagittarios, Domanæ* excubantes.

¶ XXV. Paphlagonia & Pontus: Et communia Cappadocibus & Galatis.

D*Octrina*] De *Cappadocum* & Cæſarienſium hac tempeſtate doctrina v. & Libanium *orat*. 26. *Apolog*. *p*. 599. & *de vita ſuâ* : v. & Eunapium *in Aedeſio, Iuliano* (inde enim vterque fuit, Ædeſius & Julianus) Sanè

Digitized by Google

fidem faciunt & quamplurimi, quorum ſcripta memorat Suidas: ſed &, Gallus & Julianus eruditi hâc tempeſtate, anno fere 339. in Marcellio, prope Cæſaream Cappadociæ: teſte Ammiano Sozomeno, Cedreno. De Ponticis v. Eunapium *in Proæreſio p.138.* De Galatâ Theone, vide Eunapium *in Ionico p. 186.* Item de Helleſponto Galatâ, vide Eunapium *in Chryſanthio p.202.* ¶ Poſſet & hîc longa pagina confici clarorum in Eccleſiâ hâc tempeſtate virorum, ex hiſce prouinciis, Cappadocia, inquam, Galatia, Paphlagonia, Ponto.

hiſtoria] Quamnam Hiſtoriam & Hiſtoricum intelligit? An verò & hic hiſtoriam vocat, hiſtoricam relationem eorum qui ibi fuerunt?

Viros itaque] γρ. *viroſa*: *Viroſaque Pontus* Virgilio 1. *Georgic.* Nam ſic malo *viroſam Pontum* dixiſſe Virgilium, quàm *viroſa Caſtorea*: quod Seruius non intellexit. Et ſane Auctor hic non vno loco Virgilium hoc libello expreſſit.

audire] i.ſcire, noſſe: dixi ſupra *in Syriâ in v. audientes. c.17. in pr.*

aſpice in duo Comitata] Hinc liquet, hunc Auctorem eo tempore ſcripſiſſe, quo duo Imperij Romani Imperatores erant: cuiuſmodi ſanè duæ Imperatorum bigæ & ξυνωρίδες fuerunt, *Conſtantius & Conſtans: Valentinianus & Valens*; quorum vnus Orienti, alter Occidenti præfuit. Sanè priorem bigam & Libanius *Baſilico ſuo* coniunxit, & laudibus proſecutus eſt. Ad eoſdem hoc ipſo tempore ſcripſit Julius Firmicus Maternus libellum de *errore profanarum religionum.*

Comitata] Ex hac etiam voce apparet de ſeculo Auctoris: Κομίτατον pro Comitatu ſeu Aula Principis apud Socratem quoque *in Epiſt. Conſtantij Imp. ad Athanaſium, lib. 2. c. 23.* Epiphanium, *contra Ebionæos* & *contra Meletianos*, & *in Epiſt. ad Alexandrum Papam apud eundem contra Ariomanitas.* Cuiuſmodi ſimiles aliæ voces in Græcum detortæ hîc occurrunt. φρίζατα, fortè *ſupra vbi de Seleucia*: πάλλιον, ſupra *vbi de Cappadocia*: Κιρκήνσιον pro circo ipſo ter infra *vbi de Nicodemia, & vbi de Roma, & Gortina*: Σένατον, infra *vbi de Roma*: Κελλάριον, infra, *vbi de Campania* (quæ vox Conſtantiani fermè ſeculi vide *l. 9. Cod. Theod. de annona & trib.*) βηλάρια, infra vbi de Cypro: πῆγνα: μιτωρεῖν.

temptari] Cappadoces, Pontici, Paphlagones, Galatæ, in miniſterio Principum hoc æuo fuêre: Miniſteriani ſcil. Caſtrenſiani, Pædagogiani. Sanè & iam olim Mazacas ſeu Cappadoces, & quidem Equites, in priuato miniſterio fuiſſe clamãt veteres Hiſtorici & Poëtæ, & in his Juuenalis, *Satyra* 7. Martialis, 10. *ep.* 76. Perſius *extremo*. Deniq; ὀρεσινέοι fuêre Capadoces, quomodo Georgium Cappadocem vocat Sozomenus *lib. 3. c. 6. inf.*

Sunt enim valde fideles] Sanè & ibi inter primas Chriſtiana fides recepta; vide relationem Plinij *ad Traianum.* Atquin Cappadoces ad falſa teſtimonia à naturâ & ab arte factos, atque in id ſe auctoraſſe Scholiaſtes Perſij ait? Deinde notum de tribus κάππα? Et Epigramma vetus *αἰθιοπίας.*

deuitia]

deuitia] Fortè reſpondeat hæc vox Græco *ἀκακία*; niſi malis legere, *diuitia*.

maioribus & melioribus proficere coguntur] Hoc vult, Cappadoces, Galatas, Ponticos, Paphlagones tantâ fide cenſeri, vt à miniſterio Principis, poſtea ad maiores dignitates ſubuehantur.

¶ XXVI. Isavria.

LAtrocinia] Hinc colligere mihi videor, per hæc tempora Iſauros quietos fuiſſe: qui tamen vt cæteroquin, ita & ſub Conſtantio etiam ſæpe inquieti fuêre, Ciliciam (cui Iſauria propinqua etiam ab hoc auctore dicitur) Lyciam, & Pamphyliam nominatim infeſtauêre: Ammianus *lib.14.p.4.* A.D.353. *Iſauri, quibus vſitatum eſt ſæpè pacari, ſæpeque inopinis excurſibus cuncta miſcere*: & iterum *lib.19.p.166.* A.D.359. *Iſauri*, inquit, *diu quieti paulatim reuiuiſcentes per furta & latrocinia finitimos affligebant*: ſub Valente teſtis Zoſimus *lib.4.p.746.* ſub Arcadio, teſtis idem Zoſimus *lib.5.p.802.* & *l.vit. Cod.Theod.de quæſtion.*

inuictum nomen] Ita ſcilicet Gentiles æternitatem Imperij Romani præſumebant: de quo vide ſaltem Symmachi *Relationem*, & Rutilium *Numantianum*.

¶ XXVII. Pamphylia.

SIden] *Sidi* in Tabula Theodoſiana: *Sideniſte* apud Ammianum in rebus Conſtantij *lib.14.p.6.* vbi de Iſauris Pamphyliam incurſantibus agit. Poſt Pergen & Siden tertia Pamphyliæ ciuitas fuit *Aſpendon*. Philoſtratus *lib.1. de vita Apoll. c.11.* Ἀσπενδον τὴν Παμφύλων, ἡ πόλις αὕτη τρίτη τῶν ἐκεῖ.

¶ XXX. Asia.

CAria. *Et ſic eſt maxima* Asia] *Aſiam Perconſularem* intelligit, quæ ita ſpeciatim vocabatur, quamque pariter deſcribit Eunapius, *in vitâ Maximi, p.106.* Ἀρχὴν μείζονα ἀνθύπατον τῆς νῦν ἰδίως Ἀσίας καλουμένης. αὕτη δὲ ἀπὸ Περγάμου τὸ ἁλιτενὲς ἐπέχουσα πρὸς τὴν ὑπερκειμένην ἤπειρον ἄχρι Καρίας ἀποτέμνεται, καὶ ὁ Τμῶλος αὐτῆς περιγράφει τὸ πρὸς Λυδίαν; id eſt, *Magiſtratum maiorem, Proconſulem Aſiæ, quæ ſpeciatim nunc ſic vocatur. Ea verò à Pergamo maritimam oram complexa in continentem Cariam vſque deſinit: & Tmolus mons eius fines ad Lydiam circumſcribit*, v.& Notitiam *Imperij*.

Smyrna] In Tabula quoque Theodoſiana, *Smyrna Metropolis*.

Digitized by Google

alicem] γ. *alitem*, vt ſuprà in Syriam c.17.§.12. de *Lydda purpura alitina*.

¶ XXXI. Hellespontvs.

POST *hanc*] *Helleſpontus* Aſiæ Proconſulari contigua: & vero etiam ſub eodem Proconſule Aſiæ; teſte vel Notitia Imperij.

Cyzicum] Ammianus quoque *lib.26.p.349. Cyzicum*, ait, *vrbem Helleſponti, inexuperabili mœnium ambitu, monumentis quoque veteribus cognitam.* In ea quoque Valens aliquando egit, vt docet *lex 17. Cod. Theod. quorum appell:* Omittere non poſſum, A.D.343. propoſitam dici *Cyzico legem 21. C. Theod. de appellat.* quæ inſcribitur Scyllacio, proculdubio *Conſulari Helleſponti*.

poſitione] θέσει. alibi diſpoſitione. v. c.17.§.4.

Venus] Ammianus *lib.22.p.228.* in geſtis Juliani, *Cyzicum & Dindyma religioſa Matris Magnæ delubra.*

¶ XXXII. Bithynia.

OMnem *fructum facit*] Libanius, *extremo Baſilici*, ἀρεῖται ἢ τὸ Βιθυνῶν ἔθνος τοῖς ὅτι ἂν ἐπιθυμῶσι λαβεῖν.

Niciam & Nichomediam] Vtraque etiam Bithyniæ vrbium mater ab Ammiano vocatur *lib.17.p.105. & lib.27.p.332.* Utraque in Tabula Theodoſiana lato ambitu cum ſex turribus repræſentatur, vt cæteræ matres vrbes: Utramque ſæpè multis commendat Libanius: & Nicomediam ſpeciatim *monodiâ ſingulari*, tùm & alibi κάλλει μεγίστην, *orat. fun. Iul. p.* 314. & multis locis, Κάλλην Νικαίαν.

ornata & conſtans] καὶ σύστατος, vel κατάστατος: indicat ornatum ciuitatis ex proportione & ſymmetria ædificiorum & vicorum ſibi vndiquaque conſtantium.

& in omnibus abundans] Zoſimus *lib.1.p.649.* Νικομήδειαν μεγίστην οὖσαν καὶ εὐδαίμονα, διά τε πλοῦτον, καὶ τὴν εἰς ἅπαντα εὐπορίαν, ὀνομαστοτάτην.

Baſilicam antiquam] Baſilica antiqua Nicomediæ de cœlo tacta & combuſta, à Conſtantino poſtea inſtaurata: De Baſilicâ ſanè ipſâ, vide & Monodiam Libanij *pag.5. vel.204.206.* Baſilica autem hæc combuſta anno Conſtantiniani Imperij 26. vel 27. i. A.D.333. vel 334. eo ipſo anno quo Conſtantinus ſimulacra & fana euertit, reditus eorum Eccleſiis donauit. Cedrenus τῷ κς΄ καὶ κζ΄ ἔτει αὐτοῦ τὴν κατὰ τῶν εἰδώλων καὶ τῶν ναῶν αὐτῶν καθαίρεσιν ἐπέτεινε· τὰς δὲ προσόδους αὐτῶν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ ἐκύρωσε. Τότε καὶ ἡ ἐν Νικομηδείᾳ βασιλικὴ πυρὶ θείῳ ἐφλέχθη. ¶ Hinc interim omnino appareat, hunc libellum ſcriptum ante Nicomediam, ſub Conſtantij extremis, Cereali Cos. terræmotu collapſam A.D.358. de quo alioquin v. Victorem Schotti, *in Lucio Vero:* Ammianum *lib.17.p.105.106.* & prædictam

ſuper

Digitized by Google

ſuper eo Libanij *Monodiam*, Cedrenum, Chronicon Alexandrinum.

à Conſtantino] Baſilicam antiquam Nicomediæ à Conſtantino inſtauratam hic Auctor ait: quod alibi non reperio. ¶ Sanè vt & hoc obiter notem, victoriam de Licinio Conſtantinus antea apud Nicomediam obtinuit, *l.1. Cod. Theod. de veteranis*, & *Chronicon Alexandrinum*. Sed & Conſtantinum Nicomediæ egiſſe A. D. 328. vbi & vicenalia eius celebrata docet *lex vn. C. Th. de menſis oleariis*: & Socrates *lib.1. cap.27*. Hieronymus *Chronico*, & *Chronicon Alexandrinum*. Sed & Drepanum apud Nicomediam condidit, & in honorem matris Helenopolin vocauit, teſte vel Cedreno, qui id refert in annum Imperij Conſtantini 22. id eſt, eo ipſo anno A. D. 328. Neque omittendum, quod Euſebius Nicomediæ Epiſcopus Arrianorum ſignifer in maximâ apud eum gratia fuerit, cui etiam teſtamentum ſuum credidit. Quinimo & extremo vitæ ſuæ A. D. 337. cùm ſuſceptâ in Perſas expeditione *Nicomediam* veniſſet, & in ſuburbano eius baptizatus, mox obiiſſe, ipſo Pentecoſtes die memoratur. ¶ Baſilicam verò hanc Nicomedienſem quando Conſtantinus inſtaurauerit nemo eſt qui dicat; verùm cum ea incendio abſumpta fuerit anno 333. vel A. D. 334. ſanè paulo poſt inſtauratam vero ſimile eſt.

Circenſes] *Circenſe* (Nam ita lego) κιρκήσιον vel κιρκήσιον hic pro Circo ipſo: pariter vt infra vbi de Roma: item infra vbi de Gortina Cretæ, vt ſupra dixi in Comitata. Ita κιρκήσιον φρούριον apud Zoſimum *lib.3*. Procopium *lib.3. Perſicῶν* quod κυκλούμενον, i. in circum clauderetur flumine Abora & Euphrate: quod Latinis vel *Circum*, vel *Circeſſum*. Sanè & iam antea Arrianus *in Epictetum* κιρκήσια dixit, pro *ludis Circenſibus*. De hoc porrò Nicomedienſium Circo vide prædictam Monodiam Libanij; ποῦ ὁ ἱππόδρομος, inquit, βαβυλωνίων τειχῶν ἰσχυρότερος;

¶ XXXIII. Thracia.

IN *fructibus*] id eſt frugibus: Ita paſſim hic Auctor: vide quæ noto infra *in Pannonia*.

frequenter inde milites tolluntur] *Delectus Militum* è Thraciâ: ac nominatim ſub Conſtantio; vide Ammianum *lib.20. pag. 81*. ſub Valente & Theodoſio, ad belli Gothici neceſſitatem. Atque hæc vna eſt ex opportunis regionibus & prouinciis, vnde tirones exhiberi iubentur à Valente & Theodoſio, *l.2.* (quæ *Martianopoli* data prope Thraciam) & 7. *C. Th. de tironibus*. De Marte Thracio, & Thracibus iam olim Romanæ militiæ adſuetis paſſiua obſeruatio eſt.

Conſtantinopolis] Ex hoc loco, pariter vt ex altero *cap. 18. ſuprà* vbi *Conſtantinopolim Thraciæ* vocat, colligat quis, Conſtantinopolim nondum nouam Romam, nondum Regalem, nondum Romæ exæquatam huius libelli tempore extitiſſe, quandoquidem eam citra elogium au-

Digitized by Google

ctor hic tranſmittat, *Thraciæ vrbem ſplendidam* nominare contentus: Contra verò non Romam tantùm, verùm etiam Antiochiam Regales vrbes vocat. Et tamen de Conſtantino M. ipſo memorant Sozomenus *lib. 2. cap. 2.* & Auctor Chronici Alexandrini, *Conſtantinopolim à Conſtantino M. maximo Senatu illuſtratam & donatam*, βουλευτηρίῳ μεγάλῳ ἢ συγκλήτῳ. Quod ſanè non de Curiâ accipiendum, cuiuſmodi Curiæ alioquin ciuitatum metropolitanarum fuerunt, veluti Carthaginis iam olim & Vrbis Treuericæ, quod Vopiſcus *in vita Floriani p. 232.* teſtatur: quod ipſum tamen pro magno beneficio olim conceſſum à Principibus, vt videlicet Senatum & Senatores, numerumque Senatorum maiorem Vrbi habere liceret, quod liquet ex Plinij epiſt. *lib. 10.* & Dione Chryſoſtomo. Rurſum de eodem Conſtantino M. prodit Chronici Alexandrini Auctor, *Eum Præfectum Vrbis dediſſe Conſtantinopoli.* Tandem exſertè ſcribunt Socrates, *lib. 1. c. 12.* Sozomenus, *lib. 2. c. 2.* & ex iis Paulus Diaconus, *lib. 11. miſcella hiſt.* Conſtantinum M. Vrbem Conſtantinopolitanam Romæ honore parem effeciſſe, & nouam ſeu ſecundam Romam appellaſſe, appellarique voluiſſe lege in id lata, quæ columnæ lapideæ inciſa fuerit, & in Strategio poſita prope ſtatuam Conſtantini Equeſtrem: Denique in omnibus ἰσάμιλλον τῇ πρεσβυτέρᾳ πόλει Ῥώμῃ feciſſe. Imò Socrates *lib. 1. cap. 26.* & Sozomenus *lib. 2. cap. 32.* tradunt, Conſtantinum teſtamento ſuo priuilegia vt Romæ ita & Conſtantinopoli multa reliquiſſe; vbi tamen de priuilegiis Romæ conceſſis valde dubito: Nam quænam illa eſſe poterant, quibus iam ab antiquo omnibus potiebatur? Et ſanè Socratis & Sozomeni verba ita potius accipio, quod Conſtantinus teſtamẽto ſuo eadem πρεσβεῖα ſeu priuilegia, ſecundo tamen loco Conſtantinopoli conceſſerit, quæ Romæ competebant, etſi id verba eorum non ita clarè exprimunt. Jam ſi ad ſequentes mox Impp. progredimur, Libanius *in legat. pro Antiochenis ad Iulianum p. 159.* vtramq; Romam nominat, & Antiochiam tertiam facit νεῶσον δὴ πρὸς τὴν Ἀθηνᾶν, ἧς τὴν πόλιν ὥσπερ Ῥώμην ἑτέραν ἐπιθυμεῖς ἰδεῖν. Item, ἐν ταῖς μετὰ δύο τὰς πρώτας τεταγμένην. Imò ſi ad Conſtantij tempora adſurgimus, ſanè 20. tantum annis poſt Conſtantinum, A.D. 356 Julianus *orat. 1. in Conſtantium* apertè ait, Conſtantinopolim ſecundam à Româ iam tùm fuiſſe, δευτέραν τετάχθαι *p. 23.* & apud *Suidam.* Item Libanius *orat. funebri in Iulianum p. 263.* apertè ait, ſub Conſtantio iam Conſtantinopolim πρὸς τὴν Ῥώμην εἰκασθεῖσαν τοῖς ὅλοις: & Eunapius *in vita Libanij p. 169.* ἄρτι πηγνυμένων εἰς μέγεθος καὶ ἀκμάζουσαν. Vt ex his omnibus appareat, à Conſtantino M. ipſo Conſtantinopolim Romæ exæquatam. Et tamen quædam obſtare videntur: Primum enim Hieronymus *in Chronico*, Socrates *lib. 2. c. 41.* Idacius *in Conſularibus*; & Auctor Chronici Alexandrini aiunt, *Primum Præfectum Vrbis Conſtantinopolitanæ Honoratum ſub Conſtantio A.D. 359. factum:* Non æquè obſtat, quod Conſtantinopolim à Cõſtantio nouis incrementis auctam Themiſtius *orat. 13.* A.D. 354. teſtatur, peculiari quadam in eã Vrbem propenſione, eò quòd eodem

Digitized by Google

eodem tempore Conſtantinopolis à Patre eius condita fuiſſet, & ipſe Cæſar factus: quâ cauſa vocat Themiſtius πόλιν τῆς βασιλείας ἡλικιῶτιν, quæ tamen verba in alium ſenſum Vir doctiſſimus traxit. At rurſum obſtat quod Zoſimus ait, *lib.3.p.713.* Julianum Imp. Conſtantinopoli natum & educatum poteſtatem feciſſe Vrbi habendi Senatus vt in Vrbe Româ: ἔδωκε μὲν τῇ πόλει γερουσίαν ἔχειν ὥσπερ ἐν τῇ Ῥώμῃ. Vt hoſce ſcrupulos alibi cum curâ eximam: Ita huius iam libelli tempore circa A. D. 347. Conſtantinopolim principe loco in Oriente fuiſſe, imò Conſtantinum horum πρεσβείων auctorem eſſe hæc auctoris mox verba ſatis indicant, vbi ait, *Conſtantinopolim omnia præcipua habere, propter Conſtantinum.* ¶ Inter alia porrò priuilegia & πρεσβεῖα Vrbi Romæ æqualia Conſtantinopoli conceſſa fuit & *ius Italicum*, quod ademptum, à Valente poſteà aliquando renouatum fuit *l. vn. C. Th. de iure Italico Vrbis Conſtant.*: Ius, inquam, Italicum (vt hoc doceam) non quo ipſa frueretur: Nam quid opus iure Italico Vrbi ipſi, ſi iam ipſi Romæ in omnibus exæquata fuerat? Verum quod ipſa impertiret & tribueret aliis municipiis in Oriente: quomodo Roma meliori iure Italicas colonias faciebat. Nempe enim Conſtantinopolis ex hoc priuilegio, pro arbitrio ſuo ciuitates in Romanas ſeu Italici Iuris colonias redigebat, eiſque alias ciuitates adiungebat, ſubiiciebat, ortaſque inter eas controuerſias diſcingebat. Quod ſingularis admodum locus oſtendit *epiſt.36.* inter Julianeas *epiſtolas p. 256 & 263.* vbi agit de iure Italico tributo Corinthiis ſub Conſtantio Imp. & Conſtantinopolitanâ vrbe, & de Argiuis qui Conſtantinopoli Corinthijs tanquam vectigales adiuncti fuerant: Κορίνθιοι, inquit, αὐτὴν προσνεμομένην αὐτοῖς ἀπὸ τῆς βασιλευούσης πόλεως: Et mox, Οἷς δοκοῦσι παρὰ τῆς βασιλευούσης προσειληφέναι πόλεως: ἐπειδὴ αὐ, inquit, τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποικίαν ἐδέξατο. Hûc etiam pertinere iam ſcio quod Sozomenus *lib.7.cap.9.* cùm de exæquatâ Conſtantinopoli Vrbi Romæ agens, ait inter cætera: καὶ τὰ σύμβολα κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων ἐκείνῳ: Nempe σύμβολα ibi ſunt, αἱ συνθῆκαι ἃς ἂν πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια vt Harpocration & Suidas teſtantur. Hinc & ἀπὸ συμβόλων δικάζειν Heſychius, ἐδίκαζον οἱ Ἀθηναῖοι ἀπὸ συμβόλων τοῖς ὑπηκόοις, καὶ τοῦτο ἦν χαλεπόν Et ſic hâc poſtremâ obſeruatione tria iam habes, Sozomeni verborum ſenſum, quem interpres vt alia multa non cepit: Item, quo ſenſu ius Italicum Vrbi Conſtantinopolitanæ conceſſum dicatur: tandem quæ vis fuerit iſtius iuris Italici ei conceſſi: nempe, vt quemadmodum Roma olim ſola Italici iuris colonias faciebat, ſeu Italicum ius municipiis concedebat, ita & Conſtantinopolis quoque in Oriente id ius exerceret: hiſceque coloniis alias vrbes tanquam miniſtrantes attribueret: nataſque deinceps inter eas Italicas colonias & his adiunctas προσνεμομένας controuerſias ipſa diſcingeret, vtpote ἀστέων ῥίζα. Quare non ſunt audiendi, qui Conſtantinopolim iuris Italici coloniam tradunt, eóque dictam *l. vn.* traducunt. Et quid de *l. vn C. Iuſt. de priuil. vrbis*

Conſtantinop. ſentiendum ſit, dicam alio loco prolixè. Sanè hinc etiam liquet, ex *d.l.vn.C.Th.de Italico iure vrb. Conſt.* Iuris Italici beneficium illud Conſtantinopoli conceſſum fuiſſe longe ante Theodoſium M.

Heraclea habet regale Palatium] Sanè Conſtantini M. conſtitutiones ibi datæ aliquot mihi occurrunt A.D.326. & 329. Valentis item conſtitutio A.D.365. Heracleæ data dicitur, puta *lex* 8. *C.de re milit.* ad Equitium Comitem & Magiſtrum Militum. Omitto de cæteris.

Circenſium] Conſtantinopolis *Circenſium* ſpectaculo dedita: v. etiam Eunapium *in vita Aedeſij.p.*41. adeò quidem, vt diuerſæ ciuitates equos curules in id alerent, vt docet *lex* 21.22. *Cod. Theod. de diuerſis offic.* De *Circo* ipſo ibi à Conſtantino M. excitato multi meminêre: In his Auctor Chronici Alexandrini A.D.328. & 330. Plenè agit Onuphrius *de ludis Circenſibus c.*27.

omnia præcipua] *Præcipua*, i. πρεσβεῖα, æqualia vrbi Romæ: de quo iam ſupra: ſed & canone 3. *Conſtantinopol* & *Calchedonenſi* 28 & *l.* 35. *C.The. de Epiſcopis*: ex quá pro parte deformata *l.* *x vn. C. de priu. vrb. Conſt.* Neque enim de operibus publicis, de quibus ſupra proximè vbi de Heraclea, id accipiendum: neque eo ſenſu, quo de Mediolano Auſonius,

Et Mediolani mira omnia, copia rerum,
Innumeræ cultæq; domus.

habere poteſt] pro *habet*, vulgatâ Poëtis, etiam Virgilio (quem hic auctor non ſemel expreſſit) & venuſtâ formula: de quâ Canterus *Nouarum lect.* 2. *cap.* 2. Quanquam neſcio quid inuidiæ hæc omninò ſubolere mihi videntur in ſcriptore Syro, cui proculdubiò τὰ πρεσβεῖα τ̃ τιμῆς Antiochiæ præcepta dolebat. Quare etiam Conſtantinopolim ſemper ſine elogio tranſmittit.

Propter Conſtantinum] Quia ſcilicet is Conſtantinopolim ad hoc decus ſubuexit, vt iam altera Roma eſſet: de quo iam ſupra.

ſeuiſſimè ſectatur] *Seuiſſimè*, id eſt feruentiſſimè, auidiſſimè, cum maxima animi contentione: vt de Carthagine infra. *Vnum ſolum ſpectaculum valde contentioſè expectant* (ſpectant) *habitantes, Munerum.*

¶ XXXIV. Macedonia.

FErrum] *Metalla* & metallarij per Illyricum, vt docet Notitia Imperij ſub Com.S.L. & *lex* 3.7.8. *C.Theod. de metallis*, & ſubſcriptio *legis* 9. *C. Th. de indulg. debit.* ac nominatim per Macedoniam: Vt omittam vetuſtiora, de metallis in Macedonia inſtitutis iam inde A.V.C. 597. teſte Caſſiodoro: ingenſque vectigal metalli Macedonici fuiſſe, teſte Liuio *lib.*65. Sanè de eo nominatim fidem facit Valentiniani conſtitutio A.D.370. *d.l.*7. *Cod. Theod. de metallis*: & Valentis *l.*8. *d.tit.*

Theſſalonica, vna ciuitatum] v. ſaltem Theodoretum *lib.*5 *c.*17. Antipatrum *lib.*1. *αἰθαλογ.* Iulianum *orat.*2 *p.*190. & 200. Ibi quoque egiſſe Conſtantium,

ſtantium A.D. 346. docet *lex 7. Cod. Theod. de exactionibus.*

¶ XXXVI. ACHAIA ſeu GRÆCIA & LACONICA.

LACONICE] *Laconica* ab Achaia ſeparatur; quomodo etiam ſeparatur in Tabula Theodoſiana, *Achaia, Arcadia* LACONICE.

Corinthum & Athenas] Duæ hæ Achaiæ Metropoles: Illa tamen prior, quomodo etiam Vopiſcus horum ipſorum temporum ſcriptor eam præponit *in vitâ Floriani*: Et Auſonius tamen poſtea Athenas claris vrbibus accenſens, Corinthum non nominat.

Corinthum] Metropolis hæc vna è duabus Achaiæ: quod etiam probat hac tempeſtate ſubſcriptio *legis 2. C. Theod. de accuſat. l. 1. C. Th. de denunciat.*

Athenas] Metropolis hæc & oculus Achaiæ; v. Libanium *panegyr. ad Julianum p. 177.* & *oratione funebri Iul. p. 267.* Quo honore & loco eam habuerit Conſtantinus M. v. Julianum *orat in Conſtant. p. 22.*

magis fama doctrinæ & orationum glorificari poteſt] Tum Sophiſtam ipſum Auctorem, tùm ſeculum Auctoris hoc vel maximè arguit: Nam vt omittam vetuſtiora teſtimonia, in quîs illud Senecæ, *omnibus ſua decora ſunt: Athenæ eloquentia inclytæ ſunt, Thebæ ſacris, Sparta armis*, paria reperies paſſim de *Athenarum* hac tempeſtate laude & doctrina, ſtudiorumque & literarum ibi mercatu & domicilio, apud Libanium de *vita ſuâ, in Baſilico: in orat. funebr. in Iulianum p. 267.* Eunapium *in vitis Sophiſtarum* paſſim: Auſonius quoque *in claris Vrbibus*:

Attica facundæ cuius mera gloria linguæ.

Ibi ſanè etiam Julianus ſub Conſtantio inſtitutus. Sed & Eunapius *in Oribaſio*: Πολὺς αὐτῷ χωρεῖ λόγος ὅτι Ἀττικὸν μῦθον καὶ τὸ ἀγαθὸν οἰκεῖον. Hinc Julianus, Proæreſius, Epiphanius, Muſonius, Hemerius, Libanius, alij tot hâc tempeſtate in eâ clari Sophiſtæ. Et conſummanda Iuuentus eò paſſim ablegata & profecta hâc tempeſtate: etiam Chriſtianorum, veluti Gregorius Nazianzenus, vbi & poſtea publicè profeſſus, Baſilius Cæſarienſis Cappadox: De quo rectè Baronius Annalibus Eccleſiaſticis ſub Conſtantio *A.D. 354. à n. 25. ad finem anni.* Hinc & hoc ſeculo *Attica doctrina* pro Græca, *l. 11. Cod. Theod. de medicis & profeſſ.* Denique hic σοφιστικοὶ θρόνοι fuerunt.

Amphitheatri] *Amphitheatrum* inſigne *Corinthi*, vbi ſcilicet venatio ferarum exhibita, τὰ κυνηγέσια. De hâc venatione ferarum & Theatro Corinthi agit quoque Julianus Epiſt. pro Argiuis 36. p. 259. οὐδὲ γὰρ εἰς χορηγίαν ἀγώνων γυμνικῶν ἢ μουσικῶν, οἱ Κορίνθιοι τῶν πολλῶν δέονται χρημάτων, ἀλλὰ τὰ κυνηγέσια τὰ πολλάκις ἐν τοῖς θεάτροις ἐπιτελούμενα ἄρκτους καὶ παρδάλεις ὠνοῦνται).

& hiſtorias antiquas] *Et hiſtoria antiquas*, i. viſu antiquas. *Hiſtoria* vox hoc ſenſu non vno loco apud hunc Auctorem: Dixi ſupra *in Ægypto cap. 18.* in verb. *hiſtoria maxima offerunt.*

Cronico lapide] Num intelligit Smaragdum Laconicum, de quo Plinius *lib.31.c.5.* Solinus, & verſus Eucheriæ inter *Pithœana lib. 4. p. 158?* An marmor Laconicum; de quo præter Statium *Epithalamio Stellæ: & lib. 2. Syluarum*; Martialem *lib.1. epiſt.56.* Lampridium *in Heliogabalo*, & *Alexandro Seuero:* Lucianum *in βαλανείῳ*: & illud Juuenalis: *Qui Lacedæmonium pytiſmate lubricat orbem.* vbi vetus Scholiaſtes, *marmor Lacedæmonium* quoq; interpretatur. Laconica ſcilicet habuit λατομίας λίθου πολυτελοῦς, vt olim Tenarij marmoris in Tænaro monte: poſtea in Taygeto.

❡ XXXVII. Epirvs.

Et *pirus*] καὶ *Ephyrus*, quam Ætoliæ ciuitatem Plinius memorat *lib. 4. c. 2.* & Stephanus *de vrbibus*: vbi tamē *Ephyram* vocat ex Parmeniſco. Nam Epyrus & Ætolia eadem vt mox dicitur, licet olim diuerſæ Plinio *d. lib. 4. cap. 1. 2.*

odire] Niſi ſcirem interpretem ſtolidiſſimum, tuerer & hanc vocem, quam defendi alioquin libris *ad Nationes Tertulliani.*

ſpeciem] v. ſupra notata in Seleucia in v. *fiſcales ſpecies.*

❡ XXXVIII. Dalmatia.

Caſeum] De *Caſeo Dalmatico* Plinius quoque *lib. 11. cap. 42. Dalmatica*, inquit, *Docleatem caſeum mittunt.*

tigna tectis vtilia] *Tignorum* appellatione ICtis. noſtris vſurpata intelligit omnem *materiam* ædificando vtilem.

ferrum] Hinc & Metalla per Illyricum (cuius prouincia inter alias *Dalmatia*) vide *l. 7. 8. Codice Theodoſiano de metallis.*

Dirracium, &c.] Nuper admodum id factum, octauo vel nono Conſtantij anno, i. A.D. 344. vel 345. vno anno ante portum Seleucenum extructum. Hieronymus *Chronico* anno Imp. Conſtantij 8. *Dyrrachium*, inquit, *corruit terræmotu: & tribus noctibus ac diebus Roma nutauit: plurimaque Campaniæ vrbes vexatæ.* Cedrenus in annum Conſtantij nonum reiicit. τῷ θ' ἔτει Δυῤῥάχιον πόλις τῆς Δαλματίας ὑπὸ σεισμοῦ διεφθάρη, καὶ Ῥώμη ἐν τρισὶν ἐκινδύνευσεν ἡμέραις σειομένη. τῆς δὲ Καμπανίας ιβ' πόλεις διεφθάρησαν.

❡ XL. Brvttivm.

Veſtem *byrrum*] *Canuſinas*, ſeu canuſinos byrros intelligit: de quibus multa mentio apud Suetonium, Plinium, Martialem. Vopiſcus Carino. *Donati*, inquit, *ab Atrebaticis byrrhi petiti, donati byrrhi Canuſini.* Qui quidem

Digitized by Google

quidem Vopiſcus hoc ipſo tempore ſcribebat ſub Conſtantio poſt A. D. 343. (nam Placidi Conſulatum eius anni memorat) in vita *Aureliani*.

Vinum] *Vinum* Brutium, cuius mentio quoque *l. 4. C. Th. de Suarijs.*

¶ XLI. LVCANIA.

L*Ardum*] *Lardum* Lucaniæ; de quo v. etiam *d. l. 4. C. Th. de Suarijs.* Cæterùm laridi appellatione, etiam laridum buba linum (cuius mentio in epiſtola Valeriani apud Vopiſcum *in v. Probi*) intelligo. Nam & Lucania armentis boum nobilis, Lucillij veteri teſtimonio:

Quem neque Lucanis oriundi montibus Tauri
Ducere protelo validis ceruicibus poſſent.

Et hoc eſt quod ait noſter mox, *propter quod eſt in montibus, cuius eſcam animalium variam.*

¶ XLII. CAMPANIA.

C*Ellarium*] Κελλάριον, de quâ voce dicam plenè ad *l. 6. C. Th. de annona & trib.* Campania *cellarium* Romæ. Sanè & carnes Romæ præbuit, v. *l. 3. C. Th de ſuarijs.*

¶ XLIII. ITALIA & ROMA.

E*T poſtea in* ITALIAM] Notatu dignus locus, quo *Italia* à Calabria, Brittio, Lucania, Campaniâ appellatione ſeparatur. *Italia* nempe ſpeciali ſignificatu ea eſt, quæ à Româ fermè ad Alpes decurrit: quo ſanè vel proximo ſignificatu Italiam accipi ſolitam hac tempeſtate docebo pluribus ad *legem 6. C Th. de annona & trib.* Ita apud Athanaſium *non ſemel.* In Synodi Sardicenſis epiſt. ad Alexandrinos apud *Athanaſ. Apol. 2. p. 588.* ἡ ἁγία σύνοδος ἡ συναχθεῖσα ἀπὸ Ῥώμης, καὶ Ἰταλίας, Καμπανίας, Καλαβρίας, Ἀπουλίας. Et Athanaſius ipſe prouincias recenſens, ex quibus ad Synodum Sardicenſem Epiſcopi conuenerunt; Ἰταλίας inquit, Πικηνοῦ, Τουσκίας, Καμπανίας, Καλαβρίας, Ἀπουλίας, Βρεττίας, &c. Epiſtola *ad ſolit. vit. p. 640.* de Epiſcopis agens qui ſecum communicabant, ἀπό τε (inquit) τῆς μεγάλης Ῥώμης, καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης: Καλαβρίας τε καὶ Ἀπουλίας, καὶ Καμπανίας, Βρεττίας τε, &c.

regitur à prouidentia] Hoc vult, ſingulari prouidentiâ Deum Italiam dignari.

in Italia vinum, &c.] Sabini, Tiburtini, Tyrrheni meminit quoque Athenæus.

Quiſque enim Imperatorum, aut nunc qui ſunt] Sanè vt vetuſtiores omit-

tam, & Conſtantius A.D.358. Urbis ornamentis poſtea addidit Obeliſcum in Circo Maximo, de quo Ammianus *lib.16 p.78.* & *lib.17.p.89.99.* & *vetus inſcriptio.* ¶Quid verò Conſtantius & Conſtans huius iam libelli conſcripti tempore Romæ ædificauerint, in obſcuro latet: certè ædificaſſe, hic libellus docet.

forum Traianum] Et hoc illud eſt, quod Conſtantius A.D.357. inter cætera cum maximè Romæ miratus eſt: teſtis Ammianus *lib. 16. pag. 77.* ***Cum ad Traiani***, inquit, *forum veniſſet, ſingularem ſub omni cœlo structuram, vt opinamur etiam Numinum aſſenſione mirabilem, hærebat attonitus per Giganteos contextus circumferens mentem, nec relatu effabiles, nec rurſus mortalibus appetendos. Omni itaque ſpe huiuſmodi quidquam conandi depulſa, **Traiani equum ſolum** locatum in atrij medio, qui ipſum Principem vehit, imitari ſe velle dicebat, & poſſe, &c.* Neque fruſtrà huius potiſſimum operis Romæ meminit: quod ſanè hâc tempeſtate celebratiſſimum erat: & in quo paſſim leges proponebantur, vt Codex Theodoſianus oſtendit toto hoc ſæculo: ac nominatim ſub Conſtantio *l.3. de ſepulchro viol.*

Baſilicam] Baſilicam Vlpiam in foro Traiani intelligit.

Circenſis] ℞. *Circenſe*, vt ſuprà de Nicomedia; & infra de Gortina. Porrò *Circum maximum* intelligit Auctor hic qui multis ſtatuis ornatus, vbi & Obeliſcus à Conſtantio excitatus.

a amento] *Aeramenti* appellatione hîc æneæ Imagines & ornamenta intelliguntur, pariter vt *l.37. C.Th. de operibus publ.*

Virgines ſeptem] Hac igitur tempeſtate adhuc Virgines Veſtæ Romæ ſacra intrepidè faciebant, pariter vt ſub Valentiniano Seniore: cui rei fidem quoque facit *lex 8. C. Th. de medicis & profeſſ.* Nam quid poſtea his contigerit, docent alij.

Secundum antiquorum morem] Hunc & ſuperſtitioni ſuæ in commune obtendebant Gentiles, ita nominatim Veſtales: v. Symmachum, Prudentium, Ambroſium.

à decem & octo milia] i. ab Oſtia ſeu portu Oſtienſi: Tot enim millibus ab vrbe Roma is diſtabat; vnde poſtea annona vrbica aliunde, veluti ex Sicilia, Africa, eò delata per Tiberim & Caudicarios Romam ſubuehebatur.

Iudices] i. Rectores Prouinciarum, Magiſtratus.

propter ſuorum frui, &c.] Nempe *Senatorum* plurimi ab Vrbe & ſuburbanis recedere nolebant, Vrbicæ tantùm & ſuburbanæ voluptatis & ſeceſſus ergò: vt docet Symmachus & *Codex Theodoſianus*.

colunt autem Deos] Tria numina Romæ hac tempeſtate culta ſcriptor hic notat, *Iouem, Solem, & Matrem Deum.* Notat autem, quia ſcilicet & in ipſa Syria hæc tria Numina præcipuo cultu erant: *Iupiter*, inquam (qui ipſis fermè Belus) vnde *Syrius Iuppiter* apud Spartianum *in Heliogabalo:* inde Jupiter Nicephorius, Damaſcenus, Philius, alij in Syria. Item *Sol*, quem ſub variis nominibus coluêre: *Mater Deûm* quæ ideò *Dea Syria* dicta:

Digitized by Google

dicta: de qua Lucianus peculiari opere, & Apuleius. Quare & in his fermè Numinibus ſtetiſſe ſuperſtitionem Gentilitiam in Syriâ hâc tempeſtate obſeruare licet, & per Syriam Romæ; vt diſcere licet ex Juliano, & ex Libanij *orat.25. Apolog.p.592.* De Sole liquet etiam ex hymno Juliani εἰς τὸν βασιλέα ἥλιον: de Sole & Joue, ex eiuſdem *epiſtola* 13. Et obſeruare eſt Libanium Sophiſtam Syrum, Syrio quoque more Solem vbique per apoſtrophas adiurare, compellare. Et Julianus ſtatim vbi rerum potitus, in regiâ ſuâ templum Soli conſtruxit, teſte Libanio *in eius orat. funebri p.292.* Templum Solis quoque (quem *Deum certum* vocabat) quod ab Aureliano ex Syria reduce Romæ fundatum, ornatum magnificè, collocatis ibi Solis & Beli ſimulacris, huic rei fidem facit: de quo videndus Vopiſcus *in Aureliano* (huius temporis ſcriptore) & ipſe Zoſimus *lib. 1.p.661.* Julianus quoq; contra Perſas profectus, in itinere Nicomediam, Peſſinuntem & *Magnæ Matris* Deûm delubrum adiit, teſte Ammiano *lib. 22.* & Libanio *panegyr. in conſul. Iuliani p.247.* & *orat. funeb. in Iulian. p.274.* & ipſe Iulianus orationem compoſuit, in quâ multa & præclara dixit de Matre Deûm, teſte Libanio *altera orat. funebri, p.300.*

ex parte] An quia non omnes Deos coleret Roma? An quia non omnes Romani Deos colerent Romæ, imò pauci, cùm plerique Chriſtiani eſſent? An quod hæc tria numina inter alia colerent? Hoc verum.

aruſpices] *Haruſpices* Romæ hoc adhuc tempore conſulti. Liber igitur hic ſcriptus ante A.D.357. quo vetitum id à Conſtantio *l. 4. Cod. Theod. de maleficiis ſacrif. & temp.*

¶ XLIIII. TVSCIA.

VNde enim] *ſç. Inde enim*: Ex Tuſcia ſcilicet prima Haruſpicinæ origo & Deorum cultus; v. vel Seruium *in Virgil.*

¶ XLV. AQVILEIA, MEDIOLANVM.

AQuileia & Mediolanum] *Aquileia & Mediolanum* præcipuæ & metropòles ciuitates hac tempeſtate *Italiæ* (propriè ſic dictæ:) de quo vide & Auſonium. De Mediolano quoque Athanaſius *Epiſt. ad ſolit. vit. ag. & apolog. de fugâ ſuâ ad Conſtantium*: vt Treuirim Galliarum metropolim, ita & Italiæ Mediolanum facit, ὁ Διόνυσος ἀπὸ Μεδιολάνου, ἔστι δὲ καὶ αὕτη μητρόπολις τῆς Ἰταλίας. Vopiſcus quoque, horum ipſorum temporum ſcriptor, Aquileienſes & Mediolanenſes, tanquam Italiæ præcipuos, iungit *in vita Floriani*: vbi eodem planè modo, quo hic auctor, quampluri-mas Metropoles deſignat, & agens de Epiſtolis ſcriptis à Senatu Romano, Tacito Imp. creato, ad alias vrbes, *Senatus*, inquit, *ampliſſimus Cu-*

ria Carthaginenſi, &c. Senatus ampliſſimus Curiæ Treuirorum. Eodem modo ſcriptum eſt Antiochenſibus, Aquileienſibus, Mediolanenſibus, Alexandrinis, Theſſalonicenſibus, Corinthiis & Athenienſibus. Ut mirer, quòd Auſonius *in claris vrbibus*, cùm ſeptimum locum Mediolano adſignet, nonum Aquileiæ faciat, & quidem quaſi ex merito recenti, ſcribat:

Non erat iſte locus: merito tamen aucta recenti
Nona inter claras Aquileia cieberis vrbes.

Sanè & *Conſtantem* ipſum Imp. cæſo fratre Conſtantino A.D. 340 Aquileiæ, mox Mediolani conſtitiſſe docet *lex 3. Cod. Theod. de dilationib. lex 3. eod. de aduocato fiſci. lex 1. eod. de ſepulchro viol.*

¶ XLVI. Mysia & Dacia.

Ciuitas magna Neſſus] ſeu *Naiſſus*. Sanè Conſtantius ibi non ſemel moratus A.D. 337. vt docet *lex 7. C. Iuſt. de diuortijs*: A.D. 340. *lex 29. Cod. Theod. de decurionib.* & *eod. Cod. lex 5. de petitionib.* Sed & A. D. 361: teſtis Ammianus *lib. 21. p. 250.* vbi Neſſum copioſum oppidum vocat. Ibidem poſtea Valentinianus & Valens conſtitêre A. D. 364. quod tùm Ammianus docet *lib. 26. p. 339.* tum quamplurimæ *Codicis Theodoſ.* conſtitutiones.

¶ XLVII. Pannonia.

Fructibus] καρποῖς; quâ voce *fruges* (vt vertere debuit) ſeu *frumentum* ſemper auctor intelligit. Ita & de Numidia infra & de Africa: & de Pentapolitana, & Sardinia. Ita & ſupra de Thraciâ. Ita pariter Libanius paſſim, veluti *in oratione funebri, in Iuliani obitum, p. 313.*

habitatio Imperatorum eſt] Ut omittam vetuſtiores Principes, ibi aſſiduè Conſtantinus M. ibi Conſtans quoque A.D. 341. 342. & poſtea A. D. 349. Conſtantius quoque ibi: Valentinianus & Valens, v. Codicem Theodoſianum, Libanium *in βασιλικῷ* & Ammianum: ibi & Gratianus, Theodoſius M. Neque enim hoc vult Auctor, Pannoniam eſſe ſedem *ἀρχόντων*, id eſt, Præfectorum Prætorio: Nàm etſi ſæpe, cùm Imperatores deſignat, *Dominos* vel *Dominos orbis terrarum* vocet; attamen *& Imperatores* ſimpliciter alibi vocat.

Noricum] *Noricum* ſcilicet & ciuitatis & populi nomen eſt; v. Ptolemæum. ¶ Noricum interim Pannoniæ accenſeri obſerua. Sanè & in Notitia Imperij Noricum ſub eodem Duce Pannoniæ primæ conſtituitur.

¶ XLIX.

Digitized by Google

¶ XLIX. GALLIA.

I*Mperatorem ſemper eget*] Nempe hoc vult ipſum, quod Vopiſcus, *in Saturnino, auidam eſſe gentem Gallorum, vel faciendi Principis, vel Imperij*. Cuius loci ſenſus hic eſt, Gallos auidos eſſe vel faciendi alterius noui Principis, vel Imperium ſibimet vindicandi. Ammianus quoque *lib.* 30. *Cohortibus*, inquit, *Gallicanis, quæ non ſemper dicatæ legitimorum Principum fidei, velut Imperiorum arbitria: Auidam*, inquam; Quare & hic ita legendum, *hunc ex ſe hauet:* ſæpiſſimè ſcilicet hæ voces *habere* & *auere* locum mutarunt, notiſſimâ Victorij & Cuiacij obſeruatione. Sed & illud hic indicatur, præſentiam Principis ibi fuiſſe neceſſariam. Cœterùm hoc Auctoris iudicium de Gallia comprobauit ſtatim paulo poſt euentus, cùm videlicet Magnentius Conſtante cæſo, A. D. 350. Imperium in Galliâ ſibi vindicauit.

propter maioris præſentiam] γρ. *propter maris:* Nempe hoc quoque nomine Gallia laudatur, quod mari penè circumflua omnibus abundet; vide vel Strabonem.

ſed plurima pretij] Annonæ & Mercium per Gallias abundantiam, & tamen caritatem, hic indicat.

Ciuitatem maximam Triueris] De eâ vide ſaltem Auſonij *Moſellam*, Codicem Theodoſianum, Ammianum, Zoſimum. Suam ea iam olim Curiã habuit, more cæterarum Metropolitanarum, vt patet ex epiſtola Senatus Romani creato Tacito Principe ad *Curiam Treuirorum* apud Vopiſcum, *in vita Aureliani*.

vbi & habitare DOMINVS *dicitur*] *Treueris*, vt cæteroquin clarum Principum domicilium in Gallia fuit, teſte vel Ammiano *lib.* 15. *p.* 155. ita poſt Conſtantinum M. filium eius Conſtantinum ibi primò egiſſe docent vel eius literæ apud Athanaſium *apol.* 2. Socratem *lib.* 2. *c.* 2. ad populũ Catholicę Eccleſiæ Alexandrinæ, pro reſtitutione Athanaſij. Poſtea verò Conſtantem Imp. nominatim ibi egiſſe A. D. 343. docet *lex* 36. *C. The. de decurion* Sed & A. D. 345. *lex* 7. *eod. Cod. de petition.*

Arelatum, quæ ab omni mundo negotia accipiens] Auſonij *in claris vrbibus* geminus germanus locus de Arelato;

Per quem Romani commercia ſuſcipis orbis,
Nec cohibes, populoſque alios & mœnia ditas,
Gallia quis fruitur, gremioque Aquitania lato.

vide & in id ſingularem omnino Conſtitutionem Honorij ad Agricolam A. D. 418. quam ab Roaldeſio acceptam Scaliger primus edidit, CL. Sirmondus integriorem: v. & Caſſiodorum 8. *variarum* 10. In eâ etiam vrbe paulò pòſt Conſtantius Imp. poſt Magnentium Tyrannum cæſum egit A. D. 353. & 354. teſte Ammiano *lib.* 14. *p.* 9. & 25. Omitto aliam præterea eius memoriam hic excitare: Omittere non poſſum *l.* 13. ‑*π*. *de inſtitoria act.*

l. 34. π. de vſufr. leg. Item Arelatenſe ibi Concilium ſub Conſtantino M. habitum: Arelate Conſtantini M. moratum: & ibidem natum A. D. 316. Conſtantino filium maximum natu Conſtantinum.

viros habet fortes] Notum iam olim illud Catonis: *Pleraque Gallia duas res induſtrioſiſſimè perſequitur, Rem militarem, & argutè loqui.* Sanè apud Claudianum

—— Gallos cauſâ non robore vinci.

Item in laudibus Serenæ; *—— Dat Gallia robur*
Militis, Illyricis ſudant equitatibus alæ.

& in IV. Cos. Honorij; *—— Animoſa tuas vt Gallia laudes*
Audiat.

Manlius Theodorus;

Gallia prætenſis, Hiſpania maxima bellis.

Gothorum] Imperitiam ſuam hic prodit Auctor, qui Gothos Galliæ vicinos facit; cùm *Franci* & Alemanni vicini fuerint hac tempeſtate: Francis, inferiorem Germaniæ limitem, ſuperiorem Alemannis ſeu Sueuis tenentibus, quod vel ex Auſonio, Tabulâ Theodoſiana, & Claudiano liquet. Et verò Conſtans Imp. victoriam de Francis A.D. 342. nactus memoratur.

¶ L. Hispania.

SPANIA] Ita etiam paſſim veteres: *Spaniam* pro Hiſpania, etiam Paulus Apoſtolus, *in Actis & ad Rom. c. 15.* Soſthenes *lib. 3. Ibericorum* apud Plutarchum *lib. de fluminibus, c. de Nilo*: Gloſſæ Græco-latinæ, vetus Schol. Iuuenalis, Pæanius Eutropij interpres.

viri docti] Hanc Hiſpanorum laudem hoc æuo firmat Oſius Cordubenſis Epiſcopus, huius ætatis vir, ſub Conſtantino M. primùm, mox & ſub Conſtantino, Conſtantio & Conſtante Imppp. Atenim alij hoc æuo hanc laudem quoque & cummaximè Galliæ tribuunt. Claudianus in 4. Cos. Honorij;

Illuſtri te prole Tagus, te Gallia doctis
Ciuibus, & toto ſtipauit Roma Senatu.

vide & Symmachum. Fidem faciant vel Auguſtodunenſes ſcholæ, & Profeſſores Auſonij.

in omnibus negotijs] Oleum, liquamen, veſtis, laridum, iumenta, ſeu Equi ex Hiſpania. Oleo ſanè pretioſo Bætica & Tarteſſus celebris: Statius *lib. 2. Syluarum*: Lucianus *ἐν πλοίῳ*: Martialis *lib. 7. epig. 27. &c.* Olei huius Hiſpanici meminit & Galenus *varijs locis*. De Salſamento idem Lucianus teſtis, τάριχος μὲν ἐξ Ἰβηρίας, ἔλαιον δ' ἐκ Ἰβηρίας καὶ τοῦτο. De Veſtium & Equorum ex eâ collatione, vide *leg. 1. & 2. Cod. Theod. de diſtrah. pignor.* De Lana & lacernis Bæticis, vide Strabonem *lib. 3.* Martialem, Plinium.

nium, Tertullianum *de Pallio*. De Equis pariter Hiſpanis, v. *d. l.* 1. *C. Th. de diſtr. ab. pigner.* & *leg.* 1. *C. Th. de Equis curul.* Strabonem, Juſtinum, Gratium, Plinium, Martialem, Silium, Ammianum, Symmachum, Oppianum, alios.

ſparti virtutem] *Sparto* Hiſpania nobilis: Quanquam & hic Auctor tradit, hoc Spartum debile nonnullis viſum. Sparti Hiſpanici meminit Varro *lib.* 25. rerum humanarum apud Gellium *lib.* 17 *cap.* 3. vbi ait *in Græcia Sparti copiam modò cœpiſſe eſſe ex Hiſpania.* Item meminit Plinius tribus locis *lib.* 11. *cap.* 8. (vbi notat, etiam apes hanc herbam in Hiſpaniâ depaſcere, ſic vt mella eam herbam ſapiant) *lib.* 24. *c.* 9. ac præcipuè & ex profeſſo *lib.* 19. *cap.* 2. vbi ait, naſci id in Carthaginienſis Hiſpaniæ citerioris portione. Mox varium eius vſum in Hiſpania tradit, in ſtrata, faces, veſtes: deinde quomodo euellatur: quando: facilimè, ab Idibus Maiis in Junias: quomodo maceretur & perficiatur. Mox ſubiicit, quod huic loco conuenit, *Veruntamen complectatur animo qui volet miraculum æſtimare, quanto ſit in vſu omnibus terris nautarum armamentis, machinis ædificationum, aliiſque deſideriis vitæ. Ad hos omnes quæ ſufficiant minus* 30. *M. paſſ. in latitudinem à littore Carthaginis nouæ, minuſq; in longitudinem eſſe reperietur: longius vehi impendia prohibent.* In eo diuerſus hic Auctor à Plinio, quod Plinius Africanum Spartum inutile & exiguum gigni dicat: hic Auctor ex nonnullorum ſententia id de Hiſpanico dicat fermè: nempe Spartum Hiſpanicum apud multos debile videri. Meminit huius Sparti Hiſpanici & Pomponius Mela *cap.* 6. Strabo *lib.* 3. Campum σπαρτάριον nominat circa Carthaginem nouam: hodie *Manyar*: Ptolemæo & Appiano Carthago noua σπαρταγενῆ. Solinus de Hiſpania: *Etiam quæ arida ſunt ac ſterilia rudentum materiam nauticis ſubminiſtrant.* Horatius quoque in Epodis *Ibericos funes* memorat. Oppianus *lib.* 3. *halieutic.* v. 342. σπάρτοισιν, inquit, Ἰβηρείοισιν. Scholiaſtes Homeri, καὶ τὴν ἐν λόγῳ σπάρτον Ἰβηρικὴν αὐτὸ τοῖς καλεῖς. Oppianus rurſum 1. *Cyneget.* Σαλμυκίδα σπάρτον nominat, à Salmuca Hiſpaniæ ciuitate.

ſaluat] ſupra vbi de Seleucia: *Portum vbi venientes naues ſaluarentur*: & infra de Carthagine; *Portum habens Neptunum ſine timore nauium ſerenum præſtare videtur.*

quæ nemo hominum narrare poteſt] Imperitiam ſuam hîc rurſum Græculus Sophiſta prodit. Quanquam & veteres, & in his Solinus, in capite Bæticæ *extremum noti orbis terminum* ponunt.

¶ LI. MAVRITANIA.

Veſtem, mancipia, frumentum] vide *leg.* 18. *C. Theod. de ſuſceptorib.*

Digitized by Google

¶ LII. NVMIDIA.

V*Eſtem variam & animalia*] Sanè Nauicularij in id fuêre (vt docet *lex* 15. *C. Th. de nauicularijs*) per Numidiam ſubuehendis commeatibus Urbis Romæ. Solinus quoque agnoſcit in Numidiâ vrbem Cullu, purpurario fuco Tyriis velleribus comparatam. Animalia nominatim ſeu Equos exactos & collatos à Numidis teſtatur *lex* 29. *C. Th. de annona & trib.* & *d.l.* 15. ¶ *Animalia* porrò hîc & ſupra vbi *de Cappadocia,* & infra *vbi de Sicilia,* pro Equis, vt paſſim apud *Symmachum* & *Codice Theodoſ.*

¶ LIII. AFRICA.

AFRICA] Proconſularis hæc Africa.

fructibus & iumentis] De frumento Africano ſeu Carthaginienſi res nota. De Iumentorum ſeu Equorum collatione per Africam Proconſularem fidem quoque facit *lex* 29. *Cod. Theod. de annona & trib. l.* 2. *de priuil. cor. qui in ſacro palat. l.* 2. *de equorum conlat.*

Olei vſum] *Oleum* ex Africa ad vſum Urbis Romæ, quod docet etiam *lex* 3. *C. Th. de canone frum. V. R.*

quantum] *Mercatiq́; ſolum facti de Nomine Byrſam,*
Taurinum quantum poſſet circumdare tergo.

Virgilius *lib.* 1. *Aeneidos.*

formoſitatem] Locus hic valde conturbatus; ſaltem obſcurus. Ego legam, *formoſitatem Luci pro luco poſſidens, habet oliuum, &c.* Κάλλος ἢ τόπου ἀλσώδους κεκτημένη, ἔχει ἔλαιον. καὶ γὰρ, &c. Τόπος ἀλσώδης, locus luci amœnitatem imitans. Interpres ineptus ἀλσώδη vertit *pro luco*, quaſi luco deſtinatum: cùm ſit quod ſpeciem luci præfert. De hoc interim luco Carthaginienſi Virgil. quoque 1. Æneid. quem hic Auctor & in hâc Carthaginis expoſitione iam ſupra imitatus:

Locus in Vrbe fuit mediâ, latiſſimus vmbrâ.

Locus vmbrâ latiſſimus eſt ἀλσώδης τόπος. In Gloſſis Philoxeni, vbi vulgo *Luci* ἀξίας τόπου, repono ἀλσώδους τόπου.

Munerum] Proculdubio eam quoque vocem retinuit Græculus Sophiſta: Nam quis alioquin hanc vocem docuiſſet ineptulum Interpretem? Porrò munus gladiatorium intelligit, cuius Carthaginenſes maximè ſtudioſi fuêre: vt cæteroquin Carthaginienſes μιαιφόνοι.

homines autem] Fidem Punicam hic Auctor multis traducit.

tamen in multis] Et in hoc Sophiſtam ſe arguit: *Nulla* ſcilicet *gens tam mala, vbi non bonus aliquis exiſtat. Neque in malâ ſegete non eſt aliquod ſpicum bonum.*

¶ LIV. MA-

¶ LIV. Mazices & Æthiopes.

D*Eſerta terra*] Pars hæc Africæ Auſtrum verſus, etſi veteribus incognita, hac tamen tempeſtate paulo notior, etiam Ammiano *lib.* 29. non æquè huic Auctori.

¶ LV. Pentapolitana.

PENTAPOLITANA] Hæc Ægyptiacæ diœceſeos prouincia fuit: vide Canonem *Nicenum VI.* Ammianum *lib.* 22.*p.*251. & Tabulam *Theodoſianam*: Eam Notitia Imperij, ſeu Breuiarium Theodoſij Iun. *ſuperioris Lybiæ* nomine deſignat, quam & *Lybiam Pentapolim* Ammianus vocauerat, *Cyrenaicam* alij à Cyrene cuius hîc fit mentio. Utramq; vrbem, quæ hic memoratur idem Ammianus memorat: *In Pentapoli*, inquit, *Lybiæ Cyrene poſita eſt, vrbs antiqua, ſed deſerta, & Ptolemais*, &c.

¶ LVI. Libya.

LIBYÆ] Nempe Libya ſiccior ſeu Inferior: v. Ammianum & Notitiam: quod & ſequentia oſtendunt; cum ait, *eam non accipere aquam de cœlo.*

& pios, mox, *à Dei eruditione*] Libyes commendat à *pietate*. Sanè & ibi vicum Apidis nobilem religione Ægypti locum memorat Plinius *libr.* 5. *cap.* 6.

tamen vt opinor] Imperitiam Sophiſtæ, & confidentiam tamen, ſeu ἀλαζονείαν Sophiſticen vide, ἐπὶ μικροῖς κομπάζοντος.

¶ LVIII. Insvlæ.

§. 1. Cyprus.

A*B Oriente primam*] Nempe vt in mediterraneis ab Oriente in Occidentem perrexit, ita & nunc cum de Inſulis acturus eſt.

nauem conficere] Naues Cypriæ, ſeu Cyprus ναυπηγίᾳ celebris: vide Strabonem *lib.* 14. *extremo.* Libanium *panegyrico in conſulatum Iuliani initio p.* 244. & Notum Horatij *de trabe Cypriâ.*

æramentum] *Ære* nobilis Cyprus, quod notum.

linteamen pro velaria] Extra velorum nauticorum vſum, iam olim velorum & aulæorum artificio ad παραπετασμάτων vſum Cyprus nobilis fuit.

Ariſtophanis verſu, quod expendit Pollux. Sed & in hiſtoria Auguſta ſit mentio mantelium & accubitalium Cypriorum.

Velaria] In Græco fuit hæc ipſa vox: cuiuſmodi notaui plures ſupra in voce *Comitata*.

§. 3. Cyclades.

C*Yclades numero quinquaginta tres*] vide *leg. 6. C. de offic. Rector prou.* Judex harum omnium Inſularum ſeu Præſes peculiaris fuit, quod ſequentia oſtendunt: vide & Codicem Theodoſ. & Notitiam Imperij; cuius tempore ſub Proconſule Aſiæ fuit.

Rhodum] Nempe hæc Inſularum Metropolis: vide *d. leg. 6. C. de offic. Rector. prou.* & Jornandem.

Sibylla] ἄξει ϗ Ῥοδίοις κακὸν ὕστατον, ἀλλὰ μέγιστον, Sibyllinorum lib. 4. & 8. vbi & de Roma, Delo, & Samo. Pauſanias quoque Sibyllinæ huius de Rhodi clade prophetiæ meminit *in Corinthiacis ſeu lib. 2. p. 50.* ἐκάκωσε δὲ ϗ περὶ Καρίαν ϗ Λυκίαν τὰς πόλεις, ϗ Ῥοδίοις ἐσείσθη μάλιστα ἡ νῆσος, ὥστε ϗ τὸ λόγιον τετελέσθαι Σιβύλλῃ τὸ ἐς τὴν Ῥόδον ἔδοξεν; id eſt, *Cariæ & Lyciæ vrbes magnis calamitatibus affectæ, & Rhodus inprimis Inſula tam vehementer concuſſa eſt, vt Sibyllæ vaticinatio Rhodi ſit exitio comprobata.* Quod à Pauſaniâ non aliter dictum, quàm Tertulliani illud de Pallio: *Cùm inter Inſulas nulla iam Delos, harena Samos, & Sibylla non mendax.* Pauſaniæ & Auctori noſtro (duobus Sophiſtis & συγχρόνοις) in eo non conuenit; quod Pauſanias Sibyllæ vaticinium circa Rhodum iam exitu comprobatum ait illo Rhodi terræmotu qui ſub Antonino Pio Imp. extitit: de quo rurſum idem Pauſanias *Arcadicis p. 273.* Capitolinus, *in Antonino Pio p. 20* Ariſtides, *tomo 2 orat. 15 p. 340. & initio orat. 16. & orat. 13. p. 195.* hic noſter euentum eius adhuc pendere dicat. Mirum etiam hunc Auctorem nil de terræmotu hîc memorare, quo nuper admodum Rhodus labefactata fuerat, octauo Conſtantij anno A. D. 344. quod Cedrenus teſtatur: Τῷ η΄ ἔτει, σεισμοῦ μεγάλου γενομένου, Ῥόδος ἡ νῆσος κατέπεσε. Et de Dyrrachenâ tamen clade, quæ ſequente anno 345. contigit, idem agit *ſuprà c. 38.*

§ 4. Apollinis Tenedos.

Apollinis Tenedos] Virgil. 11. *Aeneid. v. 21.*

§. 6. Creta.

C*Entum numero ciuitatibus*] Græcis ideò ἑκατόμπολις; vide Strabonem *lib. 10. p. 330. n. 37. 40.* Solinum, &c.

Gordinam] *γρ. Gortinam*, Gortynam: Principatus Urbium Cretæ penes Gortynam; vide & Solinum, Dionyſium, alios.

Circenſes]

Circenſes]Nam & ibi Equi præſtantes, quorum meminit Oppianus *1. Cyneget. v.170. & Equeſtres turmas docuit Creta laſciuas vertigines implicare:* Solinus.

§. 8. Sicilia.

QVæ *ſolidam terra differens*] id eſt, quæ continentem diuidit. De Sicilia aliquando olim continente, res decantata.

emittit vbique] & maximè frumentum Romam.

Iumenta]Rurſum infra. Equorum Siculorum inter præſtantes meminit quoque Oppianus *lib.1.Cyneget. v.170.* ſic vt omnium velociſſimos eſſe dicat *v.272.* id quod etiam ait Scholiaſtes *Ariſtophanis.*

doctrina Græca & Latina] vide *l.11.C.Th.de profeſſor. & medic.* & *l. vlt. eod. Cod. de ſtudiis liberalib. & leg. vn. eod. Cod. de profeſſoribus qui in vrbe.*

Syracuſam & Cathanam] Hinc apparet quoque, non eâ dignatione fuiſſe tum temporis *Meſſanam*, ſed infra has duas, quicquid ſcribat Doctiſſimus Picciolus *de Antiquo Iure Eccleſiæ Siculæ.* Sanè & Auſonius *in claris vrbibus* has duas vrbes Siciliæ præcipuas coniungit, ita tamen etiam, vt *Catinam* Syracuſis præferat.

§. 9. Coſſora.

C*Oſſora*]Eius quoq; mentio apud Strabonem *lib.6.p.191.*(qui Κόσσυρος vocat) & Æthicum. Ea ante Lilybæum ſita: medio inter id & Clupeam vrbem Carthaginienſium ſpatio.

§. 10. Sardinia.

F*Ructibus & iumentis*]Frugum diues Sardinia, atque ideò vnà cum Siciliâ Romæ cellarium & annonæ pignus nutrixque: vide Symmachum *lib.9.epiſt.39.* & quæ ibi Iuretus plura.

§. vlt. Britannia.

S*Icut qui fuerunt narrant*] Et quidem de proximo: Anno quippe 343. Conſtans Imp. poſt victoriam de *Francis* ſuperiore anno in Britanniam traiecit ex vrbe Bononia Galliarum: quod Libanius *in Baſilico ad ipſum Conſtantem* docet, & *lex 5.C.Theod. de extraordinariis vel ſordidis muneribus*, & Ammianus *initio lib. 20.* & *lib.27.p.371.* & Julius Firmicus *de errore profanarum religionum* ad eundem Conſtantem ſcribens.

FINIS NOTARVM.

INDEX
NOTARVM
in Veterem Orbis deſcriptionem:

Vbi ſtudio prætermiſſa ea quæ iam Deſcriptionis ipſius Index præfert, in Notis alioquin etiam illuſtrata.

ADSESSORES Iudicum, eorum munus, ex Beryto profecti pag. 14
Ægyptij de tribus cum aliis populis certabant 22
in Ægyptum peregrinationes ibid.
Atramentum 40
Æternitas Imperij Romani 31
Ἀγαθία, felicitas 3.4.5
Agitatores, i. aurigæ Circenſes 20
Ἀκρασία 31
Ἀκρεσματικοὶ 20
Alitina, ſeu *alites* purpura 19.32
Ἀλσώδης τόπος 46
Anatolius Berytienſis 14
Animalia, pro equis 46
Annona Alexandrina, & eius Præfectus 24
Antiochia Daphnes, pro ἐπὶ Δάφνης 15
Antiochię elogia, μεγάλη καὶ καλή. 12
Conſtantius Antiochiæ: Antiochia Imperatorum in Oriente ſedes & hyberna ibid.
Piſcium tria genera 23
Ἁπλοΐς veſtis 29
Arelatũ; de eâ aliquámulta 43.44
de Armenia Maiore & eius Regibus Romanis amicis 29
Aſpendon, tertia Pamphyliæ ciuitatum 31
Ἀσύλληπτος, incomprehenſibilis, *profunda* Ægyptus 26
Audire, pro ſcire, noſſe 11.30
Auſtralis terra. 47

BErytienſis terræmotus ſub Conſtantio 15
Schola & profeſſio Iuris 15.16
in Bithynia Conſtantinus 33
Bonitas, i. felicitas, ἀγαθία 3.5
Brachmanes, & Philoſophi & Populi peculiares fuere 5
in Britannia Conſtans Imp. 49

CÆſaria Mazaca 27.28
Canuſini byrrhi 38
Cellarium, κελλάριον 39
Centuplum reddit Ægyptus 24
per Chartam ipſa rerum natura ſtat: & abſq; eâ neq; Iudicia neq; priuata negotia ſubſiſtere poſſunt ibid.
Ciuitatum applicationes 35

Claſſis.

Digitized by Google

Claſſis Seleucena 16
Codex Theodoſianus illuſtratus pag.6.10. 11. 12. 15.16. 17.18.20. 23.24.26.28.29. 31. 32.33. 35.36. 37. 38. 39. 40. 41.42.43. 44.45. 46.48.49
Codex Juſtinianeus illuſtratus. 11. 13.35.36.42.48.
Comitatus, κωμίτατον 30
Commagena Prouincia 10
Commercium inter Perſas & Meſopotamios ibid.
Conſtantij Imp. mora in variis Orientis ciuitatibus propter bellum Perſicum. 24
Conſtantij & Conſtantis Impp. ξυνωρίς 30
Conſtantinopolis; arbitra inter ciuitates 35
ciuitates in Romanas ſeu Italici iuris colonias redigebat, eiſq; alias ciuitates adiungebat.ib.
quando Noua Roma facta, & priuilegiis vrbi Romæ exæquata, diſquiſitum 33.34.35
Ius Italicum quo ſenſu ei conceſſum 35.36
Corinthijs vectigales adiuncti Argiui à Conſtantinopoli 35
Creta ἑκατόμπολις 48
Curiæ ius, pro beneficio vrbibus conceſſum 34

DE Daphnenſi luco & fano 13
Antiochia Daphnes 15
Διάθεσις 14.32
Dicere, pro canere 20
Digeſta illuſtrata 14.22.28.43
Diſpoſitio, pro elegantia ſtructuræ & ſitus 14.32
Diuina animalia ſeu ſacra, i. equi Dominici ſeu Imperatorij 28
Domini, i. Imperatores ibid.
Dominus orbis terrarum; hac formula deſignatur præſentis temporis Imperator 15.16
Dyrrachium ſub Conſtantio terræmotu corruit 38

EPhyrus, ſeu Ephyra vrbs 38
Ἐπιδείκτης, ἐπίδειξις, de affectatione artis quam quis non nouit 23
Epiphanij locus expenſus *de Antiochia Daphnes*, & *Laodicea* πρὸς Ἀντιόχειαν 15
Ἐπισείσεως indicia 9
Equi Palmati, Dominici Cappadociæ 28
Ἐργασία, opificium linteaminum 17
Euilæi Indorum; de his Epiphanij quoque locus 5
de Euphratenſi ſeu Commagena 10
Exire fluuius dicitur 4
Exorciſtæ inter Gentiles 25

F*iſcales* ſpecies 15
de Foro Traiano aliquammulta 40
de Funambulis, qui & καλοβάται 20.21

GAllia viris fortibus & doctis clara 44
Gladiatorium munus Carthagine 46

H*Abere poteſt*, pro habet 36
Habet, pro *hauet* 43
Heliopoli Venus præcipuo cultu, etiam ſub Conſtantio 18
Helleſpontus & Aſia Proconſularis coniunctę ſitu & adminiſtratione 32
Hiſtoria, v. infra ἱστορία
IGne, thure, vittis culta ſimulacra 26

Impoſtor & *Impoſtura*, dicitur de affectatione artis quam quis non nouit 23
Indiæ diuiſio 7.8
Ἰνδοδέρμοι, Ἰνδοπαιδευταὶ Ægyptj 24
Ἱστορία 37
de peregrinationibus 24.25
Italia ſpeciali notione 39
Italicum ius vrbi Conſtantinop. conceſſum, quid, & quale 35.36
Itinerarium Hieroſolymitanum emendatum 28
Iudices 40
Juliani Epiſtolarum locus ſingularis de applicatione ciuitatum ad alias 35
Juliani Orationum locus ab Interprete vindicatus 16
Juris Scholâ & profeſſione clara Berytus. 15.16

KΑκία, κάκωσις corporis quid 3
Καλοπέται funambuli 20.21
Καρποὶ, fruges, frumenta 42
Κελλάρειον 39
Κιρκλώσιον, vel *κιρκώσιον* 33
Κωμασταὶ 25
Κωμίτατον 30

LAconica ab Achaia ſeparata 55
Lana Laodicena 29
Laodicea πρὸς Ἀντιόχειαν, quo ſenſu 15
Laodicia, Laodicea ibid.
Laodicia Lyco impoſita 29
Laridi appellatione quid veniat 39
Latinæ voces ab auctore ſeruatæ 30
Libanij orationis titulus *κατὰ τῶν προσοδευόντων τοῖς ἄρχουσι* nouiter explicatus 14
Libya ſicca 47
Libyes religioſi ibid.
Lyniſi Scythopolitani 17

MAiores Gentium, Judęorum, inter Chriſtianos 6
Malitia corporis quid 3
Manna, panis quotidianus cœleſtis apud Seres & vicinas gentes 6
Matris Deûm cultus apud Syros 41
Meſopotamia ſub Cōſtantio Imp. mœniis & prætenturis inclyta 11
Meſſana poſt Syracuſam & Catha-nam 49
Metalla & metallarij per Illyricum & Macedoniam 36
& per Dalmatiam 38
Metropolim Diœceſeωs, à diœceſi ipsâ mox ſeiungere 21
Miniſtrantes vrbes Antiochiæ, Laodicea & Seleucia 15
Morem veterem Gentiles obtendebant 40
Munera gladiatoria 46
Μουσεῖον, Muſium, principatus, præmium 22

NEgotium pro mercibus 8
Nema Sericum 4
Nemeſiani locus reſtitutus 28
Neocori templorum 25
Nicia & Nicomedia pari paſſu 32
Nicolai palmulæ panes, vnde 19
Nicomediæ Conſtantinus M. ſæpe 33
Noricum, ciuitatis & gentis nomē: Pannoniæ accenſita 42
Nouum viſu, nouum ſpectaculum 15.24
Numidiæ Nauicularij, commeatus, equi 46

O*Dire* 38
Oſdroëna, Oſroëna 10
Oſtia octodecim milibus à Româ: inde annona vrbica Romam ſubue-

ſubuecta. 40
Palmati equi: Palmati villa 28
Pamphyliæ ciuitates tres præcipuæ 31
Panis Cappadocum 28
Πέλλον, pellis ibid.
Πεντάπολις Libya 47
Pentapylum Romæ 14
Peregrinationes in Ægyptum 22
  Sophiſtarum, ἱστορίας ἕνεκα 25
Perſica ſub Conſtantio 8.9.10
Phylarchi Saracenorum 9
Piſtacium, Phiſtacium, Biſtacium promiſcuè 19
Plura ſtudia nemo rectè ſectatur 23
Portæ, πύλαι, πυλῶνες Armeniæ, Amanides, Idumææ, &c. 15
de Portu Seleuceno multa 16.17
Πρεσβεῖα, prærogatiua, priuilegia honoris 36
Priuata & *priuata* ſpecies. 15
Prophetæ Ægyptiorum 25
Προσεδρεύοντες τοῖς ἄρχουσι, quinam apud Libanium 14
Ptolemæus quando ſcripſerit 9

Regales vrbes, Roma, Antiochia 11.12
de Rhodi clade & excidio 48
Romæ an priuilegia quędam Conſtantinus M. conceſſerit 34

Sacerdotum tres ordines 25
Sauiſſimè, i. cum maxima animi contentione 36
Sapientes, & *Sapientia*, pro Sophiſtis & Sophiſtice 22
Sarabdena oraria, linteamina, vinum 18.19
Saraceni, Marci Imp. primùm temporibus, à Saracâ dicti 9
  prædatores 8.9
Sarepta, Saraphta, vel *Sareptha* 18
Seleucenus portus à Conſtantio excitatus, quando, & cur 16.17
Senatores Romani vrbicæ & ſuburbicæ quietis amantes 40
Sera, ciuitas Serum
de Serapidis templo Alexandriæ aliquam multa 23
Seres primi hominum ab Oriente noti 3
Sibyllinum carmen de Rhodi excidio 48
Solis cultus apud Syrios 41
Sophiſtæ; Sapientes dicti 22
  odioſi hac tempeſtate ibid.
  à Philoſophis diſtincti ibid.
  Alexandrini ibid.
  verborum nouorum artifices 20.21
  in ſimplici pallio fuêre 29
  Sophiſtarum peregrinationes ἱστορίας ἕνεκα 25
  Sophiſticæ qui initiabantur, ſtolam induebant 29
Sozomeni locus explicatus de applicatione ciuitatum 35
Spania, pro Hiſpania 44
Species 16
Στρατόπεδον, exercitus, comitatus 17
Σύμβολα, & ἀπὸ συμβόλων δικάζειν, quid 36
Syria Dea 18
Syriæ diuiſio 11
Syrorum numina 40
Σύσατος ciuitas 32

de Tarſo Ciliciæ: Coriariorum ibi copia 27
Themiſtij locus explicatus 35
Θεὸς 32
Tigna, materia ædificijs apta 38

Digitized by Google

Treuiris; de eâ aliquammulta 43
Domicilium Conſtantini M. Imp. Conſtantini Jun. & Conſtantis ibid.

V

Elaria, pro velis 48
Venus Heliopolitana, & Aphacis 17.18
Viroſa Pontus apud Virgilium 30
Vopiſcus quando ſcripſerit 39

Ξίφος, pro ξύ 4

FINIS INDICIS NOTARVM.

Errata in Græcis.

Pag. 2. lin. 9. *ξίφος*. l.11. *τοῦτ' ἔστι*. P.4.l.15. *ἐστὶν*. l.18. *καὶ ἔστι*. P.6.l.2. *πατέρα*. l.22. *ἤ*. l.25. *ὑπὸ*. P.8.l.7. *συγκοιμῶνται*, l.17. *φησιν*. P.10.l.1. *αὐ*. l.3. *πᾶσιν*. l.16. *μονοσάνδαλος* vel *μικκινήδαλος*. l.23. *εὐδαίμων ἐστίν*. P.12.l.4. *εἰδότες*. P.14.l.4. *αὐ*. l.20. *περιοσείδον* vel *περιοσεῖς*. l.vlt. *καὶ Βι-* P.16.l.5. *χερσαῖλας*, l.20. *περιοσείδον* vel *περιοσκελίσκον* ſcil. *χώραν*. P.18.l.1. *εἰδόμεθα*. l.2, *ὑπὸ*. l.25. *πάντα*. P.20.l.10. *Νεῖλος*. P.22.l.3. *καὶ ἔστι*. l.10. *χώρας*. l.pen. *Βαβυλωνικόν*. P.24.l.13. *χορηγεῖν*. l.15. *ἐξόχων*. l.vlt. *αὐτοῖς*. P. 26. l.4. *ἔστιν*. l.6. *Κιλικίας ἐστὶ*. l.pen. *ἐστὶν*. P.28.l.10. *καὶ ἔστιν*. P.30.l.13. *μαρθίστων*. l.15. *Ἀθηνῶν*. l.16. *Κόρινθον π.* l.19. *τὸν*. l.22. *Ἀχαΐας ἐστὶν*. l.25. *θαλάσσιον*. P.32.l.12. *πολιῶν*. item, *ἐστὶν ἐν ὄρεσι*. l.vlt. *φοινίκισαι*. P.34.l.1. *ἔστιν*. l.8 *παρθένοι*. P.36.l.5. *ἰχθύσας*. l.13. *ἤ*. l. 23. *καὶ ἔστιν*. P.38.l.pen. *Βιργίλιός φησιν*. P.40.l.4. *πλήρης ἐστὶ*. l.6. *φιλονείκως*. P.42.l.7. *κειμῶνας*. P.44.l.6. *Κρήτην*. l.7. *καὶ ἔστιν*. P.46.l.4. *Βελτιστίνη*.

Errata in Indice vrbium.

Adde lit. N. Noricum Pannoniæ ciuitas. veſtis inde Norica c. 47. in Portubus *χ*. Seſcucenus portus à Conſtantio factus.

Errata in Indice Rerum.

Lit. C. *χ*. Calopetæ. Lit. F. *χ*. fiſcales ſpecies. Lit. O. *χ*. ſingula operum publicorum: & lit. P. adde, Pammacharij Gazæ. c.17.§.13.

Errata & Omiſſa in Notis.

P. 4. l. 15. tractu. P.9.l.6. ſub. P. 11.l.6. de, *non* pro. P.13. adde, l.6. cùm tamen adhuc anno 333. eius meminerit auctor Itinerarij Hieroſolymitani. P.14. l. antep. Burdegalenſis. P.19.l.6. adde, Fit & mentio in Itinerario Hieroſolymitano. P.20. l.13. *ἀκροαματικὸς*. P. 31.l.26. Proconſularem. P. 32. l.1. Syria. P. 25. l.21. qui à Conſtantinopoli. P.36.l.25. præreptа. P.38.l.13. adde: in Itinerario Hieroſolymitano *ciuitas Epyrum*.

Digitized by Google

igitized by Google

by Google

LIBANII
SOPHISTÆ,
SEV
ORATORIS
ANTIOCHENI,

ORATIONES QVATVOR,

CONSTITVTIONVM
Imperatoriarum, quales vtroque CODICE,
(Theodoſiano & Iuſtinianeo)
occurrunt,

Super Magiſtratuum Officio, Suaſoriæ,

Sub THEODOSIO M. ante M. CCC. fermè
annos, conſcriptæ,

Nunc primùm edita

à IACOBO GOTHOFREDO I. C. & Senatore Geneu.

Quibus, propter argumenti ſimilitudinem, adiuncta & QVINTA, iam antea edita.



Ex Typographia Petri Chouët.

M. DC. XXXI.

Geneuæ.

Digitized by Google

Integerrimo Senatori

D. JANO SARACENO,

Bono Reipublicæ nato,

de ſe optimè merito

JAC. GOTHOFREDVS P. F.

NVLLVS dubito, V.A. quin vt pleriſque; ita & tibi quoque primâ facie videri poſſim vacuus admodum rerum, atque à negotiis oppidò liber, meique immemor eſſe, qui ad has Orationum minutias, ac propè friuola, deſcendere, veterique ludo me includere ſuſtinuerim: Adeò quidem, vt nuda ſolaque LIBANIANI nominis & SOPHISTÆ præſcriptione hanc operam meam omnem, ceu inanis περιεργίας, atque à ſtudiis meis, *rerumque actu* alienam, à limine proſcribendam per-

ſentiſcam. Enimuerò fatebor & ipſe, in ea tempora nos incidiſſe difficillima, eamque ſtudiorum meorum ſectam nunc eſſe, vt ea fermè quibus *negotioſa prudentia* comparari poſſit, aſſectari potius propiúſque mihi par ſit: A quo ſanè cenſu *Sophiſticen* longiſſimo interuallo recedere neque ipſe ambigo: Non iam dico eam, quæ Rhetoricæ artis fucata mendacio, atque ad argutam malitiam erudita, veritatem ſuffurari vnicè nouit, atque exinde malè audit, quam hæc quoque Ætas noſtra alicubi peſſimo publico in vſum reuexit: Illam quoque Sophiſticen vltrò nũc largior, velut ab hoc βιωφελῶν cenſu alienam, quæ vmbratilis olim eloquentiæ magiſterium profeſſa, fictis declamationibus, nil niſi oſtentationis atque inanis gloriæ mendicabulum, imò *cymbalum* tantumnon erat: Hæc, inquam omnia ipſe vltrò de Sophiſtarum ſtudio cenſentibus dederim. Neque ideò tamen par iudicium de hiſce Libanij Orationibus, meáque adeò in his edendis opera, fieri velim.

Initio quippe dicere poſſem, ad iuſtam mei tùm & Libanij defenſionem, quòd hæ Orationes ex intimâ vetuſtate ſub Theodoſio M. & ad ipſummet Theodoſium, *ante trecentos ſupra mille fermè annos* conſcriptæ fuerint, atque à me

nunc

nunc primùm efferantur: Quâ parte, quis adeò veteris memoriæ iniquus æſtimator agat, vt cùm *Theodoſiana* tempora memorari audit, non ilicò videre geſtiat, ſi quid ſacræ, ſi quid prophanæ Antiquitatis illius & venerandæ vſpiam eruitur, per quæ ſpes ſit aliqua, celebratiſſimi illius æui memoriam illuſtrari, ſimùl, coæuis ſcriptoribus lucem inferri? Quo quidem exemplo, ſuperioribus annis *Conſtantiani* ſœculi *Orbiſque* ſcriptorem è ſitu proferre non piguit: cùm retrò etiam *duos Tertulliani ad Nationes libros* è puluere eruiſſem, cum aliquo, ni fallor, *Eccleſiaſticæ* potiſſimùm *hiſtoriæ* compendio bonóque: vt hoc iam tertium ἀνέκδοτον ſit, quod è priſcæ vetuſtatis ſinu feliciter educimus. Quod quidem ad inſtituti mei patrocinium in commune apud literarum cultores ſufficere poterat.

Eſt tamen & *altera* iuſtior adhuc defenſio tùm mea, tùm Libanij: nempe, quòd hæ Orationes, quàmlibet à Sophiſta profectæ, Legum tamen ſeu Conſtitutionum Suaſoriæ ſint: & quidem in eo ipſo grauiſſimo argumento, in quo geminæ germanæ Conſtitutiones in libris Iuris noſtri plures reperiuntur: Quo quidem ſiue Orationum, ſiue monumenti genere, nihil ad genuinum & arcanum Conſtitutionum Imperatoria-

Digitized by Google

rum intellectum illuſtrius dari, imò ne optari quidem poſſit: Inde quippe Hiſtoricæ earum cauſæ, veráque rationum momenta, nullo labore pernoſci poſſunt. In quo ſanè vtroque earum opes ſitas eſſe norunt Iuriſconſultorum filij: quibus deſtitutos quà Interpretes tumultuari, quà Lectores titubare ſæpè neceſſe eſt, in tam conciſis præſertim atque abruptis Legum quæ ſuperſunt ſiue fragmentis, ſiue excerptis. Poterat igitur & hæc altera inſtituti mei defenſio nominatim apud *Iuriſprudentiam profeſſos* ſufficere.

Et potiſſima tamen ſequitur inſtituti mei ratio, ſimùl & Libanij defenſio, quòd hæ *Libanij Sophiſtæ Orationes*, non ad priuatam modò ſtudiorum Iuriſque rationem plurimùm conferre queant, verùm quòd ad ipſum rerum actum, & Rempublicam ritè gubernandam ſpectent: vt pote quibus *Magiſtratuum officium* vnicè inſtruitur. *A Sophiſta ne,* inquies? Imò, inquam: Fuit nempe olim *Politicum* Sophiſtarum genus quoddam, non eorum tantum, qui *politico throno* (ſic enim vocabatur) præeſſent, quique δικανικὰ, id eſt ciuilia ſeu forenſia negotia atque argumenta in ſcholâ vtiliter tractarent, quibus, ceu tyrocinio quodam, erudẽrata Iuuentus, in ipſam

mox

mox fori arenam propellebatur : Verùm, quod his longe præſtabilius maiuſque, Sophiſtarum genus quoddam πολιτικώτατον extitit, qui regere conſiliis vrbes, fundare Legibus, emendare iudiciis ſatagerent : quique, quamlibet ab Adminiſtrationibus ἐμπράκτοις fermè ſemoti, ſummæ tamen rei ſolicitudinem gerentes, ac velut in ſpeculâ quâdam locati, mala, queîs Reſpublica ſubinde incurſaretur, introſpicientes, ſalutari voce quantum in ſe conſultum irent : Boni ita in Republicâ ciuis officio fungentes, cuius pars vel potiſſima, ſi quà labanti rei communi manum auxiliarem properè ſupponere : quod genus *officiorum* Græci magiſtri κατὰ περίστασιν vocare ſolent : Hoc, inquam, munere functi ſub Proto-Chriſtianis quoque Principibus Sophiſtæ nonnulli, ex eorum numero quos Eccleſia ἀπὸ τῶν ἔξω nuncupare inſtituit : pariter, vt eo ipſo munere functi ex Eccleſiæ ſinu prodeuntes Epiſcopi Patreſque : Fuit hæc ſcilicet Imperatorum Proto-Chriſtianorum ætate ξυνωρὶς, ſeu biga quædam, virorum in Republ. cumprimis vtilium, qui Principibus ipſis, qui Magiſtratibus imminerent, qui quid cuiuſque muneris eſſet, in tempore ſubmonerent, qui prouincialium querelas aduerſus Rectores exciperent, qui remedia

malis quærerent; ad ſummam, qui curua corrigerent: Idque, non tantum Aduocatis, Adſeſſoribus, Iudicibus Leges & Conſtitutiones iam latas in tempore ſuggerendo, quos νομικοὺς ῥήτορας dixêre, verum etiam Suaſoriis Orationibus, quà nouis, quà inolitis morbis valida nouaque remedia depoſcendo: Vt pro liquido affirmare auſim, quas legimus Principum Proto-Chriſtianorum Conſtitutiones æquabiliſſimas quamplures, vel Epiſcopos, vel Sophiſtas authores & ſuaſores habere. De prioribus erit alius & commodior dicendi locus: De Sophiſtis fidem planiſſimè nunc facit Libanius noſter, vel his pauciſſimis Orationibus. Longæuus ſenex, qui quarto fermè à Chriſto Saluatore Noſtro ſœculo integro perennauit, CONSTANTII, IVLIANI, VALENTIS, THEODOSII M. temporum æqualis, cùm Declamationibus, quibus totam ſæpè vrbem Antiochenam (totius Orientis apicem) commouerat, cùm Panegyricis, Monodiis, Epitaphiis, id genus aliis ſcribendis, cùm Legationibus pro Republ. obeundis diu ſeſe exeruiſſet, vimq; Orationis ſuæ atque induſtriam oſtentaſſet, extremâ tandem ſenectâ in hoc vtiliſſimo, συμβουλευτικῷ videlicet, ſcribendi, commentandique genere ſub Theodoſio M. vltimùm conquieuit.

Erant

Digitized by Google

Erant ea Theodoſij M. tempora', quibus, etſi res Chriſtiana plurimùm Magnitudine ſuâ ac Maieſtate inualeſceret, in Republicâ tamen multa ſecùs admittebantur, ruinam minante iam Imperio: tùm cauſis aliis, tùm maximè Magiſtratuum, Rectorumque prouinciarum Ducumque ſecordiâ, pluriſque habendi cupiditate: Quod in Republ. ſummo cauendum opere, ne alioquin, ceu in corpore humano, καχεξία illa ſuboriatur, quæ vltimùm non poteſt non internecino Reipublicæ exitio conſtare: vbi videlicet ij quibus alienæ ſalutis cura delegata eſt, inani honoris titulo tumidi, ſua tantum ſectari atque & adcurare, non autem in commune conſulere, fas putant. Hoc malo concuſſa quoque fuit Reſpub. ſub Theodoſio M. Chriſtianiſſimo alioquin atque humaniſſimo Principe; cui etſi feliciſſimæ de Tyrannis atque hoſtibus nonnullis victoriæ Diuini Numinis largitate proceſſiſſent, compluria tamen vlceris non-ferendi, domi, pacatiſque in ſpeciem temporibus, occurrebant: Atque illud, quod modo dixi, vel maxime, quòd iis qui cum Imperio poteſtateve publicâ erant, extra plantam, quod dicitur, euagantibus, *inde iniuriarum occaſio naſceretur, vnde iura enaſci oportuit*: Muſſantibus inter hæc pleriſq; omnibus, & præ

metu potentiorum hiſcere vix audentibus.

Igitur Libanius, iuxta paucos, cui etiam cum Epiſcopis Chriſtianis familiaritas intercedebat, diſcuſſo potentatus metu, his morbis, qui tùm in Republicâ graſſabantur, quantum in ſe mederi annitendum ſibi omnimodis credidit. Quod vtique tùm magnum ingentis conſtantíſque animi in Republ. argumentum extitit: præcipua videlicet Imperij capita in ordinem coactum ire, conſuetudini ceu aduerſo flumini obniti velle, Magiſtratuum voluptatibus intercedere, cupiditati eorum modum ponere. Et iſtud tamen eſt; quod hiſce quas nunc edimus, Orationibus, apud Theodoſium M. agendum vrgendúmque ſibi vnicè credidit Libanius. In quo, præter intrepidi in Republ. viri exemplum, ſpectare licet ſummam ſenilis ingenij felicitatem: adeò omnia circumſpicit, adeò dubiis occurrit, ita Theodoſium M. cautim adgreditur, vt ſubactam longo rerum vſu prudentiam vbíque videas.

Iam, quot quamq; aurea benè adminiſtrandæ Reipubl. præcepta in his Orationibus, tanquam gemmæ, elucent, quibus Libanius Iudices ab inanis gloriæ pecuniarúmque cupiditate, vel etiam nimia prauáque lenitate & negligentia ad ſolidam veri Magiſtratus formulam traductos

voluit?

voluit? Neq; Magiſtratus tantum, verùm Principem ipſum, ſummúmq; Imperij arbitrum, quem neq; ipſum de *Licentiâ Poteſtatem*, quod fieri adſolet, *metiri* vult: Et ad cuius inuidiam pertinere propalàm definit, ſi quid auariter, ſi quid cupidè, ſi quid negligenter à Magiſtratibus in Republ. admittitur. Quàm multa denique in vſus noſtros hodie vtiliter exinde deriuari poſſint? Spectentur ſaltem Orationes, aduerſus *Familiares cum Iudicibus congreſſus*. Quid? Non & eos hodie interdici, coërceri ſaltem, publicè interſit: quibus Iudiciorum integritatem intercipi, plus nimio compertum eſt?

Harum igitur *Libanij Sophiſtæ*, ſeu Oratoris Antiocheni, *Orationum*, quæ tam apertâ, tam multiplici vtilitate cenſentur, vulgandarum impetum cùm ipſe cepiſſem, occurrebas tu mihi ilicò, *Vir omnium Integerrime*, cui eas inſcriptas omninò vellem: Adeò omnia in te vno concurrunt, quæ vel ſingula inſcriptionis neceſſitatem mihi iniungerēt. Priuatam gratitudinem meam tot tamque conſtantibus meritis in me tuis nolò hîc efferre, cùm neque hoc quicquid eſt, gratitudinis alicuius vice eſſe poſſit: nam quomodo eſſe poſſit apud eum, cui nemo eſt hominum, qui ſit deuinctior alter? Ad illa potius pu-

blicáque ſpectare nunc libet, quæ Libanij ſcopo atque inſtituto propiora ſunt: Nempe, non alij quàm Tibi huius operis inſcriptio debebatur, eò quòd ad eum omnino characterem, ad eam formulam, factum te publicè nouimus, atque vno ore prædicamus omnes, ad quam Magiſtratum ſibi fingit Libanius, *Bono publico vndiquaque natum*. Quibus vtique meritis tuis probo more facere nunc liceret, cuius poteſtatem Leges noſtræ, cuius Conſtãtinus M. Edicto ſuo faciebat, *Iuſtiſſimos* nimirùm *& vigilantiſſimos Iudices publicis acclamationibus collaudandi:* Verùm neque ingenij mei modus iſti rei ſufficit, neque id modeſtia tua patitur. Summatim dicam, nullas eſſe in Republica partes, quas ab hinc *triginta annis* non ſumma fide, pari induſtria impleueris, quas non quotidie pro rerum imminentium neceſſitate tibi impingi contingat: Ita ad te potiſſimùm recurritur, ceu Reip. noſtræ τὸ πνεῦμα: Loquuntur id ſolemnes publicæq; pactiones fœderáque, quorum tu pars magna ſemper fuiſti: Fidem faciunt tot Legationes per Galliam, Germaniam, apud Amicos & fœderatos, pro Republ. obitæ, vnde ſingularis induſtriæ atq; efficaciæ teſtimonium nunquam non, etiam recentiſſimè, retuliſti. Hæc quidem foris: At domi: Dicamne enixam illam

tuam

Digitized by Google

tuam atq; indefeſſam boni publici ſollicitudinē & prouidentiam? Quid, ſummam & integram in iure dicundo æquitatem? Quid grauiſſimas in Senatu ſententias, lacteámque illam dicendi vim & facultatem, etiam tùm, quando, Iudicis perſona depoſita, eam proprijs vel propinquorum cauſis orandis efferre libet, ſiue vocem apud populum ſoluere? Obuerſantur adhuc animo meo Comitiales illi Sermones, quos pronuper, me tùm ad cancellos ſedente, habuiſti, toto plaudente Senatu, Quiritibúſque. Quid dicam de ſtyli, maiorene facilitate, an grauitate? Quid de ſingulari in excipiendis, complectendis exteris, ſiue priuatim, ſiue publice miſſis comitate? Iam quantus tuus in ſtudia atque in literatos affectus, quorum tu *Patronus* iamdudùm inter paucos audis?

Itaque optimo iure ad te nunc eunt hæ Libanij Orationes: Quarum vim quando ex aſſe præſtas impleſque, habes hîc egregium morum tuorum ſpeculum: Habe ſimùl manum atque operam hominis tibi longe addictiſſimi: qui apud Deum precibus contendit, vti te diu bono publico ſuperſtitem eſſe velit.

Vale Vir Optime.

* *
*

Amice Lector.

PROLIXIS Prolegoménis, qui alioquin mos meus, nihil hic opus: aliquammulta iam delibata ſuperiore Epiſtolâ, ſeu operis Inſcriptione, cætera è Notis deinceps nullo negotio peti poſſunt. Addo tantùm, communicatas mihi Quatuor Libanij Orationes è Bibliotheca Auguſtana, à Clariſſimo ſimùl atque humaniſſimo viro D. ELIA EHINGERO, Bibliothecæ illius Curatore: Exinde, vt in manus meas venêre, 1. Argumentis eas inſtruendas credidi, quæ veluti fax ſingulis præluceret. 2. Interpretationem addidi facilem, ſed quod fateor vltrò non vbiq; felicem, quia ſalebræ etiam aliquot in Græcis, neque tam procliue, Libanij mentem vbique aſſequi. 3. Conſtitutiones Imperatorum, ſingulis fermè Libanij Orationibus concordantes ſubieci, vt ita lucem ſibi mutuò fœnerarentur. 4. Quintam Orationem Κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσι, antehac à V. Cl. Feder. Morellio editam, propter argumenti ſimilitudinem, adieci, noua Interpretatione

dona-

donatam. 5. Notas *ſingulis adiunxi, quantum ſatis eſſet ad fontes Juris indicandos, quò hæ Orationes ſpectant: quantum etiam ad Libanij ipſius ſiue genium ſiue ætatem, quos mihi hîc cancellos poſui.* 6. Indicem *ſubieci, abſque quo, meo quoque iudicio, liber omnis propè exanimis eſt & cadauer. Et hæc omnia tam medioxumè, vt veniâ tuâ opus ſciam: Adeò negotia, itinera, valetudo, hoc quidquid eſt interciderunt, vt prope ipſum interciderit: ſed malui vel ita edere, cum cura aliquâ* Valetudinis: *Quæ quòd mihi nunc conſtet, Aquarum vorticibus ſuperioris anni æſtate erepto, dein ſub finem anni moleſto, ſiue Atheromate ſiue Steatomate liberato, ingens Diuini Numinis in me benignitas eſt: Quam hîc prædicare oportuit, porrò deuotâ mente deprædicaturus. Vale Amice Lector.*

Digitized by Google

ELENCHVS
ORATIONVM LIBANII,
quæ hoc libro continentur.

I. Περὶ τῶν προστασιῶν, i. de Patrociniis. pag. 1.

II. Ὑπὲρ τῶν γεωργῶν, περὶ τῶν ἀγγαρειῶν, i. Pro Agricolis, de Angariis. p. 28

III. Περὶ τῶν δεσμωτῶν, i. de Vinctis, *ſeu* de Cuſtodia reorum. p. 50

IV. Κατὰ τῶν εἰσιόντων εἰς τὰς τῶν ἀρχόντων καταγωγάς, i. Aduerſus Ingredientes in Magiſtratuum domos. p. 73

V. Κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσι, i. Aduerſus Adſiduos apud Magiſtratus. p. 106

LIBA-

Digitized by Google

LIBANII SOPHISTÆ SEV ORATORIS ANTIOCHENI ORATIO

Περὶ τῶν προστασιῶν: id eſt, De Patrociniis.

ARGVMENTVM.

MOS hic inualuerat, vt Agricolæ, *non quidem vt ne malo afficerentur, verùm vt ipſi mala paßim admitterent, ad militum et Ducum militarium patrocinia confugerẽt, mercede quadam his conſtituta: & duplici quidem ratione, quia & vicorum duo genera erant: alij quippe vici maiores plures dominos habebant, ſuas ſingulis partes in eo habentibus: Igitur horum vicorum ruſtici in commune patrocinia huiuſmodi redimebant ad omnem licentiam, quam Libanius pluribus ediſſerit: ac nominatim aduerſus tributorum Exactores (qui ex Decurionum numero erant) quibus & tributa denegabant, patronis videlicet fiſi, vulneraq́; etiam ſæpe infligebant: cùm intereà Exactores ſolida tributa cogerentur inferre, quod ni facerent, bonis ſuis*

exuebantur, exutique Curiâ expungebantur: atque adeo Curiæ ipſæ, & per eas, Ciuitates (quarum decus in Curialibus conſiſtebat) damno afficiebantur. Alij verò vici vnicum dominum habebant, Illuſtrem fortè virum aliquem, qui colonos ſuos & varios in eo habebat. Et hi quoque huiuſmodi patrocinia redimebant, quibus aduerſus dominum erigebantur. Quod exemplo ſuo oſtendit Libanius: aduerſus quem Iudæi quidam agricolæ, Ducis patrocinio erecti mox & liberati fuerant. Idque etiam à vicis vſurpatum notat, qui nullos apud ſe milites habebant: nam & hi ad militum alibi conſtitutorum patrocinia confugiebant.

¶ *Ad hæc igitur tollenda Imperatorem hortatur hâc Oratione Libanius: Obiectionibus nonnullis refutatis: quarum* prima *hæc erat*: Quòd miſeris Agricolis auxilio aliquo fermè opus eſſet. *Verùm oſtendit Libanius, quodnam auxilij genus hâc in re iuſtum ſit, non illud.* Secunda, *Quod Agricolæ* potentiorum nominatim auxilio ſæpè egeant. *Verùm oſtendit, & his potentiorum patrocinijs ſæpè dominos ipſos egere, quibus tamen nemo adſit: quin & ruſticis ſatius fore, ſi ad patientiam ſeſe componant.* Tertia, *quòd* ſublatis his patrocinijs, pauca Ducibus prouentura ſint. *Verùm reſpondet, iniuſtum hoc eſſe lucri genus, neque id ſpectandum, verùm Ducibus componenda omnia ad*

famam,

ſamam, non ad quæſtum & gulam, priſcorum Ducum exemplo: ſimul aperit varios deprædandi ſinus, quibus Duces eâ tempeſtate diteſcerent, tùm ex militum annonâ, tum ex prouincialibus, tum ex paganorum iniuriis.

¶ Tandem igitur, cùm hanc libidinem ſuam Duces vltrò refrænaturi non ſint, Imperatorem hortatur Libanius, non quidem ad nouam legem condendam aduerſus hæc patrocinia, cuiuſmodi Lex iam ab eodem Imp. conſtituta erat, verùm ad eam pœnâ propoſitâ ſanciendam, & effectui ſeu executioni tradendam.

Digitized by Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΛΟΓΟΣ, ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΟΣΤΑΣΙΩΝ.

LIBANII ORATIO, DE PATROCINIIS.

Εἰ μή σε ἑωράκειν ἐν πολλῷ μὲν χρόνῳ, μυρίοις δὲ πράγμασιν, ὦ βασιλεῦ, χαίροντά τε τοῖς τῶν ἀρχομένων ἀγαθοῖς, καὶ βουλόμενον μηδένα παρὰ μηδενὸς ἀδικεῖσθαι, τάχα ἂν ἐμαυτῷ παρῄνεσα τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ ὧν οὐχ ἡδέως ἀκουσόμενον, οὐκ ἂν ἐλύπουν, οὐδ' ἠνώχλουν. ἐλπίδας δέ μοι τοῦ σοῦ παρέχοντος τρόπου, καὶ χαριεῖσθαί μοι τοῖς ῥηθησομένοις καὶ πείσειν, καὶ δόξαν εὐνοίας οἴσεσθαι. χαίρων τε καὶ προθύμως ἐπὶ τὴν συμβουλὴν ἥκω· τὴν σὴν μᾶλλον ἢ ἐμὴν δόξουσαν εἶναι, τοῦ τὴν ἰσχὺν τοῖς εἰρημένοις δεδωκότος τῷ προσθεῖναι τὸ ἔργον, οὗ χωρὶς, μάταιος ἂν ἦν ὁ λόγος. τοὺς μὲν οὖν χαλεπαίνοντας (οὗτοι δέ εἰσιν

Nisi Te vidiſſem, multo quidem tempore, infinitis verò rebus, ô Imperator, & gaudentem ſubditorum commodis, volentemque neminem ab vllo iniuriâ affici, ilicò mihi ſilentium indixiſſem, eumque qui non libenter auditurus eſſet, neque contriſtaturus fuiſſem, neque turbaturus. Cùm autem mores tui ſpem mihi faciant, me iis quæ dicturus ſum gratum fore; & perſuaſurum & gloriam beneuolentiæ reportaturum, gaudens & alacriter ad Conſultationem accedo: quæ Tua magis quàm mea eſſe videbitur, vt qui vim dictis addideris, adiungendo rem ipſam, ſine quâ ſermo inanis futurus erat. Cœterùm, malignantes (hi verò illi ſunt qui

qui aliorum malis ſua amplificant) noui, ô Imperator, & multos fore & potentes: ego verò illos mihi quidem ſuccenſuros, pœnamque à me exacturos noui, accepturos verò nunquam, quamdiu caput Tuum à Diis, qui vitam tuam admirationi habent, ſeruabitur: neque enim fiet, vti velis conſiliarium prodere, vel vt ſuffecturus non ſis auxilio ferendo. Cur igitur tacere oporteat fruſtrà timentem in tantâ *hac* ſecuritate?

Vellem itaque quidem feliciter rem gerere & Magiſtratus, qui ſummæ rei præſunt, & eos qui pro parte tantum ſub his conſtituti ſunt, viuereque in lætitiâ & hos & illos: non verò aut praua compendia ſectari, aut aliis vt quiduis auderent authores exiſtere: cuiuſmodi multa nunc fiunt. Sed audi, Imperator, & diſce. Sunt magni vici, ſinguli multorum dominorum, hi confugiunt ad milites ibi conſtitutos, non vt ne malo afficiantur, verùm vt ipſi facere poſſint: huiúſque rei merces, ex iis quæ terra educit, triticum, hordeum, & fructus arborei, vel etiam aurum, auriue pretium.

καὶ τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς τὰ αὑτῶν μείζω ποιοῦντες) οἶδα, βασιλεῦ, πολλούς τε ὄντας καὶ δύναμιν ἔχοντας· ἐγὼ δὲ ὀργιεῖσθαι μὲν αὐτοὺς καὶ ζητήσειν παρ' ἐμοῦ τιμωρίαν οἶμαι, λήψεσθαι δὲ οὐδέποτε, τῆς σῆς κεφαλῆς σωζομένης παρὰ τῶν τὸν σὸν βίον τεθαυμακότων θεῶν· οὔτε γὰρ ἐθελήσειν σε προδοῦναι τὸν σύμβουλον, οὔτε βοηθεῖν πειρώμενον οὐκ ἀρκέσειν. τί οὖν δεῖ σιωπᾶν τὴν μάτην φοβούμενον ἐν ἀσφαλείᾳ τοσαύτῃ;

Εὐπραγεῖν μὲν οὖν βουλοίμην ἄν, καὶ τοὺς τῶν ὅλων ἄρχοντας δυνάμεων, καὶ τοὺς ὑπὸ τούτοις μερῶν, καὶ ζῆν ἐν εὐθυμίᾳ, καὶ τούτους κἀκείνους, οὐ μὴν οὔτε κακὰ κερδαίνειν, οὔτ' ἄλλοις τοῦ πάντα τολμᾶν αἰτίους εἶναι· οἷα πολλὰ δρᾶται νῦν. ἄκουε δὲ βασιλεῦ καὶ διδάσκου. Εἰσὶ κῶμαι μεγάλαι, πολλῶν ἑκάστη δεσποτῶν, αὗται καταφεύγουσιν ἐπὶ τοὺς ἱδρυμένους στρατιώτας, οὐχ ἵνα μὴ πάθωσι κακῶς, ἀλλ' ἵνα ἔχωσι ποιεῖν· καὶ ὁ μισθὸς ἀφ' ὧν δίδωσιν ἡ γῆ, πυροὶ καὶ κριθαί, καὶ τὰ ἀπὸ δένδρων ἢ χρυσὸς, ἢ χρυσίου τιμή.

προβεβλημένοι τοίνυν τὰς τούτων χεῖρας οἱ δεδωκότες, ἐώνηνται τὴν εἰς ἅπαντα ἐξουσίαν· κἀκεῖνοι μὲν κακὰ καὶ πράγματα παρέχουσι τοῖς ὁμόροις, γῆν ἀποτεμνόμενοι, δένδρα τέμνοντες, ἁρπάζοντες, θύοντες, κατακόπτοντες, ἐσθίοντες. εἶθ' ὧν μὲν ἦν ταῦτα, κλαίουσιν ὁρῶντες· οἱ δ' εὐωχούμενοι γελῶσι, καὶ τοσοῦτ' ἀπέχουσι τοῦ δεδιέναι μήτις ταῦτα πύθηται, ὥστ' ἀπειλαὶ προστίθενται τοῖς πεπραγμένοις. καὶ ὃ μὴ δὲ τῶν ἄλλων ἀφέξεσθαι. δεινά σοι ταῦτα φαίνεται, βασιλεῦ, ἀλλ' οὐ τὰ μέγιστα ἀκήκοας. εἴπερ αἰγῶν τε καὶ προβάτων μεῖζον αἱ θυγατέρες, ὧν οὐδὲ αὐτῶν ἀπέχονται. τί οὖν ἔτι δεῖ λέγειν; πληγαὶ καὶ ὕβρεις, καὶ ὡς γυναῖκες ἕλκουσι λαβόμεναι τῶν τριχῶν, καὶ ὡς φρέατα ἄχρηστα καθιστᾶσι τοῖς ἔχουσι τοῖς ὑφ' αὐτῶν ἐμβαλλομένοις, καὶ ὡς ποταμῶν ἀποστεροῦσι. καὶ διὰ τούτων κήπων τρέφοντες στρατιώτας, οἱ μὲν πλείους, οἱ δ' ἐλάττους ἐν μέσαις ταῖς κώμαις καθημένους τὰ πολλὰ καὶ κοιμωμένους ἐπ' οἴνῳ πολλῷ καὶ κρέασιν· ὅπως εἴ τις τῶν ἀδικουμένων ἀλγήσας ἀμύνηται,

Poſteaquam igitur ij qui dederunt, horum manus obiecerunt, poteſtatem ad quæuis [patranda] emerunt: & nunc quidem moleſtias & negotia conterminis faceſſunt, terram abradentes, arbores cædentes, rapientes, occidentes, percutientes, edentes: inde ij quorum hæc erant videntes, plorant, hi verò epulantes rident, tantúmque abſunt à timore, ne quis hæc inquirat, vt minas etiam factis addant, quaſi neque ab aliis abſtenturi. Grauia tibi Imperator, hæc videntur, ſed nondum maxima audiuiſti, ſi quidem & capris & ouibus maius aliquid ſunt filiæ, à quibus neq; ipſis abſtinēt. Quid amplius oportet dicere? Plagæ & iniuriæ, & quomodo mulieres trahant arreptis capillis, & quomodo puteos inutiles reddant poſſeſſoribus per ea quæ ipſi iniiciunt, & quomodo fluminibus priuent, & per huiuſmodi tōſuras alant milites, hi quidem plures, illi verò pauciores in mediis vicis ſedentes frequentiſſimè, epulantes vino multo & carnibus: adeò vt ſi qui eorum qui iniuriâ affecti fuerunt dolentes ſe defendant,

plaga-

plagaque militi incutiatur, exitio id vtique ei futurum ſit, qui verberaſſit, citra vllam defenſionis rationem, oporteatque ipſum hæc ſuſtinere in omni temulentiâ, militi omnia ſufferentem, neque quicquam ibi leges valere. Hoc etiam agricolas latrones fecit, hoc in ipſorum manus ferrum poſuit, non illud quod terræ amicum eſt, verùm quod occidit: cùm enim potentia ipſis per locatos ibi milites augetur, & audacia incrementum ſumit, cuſtodibus regionis, iuxta prouerbium, *hos videntibus & non videntibus*: Metuunt enim fermè oppreſſis auxiliari, propter Patronum *(aliquem:)* Nam & his malis hoc nomen impoſuerunt: quod opinor conuenit iuſtis defenſionib. erectis pro paupertate & imbecillitate iniuriâ affectorum.

Patrocinium verò iſtud omnia contraria facit: robur quippe addit ad lædendos alios: ex quibus ſunt & *Tributorum Exactores*: quos vellem & hic mihi adeſſe, clamoreq; teſtari, qualia paſſi ſint: Omninò autem id cū lachrymis fieret ab hominibus, qui ex felicibus pauperes facti ſunt.

πληγὴ δ' εἰσέλθοι καὶ ἐπὶ στρατιώτην, εἶτα τοῦτ' ὄλεθρος εἴη τῷ πατάξαντι, μηδαμόθεν ὄντος αὐτῷ μηδενὸς λόγου. δεῖν γὰρ αὐτὸν ὑποσχεῖν ἐν ἁπάσῃ μέθῃ, στρατιώτῃ πάντα ἀνεχόμενον, καὶ μηδὲν ἐνταῦθα εἶναι τοὺς νόμους. τοῦτο καὶ λῃστὰς γεωργοὺς ἐποίησε, τοῦτ' αὐτῶν εἰς τὰς χεῖρας ἐνέθηκεν σίδηρον, οὐ τὸν τῇ γῇ φίλον, ἀλλ' ὃς ἀποκτίννυσι, τῆς δυνάμεως γὰρ αὐτοῖς αὐξομένης διὰ τῶν ἐγκαθημένων στρατιωτῶν, καὶ τοῦ τολμᾶν ἐπίδοσιν λαμβάνει, τῶν φυλάκων τῆς χώρας κατὰ τὴν παροιμίαν, τοὺς τοιούτους ὁρώντων καὶ οὐχ ὁρώντων. ἴσασι γὰρ ἐπὶ πολλῷ βοηθήσοντες τοῖς κειμένοις διὰ τῶν προστατῶν. καὶ δὴ καὶ τοσούτοις κακοῖς τοὔνομα τοῦτ' ἔθεντο. πρέπει δὲ οἶμαι τοῖς δικαίοις ἐπικουρίαις ἐξῃρημένοις εἰς ἄδειαν ἀδικουμένῳ ἀσθενεῖ.

Ἡ προστασία δὲ αὕτη πᾶν τοὐναντίον ποιεῖ, ῥώμην δίδωσιν εἰς τὸ κακοῦν ἑτέρους, ὧν εἰσι καὶ οἱ τῶν φόρων εἰσπράττοντες· οὓς ἐβουλόμην ἐνταῦθα μοι καὶ παρεῖναι καὶ βοᾶν οἷα πεπόνθασι. πάντως δ' ἂν τοῦτο μετὰ δακρύων ἐγίγνετο παρ' ἀνδρῶν, πενήτων ἐξ εὐδαιμόνων γεγενημένων.

Digitized by Google

Πῶς γινομένων δεῖ μαθεῖν, ὦ βασιλεῦ; ἔρχονται ἐπὶ τὰς κώμας ταύτας τὰς διὰ τῶν στρατηγῶν τετειχισμένας, οἱ κομιούμενοι τὸν φόρον, ἔργον τοῦτο ἔχοντες καὶ λειτουργίαν, εἶτα ἀπαιτοῦσι τὴν μὲν πρώτην πράως καὶ βραχυτέρᾳ τῇ φωνῇ, καταφρονούμενοι δὲ καὶ καταγελώμενοι μετ᾽ ἀγανακτήσεως ἤδη, καὶ μεῖζον φθεγγόμενοι. καὶ δὴ εἰκὸς τοὺς τῶν δικαίων ἀτυχοῦντας. εἶτ᾽ ἠπείλησε τοὺς ἄρχοντας μάτην, ἐλάττους ὄντας τῶν τὰς κώμας καρπουμένων, εἶθ᾽ ἥψαντο καὶ ἐπεσπάσαντο. οἱ δ᾽ ἔδειξαν, ὡς εἰσὶν αὐτοῖς λίθοι, λαμβάνοντες οὖν οἱ πράκτορες ἀντὶ καρπῶν τραύματα, ἀναστρέφουσιν εἰς ἄστυ, τοῖς περὶ τοῖς ἱματίοις αἵμασι δηλοῦντες ἃ πεπόνθασι. καὶ τὸν μὲν θυμούμενον οὐκ ἔχουσιν. ἡ γὰρ τοῦ τὸν μισθὸν εἰληφότος δύναμις οὐκ ἐᾷ. ἀκούουσι δὲ οἱ δυστυχεῖς ὅτι χρὴ καταβαλεῖν ἢ μαστιγουμένους ἀπειπεῖν. οἱ δέ, ὅσης μὲν ἀνάγκης τοῦτο ποιεῖν, τὰ δὲ τῶν ἀγρῶν ἀπεγνωκότες, καὶ δεδιότες ἕτερα τραύματα, χρυσίου δὲ οὐκ ὄντος οὐδ᾽ ἀργυρίου, πωλοῦσι

Quomodo verò facti ſint, id oportet diſcere, ô Imperator. Veniunt ad vicos iſtos, qui per Duces muniti ſunt, Tributorum Exactores, id negotij munerisq́; ſuſtinentes: Igitur petunt quidem primùm leniter, & ſubmiſſiore voce: mox contempti irriſique, iam cum indignatione, altumque vociferantes, & ſicut euenit his qui iuſto exciderunt: inde Magiſtratibus minantur, fruſtrà quidem, vt qui inferiores ſint iis, qui ex vicis fructus percipiunt: tandem & prehendunt, & corripiunt: iſti verò monſtrant ſibi lapides eſſe. Exactores igitur pro fructibus vulnera accipientes, reuertuntur in vrbem veſtibus cruentatis, quod paſſi ſunt manifeſtantes: Et poſt hæc qui iraſcatur neminem habent: potentia quippe eius qui mercedem accipit, id non ſinit: Audiunt intereà infelices, quòd oporteat eos tributum inferre, vel verberatos bonam copiam eierare: hi verò neceſſitate ad id coacti, & ea quæ agrorum ſunt obliti, aliaque vulnera timentes, cùm neque aurum neq; argentũ eis ſit, vendunt quidem plorantes ancillas,

μὲν θεραπαίνας θρηνοῦντες,

vendunt

Digitized by Google

vendunt verò acolythos alumnorum filios, vendentis genua prehendentes: veniunt verò etiam in agros, non ſicut antea cum liberis, ſed tradituri ijs qui eos empturi ſunt: & menſa communis eis apponitur, pretiumq́; terræ non aliud videt Exactor quàm quod Tributo ſufficit. Egreſſus igitur è paternis, eſt verò nonnunquam vbi & auitis, in ipſorum ſepulchra reſpiciens, manumq́ue oſculis honorans, veniam & deprecans abit: Inde cura ipſi de victu, tùm ipſi, tum & vxori liberiſque: mox, eo nuſpiam apparente, mendicandi neceſſitas: Ita Decurio Curiâ expungitur, non ſpongiâ literarum deletili, verùm eò quod nulla amplius ei ſubſtantia ſit, Hæc minores faciunt Curias ex maioribus, hæc pauciores per ſingulas loco plurium: quod quidem totius Ciuitatis damno cedit: nam vt maximè in cæteris feliciter agat, ſi tamen hàc parte claudicet, & reliqua parua, reiq́; Imperij paruas facit; per ſubditos quippe illud & augetur & imminuitur. Non igitur honeſtis iſtis patrociniis Curiæ læduntur,

πωλοῦσι δὲ ἀκολούθους τροφέων υἱοὺς, ἀντιλαμβανομένους τῶν τοῦ πωλοῦντος γονάτων. ἔρχονται δὲ καὶ εἰς ἀγροὺς, οὐχ ὡς πρότερον μετὰ τῶν τέκνων, ἀλλ' ἀποδωσόμενοι μετὰ τῶν ὠνησομένων. καὶ τράπεζα αὐτοῖς κοινὴ παρατίθεται, τὴν τιμὴν δὲ τῆς γῆς, φόρον ὁ πεπρακὼς γιγνομένην ὁρᾷ. ἐξιὸν δὲ τῶν πατρῴων, ἔστι δ' οὗ καὶ παππῴων, βλέπων εἰς τοὺς ἐκείνων τάφους, καὶ τιμῶν τοῖς διὰ τῶν χειρῶν φιλήμασι, συγγνώμην ἔχειν ἀξιῶν ἀπέρχεται· εἶτα φροντὶς ὑπὲρ τροφῆς, αὐτῷ τε γυναικὶ καὶ παισὶν, εἶτα οὐδαμόθεν φαινομένης. ἡ τοῦ προσαιτεῖν ἀνάγκη· οὕτω βουλευτὴς βουλῆς ἐξαλείφεται, οὐ σπόγγου γράμματα ἀφαιροῦντος, ἀλλ' οὐκ ἔτ' οὔσης οὐσίας· ταῦτ' ἐλάττους ποιεῖ τὰς βουλὰς ἀντὶ μειζόνων, ταῦτ' ὀλίγους τοὺς καθ' ἑκάστην ἀντὶ πλειόνων, ταῦτα δὲ ζημία πόλεως ὅλης. καὶ γὰρ ἂν τἄλλα εὖ πράττῃ, τούτῳ δὲ χωλεύῃ τῷ μέρει, μικρὰ τὰ ἄλλα, καὶ μικρὰ ποιεῖ τῆς βασιλείας τὰ πράγματα· διὰ γὰρ τῶν ἀρχομένων ἐκείνη καὶ αὔξεται, καὶ τοὐναντίον· οὐκοῦν βλάπτονται μὲν αἱ βουλαὶ ταῖς καλαῖς προστασίαις,

βλάπτονται δὲ ταῖς βλάβαις τῶν βουλῶν αἱ πόλεις. πάλιν δὲ αὐταῖς τούτων οἱ μάχιμοι, ὧν οὐκ ἀμελητέον σοι, βασιλεῦ, δι' ὧν ἔνι καὶ κρατεῖν καὶ μὴ κρατεῖσθαι, καὶ φοβεῖν καὶ μὴ φοβεῖσθαι. αἶρε δὴ τὰς τοιαύτας προστασίας, ἃς εἶναι παρ' ἡμῖν βούλοιντ' ἂν οἱ πολέμιοι.

Τὸ δὲ ζητεῖν προστάτην, οὐ μόνον ἐκείνων ἐστὶ τῶν ἀγρῶν, οἳ πολλῶν εἰσι τῶν ἐχόντων ἑκάστου μέρεσι τοῦ πολὺ κεκτημένου, ἀλλὰ καὶ οἷς εἷς ὁ δεσπότης, καὶ οὗτοι τὸν μισθωτὸν προΐστανται, τῇ τοῦ δεσπότου ζημίᾳ τὸν μισθὸν πορίζοντες καὶ διδόντες, ἐξ ὧν ἀποστεροῦσι. καίτοι καὶ τῶν ἐπιφανῶν εἰσιν αἱ κῶμαι καὶ τῶν οἵων τε ὄντων χεῖρα ὀρέξαι λυπουμένους· ἀλλ' οἶμαι τὸ κακῶς ποιεῖν διώκοντες, οὐ τὸ παθεῖν φεύγοντες, δυνάμεις τινῶν ὠνοῦνται· αἷς χρώμενοι, πολλοῦ χρόνου προϊόντος, καὶ πρὸς τοὺς αὐτῶν κυρίους τοῦτο τῆς γῆς βουλομένης, ἀγρίως ἔστησαν ὀφθαλμὸν, ὡς ἀνάγκης μὲν ὄντες ἔξω, γνώμῃ δὲ ἐργαζόμενοι, καὶ οὐχ ἁψόμενοι τῆς γῆς, εἰ μὴ πείθοιεν αὐτούς. οἱ δὲ πρῶτοι ταῦτα τετολμηκότες,

imò lædumtur vrbes per Curiarum damna: rurſùm læduntur iis earum defenſores, qui tibi, Imperator, non ſunt negligendi; per quos licet & imperare, & non imperari, & timere & non timeri. Tolle ergo talia hæc patrocinia, quæ quidem eſſe apud nos, hoſtes vellent.

Patronum porrò quærere, non eorum tantùm agrorum eſt, qui multorum Dominorum ſunt, ſuas ſingulis partes in communiter poſſeſſo habentibus, ſed & *eorum quibus vnus eſt Dominus*, hique Colonos habentes: qui in necem Domini mercedem ſuppeditant dantque ex iis quibus eos priuant: nam & illuſtrium virorum ſunt vici quidam, eorumque qui ipſi manum afflictis porrigere poſſent, ſed vt opinor malè facere deſiderantes, non autem fugientes mala pati, potentiam quorundam redimunt: quâ vtentes, procedente tempore, etiam aduerſus dominos ſuos, terrâ hoc exigente, feros coniecerunt oculos: quaſi extra neceſſitatem conſtituti, proprioque arbitrio laborantes, neque terram attacturi, niſi in animum inducant: Hi verò qui primi talia auſi ſunt,

ſtatim

Digitized by Google

ſtatim multos ſectatores nacti ſunt, praui exempli imitatores: inde iam illi dicam ſcribunt & accuſant, his verò auxiliatores ſunt etiam ſermone, & plus quàm leges permittant, auxiliator affert: adeò vt id quod videtur, ſpectaculum miſerabile ſit. Quodnam verò iſtud? Clamores eorum contra terræ dominum, linguæ audaces, multitudo aduocatorum, certamina, iudicia, victoriæ: & hic quidem demiſſis in terram oculis abit: illi verò ſequuntur dicteriis inceſſentes. ¶ Quale quid & aduerſum nos, Imperator, factum eſt. Judæi quidam ex iis qui terram nobis multo tempore per quatuor generationes coluerunt, deſiderauerunt non eſſe quod erant, veterique iugo excuſſo voluerunt arbitri eſſe quomodo ipſis vtendum nobis eſſet: Hæc non ferentes, ad iudicia iuimus: & poſteaquam is qui [*Iudex*] ſedebat, didiciſſet, quales eſſent, & aduerſus quem temulentiâ peccaſſent, in quonam ſpes haberent, hos quidem duplici vinculo ligauit, tùm cuſtodiâ, tùm & ferro: eos verò qui quod res erat, *non* dixerant, duci iuſſit:

ἔσχον ταχέως πολλοὺς τοὺς ἀκολουθήσαντας, κακοῦ παραδείγματος γινομένους μιμητάς. εἶτα οἱ μὲν γράφονται καὶ κατηγοροῦσι, τοῖς δ' εἰσὶ βοηθοῦντες καὶ λόγῳ, καὶ πλέον τοῦ νόμου εἵλκεν ὁ βοηθῶν, ὥστ' εἶναι τὸ ὁρώμενον θέαμα ἐλεεινόν· τί τοῦτο; βοαὶ τῶν περὶ τὴν γῆν ἐχόντων, γλῶτται θρασεῖαι, πλῆθος συνδίκων, ἀγῶνες, δίκαι, νῖκαι, καὶ ὁ μὲν εἰς τὴν γῆν κύπτων ἀπῆλθεν, οἱ δὲ ἕπονται τωθάζοντες. ¶ Οἷον δή τι καὶ τὸ περὶ ἡμᾶς Βασιλεῦ γεγένηται. Ἰουδαῖοι τῶν πάνυ τὴν γῆν ἡμῖν πολλὴν ἐργαζόμενοι χρόνον γενεὰς τέτταρας, ἐπεθύμησαν μὴ ὅπερ ἦσαν εἶναι, καὶ τὸν παλαιὸν ἀποσεισάμενοι ζυγὸν, ἠξίουν ὁρίσαι τοῦ πῶς ἡμῖν αὐτοῖς χρηστέον εἶναι· ταῦτ' οὐκ ἐνεγκόντες, χρώμεθα δικαστηρίῳ, καὶ μαθὼν ὁ καθήμενος τίνες ὄντες εἰς τίνα παροινοῦσιν, ἐν τίνι τὰς ἐλπίδας ἔχοντες, τοὺς μὲν ἔδησε διπλῷ δεσμῷ, τῷ τε οἰκήματι, καὶ σιδήρῳ, τοὺς δὲ τὰ ὄντα μὴ φράσοντας ἐκέλευσεν ἄγεσθαι· καὶ ταῦτα εἰπών,

poſteaquam hæc dixiſſet,

καὶ χαλεπήνας πρὸς ἐμὲ μνησθέντα λύσεως, ᾤχετο ἀπιὼν ἑτέρωσε· οἱ δὴ ἐπὶ τὸ τῶν πολλῶν πάλαισμα ἐπὶ οἶκον τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τὴν ἐναντίαν τοῖς δικαίοις ἀσπίδα· οὗ κριθαί, καὶ σῖτος, καὶ νῆτται, καὶ χιλὸς ἵπποις. καὶ ὁ μὲν προσέταξε κἂν τοὺς λιπόντας τὴν τάξιν, ὁ δὲ ὑπήκουσέ τε καὶ ὑπέμενε, καὶ ὁ δικάζων, ὁ μὲν οὐκ ἦν, ἦν· ὁ δὴ ἦν, οὐκ ἦν, ἀντὶ δικαστοῦ συνήγορος. τοιγαροῦν εἵλκεν ὑπὸ τὴν ψῆφον ἡμᾶς, καθ' ἑκάστην ἡμέραν πέμπων ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ, τὸ ἤδη βουλόμενος, τὸ μήπω μεμφόμενος, σπεύδων ἐπὶ τὴν ἐχθρὰν τοῖς θεοῖς χάριν. καὶ οὕτως ἦν δῆλος τὸ δίκαιον προησόμενος τῇ χάριτι, ὥστε οἱ νυκτὸς ἐξιόντες παρ' αὐτοῦ τῶν ἡμῖν ἐπιτηδείων οἷς συντυγχάνοιεν, ἔλεγον, κεκρίσθαί μοι τὴν δίκην, καὶ τὸ κράτος ἔσεσθαι τῶν ἀντιδίκων. καὶ ὡς τοῦθ' οὕτως εἶχεν, ἐδείχθη τῆς ἐπιούσης. οἱ μὲν γὰρ μεθ' ἡμῶν ὄντες ῥήτορες, ἤκουσαν ὅτι δεῖ σιωπᾶν ἐν ἀφθονίᾳ τῶν ἰσχυρῶν, τῶν δὲ σὺν ἐκείνοις, οὐδὲν ἂν ἀσθενὲς ἐν σκιαῖς τοῖς ἅπασι. τῆς ψήφου δὲ τεθείσης οἷ ἂν τὸ κράνος καὶ ὁ θώραξ ἤθελεν, αὐτὸν ἐδίωκεν ὁ ἐψηφισμένος.

mihiq; liberationis mentionem facienti ſuccenſuiſſet, diſceſſit abiens aliò: hi verò ad multorum verſutiam, ad domum [*inquam*] Ducis, & contrarium iuſtis ſcutum, & ad hordeum, & triticum, & anates, & ad capitum equorum. Et hic quidem ordinauit milites, etiam deſertores, ille autem obediuit & ſuſtinuit, & Judex quod non erat, iam factus eſt, quod verò erat eſſe deſijt, loco Judicis Aduocatus. Itaq; reuocauit nos ille ad iudicium, quotidie mittens alium poſt aliū, hoc nunc volens, hoc nunc dum reprehendens, feſtinās ad inimicam Diis gratiam: adeoq; manifeſtus erat, iuſtū gratiæ conceſſurus, vt nocte digreſſi ab eo qui ex neceſſariis meis erant, in quos inciderat, dicerent, *indicatam aduerſus me litem, & victoriam aduerſariorū fore*: & quod id ita ſe haberet, monſtratum eſt poſtero die: nam qui à partibus noſtris erant Oratores audiuerunt, *quòd oporteat tacere ad euitādam potentium, eorumq; qui cum his ſunt, inuidiam; nihil quippe his omnibus infirmum etiam in tenebris*. Dicta igitur ſentētia, ſecūdū quod galea & thorax ſeu lorica voluerat, ipſum [*Iudicē*] perſequebatur iudicat⁹:

non

non enim ſinebat eum conſcientia quieſcere: quare & ad ingredientes, nihil culpantes, omni iuriſiurandi genere deierabat, *Rectum factum eſſe iudicium:* minus ſcilicet ille putabat malum, impietatem erga Deos, quàm quidquam eorum effutire, quæ Dux taceri volebat: quem ego magis exiſtimabam, timuiſſe iuſto aduerſari, quam nonnullos quærere, cur ipſe hæc iuſſiſſet: quæ ſi quidem iuſta ſunt, cur erubeſceret? ſi verò iniuſta, cur hæc concupiſcit? Si igitur ne mihi quidem iuſtum ſeruatum eſt, plurimum circa ſermones laboranti, & Codicillis abs te ornato, & eorum quæ frequentantur triſtitiam habituro: quidnam oportet de reliquis, quibus nihil tale ſuppetit, coniicere?

Et hæc quidem ad demonſtrationem mihi dicta ſint, multas, eiuſmodi Agricolarum auerſionibus, domos concuti: in omnibus quippe ciuitatibus tales Agricolæ, tales venationes, tales mercedes, talia pacta, talia lucra, talia damna, tales lætitiæ, tales verò triſtitiæ. Quinimò & ex aliis agris, in quibus via non patet ad tales iniurias inferendas,

οὐ γὰρ εἴα τὸ συνειδὸς ἠρεμεῖν, καὶ πρὸς τοὺς εἰσιόντας οὐδὲν αἰτιωμένους, ὤμνυ πάντας ὅρκους ἦ μὴν ὀρθὴν πεποιῆσθαι τὴν κρίσιν· ἧττον γὰρ ἡγεῖτο κακὸν τὴν εἰς τοὺς θεοὺς ἀσέβειαν, ἢ τὸ φθέγξασθαί τι τούτων ἃ σιγᾶσθαι βούλοιτ᾽ ἂν ὁ στρατηγός, ὃν ἠξίουν ἔγωγε μᾶλλον δεδιέναι τὸ λυμαίνεσθαι τοῖς δικαίοις, ἢ τὸ πυθέσθαι τινὰς ὡς αὐτὸς ταῦτα κελεύσειεν· ἃ εἰ μέν ἐστι δίκαια, τί ἂν αἰσχύνοιτο; Εἰ δὲ ἄδικα, τί τῶν τοιούτων ἐπιθυμεῖ; Εἰ δ᾽ οὐδὲ ἐμοὶ τὸ δίκαιον ἐσώθη, τῷ πλεῖστα δὴ περὶ λόγους κάμνοντι, καὶ γράμμασι δὴ παρὰ σοῦ κεκοσμημένῳ, καὶ τὴν τῶν πεφοιτηκότων ἕξοντι λύπην, τί χρὴ περὶ τῶν ἄλλων οἷς οὐδὲν τούτων ἐστὶν ὑπολαμβάνειν;

Ταυτὶ μὲν οὖν εἰς ἀπόδειξιν εἴρηταί μοι, τοὺς ταῖς ἀποστροφαῖς ταύταις τῶν γεωργῶν πολλοὺς οἴκους διασείεσθαι. καθ᾽ ἑκάστην γὰρ δὴ πόλιν, τοιοῦτοι μὲν γεωργοί, τοιαῦται δὲ θῆραι, τοιοῦτοι δὲ μισθοί, τοιαῦται δὲ συνθῆκαι, τοιαῦτα δὲ κέρδη, τοιαῦται δὲ ζημίαι, τοιαῦται δὲ εὐφροσύναι, τοιαῦται δὲ κατήφειαι. καὶ γὰρ ἐκ τῶν ἄλλων ἀγρῶν οἷς ὁδὸς οὐκ ἔνι τὰ τοιαῦτα ὑβρίζειν,

γυναῖκας καταλιπόντες οὐκ ὀλίγοι καὶ τέκνα, φέρονται πρὸς τοὺς ἰσχύοντας ἐκείνους τοὺς τοιούτους πύργους, ἀπολαύσοντες τῆς παρὰ νόμον δυνάμεως. κἂν ὁ κατηγορῶν γένηται τῶν στρατηγοῦ τις, αὐτὴν μόνην εἰπὼν τοῦ κατηγορουμένου, καταπαλαίσας τὸν αἰτιασάμενον ἀπῆλθεν. τίνος δὴ ταυτασὶ τὰς διαλύσεις, τίνος τηρῆσαι τοῖς ἐκλεξαμένοις τοὺς ἀγρούς; σὸν βασιλεῦ τὸ ἔργον. παρὰ σοῦ προσήκει τὸ δῶρον ἐλθεῖν, σὸν καὶ παθεῖν τι καὶ ἰάσασθαι. καὶ μὴ τὸν ζῆλον ἕρποντα περιιδεῖν, μᾶλλον δὲ πολὺν μὲν ἤδη τὸν περιώπται χρόνον. δεῖ δὲ αὐτόπου καὶ στῆναι.

Ἐρήσεται τοίνυν μέ τις ὑπὲρ τῶν γεωργῶν, εἰ δέξεται βοηθείας ἑαυτοῖς ποιεῖσθαι. τὰς μὲν οὐκ ἀδίκους φαίην ἄν, τὰς δὲ κακὰς οὐδαμῶς. προτέραν μὲν τὴν παρὰ τῶν θεῶν, ἣ γένοιτ' ἂν εὐχαῖς τε καὶ θεραπείαις· ἔπειτα τὴν δι' ὑδάτων, βλαπτόντων μὲν ἀπωθουμένων, μενόντων δὲ ὠφελεῖν ἐπαγγελμένων. ἔστι δὲ τοῖς κυρίοις τῶν κτημάτων πρὸς αὐτοὺς ποιῆσαι φιλανθρωποτέρους, ὥστε τὰ μὲν ὀφείλοντα ἀφεῖναι, τὰ δὲ καὶ δωρεῖσθαι· κἂν που δίκης πρὸς ἀλλήλους δέωνται,

non pauci relictis vxoribus & liberis, feruntur ad has tales robuſtas turres, vſuri potentiâ contra legem. Et ſi quiſquam accuſator exiſtat Ducianorum, poſteaquam dixit *ſibi accuſatum curæ eſſe*, victo accuſatore, abit. Cuius itaque eſt hæc diſſoluere? cuius eſt dominis agros ſeruare? Tuum eſt opus, Imperator: à te oportet donum [*iſtud*] procedere, tuum eſt affici & ſanare: neque exemplum ſerpens negligere; tanto magis, quòd multo tempore id neglectum fuit: oportet verò & illud alicubi compeſcere.

Interrogabit me aliquis pro Agricolis, *Vtrùm igitur non licebit ipſis auxilia ferre?* Dixerim ego, vtiq; ea, quæ iniuſta non ſunt, mala autem minimè: Primùm ſcilicet illud, quod à Diis votis cultuque impetratur; deinde illud quod per aquas præſtatur: quæ eos lædunt qui improbantur, proſunt autem iis qui probantur: licet etiam dominis poſſeſſionum humaniores ſe erga illos præbere: ita quidem vt quæ debent remittant, alia verò etiam donent: quin & ſi forte alicubi iudicio inter ſe egeant, id noſ-

id noſſe, præterquàm ſi quo maiore egeant. Omnibus verò auxiliis non vtendũ, ſi non ſint ſecundum leges, & me meis defraudẽt. Sunt nobis, ô Imperator, in finibus qui Barbaris obiacent ciuitates: igitur ſi ciuitas quædã in iurgio quodam vincendi ſtudio à ciuitate alia læſa, vicinos ſibi Barbaros auxiliares aduocet, tolerabile ne bonum id fuerit, laudibus ac non potius pœnis dignum? Mihi quidem ita videtur, etiamſi euertenda eſſet, ciuibúſque futura ſepulchrum, ne ſic quidem victuram: nam ſi & vincere adiumento quodam oportebat, id de domo atque à domeſticis peti oportebat. Nam neque dignum fuerit, ſeruum iura implorantem ob ea quæ paſſus eſt, ad hunc vel illum reſpicere, & aſtantem ſupplicare qui dominus non ſit, relicto domino: neque enim iam totus domini foret, ſed non paruam ſui partem faceret ei qui ſibi auxiliatus fuiſſet, partiens quidem beneuolentiam, partiens verò etiam ea quæ corporis ſunt: atenim & hũc oportebat quidem accipere, ſed accipere per dominum; per alterum verò, & ſæpe dominus ſeruo priuatur,

τοῦτον εἰδέναι, πλὴν εἴ τι δέοιτο μείζονος. πάσαις δὲ ἐπικουρίαις οὐ χρηστέον, κἂν ὦσιν οὐ κατὰ νόμον καὶ ποιῶσί με τῶν ἐμῶν ἄκυρον. Εἰσὶν ἡμῖν, ὦ Βασιλεῦ, πόλεις ἐπὶ τῶν ὁρίων τῶν πρὸς τοὺς Βαρβάρους. εἰ οὖν ἔριδι καὶ φιλονεικίᾳ τινὶ πόλις ἐλαττουμένη πόλεως, καλέσῃ συμμάχους τοὺς γείτονας Βαρβάρους, ἀνεκτὸν καλὸν τι ποιήσει, ἐπαίνων ἀλλ' οὐ τιμωρίας ἄξιον; ἐμοὶ μὲν κἂν κατασκαφῆναι δοκεῖ καὶ τοῖς πολίταις γενέσθαι τάφος, ἵνα μὴ τοιαῦτα νικῶν. Εἰ γὰρ καὶ κρατεῖν ἔδει προσθήκῃ τινὶ, ταύτην ἔνδοθεν ἔδει καὶ παρὰ τῶν οἰκείων εἶναι. οὐδὲ γὰρ οἰκέτην ἄξιον δίκης, ἐφ' οἷς ἔπαθεν ἀξιοῦντα τυχεῖν, εἰς τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα βλέπειν, καὶ παρεστῶτα ἱκετεύειν τὸν οὐ κύριον, ἀφέντα τὸν δεσπότην. οὐδὲ γὰρ ἅπας ἔτ' ἂν εἴη τοῦ δεσπότου, ἀλλ' οὐκ ἂν μικρὸν μέρος τοῦ βεβοηθηκότος ποιεῖ, μερίζων μὲν τὴν εὔνοιαν, μερίζων δὲ τὰ τοῦ σώματος. καὶ γὰρ καὶ τοῦτον ἐχρῆν λαμβάνειν μὲν δίκην, λαμβάνειν δὲ διὰ τοῦ δεσπότου, τὸ δὲ δι' ἄλλου, κἂν ἀποστερῆσαι τοῦ δούλου πολλάκις τὸν δεσπότην

καταπεφρονημένον ἐκ τῆς περὶ ἄλλου βοηθείας.

Τί οὖν, φησίν, εἰ τῆς χρείας ἐλάττων ὁ τὸν ἀγρὸν ἔχων εἴη, καὶ δέοι δυνατωτέρας κεφαλῆς; ὁ μὲν λεγέτω πρὸς ἐκεῖνον, ἐκεῖνος δὲ πρὸς τοῦτον, καὶ σὺ μὲν ἐκείνου, τούτου δὲ ἐκεῖνος δείσθω· καὶ σύ τ' ἂν ὠφελοῖο ταύτῃ, βλάπτοιτο δ' ἂν οὐδ' ἐκεῖνος. πεπηγυίας τῆς περὶ ταῦτα τάξεως. οὐ γὰρ δὴ τοῖς μὲν περὶ τὴν γῆν τούτοις καὶ πόρρω τῶν πόλεων καὶ βουσὶ συζῶσιν ἐπεῖχον ἂν καὶ συνέπραττον, τοῖς δὲ ἐκείνων κυρίοις οὐκ ἂν προσεῖχον· οὐδ' ἂν τὸ μὲν παρ' ἐκείνων λαβεῖν ἡγοῦντο καλόν, τὸ δὲ παρὰ τούτων οὐ καλόν· καὶ ταῦτα ἴσον ὄν. ἔστι δ' οὐχ ὅμοιον, τοὺς δεσπότας ὑπὲρ τῶν ἐργαζομένων δοῦναι τοῖς δυναμένοις, ἢ τοὺς ἐργάτας ἐπὶ τοῖς δεσπόταις· τὸ μὲν γὰρ βεβαιοῖ τὰ ὄντα τοῖς ἔχουσι, τὸ δ' οὐκ ἐᾷ θαρρεῖν ὡς ἐπὶ σαθροῖς. ἔτι τοίνυν ἐστὶ παρ' οὐκ ὀλίγοις τούτων, καὶ τὸ δύνασθαι παρ' ὅτου, καὶ τὸ βοηθεῖν ἄλλοις ἐστί· πῶς οὖν οὐχὶ κἂν αὐτοῖς, μᾶλλον δὲ καὶ τούτοις καὶ τοῖς τούτων πράγμασιν, ἱκανόν ἐστι στρατηγοὶ κτώμενοι δι' αὐτῶν τὴν πλεονεξίαν. εἰ γὰρ δὴ κατὰ τῶν δεσποτῶν, οὐχὶ καὶ καθ' αὐτῶν τὰ αὐτῶν

& in contemptum eius cedit ob auxilium ab alio *petitum.*

Quid igitur, dicet quis, *ſi neceſſitati alicui ſuccumbat is qui agrum habet, egeatq; potentiori capite?* Et hic cum illo loquatur, ille verò cum hoc, & tu quidem illo, hoc ille vtimini: tuque hac ratione iuueris, neque ille in quoquam lædatur. Facta ita ſuper his ordinatione, vtique non iis qui circa terram *occupati* ſunt, & procul à ciuitatibus cum bubus agitant, aurem præberent & opitularentur, ipſorum verò Dominis non attenderent: neque ab illis accipere pulchrum putarent, ab his verò non pulchrum. Et hoc quidem æquum erat; non verò illud ſimile, Dominos propter agricolas potentioribus tradere, & agricolas propter Dominos: iſtud enim confirmat habentibus ea quæ habent, illud verò nõ ſinit confidere tanquã in putridis. Præterea penes haud paucos eorum eſt, vt pro vtro velint etiam valeant, & vtrũ velint iuuare: quare igitur non iſtos, ſed hos potius horumque res iuuant Duces, iam ſatis poſſidẽtes per ſuam auaritiam? Nam ſi cõtra Dominos, nonne & pro iis ſua ſe

habitu-

Digitized by Google

habituros putarent? Volentibus verò etiam integrum erat aduerſus primos, poſteà aduerſus alios opitulari, ſic vt integrũ ſit iam facere quæ priùs omiſerant. Propterea ſcilicet eos qui pulchram quidem, inermem verò poteſtatem obtinent, ne viuere quidem putant, nihilque graue dicunt ſortitos Rectores. Quinimò, quod in ſermone de ſeruis à me demonſtratum eſt, illud ipſum mihi etiam de Agricolis dicatur: nam licet à Deo omni poteſtate ſpoliati ſint, melius eſt tamen eos viuere in propriâ imbecillitate, fortunamque ſuſtinere, quàm huiuſcemodi potentiam redimere, & dominos accuſare: ſiquidem & Mulier, quæ duorum virorum eſſet, potentior forte eſſet, ſed non delectareris habente hunc quidem matrimonio, illum verò adulterio: etſi ſæpè contingat, opulentiorem eſſe adulterum, à quo plura mulieri obtingere poſſint, excepto hymenæo. Feremus ne ergo ideò dicentem, *quòd non æquale ſit vnum & duo, neque magnum & paruum, neque formoſus & deformis?* Sic ſanè, ea quæ maximè vitam conſeruet, lex connubialis euaneſcat.	ἕξειν ᾤοντο· βουλομένοις δὲ ἦν κατὰ τῶν προτέρων, ἔπειτα καθ' ἑτέρων μυρίων*, ὅπως ἐξείη δρᾶν ἃ πρότερον διῆλθον. διὰ τοῦτο τοὺς τὴν καλὴν μὲν, ἄοπλον δὲ κεκτημένους δύναμιν, οὐδὲ ζῆν νομίζουσιν, οὐδὲν δεινόν φησιν προσλαβεῖν κηδεμόνας. καὶ μὴν ὃ οὖν τοῦτ' ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τῶν οἰκετῶν ἐδείκνυτο, ταυτὸ δέ μοι καὶ περὶ τῶν γεωργῶν εἰρήσθω. καὶ γὰρ εἰ λίαν τῶν εἰσιν ἀφῄρηνται παρὰ τοῦ Θεοῦ τὸ δύνασθαι, βέλτιον ζῆν ἐν τῇ ἐκείνων ἀσθενείᾳ καὶ ἀνέχεσθαι τῆς τύχης, ἢ τοιαύτην ὠνεῖσθαι δύναμιν καὶ τοὺς κεκτημένους ἐλέγχειν. ἐπεὶ καὶ γυνὴ δυοῖν ἀνδροῖν οὖσα, δυνατωτέρα ἂν εἴη, ἀλλ' οὐκ ἂν συνησθείης ἐχούσῃ, τὸν μὲν γάμῳ, τὸν δὲ μοιχείᾳ. καίτοι καὶ πλουσιώτερόν ἐστιν εἶναι τὸν μοιχὸν πολλαχοῦ, παρ' οὗ πλείω τῇ γυναικὶ γένοιτ' ἂν αὐτὴν μεθ' ὑμεναίου. ἆρ' οὖν οἰσόμεθα λεγούσης, ὡς οὐκ ἴσον εἷς καὶ δύο, οὐδὲ μέγας καὶ βραχὺς, οὐδὲ ὡραῖος καὶ ἄμορφος; οὕτω μὲν ὃ μάλιστα συνέχει τὸν βίον, ὁ περὶ τοὺς γάμους νόμος οἰχήσεται.

* μυρίων

Ἐρεῖ τοίνυν τις τοιοῦτον τῶν τὰς ἀρχὰς κολακευόντων λόγον, ὡς ἐλάττω πρόσεισι τοῖς στρατηγοῖς, εἰ τοῦτ' ἐπισχήσει τις τὸ ῥεῦμα. καὶ τί δεινὸν εἰ τὰ προσιόντα κακῶς παύσεται; οὐ γὰρ τοῦτ' ἔστιν ἄξιον σκοπεῖν ἐλάττω λήψονται, ἀλλ' εἰ δικαιότερον ἐκείνου τοῦ νῦν, καὶ εἰ πονηρᾶς δόξης ἀπαλλάττει τοὺς ἐπὶ τοῦ στρατηγεῖν. τὸ γὰρ αὐτὸ καὶ τοῖς ἀδικοῦσι κέρδος καὶ τοῖς ἀδικουμένοις, τοῖς μὲν μηκέτ' ἀδικεῖσθαι, τοῖς δὲ μηκέτ' ἀδικεῖν.

Ἀθυμήσουσιν οἱ στρατηγοὶ κωλυόμενοι ταῦτα θερίζειν. καὶ γὰρ οἱ κλέπται, καὶ οἱ τοιχωρύχοι καὶ οἱ βαλαντιοτόμοι, καὶ οἱ τῶν τάφων ἁπτόμενοι, καὶ οἱ τῶν ἱερῶν χρημάτων, πάντες οὗτοι διὰ τὰς ἐφ' ἑκάστῳ τιμωρίας ἄχθονται, ἀλλ' οἱ μὲν ἄχθονται, οἱ νόμοι δὲ βοῶσιν ἃ ληφθέντες πείσονται. καὶ τὸ μὲν τολμᾶν οὐκ ἀναιροῦσιν ὅλως, αὐτοῦ δὲ τοῦ τολμᾶν οὐ μικρόν, καὶ οὐδεὶς οὕτως ἀπονενοημένος ὅστις ἂν εἰπεῖν ὑπομεῖναι, ὅτι ὦ Βασιλεῦ τοὺς κωλυτὰς τῶν ἀδίκων τούτων ἀνέλωμεν νόμους, ἵνα μὴ λυπῶμεν τοὺς

Sed habebit fortè aliqui s eorum, qui Magiſtratibus adulantur, hunc ſermonem: *Quòd pauca admodùm proueniant Ducibus, ſi quis hunc curſum inhibeat.* Ecquid verò graue, ſi ea quæ nunc malè proueniunt, cohibeantur? neque enim id ſpectari dignum eſt, vtrùm pauciora accipiant, ſed vtrum iſtud iuſtius ſit eo quod nunc eſt, & ſi à praua gloria eos qui Ducatum gerunt ſubmouet: iſtud enim & iniuriam inferentibus & iniuriâ affectis lucrum affert: his quidem, ne ampliùs iniuriâ afficiantur, illis verò ne ampliùs iniuriâ afficiant.

Sed *Duces iraſcentur, ſi prohibeantur talia metere.* Etenim & fures, & parietum perfoſſores, & zonarij, & ſepulchrorum, ſacrarumque pecuniarum direptores, omnes hi, ob pœnas vnicuique conſtitutas iraſcuntur: verùm, hi quidem iraſcuntur, leges verò ea denunciant quæ deprehenſi luituri ſunt: & quanquam ipſum audere non in totum tollant, non parum tamen de ipſo detrahunt. Neque quiſquam adeò veſanus eſt, vt dicere ſuſtineat, quòd, ô Imperator, leges harum rerum iniuſtarum prohibitorias ſuſtulerimus ideò, ne contriſtaremur eos,

qui

qui hâc ratione non ſinuntur diteſcere, néue quorundam diuitiis inuidere videamur: neque Ducibus igitur via aperiatur malorum lucrorum, neque quis quæ horum ſunt attendat, partem verò pauca poſſidentium negligat. Neq; enim iſtud Romanis robur ſeruat & inimicis metum, ſi die noctuque nouis opus ſit arcis Ducibus propter affluentes diuitias. Neque enim diuitiis fit peritior ſcientiæ imperatoriæ, ſed virtute & ſcientiâ & gloriæ cupiditate, eoque quod magis dedecus quàm mortem metuat: Neque hic iuſtè ideò hunc Magiſtratum adminiſtrabit, cui multitudinem talentorum numerare licebit, ſed cui ſpoliorum & captiuorum, & tropæorum: cuiuſmodi patribus noſtris videre contigit: quorum is qui & longiſſimo tempore, & pluribus militibus præfuerat, vix vnum agrum comparauerat. Quid verò aliquis ex iis, qui non laudantur? ſeruos habebat vndecim, mulos duodecim, tres verò equos, canes autem Laconicas quatuor: & adhuc tamen metus ipſius Barbarorum inſidebat animis. *Tethidem verò meam*

ἀπὸ τούτων οὐκ ἐωμένους πλουτεῖν, μὴ δὴ διὰ πενίαν δοκῶμεν τισὶ φθονεῖν· μὴ τοίνυν μηδὲ τοῖς στρατηγοῖς ὁδὸς ἀνεῴχθω κερδῶν κακῶν. μὴ δὲ τὸ μὲν τούτων ὁράτω τις, τῆς δὲ τῶν ὀλίγα κεκτημένων μερίδος ἀμελείτω. οὐδὲ γὰρ τοῦτο τὸ Ῥωμαίοις τὴν ἰσχὺν, καὶ τὸν τοῖς πολεμίοις φόβον, ἐὰν καθ' ἡμέραν τε καὶ νύκτα καινῶν δέῃ κιμφοτῶν* τοῖς στρατηγοῖς διὰ τὸν ἐπιρρέοντα πλοῦτον. (* χ. κιβωτῶν) οὐ γὰρ πλούτῳ γένοιτ' ἂν στρατηγικώτερος, ἀλλ' ἀρετῇ καὶ τέχνῃ, καὶ δόξης ἔρωτι, καὶ τὸ μᾶλλον ψόγον δεδιέναι θανάτου. οὐδ' ἔστιν ἂν εἰκότως ταύτην ἄρχοι τὴν ἀρχὴν, ὅτῳ πλῆθος ἔνι ταλάντων ἐξαριθμεῖν, ἀλλ' ὅτῳ λαφύρων καὶ αἰχμαλώτων καὶ τροπαίων, οἵους τοῖς πατράσιν ὑπῆρχε τοῖς ἡμετέροις ὁρᾶν, ὧν ὁ πλεῖστον μὲν χρόνον, πλείστων δὲ ἡγησάμενος στρατιωτῶν ἕνα μὲν μόλις ἀγρὸν ἐπορίσατο. τί δὲ τῶν οὐκ ἐπαινουμένων; οἰκέτας δὲ εἶχεν ἕνδεκα, ἡμιόνους δώδεκα, τρεῖς δὲ ἵππους, κύνας δὲ λακαίνας τέτταρας, ἀλλ' ὅμως δέος μὲν αὐτοῦ ταῖς τῶν Βαρβάρων ἐνέκειτο ψυχαῖς. Τηθίδα δὲ ἐμὴν

ἄγημεν ἐπὶ μεγίστῃ προικί· ἕδνα δ' ἦν τὸ κλέος, ὁ δὲ γήμας, οὐδὲ δειπνῶν ἐμεθύσκετο, οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ στρατηγεῖν, οὔτε καλῶν, οὔτε καλούμενος, ἀλλ' ἦρχε καὶ τῆς γαστρὸς οὐχ ἧττον ἢ τῶν στρατιωτῶν. τοὺς δὲ νῦν, καὶ αὐτὸ τοῦτο διαφθείρει, τὸ ζῆν ἐν τοσούτοις, ποιεῖν αὐτοὺς φιλοψύχους ἀντὶ φιλοτίμων, καὶ πείθειν φεύγειν ἀπὸ τῶν καλῶν κινδύνων ἐπὶ τὰ παρέχοντα τρυφᾶν. διὰ τοῦτο πάντας ἡμᾶς οὐ πλούτου πορίζειν ἔδει τοῖς στρατηγοῖς ἀφορμὰς, ἀλλ' ἔργων μεγάλων ἐπιθυμητὰς ἀποφαίνειν. νῦν δὲ ἐμβλέπουσι χρήματα, καὶ πᾶσα πρόφασις τοῦτο δυναμένη, ταχέως ἁρπάζεται· καὶ τηλικαῦτα σφίσιν ἔνδον ὄρη χρυσοῦ καὶ ἀργύρου προστιθεμένων ἄλλων ἄλλοις ἀναβέβηκεν, ὡς ἀπιστεῖν ἀκούοντας τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων, εἰ ἔστιν αὐτοῖς ὅσον ἐστίν. ἐν δὲ τοῖς ἡμετέροις* θησαυροῖς, οὓς ἔδει γέμειν μᾶλλον τῆς ἀρχῆς ὄντας, ἢ τῶν ἐπ' αὐτοῖς ὄντων, μικροῦ τοὔδαφος ἅπαν ὁρᾶται, τὸ κρυπτόμενον δὲ ὀλίγον. ὑμεῖς δὲ ἀμφότερα εἰδότες,

* ὑμετέροις

LIbellos Judicibus, poſtquam ſe receperint, vetamus offerri, ne ſuper alienis cauſis vel ſtatu pronuntient, quando ab Officij conſpectu atque ab oculis publicis receſſerint. Prælata v i i. Id.Septembr.,Veronæ, Valentiniano & Valente A A. Coss.365.

VI. *Imppp. Valens,* Gratianvs, *& Valentin. A A A. ad Antonium P P.*

NE quis domvm Judicis ordinarij poſt-meridiano tempore ex occaſione ſecreti ingredi familiariter affectet, eiuſdem duntaxat prouinciæ, ſiue notus Judici,ſiue etiam ignotus,geſtet tamen honoris authoritatem præferens. Dat. v. Kalen. Auguſt. Mogantiaco Gratiano A. I V. & Merobaude Coss.377.

Ex

Digitized by Google

Ex Tit. De Officio Iudicum Ciuilium.

Lex vnica. *Imppp. Arcadius,* HONORIVS, *& Theodoſius AAA. Curtio PF. P.*

HONORATI, qui lites habere noſcuntur, his horis quibus cauſarum merita vel facta panduntur, reſidendi cum Judice non habeant facultatem: Nec meridianis horis à litigatoribus Judices VIDEANTVR. Quina itaque pondo auri tàm Judici quàm eius Officio & Honoratis parem mulctam adſcribendam eſſe cognoſcas, ſi quis contra præceptum huiuſmodi venire tentauerit. Dat. III. Non. Febr. Romæ, Baſſo & Philippo VV. CC. Coss. 408.

Digitized by Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ

ΛΌΓΟΣ ΠΡῸΣ ΤῸΝ ΒΑΣΙΛΈΑ,

κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσιν.

LIBANII

ORATIO AD IMPERATOREM,

aduerſus Adſiduos apud Magiſtratus.

ARGVMENTVM.

COMMERCIA *familiaria cum Magiſtratibus ſeu Judicibus, quibus integritas Magiſtratuum intercipiebatur, hac Oratione inſequitur Libanius, eaq; commercia tum per ingreſſus, tum per litteras tandem & per conuiuia: Ingreſſus, inquam, qui partim poſt meridiem à ſuffragatoribus vſurpabantur, ad veſperã vſque, ſic vt etiam ad lauacra Magiſtratus comitarentur, quin & poſtridiè venirent, ea quæ pridiè petierant exacturi, idq; partim blanditiis, tum etiam minis, vnde iure ſubnixi ſæpe cauſa cadebant, ingredientes verò mercedem magnam accipiebant, etiam fumi venditores, quamlibet nullo labore præſtito, vel iuſto per ſe decreto: Quin & ex his non-*

nonnulli manè ſtatim ad Prætorium ſeſe cōferebant, vt cauſas introducerent, præcone gratiâ inducto. Literarum pariter cum Judicibus commercium inſequitur Libanius, quibus ſimiliter vt ingreſſibus id ſæpè etiam fiebat, vt iam à Magiſtratib. decreta reuocarentur. Speciatim verò in pomeridianos Doctorum introitus in Magiſtratuum ædes inuehitur, qui aliorum cauſas mercede conducti commendabant, vnde ingentes ipſis diuitiæ proueniebant, imò & maior grex diſcipulorum, cùm intereà ad ſtudia haud intenti mandato munere minus fungerentur. Ad hæc igitur Lege latâ abolenda Imperatorem hortatur Libanius, ſimul & nouem obiectionibus occurrit: quarum Prima hæc eſt, Lege nihil opus eſſe, quandoquidem & ſine Lege poſſint Magiſtratus ianuas ſuas occludere: *Cui reſpondet, verum id quidem eſſe, & nonnullos id etiam laudabiliter feciſſe, verùm non omnes tàm forti animo eſſe. Secunda,* Poſſe & iudices etiam præſentibus & precantibus non gratificari: *Cui reſpondet, id non facilè fieri, ſed tandem vinci precibus, blāditiis, lachrymis, epiſtolis. Tertia,* Ignotos ſæpè ad Magiſtratum ingredi: *Cui reſpōdet, non ideò minus ingreſſus prohibendos, quia pleriq; noti quibus gratificari ſolerent. Quarta,* Quòd vtilia ipſis Magiſtratibus ſuggeri poſſint & ab iis diſci: *Cui reſpondet, imò mala potius, quandoquidem plures mali ſint, ſed & eos per ſe*

O 2

vtilia noſſe oportere, vtpote ab Imperatore ceu edoctos etiam delectos. Quinta, Iram Magiſtratuum ſæpè hoc commercio ſedari: *Cui reſpondet, imò potius iram eorum vel augeri, vel etiam concitari, quam & per ſe refrænare poßint, vel ſaltem moniti ab Adſeſſoribus. Sexta,* Saltem gratiæ legitimæ cuiuſdam genus hoc eſſe: *Cui reſpondet, non eſſe gratiæ locum, vbi quid per Leges obtinetur, fieriue oportet. Septima,* Prodeſſe hos introitus ad liberationem reorum: *Cui reſpondet, etiam id fieri poſſe ſolo Legum, non hominũ reſpectu. Octaua,* Et ipſum Libanium hos introitus vſurpaſſe: *Cui reſpondet, & rarò, & inuitum feciſſe ſe, adeò quidem, vt ne vocatus quidem aliquando ad recipienda bona auita ire voluerit. Nona,* Libanium hac ratione in multos beneficia contuliſſe: *Cui reſpondet, id bonum Iudicem vltrò facturum fuiſſe. Igitur Legem ſanciri vult nouam, ne cui vel maximè volenti liceat ad Magiſtratum ingredi: adeò vt etiam Medicos corporis curæ tantum incumbere, non ſuffragatores agere velit. Sed & altero capite vetari cupit, Ne Magiſtratus quemquam conuiuio excipiant, neque ad alterius conuiuium accedant.*

ΠΟλλῶν, ὦ Βασιλεῦ, γεγενημένων μοι πρὸς σὲ λόγων, ὑπὲρ μεγάλων τε, καὶ σπουδαίων πραγμάτων

CVM multas, apud te, ô Imperator, Orationes habuerim, magnis de rebus, ſeriiſque, teque attentum

tum vbique nactus fuerim, & ad ſuaſiones meas bene affectum, & nunc acceſſi, de iis quæ curâ digna & illis nullatenus minora ſunt, verba facturus. Quare peto à Diis vt idoneè docere poſſim, meque hinc diſcedere te perſuaſo viſoque me bene ſentire.

Igitur opinor omnes conceſſuros, hæc duo maxima eſſe ex iis quæ Imperium vobis continent, armorum videlicet, & Legum vim: quorum illud præſtat vt hoſtes ſuperentur, per iſtas verò licet ius & æquum ferre. Cæterùm ipſis Legibus Judicibus opus eſt, qui quæ Leges dicunt, exequantur; neque enim manus aut pedes Legibus ſunt, neque ſi quis eas vocet, aut vocãtem audient, aut auxiliaturæ accedent: auxiliantur enim tantum per Judices. Porrò hominum nonnullos metus iuſtos facit, alios verò meliores, pœnas dare: Quare deuictis hoſtibus & Legibus vincentibus beatis eſſe licet: ſin autem illis cæſis apud eos qui hoſtes vicerunt, iuſta ab iniuſtis ſuperentur, iſtud quidem iam alterum bellum eſt inter conciues, ſic vt paruo ſit

πανταχοῦ σε καὶ προσέχοντα λαβὼν, καὶ πρὸς τὰς παραινέσεις ἡδέως ἐσχηκότα, καὶ νῦν εἰσῆλθον ὑπὲρ ἀξίων φροντίδος, καὶ οὐδὲν ἐλαττόνων ἢ ἐκεῖνα ποιησόμενος τοὺς λόγους. αἰτῶ δὴ παρὰ τῶν Θεῶν ἱκανῶς τε δυνηθῆναι διδάξαι, καὶ πεπεικότα σε, καὶ δόξαντα εὖ φρονεῖν, ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν.

Οἶμαι δὴ πάντας ἂν ὁμολογῆσαι, δύο ταῦτα τῶν τὴν ἀρχὴν ὑμῖν συνεχόντων εἶναι τὰ μέγιστα, τήν τε τῶν ὅπλων ἰσχὺν, καὶ τὴν τῶν νόμων· ὧν ἡ μὲν τῶν πολεμίων περιεῖναι ποιεῖ· διὰ δὲ τῶν ἐστὶ τῶν δικαίων τυγχάνειν, αὐτοῖς δέ γε τοῖς νόμοις, δεῖ δικαστῶν, τῶν ἃ λέγουσιν ἐκεῖνοι ποιησόντων. οὐ γὰρ δὴ χεῖρες, οὐδὲ πόδες εἰσὶ τοῖς νόμοις, οὐδ' εἴ τις αὐτοὺς καλέσειεν, οὔτ' ἀκούσονται βοῶντος οὔτ' ἀφίξονται βοηθήσοντες· βοηθοῦσι δέ γε διὰ τῶν δικαζόντων. τῶν δ' ἀνθρώπων τοὺς μὲν ποιεῖ δικαίους ὁ φόβος, τοὺς δὲ, τὸ δοῦναι δίκην, βελτίονας. κρατουμένων οὖν τῶν πολεμίων, καὶ τῶν νόμων κρατούντων, εὐδαίμοσιν ἔξεστιν εἶναι· Εἰ δὲ ἐπτηχότων ἐκείνων ἐν τοῖς νενικηκόσι τοὺς πολεμίους ἡττῷτο τῶν ἀδίκων τὰ δίκαια, πόλεμός τις οὗτος ἐν τοῖς ὁμοφύλοις ἕτερος, ὡς μικρὸν εἶναι

κέρδος τὸ ἀπὸ τῶν ὅπλων; εἰ μὲν οὖν οἷοί τ' ἦτε εἶναι πανταχοῦ τὰ ὑμέτερα σώματα, τῶν ἀρχόντων οὐδὲν ἂν τούτων εἴη, τῶν ἐπὶ τὰ ἔθνη παρ' ὑμῶν πεμπομένων, ἅπασιν ὑμῶν τοῖς δικαζομένοις ἀποχρώντων, ὥσπερ αὐτῆς τῆς τοῦ ἡλίου λαμπηδόνος. ἐπεὶ δὲ τοῦτο οὐχ οἷοί τε, δι' ἑτέρων αὐτοῖς ἐφεστήκατε, διὰ τῆς ἐκείνων γνώμης ὑμεῖς τὰς ψήφους τίθεσθε. τούτοις τοίνυν, εἰ καὶ λίαν εἶεν βέλτιστοι, καὶ βούλοιντ' ἂν ἀμύνειν τοῖς δικαίοις, ἔστι τὸ κωλῦον καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἀφαιρούμενον. τί τοῦτο;

Πολλοὶ τὰς τῶν ἀρχόντων καταγωγὰς ἀξιοῦσιν αὐτοῖς ἀνεῷχθαι· καὶ τὰς αὐτῶν οἰκίας ἀφέντες, ἐν ἐκείναις διατρίβουσιν, εὐθὺς ἠριστηκότες ἐκεῖσε χωροῦντες, ἀποσειόμενοι τὸν ὕπνον, ὃν τὸ ἠριστηκέναι ποιεῖ· καὶ τῶν μὲν ἔτ' ἀριστώντων ἥκοντες κάθηνται καὶ ὠχαλθιῶντες, οὕτως ὥστε ἐκείνους αἰσθάνεσθαι· τοῦτο δὲ ἐστὶν ἢ προεξαναστῆναι τοῦ τέλους, ἢ σὺν ἀηδίᾳ μέχρι τοῦ τέλους ἐλθεῖν, καὶ πρόσεστιν ὕπνου στέρησις. οἷς δὲ ὑπῆρξε καὶ ὕπνου τι δέξασθαι, βοαῖς ταῖς τῶν ἡκόντων ἀφυπνίζονται μᾶλλον, ἢ ταῖς παρὰ τῶν

lucro quod armis partum eſt. Sanè ſi fieri poſſet, vt corpora veſtra vbique eſſent, vtique nil opus eſſet Magiſtratibus qui in prouincias à vobis mittuntur, vtpote cùm vos omnibus qui diſceptarent ſufficeretis, quemadmodum ſolis ſplendor omnibus ſufficit: verùm cum id fieri nequeat, per alios ipſis præſidetis, & per ipſorum ſententias vos decreta conſtituitis. Hos igitur, etſi maximè optimi eſſent, iurique ſuccurrere vellent, eſt tamen quod illos prohibeat, quodque integritatẽ intercipiat. Quodnam vero iſtud eſt?

Multi ſibi Magiſtratuum ædes patere deſiderant, domibuſque ſuis relictis in illis agitant, ſtatim videlicet vbi prandium ſumſerunt eò proficiſcentes excuſſo ſomno quem prandium conciliat, & ex his quidã adhuc prandentibus *(Magiſtratibus)* venientes conſident, ita ſubmiſsè ſe inſinuantes, vt illi ſentiant: inde fit vt vel ante finem exſurgant, vel cum iniucunditate vſque ad exitum morentur, vnde accedit ſomni aduerſio. Quibus autem contingit aliquid ſomni capere, clamoribus aduenientium excitantur magis quàm pueri pæ-

pædagogorum. Ita rerum vices immutãtur, & imperium ſubditi exercent. Vbi veſpera & lychnus [*venit*] non ideò tamen abſcedunt, imò & ad Lauacrum Magiſtratuum pergunt, ſic vt his nihil eorum quæ neceſſaria ſunt agere liceat; inde diluculo veniunt, prætextu quidem ſalutationis, ſed reuera vt ſibi vtilia iuſto potentiora efficiant; nam quæ pridiè ſub veſperam tractauerant, ea veniunt exacturi. Hos igitur introitus omnes, ô Imperator, puta contra Leges eſſe, ac propter eos, multos quidem iure ſubnixos cauſâ cadere: multos verò iniuriâ ſuperiores euadere: cùm interea agatur de pecudibus, mãcipiis, fundis, rebus creditis, vel vſuris, vinculis, & liberationibus à vinculis: Nam etſi aliquis Magiſtratus ſit qui ius reuereri norit, multa tamen quis longo tempore aſſidens effecerit, & multa carmina occinens, & manus & genua contrectans & laudes pollicens, & maledicta minitans: Inde hic in medio ſedet iuxta Legem, qui vero hinc inde ſunt non ſinunt Iudicem eſſe; nam quomodo Iudex eſſe poſſit, qui hinc

παιδαγωγῶν οἱ παῖδες. οὕτως ἀνέστραπται τὸ πρᾶγμα, καὶ τὸ ἄρχειν τῶν ἀρχομένων ἐστίν. ἑσπέρα καὶ λύχνος, καὶ οὐδὲν μᾶλλον ἀπέρχονται, ἀλλὰ καὶ λουτρὸν τῶν ἀρχόντων αὐτοῖς, ὡς ἐκείνοις μηδὲ πρᾶξαί τι τῶν ἀναγκαίων ἐνεῖναι. ἔπειτα ἕωθεν ἥκουσι, πρόφασιν μὲν ἐπὶ τῇ προσρήσει, τῇ δ᾽ ἀληθείᾳ, τὰ συμφέροντα σφίσι τῶν δικαίων δυνατώτερα ποιήσοντες. ὑπὲρ γὰρ ὧν τῇ προτεραίᾳ δείλης ἦσαν διειλεγμένοι, ταῦθ᾽ ἥκουσιν ἀπαιτήσοντες. τὰς τοίνυν εἰσόδους ταύτας ἁπάσας, ὦ Βασιλεῦ, νόμιζε κατὰ τῶν νόμων εἶναι· καὶ διὰ ταύτας πολλοὺς μὲν δικαίως διώκοντας ἡττᾶσθαι, πολλοὺς δὲ ἀδίκως κεκρατηκέναι ἐν οἷς τούτοις βοσκήματα, ἀνδράποδα, γῆ, δανείσματα, δεσμοί, δεσμῶν λύσεις. καὶ γὰρ εἴ τις ἐστὶν ἄρχων, οἷος αἰδεῖσθαι τὸ δίκαιον, πολλὰ ἂν ποιήσειεν ἄνθρωπος πολὺν χρόνον προσκαθήμενος, καὶ μακρὰς ἐπῳδὰς ἐπᾴδων, καὶ χειρῶν, καὶ γονάτων ἁπτόμενος, καὶ ἐπαίνους ὑπισχνούμενος, καὶ κακῶς ἐρεῖν ἀπειλῶν· εἶθ᾽ ὁ μὲν ἐν μέσῳ κάθηται κατὰ τὸν νόμον, οἱ δὲ ἔνθεν οὐκ ἐῶσιν εἶναι δικαστήν. πῶς γὰρ ἂν εἴη δικαστής, νυττόμενος ἔνθεν

καὶ ἔνθεν, ὅπως καὶ χάρις ἔχοι πλέον τοῦ νόμου. γίνεται δέ τι καὶ τοιοῦτον ἐν τούτοις, ὦ Βασιλεῦ, λέγουσι μέν τινες οὐδὲν τοιοῦτον πρὸς τὸν δικαστήν, φασὶ δὲ εἰρηκέναι· καὶ ὁ μισθὸς ὡμολόγηται. εἶτ' ἐλθὼν φήσας εἰρηκέναι τι, παρακάθηται τῷ δικαστῇ, τὴν ψῆφον ἀναμένων· κατὰ δὲ τὸ δίκαιον ἐκείνης ἐνεχθείσης, μισθὸν ἀπαιτεῖ ψήφου δικαίας, πεπονηκὼς οὐδέν, οὐδέ γε φθεγξάμενος. καὶ τοῦτο δεινὸν μέν, ἀλλ' οὐχ οἷόν τ' ἐκεῖνο, τὸ καὶ παρὰ τὸ δίκαιον νικᾶν ἀξιοῦν, οἷς συναγωνίζονται· ἢν γὰρ μὴ δῷς, φησί, τὴν χάριν, οὐκ οἴσεις τὰ βέλη ἀπὸ τοῦ στόματος· πάντως δὲ ἐπιτήδειον ἡ ἀγορὰ χωρίον τοῖς τὰ τοιαῦτα τοξεύουσιν. εἶτ' ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀπειλῶν χάριτες πονηραί, καὶ ψῆφοι, τράπεζαί τε λαμπραὶ τοῖς παρὰ τῶν κεκρατηκότων πεμπομένοις· οὐ γὰρ αὐτῶν γε τῶν τρυφώντων ἀναλισκόντων, καὶ ἔστιν αὐτοῖς τὸ μετὰ τὰς πρώτας θύρας ἀεὶ μεστὸν* ἰχθύων, κεραμίων, ὀρνίθων, τῶν ἄλλων, ὅσα δὴ* τὰ δύναται ποιεῖν. κομίζεται δὲ πολλὰ πολλαχόθεν, τὰ μὲν ἐκ τῆς αὐτῆς πόλεως, τὰ δὲ

inde trahitur, ſic vt gratia Lege præualeat? Euenit autem & tale aliquid in his [*Ingreſſibus*] ô Imperator; ſcilicet quidam nil tale ad Iudicem dicunt; & tamen dixiſſe ſe aiunt, & de mercede conuenit: inde profectus dicens ſeſe aliquid dixiſſe, aſſidet Iudici, decretum expectans; eò verò ſecundum ius lato, iuſti decreti mercedem depoſcit, cùm tamen neque vllum laborem ſuſceperit, neque vocẽ vllam protulerit. Et iſtud quidem graue eſt, verùm non adeò vt illud, velle ſcilicet præter ius aduerſarios ſuos vincere: ſcilicet aiunt, *niſi gratiam dederis, non feres tela ab ore meo* (nempe forum opportunus locus eſt huiuſcemodi iaculantibus) Inde ab huiuſcemodi minis gratiæ peruerſæ & decreta: menſæ autem præclaræ iis qui à victoribus miſſi ſunt: neque enim id ſumptu eorum fit qui epulis indulgẽt, ſiquidem ipſis poſt primas ianuas affatim eſt piſcium, carnium, altilium, aliorum quæcunque tandem conferri poſſunt: Afferantur verò multa vndique, quædã ex eadẽ ciuitate, alia ex aliis, quarum aliæ in continente, aliæ in inſulis ſunt, & cameli,

ἐξ ἄλλων, ὧν αἱ μὲν ἐν ἠπείροις, αἱ δὲ ἐν νήσοις, καὶ αἱ κάμηλοι,

cum

ad onerarias naues contendunt. Et oportuiſſet equidem hæc talia conſiſtere intra frumentum, hordeum, veſtes, vinum: at nunc multum argenti, multum verò auri: Quorum gratiâ Magiſtratuum Lauacra præponũtur communibus iſtis & magnis: etenim multa etiam à nudis peti potuerint, & ab iis qui abſterguntur, & in vtroque labro calidæ aquæ & frigidæ; hi verò qui ſupplicant his qui ita lauantur, egreſſus ipſorum operiuntur & proſequuntur: aliquid eorum quæ è re ſua ſunt audire cupientes; Hi verò vultu indicantes, quòd res non exigui laboris peracta fuerit, ſpem faciunt; ſic ſomnia vtriſque iucũda ſunt, his quidem vincendi, illis verò mercedis.

Eſt & quod quis, ô Imperator, ſuccenſeat, eo nomine, quod manè ſurgentes, omnibus aliis curis, neque paucis & conuenientibus præteritis, ſtatim ad Prætorium ſe conferunt. Annon vero tonſtrinæ ſunt, & medicorum officinæ, tabernæ vnguentariæ, quæ huiuſmodi ſermones & congreſſus accipere poſſint? Quare igitur his deſpectis eò cõcurritis, eorumque locorum otio iucunditatem iudiciorum præfertis?

πρὸς τὰς ὁλκάδας ἁμιλλῶνται, καὶ ἔδει μὲν ἐν πυροῖς καὶ κριθαῖς, καὶ ἐσθῆτι, καὶ οἴνῳ, τὰ τοιαῦτα ἑστάναι· νῦν δὲ πολὺς μὲν ἄργυρος, πολὺς δὲ χρυσός· ὧν εἵνεκα τὰ τῶν ἀρχόντων βαλανεῖα προκέκριται τῶν κοινῶν τούτων καὶ μεγάλων· πολλὰ γὰρ ἂν αἰτηθείη καὶ παρὰ γυμνῶν, καὶ παρὰ ἀπεψωμένων καὶ ἐν ἑκατέρᾳ γε δεξαμενῇ θερμοῦ τε ὕδατος καὶ ψυχροῦ. Οἱ δὲ δεόμενοι τῶν οὕτω λουομένων, τάς τε ἐξόδους αὐτῶν ἀναμένουσι, καὶ παρακολουθοῦσιν ἀκοῦσαί τι τῶν αὑτοῖς συμφερόντων εὐχόμενοι· οἱ δὲ τῷ προσώπῳ δηλώσαντες, ὡς οὐκ ὀλίγου πόνου τὸ πεπραγμένον, ἔδοσαν ἐλπίσαι· καὶ τὰ ὀνείρατα ἀμφοτέροις ἡδέα· τοῖς μὲν τὸ κράτος, τοῖς δὲ ὁ μισθός.

Ἀγανακτήσαι δ' ἄν τις, ὦ Βασιλεῦ, καὶ πρὸς ἐκεῖνο τὸ ἕωθεν ἀνισταμένους ὑπερβαίνειν τὰς ἄλλας φροντίδας, οὔτε ὀλίγας, καὶ προσηκούσας, βαδίζειν εὐθὺς εἰς τὸ δικαστήριον. κουρεῖα δὲ οὐκ ἔστιν, ἰατρεῖα δὲ, μυροπώλια δὲ δέξασθαι δυνάμενα καὶ λόγους, καὶ συνουσίας; τί οὖν ταῦτα παρορῶντες ἐκεῖσε φέρεσθε, καὶ τῆς ἐνταῦθα ἀπραγμοσύνης, τὴν ἀηδίαν προτιμᾶτε, τὴν ἐν δικαστηρίοις;

ἀλλ' οὗτοι μὲν οὐκ ἐροῦσιν. ἐγὼ δέ, ὦ Βασιλεῦ, ὅτι τῆς τοῦ κήρυκος δέονται φωνῆς, ἣν εἰσιόντων ἀφίησιν ἐκεῖνος πρὸ τῶν θυρῶν. οἱ γὰρ ἀκούσαντες ἅπαντες, ἐπὶ τὴν ἐκείνων καταφεύγουσιν ἰσχύν. λυσιτελὲς δὲ αὖθις εἶναι τοὺς δεομένους αὐτῶν. βλαβεραὶ μὲν οὖν ταῖς πόλεσιν αἱ τούτων εἴσοδοι.

Βλαβεραὶ δὲ καὶ αἱ τῶν οὐκ ἀφικνουμένων ἐπιστολαὶ καὶ νὴ Δία γε καὶ μειζόνως. ᾧ γὰρ οὐκ ἀφικνοῦνται (τοῦτο δέ ἐστι μέγεθος σχήματος) τούτῳ, καὶ τὸ μηδενὸς ἀτυχεῖν ἔχουσι. πλέον γὰρ καὶ ἐνίοτε δύναται γραμματεῖον διθύρων πολλῶν, καὶ μακρῶν λόγων ἐγγύθεν λεγομένων· οὗτοι δὲ καὶ ἔρχονταί ποτε, καὶ οὐδέποτε. τὸ πρότερον μὲν παρὰ τοὺς ἐν λαμπροτέρᾳ τάξει, τὸ δεύτερον δέ, παρὰ τοὺς ἐν ἐλάττονι.

Τούτων τοίνυν τῶν τηλικούτων, ἄμφω κεκωλῦσθαι φημὶ δεῖν, τά τε γράμματα, καὶ τὰς ὁδούς, δι' ἅπερ οὐδὲν ἐᾶται τῶν ἐγνωσμένων μένειν. δρόμος γὰρ εὐθὺς παρὰ τούτους, εἰ μὲν ἐξείη, καὶ αὐτῶν, καθ' ὧν ἡ ψῆφος· εἰ δὲ μή, τῶν οἰκείων, καὶ τὰ μὲν λύεται· τοῖς δὲ ἐστι λαβεῖν· ὁ δὴ ἄρχων ὑπὸ τῶν

Cauſam hi non dicent. Ego verò dicam, ô Imperator: ſcilicet, præconis voce egent, quam ille pro foribus intromiſſis emittit. Omnes enim qui eam audiunt ad eorum autoritatẽ confugiunt; compendioſum vero ipſis eſt, eſſe qui ipſis ſupplicent. Noxij igitur vrbibus ſunt horum ingreſſus.

Noxiæ vero etiam eorum qui non adeunt *literæ*, &, per Iouem, multo magis: nam hoc ipſo quod non adeunt (id vero fit propter apicem dignitatis) hoc obtinent, vt nullâ re excidant; etenim quandoq; plùs valet epiſtola plurib. ianuis & prolixis ſermonib. cominùs habitis: Hi vero eſt vbi pergunt, eſt vbi non item; prius illud (eunt inquam) ad eos qui Illuſtrioris ordinis ſunt, poſterius vero, ad eos qui inferioris.

Cum igitur hæc talia ſint, vtraque prohiberi oportere aio, & literas, & introitus, per quæ nihil etiam eorum quæ decreta ſunt, manere ſinitur: illicò enim ad hos curritur, ſiquidem liceat, ab his aduerſus quos ſententia lata eſt: ſin minus, ab horum domeſticis: ſic fit vt hęc quidem reuocentur, illis vero cõtingat potiri: Sic Magiſtratus à non

non Magiſtratibus regitur. Nam quomodo non id contingat, cum aliquid potentius eſt iis quæ decreta ſunt? Quare qui hæc iuſſerunt, eorum qui liberati fuerunt, domini fiunt, neque ipſorum libidinibus contradicere fas eſt.

Eſt verò & aliud genus, ô Imperator, quod Magiſtratibus negotium exhibet. Qualenam iſtud? Qui adoleſcentibus præſunt ad libros & ſtudia: hi ſcilicet dimidiam diei partem, pomeridianum videlicet tempus, apud illos agitant pro litibus & aliis mille ſupplicantes: Noueris autem eos eminùs vultu, vbi perſuaſerint, vel non perſuaſerint: inde enim ſerena ſunt facie, hinc vero mœſti; & videntur quidem aliorum curam habere, ſed reuera res ſuas adcurant. Inde huiuſmodi ingreſſus vſurpans, opulentior eſt iis qui non vſurpant; neque enim ea quæ ex ſchola his proueniunt, multeſima pars ſunt eorum quæ ex iudiciis: & ſi velis expendere Doctores qui opibus abundarũt, hunc verum fructũ reperies, niſi ſi cui fortuna obiecit propinquorum hereditates; ſiquidem quod à diſcipulis prouenit, diuitias

οὐχ ὑπ' ἀρχόντων ἄρχεται. ὅτῳ μὲν γὰρ ὧν ἐψήφισται δυνατώτερόν ἤ τι, πῶς οὐ τοῦτο συμβαίνει; γίγνονται τοίνυν οἱ ταῦτα κεκελευκότες τῶν ἀφειμένων δεσπόται, καὶ ταῖς ἐκείνων ἐπιθυμίαις ἀντειπεῖν οὐκ ἔνι τούτοις.

Ἔστι καὶ ἕτερον ἔθνος, ὦ βασιλεῦ, τοῖς ἄρχουσιν ἐνοχλοῦν. ποῖον τοῦτο; οἱ τοῖς νέοις ἐφεστηκότες ἐπὶ βιβλίοις καὶ λόγοις· οἱ τὸ τῆς ἡμέρας ἥμισυ, τὸ μετὰ μεσημβρίαν παρ' ἐκείνοις διατρίβουσιν ὑπὲρ δικῶν τε καὶ μυρίων ἑτέρων δεήσεις ποιούμενοι· γνοίης δ' ἂν αὐτοὺς πόρρωθεν τοῖς προσώποις, πείσαντάς τε καὶ οὐ πείσαντας· ἐκ μὲν γὰρ ἐκείνου φαιδροί, τούτῳ δέ γε κατηφεῖς. δοκοῦσι μὲν γὰρ ἑτέρων κήδεσθαι, κήδονται δὲ σφῶν αὐτῶν. διὰ τοῦτο, τῶν οὐκ εἰσιόντων, ὁ εἰσιὼν εὐπορώτερος· οὐδὲ γὰρ πολλοστὸν μέρος τὰ ἐκ τοῦ διδασκαλείου τῶν ἐκ τῶν δικαστηρίων· κἂν ἐθελήσῃς τῶν διδασκάλων τοὺς ἐν πλούτῳ γεγενημένους ἐξετάσαι, τοῦτον εὑρήσεις τὸν πόρον· πλὴν εἴ τῳ κλήρους συγγενῶν ἡ τύχη δέδωκεν· ἐπεὶ αὐτό γε τὸ παρὰ τῶν μαθητῶν, πλοῦτον

σὺν οὐδὲ ποιεῖν· ἀλλ' ἴσμεν καλῶς ὁπόσον. ταῖς δίκαις μὲν οὕτω καὶ οὐδὲ λυμαίνονται. πρόσεστι δὲ ἓν καὶ ἕτερον τὸ τὰ διδασκαλεῖα αὐτὰ αἰσθέσθαι τὴν βλάβην.* ποιεῖ γὰρ τὸν χείρω πολλάκις περιεῖναι ἄμεινον τοῦ βελτίονος· κρίνεται μὲν γὰρ ἡ εὐπραγία τῷ τῶν ὁμιλητῶν ἀριθμῷ· κτᾶται δὲ πλείους ὁ φίλην τὴν ἀρχὴν κεκτημένος, παραδιδόντων τῶν πατέρων, οὐ διὰ τοὺς λόγους, ἀλλὰ διὰ ταύτην τὴν δύναμιν. κἂν προσελθὼν αὐτοῖς εἴπῃς, ἄνθρωπε προδέδωκας τὸν υἱόν· οὐχ ὁρᾷς τοῦτον τὸν διδάσκαλον πλείω νέμοντα σπουδὴν τοῖς ἐν δικαστηρίοις πράγμασιν· ἀφ' οὗ δὲ αὐτοῖς προσαγορεύεται, πάρεργον τοῦτο πεποιημένον· οὐχ ὁρᾷς, ὡς αὐτῷ πλείων ἐκεῖθεν ἡ πρόσοδος· ὥστε μὴ δεῖν θαυμάζειν, εἰ τὸ πλέον μᾶλλον θεραπεύεται; ταῦτα ἀκούσας ἀποκρίναιτ' ἂν ὁ πατήρ, τούτων μὲν μηδὲν ἀγνοεῖν, κερδαίνειν δὲ αὐτὸς τὰ μέγιστα, διὰ τῆς τοῦ παιδὸς ζημίας, πραττομένων αὐτῷ ῥᾳδίως ἁπάντων, ἃ μόνης ἐστὶ δοῦναι τῆς ἀρχῆς. τοῦτο τούτοις μεῖζον ἀπεργάζεται τὸ ποίμνιον, οὐχ οἱ λόγοι, ἐπεὶ λόγους

efficere nequit; ſed nouimus nos probè vnde tãta eis proueniant: quare & hi iudiciis quoque inquinantur. Inde ſanè etiam euenit & alterum illud, vt ipſæ ſcholæ damnum patiantur: efficit enim ſæpè, vt deterior rem melius gerat meliore: iudicatur enim is rectius docere, qui diſcipulorum numerum maiorem habet: maiorem autem habet, qui Magiſtratu amico vtitur, cui ideò parentes liberos tradunt, non propter facundiam, verum propter hanc ipſorum autoritatem. Quod ſi congreſſus ad ipſos dicas, *Mi homo, prodidiſti filium tuum; annon enim vides hunc Doctorem maiorem operam impendentem rebus forenſibus: contra, id munus vnde nomen habet parergi loco ducere? non vides maiorem illinc ei prouentum eſſe, vt mirari non oporteat, ſi quod conducibilius, magis quoque excolatur?* Hæc audiens pater vtique reſpondebit, ſe horum quidem nihil ignorare, ſed plurimùm ſeſe lucrari ex diſpendio filij, eo quod feliciter ei omnia proueniant; quę ſolius Magiſtratus eſt dare. Hoc maiorem ipſis gregem efficit, non quidem facundia, quandoquidem etſi quæ facun-

facundia eſſet, occupationes circa illam hanc excluderent; neque enim fieri poteſt, vt ſimul & horum & illorum curam agat, ſed quiſquis Doctor ſeſe Magiſtratibus dedit, hic ſeipſum à laboribus quibus in ſtudiis opus eſt, auertit. Iam igitur cùm peiores facti ſint, quos docendi munere dignatus es, ô Imperator, quomodo fieri poſſet, vt qui inſtruuntur, meliores fiant? nam cum prauum exiſtit quod præficitur, quomodo præclarum eſſe poſſit quod ſuſcipitur? Igitur oportet tibi curæ eſſe, ô Imperator, vt imperes multis induſtriis: iſtud verò aſſequêris, ſi preceptores ſua peragere coëgeris: coges autem, ſi his Lege ianuas Magiſtratuum occluſeris.

Sed dicat aliquis, *Nonne integrum eſſet Magiſtratibus etiam ſine Lege id facere?* Liceret ſanè, & verò ſunt pauci quidam, qui id prorſus fecêre, quibus multa bona contingant à Iuſtitia, quæ Ioui aſſidet; & malè audiuerunt qui id preſtitêre apud eos qui colloquio cum illis priuati ſunt; (*colloquium* verò cum dico, *introitum* dico) & tamen neque animum verterunt,

τε καὶ τοὺς ὄντας ἐκβάλλοιεν ἂν αἱ περὶ ταῦτα ἀσχολίαι· οὐ γάρ ἐστιν ὁμοῦ καὶ τούτων κἀκείνων ἐπιμέλειαν ἔχειν· ἀλλ' ὅστις αὑτὸν διδάσκαλος τοῖς ἄρχουσι δέδωκεν, οὗτος αὑτὸν τῶν πόνων, ὧν δεῖ τοῖς λόγοις, ἀπέστησε. χειρόνων δὲ τοῖς τὴν παιδείαν ἀξιουμένων γιγνομένων, ὦ Βασιλεῦ, πῶς εἴη βελτίους γίνεσθαι τοὺς παιδευομένους; ὅταν γὰρ φαῦλον τὸ διδόμενον ᾖ, πῶς εἴη καλὸν τὸ ληφθὲν εἶναι; δεῖ δὴ τούτου μέλειν, ὦ Βασιλεῦ, τὸν πολλῶν δεξιῶν βασιλεύειν. τοῦτο δὲ ἂν ποιῇς, εἰ τοὺς διδασκάλους τὰ αὑτῶν ποιεῖν ἀναγκάζοις· ἀναγκάσαις δ' ἄν, εἰ τῶν ἀρχόντων σφίσιν ἀποκλείσῃς νόμῳ τὰς θύρας.

Τί δ' οὐκ ἔνι, φήσαις δ' ἄν, τοῖς ἄρχουσιν, εἰ βούλοιντο, καὶ ἄνευ νόμου τοῦτο ποιεῖν; ἔνι καὶ εἰσί γε τινὲς ὀλίγοι κομιδῇ τοῦτο πεποιηκότες, οἷς πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο παρὰ τῆς Δίκης, ἣ τῷ Διὶ παρακάθηται· καὶ ἤκουσαν μὲν οἱ τοῦτο πεποιηκότες κακῶς, ὑπὸ τῶν ἐστερημένων τῆς πρὸς ἐκείνους ὁμιλίας· ὁμιλίαν δὲ ὅταν εἴπω, πρόσοδον λέγω· τὴν μέντοι ψυχὴν οὐκ ἐπλήγησαν·

οὐδὲ ἔλυσαν τὸ δόγμα, διὰ τοὺς τοιούτους τῶν λόγων. οὐ μὲν τοι παρ' ἅπασί γε, τὴν τοιαύτην ἀνδρείαν εὕροι τις ἄν· ἀλλ' ἔνι τις κἀνταῦθα δειλός, ὥσπερ ἐν στρατοπέδῳ· καὶ φοβερὸς ἐκείνῳ μὲν ὁ σίδηρος, τούτῳ δὲ ἡ βλασφημία· καὶ τὸ μηδὲν ἑαυτῷ συνειδέναι κακὸν, οὐκ ἀρκεῖ. ἵν' οὖν αὐτ' ἐκείνων ὁ νόμος ἔχῃ τὴν αἰτίαν, καὶ μήτε εἰσίωσιν οὗτοι, μήτε ἐκεῖνοι κακῶς ἀκούωσι, κεκωλύσθω τὸ πρᾶγμα Βασιλείοις γράμμασιν.

Ἔξεστι γὰρ νὴ Δία καὶ παροῦσι, καὶ δεομένοις, μὴ διδόναι χάριτας. ἔξεστι μὲν, ἀλλ' οὐ ῥᾴδιον· μεγάλας γὰρ ἀνάγκας ἔχουσιν αἱ δεήσεις· καὶ τὸ ἅψασθαι, καὶ χειρὸς καὶ γενείου, καὶ τὸ γενέσθαι κατηφῆ· καὶ δάκρυον δ' ἂν ἀφίη τις, ὁ δὲ καὶ αὐτοῦ μενεῖν ἀπειλήσει. μὴ γὰρ εἶναι ἀπελθεῖν ἀτυχήσαντι. παρὰ θυρῶν γὰρ ἑστάναι τὸν αὐτοῦ δεδεημένον, οὗ τὰς ἐλπίδας αἰωρεῖσθαι· τούτων ἡττᾶται πολλάκις ὁ δικαστής· διὰ ταῦτα δίδωσιν ἃ μὴ βούλεται. μὴ τοίνυν εἰσίτω μηδεὶς, μηδὲ συνέστω, μηδὲ διαλεγέσθω, μηδὲ ἱκετευέτω, μηδ' ἀξιούτω λαβεῖν· οὔτε γὰρ οὐδεὶς ὁ δώσων ἔσται, οὐ γὰρ δὴ διὰ

neque ſententiam mutarunt propter eiuſmodi ſermones. Non igitur apud omnes huiuſcemodi fortitudinem quis reperiat, ſed fuerit etiam aliquis hîc timidus vt in caſtris: atque illi quidem horridum ſit ferrum, huic verò conuicium: neque ſufficiat nihil ſibi mali conſcire. Vt igitur illorum Lex cauſam ſuſcipiat, & neque hi ingrediantur, neque illi malè audiant, res iſta prohibeatur Edicto Imperatoris.

Integrum verò *eſt* per Iouem *& præſentibus & precantibus gratiam non largiri.* Integrum equidem eſt, ſed facile non eſt; magnas quippe neceſſitates habent & preces, & manũ & mentum contingere, & mœſtitiam induere; Quinimò eſt & qui lachrymas effundat; eſt & qui minitabitur ſe eo loci manſurum, neque liberum eſſe abire, ſi voto excidat: nam præ foribus ſtare ſupplicem, cuius ſpes reuereri oporteat: ab his ſæpè ſubigitur Iudex, ac propterea quæ non vult largitur. Quocirca neque quiſquam ingrediatur, neque conuerſetur, neque confabuletur, neque ſupplicet, neque quicquam poſtulet; ſic non erit qui largiatur; neque quis per feneſtras

ſtras

Digitized by Google

ſtras tranſmittat litteras ſagittis alligatas. Nam etſi quis preces repellat, quot ipſi verbis opus erit, quanta verò molitione, quanto verò tempore? quæ quidem non parua negotiis eſt iactura, interea dum Iudicis animus ad hæc inde abducitur?

Atqui *ſunt quibus ingreſſis hoc dicere ſufficit, Ego verò hunc hominem non noui.* Eſto ſanè; vnus aut ſi vis duo prodeant, imò & tertius. Vtrum ergò præclarius fuerit vnà cum talibus & hos arceri; an vero horum gratiâ etiam iis qui iudicia captant patere quæ claudi oportuit? imò iis qui non ingrediuntur, nullum damnum fit, atenim qui ingrediuntur officere poſſunt. Et comperies, paucos illos ob hanc Legem non dolentes, vtpote cùm nihil ipſis depereat, dolore verò confectos pleroſque, vtpote cum multa ipſis pereant. Quid igitur opus eſt, honorem in nonnullos collatum anſam dare tot incommodis aduerſus iuſti partes?

Sed enim diſceret aliquid eorum quæ par eſt ab ijs qui ingrediuntur? Imo diſceret etiam nonnihil praui ab ingredientibus: imò quoniam mali plures (quod

θυρίδων εἰσπέμψῃ γράμματα προσδήσας βέλεσιν· εἰ δ' οὖν τις καὶ ἀπώσεται τὴν αἴτησιν, πόσων μὲν αὐτῷ δεήσει λόγων, πόσης δὲ μηχανῆς, πόσου δὲ χρόνου; ταυτὶ δὲ οὐ μικρὰ ζημία τοῖς πράγμασιν· ἑλκόμενος τοῦ δικαστοῦ τῆς γνώμης ἐπὶ ταῦτα ἐκεῖθεν.

Ἀλλ' εἰσὶν οἷς εἰσελθοῦσι προσειπεῖν ἀπόχρη, ἐγὼ δὲ οὐκ οἶδα μὲν τοῦτον τὸν ἄνθρωπον· ἔστω δὲ εἷς, ἢ εἰ βούλει γε, δύο φαινέσθω, καὶ τρίτος. πόθεν οὖν κάλλιον; μετὰ τῶν τοιούτων εἴργεσθαι καὶ τούτους, ἢ τούτων εἵνεκα καὶ τοῖς τὰ δικαστήρια καρπουμένοις, ἃ κεκλεῖσθαι χρῆν, ἀνεῷχθαι· δῆλως δὴ ὅτι τοῖς μὲν οὐκ εἰσιοῦσιν, οὐδὲν βλάβος· οἱ δ' ἂν εἰσιόντες βλάπτοιεν· εὑρήσεις δὲ ἐπὶ τῷ νόμῳ τούτῳ, τοὺς μὲν οὐκ ἀχθομένους τοὺς ὀλίγους, οὐδενὸς αὐτοῖς ἀπολλυμένου· τοὺς δ' ἀποπνιγομένους τοὺς πολλοὺς πολλῶν αὐτοῖς ἀπολλυμένων. τί οὖν δεῖ τὴν πρὸς ἐνίους τιμὴν τοσούτοις ἀφορμὴν δοῦναι κατὰ τῆς τῶν δικαίων μερίδος;

Μάθοι γὰρ ἄν τι τῶν δεόντων παρὰ τῶν εἰσιόντων. μάθοι δ' ἂν τι καὶ πονηρὸν παρὰ τῶν εἰσιόντων· ὅτι δὲ οἱ κακοὶ πλείους, ἄνδρες

ἐπὶ σοφίᾳ δόξαν ἐσχηκότος ὁ λόγος. οὐκ οὖν πλείους αἱ πονηραὶ γλῶτται τῶν χρηστῶν ἔσονται· οὐκ οὖν πονηρότερος, ἢ χρηστότερος, ὁ ἄρχων ἡμῖν ἔσται. ἑωράκαμεν δὲ τοὺς κεκλεικότας θύρας εὐδοκιμηκότας αὐτοῖς συμβεβουλευκότας· καὶ οὐδὲν τῶν χρησίμων αὐτοὺς ἐκφυγόν, παρὰ τὸ μὴ παιδαγωγεῖσθαι ταῖς τούτων γνώμαις. οἶμαι δὲ καὶ τὸ τὰς ἀρχὰς αὐτὰς πειθὼ λαμβάνειν τοῦτ' εἶναι τὸ δοκεῖν τοῖς νοῦν ἔχειν αὐτούς· πέμπεις γὰρ ὡς τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν πόλεων πεπαιδευμένους· ἀλλ' οὐχ ὡς παιδευθησομένους. εἰ δὲ ἑτέρων δεήσονται, τῶν ἃ χρὴ ποιεῖν διδαξόντων, σὲ τίς ἂν αἰτιάσαιτο, Βασιλεῦ, τὸν, δέον ἀντὶ τούτων ἐκείνοις διδόναι τὰς ἀρχάς, τούτοις διδόντα;

Πολλὰ γὰρ ἂν φησὶν ἁμαρτηθείη θυμῷ, καὶ δεῖ παρεῖναι τοὺς καθέζοντας· πολλοὶ δέ γε λαβόντες θυμουμένους, ἔτι μᾶλλον ἐξέμηναν· ἄρχοντος ἀρετὴν προστιθέντες τὸν θυμόν· καὶ δεῖν μὲν εἶναι φοβερὸν τὸν ἄρχοντα τοῖς ἀρχομένοις λέγοντες, δεδιέναι δὲ μάλιστα τὸν ἀστράπτοντα θυμῷ· θυμὸν δὲ τὸν μὲν

dictum eſt viri ſummam gloriam propter ſapientiam nacti) certè plures malæ linguæ quam bonæ erunt: quarè deterior potius quam melior Magiſtratus noſter fiet. Vidimus verò eos qui ianuas occluſerũt approbatos, quod ſibi ipſis conſuluiſſent, eoſq; nihil fugiſſet eorum quæ vtilia ſunt, eò quod non tanquàm pueri regerentur ex iſtorum ſententia. Opinor enim etiam id quod tibi perſuadet Magiſtratus ipſos deligere, id eſſe, quòd eos mente præditos eſſe putes; mittis enim velut edoctos iis quæ ad felicitatem vrbium pertinent, non tanquam erudiendos: Quod ſi aliis indigeant, qui ea quæ facto opus eſt doceãt, iure te, Imperator, quis accuſet, quòd cùm oporteat horum loco illis Magiſtratum conferre, iſtis tradas?

Atenim, dicet aliquis, *multa per iracundiam* [à Magiſtratibus] *admitterentur: quare opus eſt adeſſe adſiduos.* Imò multi qui irâ æſtuantes offenderãt, magis adhuc furore accenderunt, Magiſtratus, vi iram adiungentes, & dicentes oportere Magiſtratum ſubditis metuendum eſſe, eumque maximè formidari irâ efferueſcentem: Quin & furorem aliundè

aliundè non exortum excitarunt, cuius ipſimet extiterunt architecti; ſicque omnes ipſis cedentes abripiunt: ita vt licentia paſſim omnibus ad eos ingrediendi, & de quibus viſum fuerit loquendi, tantum abeſt iras compeſcere poſſit, vt alias quidem maiores faciat, alias verò inferat. Quo quidem vtroque, Imperator, Magiſtratus liberare te oportet; nam & abſque his ſibi carmen occinentes iram extinguent, quin & fræno ab Adſeſſoribus iniecto.

Dicent, *ſaltem gratiæ cuiuſdam ſpeciem hanc eſſe, quæ nihil contrarium Legibus habeat.* Sanè ſi conſentiat illa Legibus, tùm hæc gratia vocanda non eſt; nam ſi quæ mihi à Legibus obtingere poſſunt ea conſequor, quomodo id gratia erit, aut vnde huic rei nomen iſtud? certe qui gratiam accipit, remunerationem ei qui dedit debet; at Iudici qui Legibus ſeruit, nulla debetur gratia: nam quæ ei ex neceſſitate erant agenda egit. Quare dico neutram in partem ſuper huiuſmodi rebus cuiquam cum iudicante diſſerendum eſſe, neque rogantibus aures præ-

ἄλλοθεν ἐγγινόμενος ἐξερρίπισαν, τοῦ δὴ αὐτοὶ κατέστησαν ἀρχιτέκτονες· ταύτῃ τοὺς ἅπαντας σφίσιν εἴκοντας ἀναρπάζοντες· ὥστε τὸ πᾶσιν ἐξεῖναι παρ' αὐτοὺς εἰσιέναι, καὶ περὶ ὧν ἂν δοκῇ λέγειν, οὐ μᾶλλον ὀργὰς δύναται καταπαύειν, τὰς μὲν μείζους ποιεῖ, τὰς δὲ καὶ ἐντιθέναι. σὺν δὴ, Βασιλεῦ, τοῖν δυοῖν τούτοιν ῥύεσθαι τοὺς ἄρχοντας· τὸν δ' ἄνευ τούτων θυμὸν αὐτοῖς ἐπᾴδοντες σβέσουσι, καὶ τῷ παρὰ τῶν προέδρων χαλινῷ.

Καὶ χάριτας τοίνυν φήσουσιν εἶναί τινας οὐδὲν ἐχούσας ἐναντίον τοῖς νόμοις. Εἰ δὲ ὁμολογοῦσι τοῖς νόμοις, ἀλλ' ὅτι ταῦτα κλητέον οὐ χάριτας. Εἰ γὰρ ἃ γένοιτ' ἄν μοι παρὰ τῶν νόμων, ταῦτα λαμβάνω, πῶς ἔτι τοῦτο χάρις· ἢ πόθεν τουτωὶ τῷ πράγματι τοὔνομα; καὶ μὴν ὁ μὲν χάριν λαβὼν ἀμοιβὴν ὀφείλει τῷ δόντι· δικαστῇ δὲ ὑπηρετηκότι νόμοις οὐκ ἂν ὀφείλοιτο χάρις. ἃ γὰρ ἦν αὐτῷ κατ' ἀνάγκην πρακτέον, ἔπραξε. Φημὶ τοίνυν κατ' οὐδέτερον τῷ δικάζοντι δεῖν ὑπὲρ τοιούτων τινὰ διαλέγεσθαι, οὔτε ἐπιτρεπόντων παρέχειν

τοῖς αἰτοῦσι τῶν νόμων, οὔτε μή. Εἰ γὰρ ἃ δεῖ καὶ σιωπώντων ἔσται, διὰ τῶν* ἡ χάριτας, εἰ λέγοιεν, οὐ συμβαινούσας τοῖς νόμοις, ταύτας λαβόντες, ἔλαβον οὐ καλῶς.

Εἰ δέ μοι λέγοι τις δεσμωτήρια καὶ καταδίκας, καὶ λύσιν ἑκατέρων διὰ τῶν εἰσιόντων, ἴστω, ὡς ἃ λυθῆναι μὲν προσήκει, ἐλύετ' ἂν καὶ τῶν οὐκ εἰσιόντων, ὥσπερ ἐπὶ ἐκείνων, ἐφ' ὧν οὐκ εἴσοδος· ἃ δὲ ἐχρῆν ἢ ὅλως μένειν, ἢ πλείω χρόνον διὰ τῶν εἰσιόντων, ἢ ὅλως, ἢ θᾶττον κινηθέντα κακῶς κεκινημένα. ἔκβαλε δὴ τὰς χάριτας ταυτασὶ τῶν δικαστηρίων, ὦ Βασιλεῦ, καὶ μὴ πρὸς ἄνδρα, πρὸς δὲ τοὺς νόμους ὁ δικάζων βλέπων, ἔν τε τοῖς μείζοσι καὶ ἐλάττοσιν· οὕτω τὰ μὲν πραττέτω, τὰ δὲ μή.

Σὺ δὲ οὐκ εἶ, φησί, τῶν εἰσεληλυθότων; φημὶ καὶ τῶν γε οὐκ εἰσεληλυθότων· ἐπεθύμουν μὲν γὰρ τούτου, ἠναγκαζόμην δὲ ἐκείνου, φθάνω μὲν εἰς ὅσον ὀξέως, νικώμενος δὲ πλήθει τε καὶ πυκνότητι τῶν κλήσεων· οἱ δὲ ἀφικνούμενοι καὶ κα-

bendas, ſiue ipſæ Leges id exigant, ſiue non. Nam ſic ea quæ oportet etiam tacentibus obtingent, non per gratiam, Legibus non conuenientem, quam qui conſecuti ſunt, non honeſtam conſecuti ſunt.

Quod ſi quis mihi dicat, *& incarcerationes, & condemnationes, & ab vtriſque liberationem per ingredientes fieri*, noueris ea quæ ſoluta eſſe oportet, etiam non ingreſſis ſolui poſſe, ſicut apud illos ad quos ingreſſus non patet: quæ verò oportuit vel in totum manere, vel prolixiore tempore, propter ingredientes, vel in totum, vel citius mota malè commota eſſe. Hanc igitur gratiam, ô Imperator, iudiciis eiicito, vt non ad hominem iudicans, verum ad Leges reſpiciat & in maioribus, & in minoribus; ſic hæc quidem fient, illa verò non.

Dicet aliquis, *nonne & tu ipſe ex iis es qui ingreſſi ſunt?* Fateor: ſed etiam ex iis qui ingreſſi non ſunt: iſtud enim cupiebam, ad illud verò coactus ſum, atq; inde fugiens quàm velociſſimè poſſum, victus ſcilicet multitudine & frequentia vocationum: ſanè qui accedebant, & accerſe-

cerſebant, nunc quidem Medicos cernebant circa corpus meum tanquam ſi morbo laboraret, cum tamē non laboraret; nunc verò id agebam vt viderer non potuiſſe, neque foris contingere, neque intus reperiri: ſemper autem fugere non licuit. Quod autem tædio mihi eſſent eiuſmodi ingreſſus, argumento eſt quòd benemeritos de me dicerem qui me ad ſe non vocarent, atq; aliis quidem ij peccare videbantur quod non peccarent, mihi verò quæ decerent facere, & ad ſtudiorum vſum cōferre; illa quippe mihi iucundiſſima tempora extitiſſe arbitror, quæ omnino ſtudiis diligenter impendi. Quæ cum dico, nemo mihi fidem iure derogauerit, nam neque Ariſtidi Lyſimachi filio ſuperfuit obolus ex reditu, neque ex iis quæ apud Regem illum generoſum & ſplendidum parauerat, tum quæ in vita eo ſtrenuè egerat tum in obitu. Quod quidem præclarum quoque eſt accipere nolle. At multò præclarius, ne recipere quidem, & quidem eo prouocante cùm bonorum publicatio, quam auus meus incurrerat, non tota perſoluta fuiſſet.

λοῦντες, νῦν μὲν ἰατροὺς ἑώρων περὶ τὸ σῶμα τοὐμὸν, ὡς δὴ κάμνον οὐ κάμνον, νῦν ἐπώλουν μοι, τὸ δοκεῖν μὴ δεδυνῆσθαι, μήτε ἔξω συντυχεῖν, μήτε ἔνδον εὑρεθῆναι· ἀεὶ δὲ φεύγειν οὐκ ἦν, τοῦ δὲ δυσχεραίνειν με τὰς τοιαύτας εἰσόδους, τεκμήριον τὸ καλεῖν εὐεργέτας ἐμαυτοῦ τοὺς οὐ καλοῦντάς με παρ' αὐτούς. καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις ἐδόκουν ἐκεῖνοι τῷ μὴ καλεῖν πλημμελεῖν. ἐμοὶ δὲ τὰ προσήκοντά τε ποιεῖν, καὶ συμπράττειν, εἰς τὸ χρῆμα τῶν λόγων· καὶ τῶν χρόνων μοι τούτους ἡδίστους γεγενῆσθαι νομίζω, τοὺς ὅλως ἀκριβῶς περὶ τοὺς λόγους ἀνηλωμένους. καὶ ταῦτα λέγων, οὐκ ἂν ἀπιστοίμην εἰκότως, οὔτε γὰρ Ἀριστείδῃ τῷ Λυσιμάχου γέγονεν ἀπὸ τῶν φόρων οὐδ' ὀβολὸς, οὔτ' ἀπὸ τοῦ παρὰ τὸν Βασιλέα, τὸν γενναῖον ἐκεῖνον, καὶ λαμπρὸν, καὶ τοῖς βεβιωμένοις, καὶ τῇ τελευτῇ. καλὸν μὲν οὖν καὶ τὸ μὴ λαβεῖν· πολὺ δὲ κάλλιον, τὸ μηδ' ἀπολαβεῖν. καὶ ταῦτα ἐκείνου προκαλουμένου, τῆς τοῦ πάππου συμβάσεως τῶν ὄντων δημεύσεως, οὐ πάσης λελυμένης.

ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἔφυγον· ὅπως ἐφ' ᾧ μηδενὶ τρόπῳ μηδὲν τοιοῦτον κερδᾶναι· τοῦ χάριν δὴ ταῦτα διῆλθον, ἵνα πᾶσιν ᾖ πιστὸν, ὡς ἥδιον ἦν μοι μὴ καλεῖσθαι μᾶλλον, ἢ ταῖς τοιαύταις συνουσίαις. εἰ γὰρ μήτε χρήματα ἐποίουν διὰ τὸ οὐκ ἀξιοῦν τὰ τοιαῦτα κερδαίνειν, πράγματά τε καὶ πόνους, ἀνθ' ἡσυχίας παρεῖχον, παρῄρουν τότε τῆς περὶ τοὺς λόγους ἐπιμελείας, ὅπως ἥδιον ἦν ταῖς τούτων αἰτίαις.

Veruntamen & iſtud vitaui, vt nullo pacto tale quid lucrarer. Quod quidem eâ de cauſa recenſui, vt fidem omnibus facerem, mihi gratius eſſe non vocari, quam ad eiuſmodi congreſſus: nam etſi rem facerem, tamen quia hos quæſtus parare æquum non cenſeo, & negotia & labores pro quiete mihi exhibuiſſem, & de ſedulitate in ſtudiis aliquid ſubtraxiſſem, vt horum cauſis vacarem.

Εὖ γὰρ, φησὶ, πολλοὺς ἀπὸ τούτων ἐποίεις. πάλιν ἐνταῦθα μεμνήσομαι τῶν νόμων, τῶν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων βεβαιουμένων· τοῦτο δ' ἂν ἔχοιεν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν· οὐδὲν ἐμοῦ, καὶ τοῦ δεῖνος δεήσει τοῖς ἀρχομένοις. εἰσῄειν, ὁμολογῶ· τοῦτο δ' οὐκ ἂν ἦν, εἴ τις ἦν ὁ κωλύων νόμος. τεθήτω τοίνυν ὁ νόμος, ὅπως μηδὲ τοῖς πάνυ βουλομένοις εἰσελθεῖν ᾖ, καὶ δι' οὗ γαλήνην αἱ ψυχαὶ τῶν ἀρχόντων ἕξουσιν· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἰατροὺς ἀξιώσαιμ' ἂν, ὑπὲρ τῶν σωμάτων αὐτοῖς διαλέγεσθαι.

Atenim, inquiet aliquis, *in multos beneficia per hac contuliſti.* Rurſum hoc loco Legum recordabor, quæ à Magiſtratibus firmatę ſunt: nam iſtud ipſum à bonis impetraſſent; neque meis precibus, neq; cuiuſquam alterius tum opus fuiſſet: Ingreſſum me fateor, id vero non ita factum eſſet, ſi quæ Lex eſſet quæ id vetaret. Sanciatur itaque Lex, *ne cui, vel maxime volenti, liceat ingredi*, & per quam tranquillitate fruantur Magiſtratuum animi. Quin & vellem, *Medicos* de iis tantum quæ corporis curam contingunt, cum ipſis diſſerere.

Μόνον ἔτι κἀκεῖνο προσθήκη καὶ ῥηθῆναι, Βασιλεῦ, καὶ τοῦ νό-

Sed & illud prǽterea adiici velim, Imperator, & Legis

μου γίνεσθαι μέρος, ὃ παροφθὲν δώσει προστάττεσθαι τοῦ κεκωλῦσθαι δοκοῦντι. βούλει μαθεῖν τοῦτο; ἔτι μηδεὶς ἄρχων μήτε ἑστιάτω μηδένα, μήτ' αὐτὸς ὡς ἄλλον ἑστιασόμενος ἐρχέσθω. πολὺ δὲ τοῦτο νυνί· καὶ τὴν μὲν ἄλλην αἰσχύνην ἐῶ τῶν νηφόντων, ὁρώντων μὲν τὴν ἐν ἐκείνοις μέθην, μὴ γελᾶν δὲ οὐ δυναμένων. τοιαῦται μὲν αὐτοῖς παρειαί, τοιοῦτοι δὲ ὀφθαλμοί, τοιαῦται δὲ γλῶτται, τῶν δὲ ἐπὶ ζεύγους οἱ ἐπὶ τῶν ἵππων καταγελαστότεροι· ἀλλ' ἐῶ ταῦτα νῦν. δεδιέναι δὲ αὐτῶν ἄξιον τὰ συμπόσια διὰ τοὺς ἐν συμποσίοις λόγους. ἐν οἷς ἔστι καὶ χάριτας ἐπαγγεῖλαι τοιαύτας, ὁποίας ἄρτι διεξῆλθον· τῷ δὲ ἑστιάτορι μὲν, ἄρχοντι δὲ καὶ κατὰ τοῦτο δοῦναι δυναμένῳ. προπίνοντι δὲ τοῖς δαιτυμόσιν, ἀνωμαλίας τις εἶναι δοκεῖ, καὶ οὐ κατὰ τὴν κύλικα, εἰ μὴ τῷ οἴνῳ προσθεῖναι καὶ τὴν χάριν· φύονται δὴ συμφοραὶ πολλοῖς ἀπὸ τῶν συμφορῶν..........

Εἶτα οἱ μηδὲν ἀδικοῦντες, μήτε ἰδίᾳ, μήτε κοινῇ, οὐ θαυμάζουσιν, ὅθεν αὐτοῖς ἐν ταραχαῖς τε καὶ κακοῖς τὰ πράγματα. ἴσχε

gis partem fieri, quod omiſſum eius faciendi poteſtatem faciet quod vetitum videbitur; Vin' diſcere quid iſtud ſit? *Adhæc nullus Magiſtratus neque aliquem conuiuio excipiat, neque ipſe ad alterius conuiuium accedat.* Quod quidem nunc crebrò fit. Omitto ſobriorum pudorem cum vident iſtorum temulentiam; & riſum vix continent, cùm tales in iis vident genas, tales oculos, tales linguas, ex quibus etiam qui equis inſident magis ridiculi ſunt, quam qui vehiculis incedunt. Verum iſta nunc miſſa facio. Atenim eorum conuiuia metuere neceſſe eſt, ob ſermones qui in conuiuiis habentur, in quibus licet etiam gratiam polliceri quam modo commemoraui. Nam & conuiuatori, & Magiſtratui, qui ſecundum hæc dare poteſt, & conuiuis propinat, inæqualitas quædam videtur, neque poculis ſatis conueniens, niſi vino etiam gratia addatur. Hinc ex huiuſmodi conuiuiis multis calamitates contingunt: inde qui nihil iniuſti admiſerunt, neque priuatim, neque publicè, mirari non debent, vnde res ſuæ turbarum & malorum plenæ ſint. Quare

Digitized by Google

δὴ, Βασιλεῦ, τοὺς τοιούτους πότους· ἐπισχήσεις γὰρ πολλῶν καὶ δεινῶν ἀρχὰς, ὧν καὶ μήπω προσκειμένων, μηδὲ ἁπτομένων, ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τραύματα. τοῦτο ὁ νόμος τεθεὶς παρέξει καὶ τοῖς ἄλλοις ἰσχύειν· οὐκ ἔτ' ἐπεισιόντων αὐτοῖς, ἐφ' ὧν ἀσθενεῖς γεγόνασιν.

Imperator eiuſmodi compotationes coërce : ſic enim multorum & grauium malorum principia cohibebis, quę etſi nondum incumbant neque vrgeant, attamen à ſpe vulnera fiunt. Hæc Lex ita poſita præbebit & aliis vires, cùm nulli amplius ingredientur ad eos, per quos imbecilliores fiebant.

Finis Orationum Libanij.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTÆ
IN SVPERIORES QVINQVE LIBANII
Orationes.

R

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTÆ
IN ORATIONEM LIBANII
Περὶ τῶν προστασιῶν,
De Patrociniјs.

APVD quem Imperatorem hæc Oratio habita fuerit, haud adeò liquidum eſt.

Ait equidem Libanius, præcipuam ei ſubditorum curam fuiſſe, eorumque commodis gauiſum, nominéque quemquam ab vllo iniuriâ affici. Secundo ait Libanius *pag. 11.* ſe ab eo codicillis (honoris videlicet alicuius) ornatum, *καὶ γράμμασι δὴ παρὰ σοῦ κεκοσμημένῳ.* Tertio ait *p. 24.* ab hoc Imperatore Tyrannidem extinctam & Scythicam flammam ſopitam : agens quippe de Lege (cuius autorem hunc ipſum Imperatorem, apud quem agit, diſertè facit) gratulari ſe ſibi ait, quod haberet Imperatorem & Legiſlatorem Orationi ſuæ per Legem adſtipulantem, *τὸν σβέσοντα μὲν τυραννίδα, σβέσαντα δὲ Σκυθικὴν φλόγα.* Quartò *fine Orationis* indicat, hunc Imperatorem liberos iam tum habuiſſe, *ἀλλ᾽ ἐκεῖνός τε [νόμος] ἀθάνατος μετὰ τοῦ σοῦ σπέρματος μένει.* Poſtremò ait, ab hoc Imperatore Legem aduerſus Patrocinia vicorum *πάλαι* latam. Itaque Valenti Imperatori hæc omnia conuenire videantur. Nam vt ſingula ſingulis reddam, Primò Valens dicitur prouinciarum æquiſſimus tutor fuiſſe, quarum ſingulas vt propriam domum cuſtodiuerit immunes, vt teſtatur Ammianus Marcellin. *lib. 31. p. 496.* Fidem ſanè huic rei facit quoque ipſiuſmet Valentis conſtitutio, putà *Lex 11. C. Th. de iure fiſci.* vbi hæc inter alia, *Vt perſpicuè colonorum vtilitatibus conſulatur.* Item *L. 3. C. Iuſt. de defenſor. ciuitat. Vtili ratione proſpectum eſt, vt innocens & quieta Ruſticitas peculiaris patrociniј, id*

eſt defenſoris Locorum beneficio perfruatur, & apud eum in pecuniarijs cauſis litigandi habeat facultatem. Fidem quoque facit Themiſtius *Orat.*10. ad ipſum Valentem *p.*224. vbi ait eum agricolas tributorum onere leuare ſtuduiſſe, ὅτι τοῖς γεωργοῖς ἐπονεῖτο προθυμῇ τὰ λειτουργήματα. vide *eundem p.*243. Secundo teſtatur Eunapius, *in vita Libanij ipſius*, Libanium Codicillis honoratum ab Imperatoribus, qui poſt Julianum fuerunt, (quo ſanè numero & quidem proximo fuit Valens Imp.) & quidem Codicillis honorarijs Præfecti Prætorio, τῶν δὲ μετὰ ταῦτα βασιλέων καὶ τῶν ἀξιωμάτων τὸ μέγιστον αὐτῷ προσθέντων (τὸν γὰρ τῆς αὐλῆς ἔπαρχον μέχρι προσηγορίας ἔχειν ἐκέλευον) οὐκ ἐδέξατο. Tertiò, Valens Imperator ille eſt qui Procopij Tyrannidem extinxit, A.D. 366. item qui Scythicum ſeu Gothicum bellum triennale, pace cum Athanarico firmatâ, confecit A.D. 369. quo quidem anno is iam ſexennium imperabat. Quartò, quod teſtatur autor Chronici Alexādrini, Valens ex vxore Domninâ tres liberos ſuſcepit, Gallum filium, & duas filias Anaſtaſiam & Caroſiam, de quarum nominibus Conſtantinopoli Thermas Anaſtaſianas & Caroſianas condidit. Tandem extat C. Theodoſiano expreſſa Conſtitutio Valentis aduerſus patrocinia vicorum, putà *Lex* 2. *de patroci. vicor.* quæ inſcribitur Auxonio P P. (Oriētis videlicet, cuius inter alias Diœceſeωs prouincia Syria Cœle fuit, eiuſque Metropolis Antiochia, vbi Libanius cōſiſtebat.) Quæ cùm ita ſint, videri poſſit ea conſtitutio illa ipſa eſſe quā hâc Oratione Libanius deſignat, velut iam olim lata, quamq́; Libanius, cùm ea executioni non traderetur, pœnâ ſanciri hâc Oratione ſuaſerit. Et tamen videri poſſint potius Theodoſio M. hæc omnia cōuenire. Nam vt de ſumma ipſius humanitate φιλανθρωπίᾳ à Themiſtio & Libanio ipſo paſſim etiam *Orat. prox.* περὶ τῶν ἀγγαρειῶν & περὶ τῶν δεσμωτῶν prædicatâ taceam; ipſe quoque Scythicum bellum ſedauit, & Tyrannidem extinxit. Neque tantùm ea quorum anteà meminit, Themiſtius *Orat.*5. verum etiam illud Scythicum bellum quod memorat nouiſſimè Libanius ipſe *Orat. ad Theodoſ.* 12. *Morell. p.* 392. & 393. quam habuit A.D. 388. Nempe ab eo Gruthungi victi, A.D. 386. & captiui in Romaniam adducti, teſte Zoſimo *lib.*4. *pag.* 762. Idacio & Marcellino in Chronico: notumque, Maximum

Digitized by Google

mum Tyrannum à Theodoſio deuictum A.D.388. Quarè hęc ſententia mihi magis probatur, ad Theodoſium M. hanc Orationem habitam, ac maximè cùm videam, reliquas Libanij Orationes δικανικὰς * non apud alium quã apud Theodoſium M. habitas. Quod ſi ita eſt, habita fuerit hæc Oratio poſt A.D.385. quo anno Theodoſius iam altero filio Honorio auctus fuit, qui annus etiam Imperij eius ſeptimus fuit. Sanè eam non primis Imperatoris annis tribuendam Libanius oſtendit, cum huius Orationis tempore eum iam diu Imperio præfuiſſe indicet, πολλοῦ μὲν χρόνου. Tandem vel fine anni 391. vel an.392. habita fuerit hæc Oratio, Theodoſio ex Italia in Vrbem reuerſo. * ſeu νομικὰς

Περὶ τῶν προστασιῶν] De *Patrociniis* his *Vicorum* ſeu ruſticorum eſt titulus Codicis Theodoſ. *lib.*11. ſub quo continentur ſex conſtitutiones Conſtantij, Valentis, Arcadij, Theodoſij iunioris. Item titulus Codicis Juſtinianei *lib.*11. *vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat vicos vel ruſticanos eorum.* p.4.

Ἐπὶ τὴν συμβουλὴν ἥκω, & *pag.*5. *mox* προσδοκῶμαι τὸν σύμβουλον] *Conſiliarios Imperatorum*, vbi vſus tuliſſet, egêre Sophiſtæ hâc tempeſtate: In quibus & Libanius, cuius hæ Orationes ſunt συμβουλευτικαί.

Παρὰ τῶν θεῶν] ſicut infr. *p.*12. ἐπὶ τὴν ἐχθρὰν τοῖς θεοῖς χάριν. & *p.*13. τὴν εἰς τοὺς θεοὺς ἀσέβειαν, & alibi paſſim ſimiles formulæ: ex quibus notanda Sophiſtarum ſub Chriſtianis Imperatoribus hac parte licentia.

Σιωπᾶν ἐν ἀσφαλείᾳ τοσαύτῃ] vide ſimiliter Libanium *de fortuna ſua p.*41.

Καὶ τοὺς τῶν ὅλων ἄρχοντας δυνάμεων, καὶ τοὺς ὑπὸ τούτοις μερῶν] *Magiſtratus militares* intelligit, quorum ſanè alij ſummæ rei præerant, veluti Magiſtri militum, Duces, Comites; alij verò ſub his conſtituti, veluti Tribuni, Officiales Comitum, ad quorum omnium pariter patrocinia confugiſſe ruſticanos oſtendit *lex* 1.3.4.*C. Th. de patrocin. vicor.*

Εἰσὶ κῶμαι μεγάλαι πολλῶν ἑκάστη δεσποτῶν]. *Vicos* duum generum in Imperio Romano fuiſſe Libanius oſtendit; Maiores alios, alios minores: Maiores, qui multorum Dominorum erant, πολλῶν δεσποτῶν. ſeu, vt poſteà loquitur *pag.*10. multorum Dominorum ſuis ſingulis partes in communiter

Digitized by Google

ἀλλ᾽ ὅμως καὶ τοῦτο ἔφυγον· ὅπως ἐφίω μηδενὶ τρόπῳ μηδὲν τοιοῦτον κερδῆναι· τοῦ χάριν δὴ ταῦτα διῆλθον, ἵνα πᾶσιν ᾖ πιστὸν, ὡς ἡδόμην τῷ μὴ καλεῖσθαι μᾶλλον, ἢ ταῖς τοιαύταις συνουσίαις. Εἰ γὰρ μήτε χρήματα ἐποίουν διὰ τὸ οὐκ ἀξιοῦν τὰ τοιαῦτα κερδαίνειν, πράγματά τε καὶ πόνους, ἀνθ᾽ ἡσυχίας παρεῖχον, παρῄρουν τότε τῆς περὶ τοὺς λόγους ἐπιμελείας, ὅπως ἡδόμην ταῖς τούτων αἰτίαις.

Εὖ γὰρ, φησὶ, πολλοὺς ἀπὸ τούτων ἐποίεις. πάλιν ἐνταῦθα μεμνήσομαι τῶν νόμων, τῶν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων βεβαιουμένων· τοῦτο δ᾽ ἂν ἔσχοιεν ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν· οὐδὲν ἐμοῦ, καὶ τοῦ δεῖνος δεήσει τοῖς ἀρχομένοις. Εἰσῄειν, ὁμολογῶ· τοῦτο δ᾽ οὐκ ἂν ἦν, εἴ τις ἦν ὁ κωλύων νόμος. τεθήτω τοίνυν ὁ νόμος, ὅπως μηδὲ τοῖς πάνυ βουλομένοις εἰσελθεῖν ᾖ, καὶ δι᾽ οὗ γαληνῶσιν αἱ ψυχαὶ τῶν ἀρχόντων ἕξουσιν· ἐπεὶ καὶ τοὺς ἰατροὺς ἀξιώσαιμ᾽ ἂν, ὑπὲρ τῶν σωμάτων αὐτοῖς διαλέγεσθαι.

Μόνον ἔτι κἀκεῖνο προσθήκῃ καὶ ῥηθῆναι, Βασιλεῦ, καὶ τοῦ νο-

Veruntamen & iſtud vitaui, vt nullo pacto tale quid lucrarer. Quod quidem eâ de cauſa recenſui, vt fidem omnibus facerem, mihi gratius eſſe non vocari, quam ad eiuſmodi congreſſus: nam etſi rem facerem, tamen quia hos quæſtus parare æquum non cenſeo, & negotia & labores pro quiete mihi exhibuiſſem, & de ſedulitate in ſtudiis aliquid ſubtraxiſſem, vt horum cauſis vacarem.

Atenim, inquiet aliquis, *in multos beneficia per hæc contuliſti.* Rurſum hoc loco Legum recordabor, quæ à Magiſtratibus firmatę ſunt: nam iſtud ipſum à bonis impetraſſent; neque meis precibus, neq; cuiuſquam alterius tum opus fuiſſet: Ingreſſum me fateor, id vero non ita factum eſſet, ſi quæ Lex eſſet quæ id vetaret. Sanciatur itaque Lex, *ne cui, vel maxime volenti, liceat ingredi*, & per quam tranquillitate fruantur Magiſtratuum animi. Quin & vellem, *Medicos* de iis tantum quæ corporis curam contingunt, cum ipſis diſſerere.

Sed & illud præterea adiici velim, Imperator, & Legis

μοὺ γενέσθαι μέρος, ὃ παρ' ὀφθὲν
δώσει πράττεσθαι τὰ κεκω-
λῦσθαι δοκοῦντι. βούλει μαθεῖν
τοῦτο; ἔτι μηδεὶς ἄρχων μηδ'
ἑστιάτω μηδένα, μήτ' αὐτὸς ὡς
ἄλλον ἑστιασόμενος ἐρχέσθω. πο-
λὺ δὲ τοῦτο νυνί· καὶ τὴν μὲν ἄλ-
λην αἰσχύνην ἐῶ τῶν νηφόντων,
ὁρώντων μὲν τὴν ἐν ἐκείνοις μέ-
θην, μὴ γελᾶν δὲ οὐ δυναμένων.
τοιαῦται μὲν αὐτοῖς παρειαί, τοιοῦ-
τοι δὲ ὀφθαλμοί, τοιαῦται δὲ
γλῶτται, τῶν δ' ἐπὶ ζεύγους οἱ
ἐπὶ τῶν ἵππων καταγελαστότε-
ροι· ἀλλ' ἐῶ ταῦτα νῦν. δεδιέ-
ναι δὲ αὐτῶν ἄξιον τὰ συμπόσια
διὰ τοὺς ἐν συμποσίοις λόγους.
ἐν οἷς ἔστι καὶ χάριτας ἐπαγγεῖ-
λαι τοιαύτας, ὁποίας ἄρτι διε-
ξῆλθον· τῷ δ' ἑστιάτορι μὲν, ἄρχον-
τι δὲ καὶ κατὰ τοῦτο δοῦναι δυνα-
μένῳ. προπίνοντι δὲ τοῖς δαιτυ-
μόσιν, ἀνωμαλίας εἶναι δοκεῖ, καὶ
οὐ κατὰ τὴν κύλικα, ὃ μὴ τῷ
οἴνῳ προσθεῖναι καὶ τὴν χάριν·
φύονται δὴ συμφοραὶ πολλοῖς
ἀπὸ τῶν συμφορῶν ....
Εἶτα οἱ μηδὲν ἀδικοῦντες, μή-
τε ἰδίᾳ, μήτε κοινῇ, οὐ θαυμά-
ζουσιν, ὅθεν αὐτοῖς ἐν ταραχαῖς
τε, καὶ κακοῖς τὰ πράγματα. ἴσχε

gis partem fieri, quod omiſſum eius faciendi poteſtatem faciet quod vetitum videbitur; Vin' diſcere quid iſtud ſit? *Adhæc nullus Magiſtratus neque aliquem conuiuio excipiat, neque ipſe ad alterius conuiuium accedat.* Quod quidem nunc crebrò fit. Omitto ſobriorum pudorem cum vident iſtorum temulentiam; & riſum vix continent, cùm tales in iis vident genas, tales oculos, tales linguas, ex quibus etiam qui equis inſident magis ridiculi ſunt, quam qui vehiculis incedunt. Verum iſta nunc miſſa facio. Atenim eorum conuiuia metuere neceſſe eſt, ob ſermones qui in conuiuiis habentur, in quibus licet etiam gratiam polliceri quam modo commemoraui. Nam & conuiuatori, & Magiſtratui, qui ſecundum hæc dare poteſt, & conuiuis propinat, inæqualitas quædam videtur, neque poculis ſatis conueniens, niſi vino etiam gratia addatur. Hinc ex huiuſmodi conuiuiis multis calamitates contingunt: inde qui nihil iniuſti admiſerunt, neque priuatim, neque publicè, mirari non debent, vnde res ſuæ turbarum & malorum plenæ ſint. Quare

Digitized by Google

δὴ, Βασιλεῦ, τοὺς τοιούτους πότους· ἐπισχήσεις γὰρ πολλῶν καὶ δεινῶν ἀρχάς, ὧν καὶ μήπω προσκειμένων, μηδὲ ἁπτομένων, ἀπὸ τῆς ἐλπίδος τραύματα. Τοῦτο ὁ νόμος τεθεὶς παρέξει καὶ τοῖς ἄλλοις ἰσχύειν· οὐκ ἔτ' ἐπεισιόντων αὖθις, ἐφ' ὧν ἀσθενεῖς γεγόνασιν.

Imperator eiuſmodi compotationes coërce: ſic enim multorum & grauium malorum principia cohibebis, quę etſi nondum incumbant neque vrgeant, attamen à ſpe vulnera fiunt. Hæc Lex ita poſita præbebit & aliis vires, cùm nulli amplius ingredientur ad eos, per quos imbecilliores fiebant.

Finis Orationum Libanij.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTÆ
IN SVPERIORES QVINQVE LIBANII
Orationes.

R

Digitized by Google

NOTÆ
IN ORATIONEM LIBANII
Περὶ τῶν προστασιῶν,
De Patrocinijs.

APVD quem Imperatorem hæc Oratio habita fuerit, haud adeò liquidum eſt.

Ait equidem Libanius, præcipuam ei ſubditorum curam fuiſſe, eorumque commodis gauiſum, noluiſſeque quemquam ab vllo iniuriâ affici. Secundo ait Libanius *pag.* 13. ſe ab eo codicillis (honoris videlicet alicuius) ornatum, *καὶ γράμμασι δὴ παρ' αὐτοῦ σοῦ κεκοσμημένον*. Tertio ait *p.* 24. ab hoc Imperatore Tyrannidem extinctam & Scythicam flammam ſopitam: agens quippe de Lege (cuius autorem hunc ipſum Imperatorem, apud quem agit, diſertè facit) gratulari ſe ſibi ait, quod haberet Imperatorem & Legiſlatorem Orationi ſuæ per Legem adſtipulantem, *τὸν σβέσοντα μὲν τυραννίδα, σβέσαντα δὲ σκυθικὴν φλόγα*. Quartò *fine Orationis* indicat, hunc Imperatorem liberos iam tum habuiſſe, *ἀλλ' ἐκεῖνός τε [νόμος] ἀθάνατος μετὰ τοῦ σοῦ σπέρματος μένει*. Poſtremò ait, ab hoc Imperatore Legem aduerſus Patrocinia vicorum *πάλαι* latam. Itaque Valenti Imperatori hæc omnia conuenire videantur. Nam vt ſingula ſingulis reddam, Primò Valens dicitur prouinciarum æquiſſimus tutor fuiſſe, quarum ſingulas vt propriam domum cuſtodiuerit immunes, vt teſtatur Ammianus Marcellin. *lib.* 31. *p.* 496. Fidem ſanè huic rei facit quoque ipſiuſmet Valentis conſtitutio, putà *Lex* 11. *C. Th. de iure fiſci.* vbi hæc inter alia, *Vt perſpicuè colonorum vtilitatibus conſulatur.* Item *L.* 3. *C. Iuſt. de defenſor. ciuitat. Vtili ratione proſpectum eſt, vt innocens & quieta Ruſticitas peculiaris patrocinij, id*

mum Tyrannum à Theodoſio deuictum A.D.388. Quarè hęc ſententia mihi magis probatur, ad Theodoſium M. hanc Orationem habitam, ac maximè cùm videam, reliquas Libanij Orationes δικανικὰς * non apud alium quã apud Theodoſium M. habitas. Quod ſi ita eſt, habita fuerit hæc Oratio poſt A.D.385. quo anno Theodoſius iam altero filio Honorio auctus fuit, qui annus etiam Imperij eius ſeptimus fuit. Sanè eam non primis Imperatoris annis tribuendam Libanius oſtendit, cum huius Orationis tempore eum iam diu Imperio præfuiſſe indicet, πολλῷ μὲν χρόνῳ. Tandem vel fine anni 391. vel an.392. habita fuerit hæc Oratio, Theodoſio ex Italia in Vrbem reuerſo.

* ſeu νομικὰς

Περὶ τῶν προστασιῶν] De *Patrociniis* his *Vicorum* ſeu ruſticorum eſt titulus Codicis Theodoſ. *lib.*11. ſub quo continentur ſex conſtitutiones Conſtantij, Valentis, Arcadij, Theodoſij iunioris. Item titulus Codicis Juſtinianei *lib.*11. *vt nemo ad ſuum patrocinium ſuſcipiat vicos vel ruſticanos eorum.* p.4.

Ἐπὶ τὴν συμβουλὴν ἥκω, & *pag.*5. *mox* προσδοκῶμαι τὸν σύμβουλον] *Conſiliarios Imperatorum*, vbi vſus tuliſſet, egêre Sophiſtæ hâc tempeſtate: In quibus & Libanius, cuius hæ Orationes ſunt συμβουλευτικαί.

Παρὰ τῶν θεῶν] ſicut infr. *p.*12. ἐπὶ τὴν ἐχθρὰν τοῖς θεοῖς χάριν. & *p.*13. τὴν εἰς τοὺς θεοὺς ἀσέβειαν, & alibi paſſim ſimiles formulæ; ex quibus notanda Sophiſtarum ſub Chriſtianis Imperatoribus hac parte licentia.

Σιωπᾶν ἐν ἀσφαλείᾳ τοσαύτῃ] vide ſimiliter Libanium *de fortuna ſua p.*41.

Καὶ τοὺς τῶν ὅλων ἄρχοντας δυνάμεων, καὶ τοὺς ὑπὸ τούτοις μερῶν] *Magiſtratus militares* intelligit, quorum ſanè alij ſummæ rei præerant, veluti Magiſtri militum, Duces, Comites; alij verò ſub his conſtituti, veluti Tribuni, Officiales Comitum, ad quorum omnium pariter patrocinia confugiſſe ruſticanos oſtendit *lex* 1.3.4. *C. Th. de patrocin. vicor.*

Εἰσὶ κῶμαι μεγάλαι πολλῶν ἑκάστη δεσποτῶν]. *Vicos* duum generum in Imperio Romano fuiſſe Libanius oſtendit; Maiores alios, alios minores: Maiores, qui multorum Dominorum erant, πολλῶν δεσποτῶν. ſeu, vt poſteà loquitur *pag.*10. multorum Dominorum ſuis ſingulis partes in communiter

poſſeſſo habentibus, *οἱ πολλῶν εἰσι τῶν ἐχόντων ἑκάστου μέρους τοῦ πολὺ κεκτημένου*, atque adeò qui non vni domino reſpondebant, verùm Imperio immediatè ſuberant, *Metrocomiæ*, id eſt Principes vici ſeu *publici vici*, vt vtroque nomine vocantur *L.vlt.C.Th.de Patrocin.vicor.* florentes Vicos vocat *l.3.C.Th.de Epiſcop.* Quarum *metrocomiarum* mentio fit quoque *l.8.C.Iuſt. de Exactor.tributor.& l.vn.eod.C. Non licere habitatoribus metrocomiæ loca ſua ad extran. transferre* (quæ duæ poſtremæ Leges inter ſe coniungendæ ſunt, velut vnius & eiuſdem Conſtitutionis partes) in quibus videlicet vicis vicani ſeu ruſtici propria poſſidebant, vt oſtendit *Lex 5.C.Th.de Patrocin.Vicor.* Alij verò vici erant, qui ad vnicum dominum ſpectabant, ſub quo varij coloni erant *p.10.infr. οἷς εἷς ὁ δεσπότης, καὶ ἤτοι τὸν μισθωτὸν προσίδοι*). Scilicet Illuſtres viri quidam his potiebantur, ſeu horum vicorum domini erant, *ead.pag.10. καίτοι καὶ τῶν ἐπιφανῶν εἰσιν αἱ κῶμαι, καὶ τῶν οἰωνῶν ὄντων χεῖρα δεῖξαι λυπουμένοις.*

Τοὺς ἱδρυμένους στρατιώτας] *Præſidiarios milites* intelligit, qui mox *infr.p.7. ἐγκαθήμενοι*, quomodo & Heſychius *ἐγκάθετος, ἐνεδρεύων, ἐπιπεσῶν, ἔντομος.*

Καὶ ὁ μισθός, &c.] Mercede redempti à ruſticanis patroni; vt hic locus oſtendit, & poſteà quoque *p.8.10.& 18.& p.19.20. 21.22.23.* Quod & ipſum docet *l.1.& 2.C.Iuſt. Vt nemo ad ſuum patrocin.ſuſcipiat ruſtic.vel vicos eorum.* Neque tantum mercede fructuum vel etiam auri, vt hîc indicatur, verùm etiam tranſcriptis fundis, vt docet *d.l.1.* de quo omni prolixè queritur Salu.Maſſil.*lib.5. de Gubernatione Dei*, quinquaginta fermè paulò plus annis, poſt hanc Orationem.

p. 6. Καὶ ὡς φρέατα ἄχρηστα καθιστᾶσι] *Ruſticanorum nequitiam* indicat, militum præſidio ſubnixorum; inter alias plures & hanc quoque, quod aliorum puteos corrumperent, fluminaque auerterent.

Στρατιώτῃ πάντα ἀνεχόμενον] Vide Juuenalis, ſi modò Juuenalis, *ſatyr.vlt.*

p. 7. Τοῦτο καὶ λῃστὰς γεώργους ἐποίησε] è ruſticis ſeu Agricolis Latrones facti, tum alijs de cauſis, tùm ob patrociniorum fiduciam, vt docet quoque Lex *vlt.Theodoſij C.Th.de defenſor.ciuit.* ſeu *l.6.C.Iuſt.eod.tit.*

Πρέπει

Πρέπει δ' οἶμαι τοῖς δικαίοις ἐπικουρείαις] *Patroni, τοῦ προστάτου*, nomen ait conuenire iuſtis defenſoribus ad pauperes & infirmos ab iniuria defendendos, non verò ad lædendos alios: De defenſoribus Ciuitatum ſimile quid inculcatur *l.2.Cod. Th.de defenſ.ciuit.*ſeu *l.5.C.eod.tit.*

Οἱ τὸν φόρον εἰσπράττοντες, mox, *οἱ κομιζόμενοι τὸν φόρον*] de *Exactoribus tributorum* multa hîc notatu digna apud Libanium occurrunt: Primò, quali quamque irrito ſæpè labore tributa exegerint in vicis & agris, propter potentiorum videlicet patrocinia, quæ potiſſima cauſa fuit huiuſmodi patrociniorum quærendorum. Quod non tantum ex hôc loco diſcere licet, verùm etiam ex *l.1.3.4.C.Th.de Patrocin.vicor.* nempe ad aditum deuotionis implendæ occludendum, vt loquitur *d.l.1.* & vt ne muneribus publicis ſatisfacerent, ſeu vt publicis muneribus obuiarent, *d.l.3.* denique fraudandorum tributorum causâ, vt diſertè ait *d.l.4.* Secundò, de Exactoribus tributorum & hoc à Libanio indicatur, eos Magiſtratibus incubuiſſe, quo videlicet tributa inferrentur, ibi, *εἰ τὸ ἠπείλησε τοῖς ἄρχουσι p. 8.* quod etiam docet *lex 16.C.Th. de Exactor.* Tertiò indicat Libanius, Exactoribus ſæpè manus & vulnera à tributariis ruſticanis vicanis poſſeſſoribus intentata. Quartò, quod cogerentur tributa ipſi de ſuo inferre, quod ni facerent, verberibus affici ſolitos, bonaq; eorum diſtracta, ibi, *ἀκούουσι δ' οἱ δυστυχεῖς ὅτι χρὴ καταβάλλειν ἢ μαστιγουμένους ἀποθανεῖν.* Quintò indicat ex Decurionibus tributorum exactores ſumptos, ibi *p.9. οὔπω βουλευτής*, &c. quod etiam docet *l.12.C.Th.de appellat.* & *l.8.eod.C.de Decurion.* & *l.12.16. de Exactoribus.* p. 8. p. 9.

Ἀκολούθους τροφέων υἱοὺς] *Comites* intelligit & *Pædagoges puerorum*, de quibus multa mentio in iure, *l.15.§.16.ff.de iniur.* & *l.1.§.vlt.ff.de extraord.criminib.* & Paulus *5.ſentent.tit.4.* Quos quidem Libanius hîc indicat *alumnorum* filios fermè fuiſſe: Quorum quanta ratio fuerit iure Romano, quantus affectus, docent complures Leges, ſic vt etiam ex familia cenſerentur *l.88.§.6.ff.de leg.2.* quos proinde diſtrahi aut alienari (quod hîc Libanius indicat) durum admodum viſum. Hinc & alumni generali obligatione non continebantur *l.8.ff.de pignor.* & *l.1.C.quæ res pign.oblig.* etſi ſeruorum numero eſſent

quod & hic locus oſtendit: Ab his ſanè vel ſimilibus *Acoly-this* nomen in Eccleſiam tranſijt.

Καὶ τιμῶν τοῖς διὰ τῶν χειρῶν φιλήμασι] *Adorandi* hic ritus apud Gentiles, manu ad oſculum relatâ, adnotato ſimulachro vel re quapiam religioſà: Quæ obſeruatio iam paſſiua eſt: videantur ſaltem *Commentarij ad Minutium Felicem.*

Οὔπω βουλευτὴς] de *Curialibus* hîc quædam obſeruatu digna occurrunt, præter ea quæ de Exactoribus è Curialium numero creatis ſuprà dicta ſunt: nempe, eos quandoque Curiâ expunctos, ex-Curiatos, & verò (quod tertium) expunctos ſi facultatibus laberentur. Suus ſcilicet quidam Decurionum cenſus legitimus erat: quod etiam diſcimus è Plinio Epiſtola ad Romanum Firmum 19. *lib.* 1. & Paulo *l. Lucius* 21. §. 4. *ad municipal.* &c. Quod etiam in Senatoribus Romanis olim obſeruatum.

p. 9. & 10. Ταυτὶ δὲ ζημία πόλεως ὅλης, *&* *mox*, βλάπτονται δὲ ταῖς βλάβαις τῶν βουλῶν αἱ πόλεις] In *Curiis* & Decurionibus ſeu Curialibus Ciuitatum decus conſtitiſſe indicat Libanius, in *Iuliani necem pag.* 297. καίτοι τίς οὐκ οἶδεν, ὡς ἡ τῆς βουλῆς ἰσχὺς ψυχὴ πόλεώς ἐστιν: Maiorianus quoque *Nou.* 1. Curiales *neruos Reipubl. & viſcera ciuitatum* vocat: ſimilia & Caſſiodorus 7. *variar. vlt.*

Καὶ κρατεῖν καὶ μὴ κρατεῖσθαι] malim iam vertere, *vincere & non vinci.*

Καὶ φοβεῖν καὶ μὴ φοβεῖσθαι] Fortè conuerſo more ſcribendum, καὶ φοβεῖσθαι καὶ μὴ φοβεῖν.

Τὸ δὲ ζητεῖν] de *altero Patrocinij* colonorum *genere* hic agit Libanius, non quidem in fraudem publicorum tributorum, verùm aduerſus *priuatos dominos*: vbi oſtendit in quantum audaciæ per hæc patrocinia aduerſus dominos coloni ſeſe erexerint, & quomodo concuti per hæc patrocinia contingeret multorum domos, πολλοὺς οἴκους διαρπεῖσθαι. *p.* 13.

p. 11. Ἰουδαῖοι, &c.] *Iudæi* coloni ſeu agricolæ multi hac ætate fuêre, etiam paganorum, vt hinc liquet: ſicut & alios ex his Nauiculariam pariter exercuiſſe docet *lex Iudæorum*, 18. *C. Th. de Nauicular.* & Syneſius *Epiſt.* 4.

Δεσμοὺς δεσμοῖς τῷ τε οἰκήματι καὶ σιδήρῳ.] *Ferro ligati* rei: de quo titulo *C. Th. de cuſtod. reor.* Imo & pœnæ loco fugitiuos colonos ferro ligari voluit Conſtantinus M. ſeruili conditione, *l.* 1. *C. Th. de fugitiu. colon.*

Καὶ χρήμ-

Digitized by Google

Καὶ γράμμασι δὴ παρὰ σοῦ κεκοσμημένῳ.] *Codicillos honorarios* intelligit Libanius, quibus ipſe honoratus fuit, in quibus Præfectura Prætoriana, quod prodit Eunapius *in vita Libanij.* Meminit quoque idem Libanius *de vita ſua p.* 78. honorum in ſe à Theodoſio M. collatorum: meminit rurſum *infr. Orat.* περὶ τῆς δειμωτῆς, *initio,* gratiæ quam ab Imp. accepit, ibi, *καὶ ἅμα χάριν τὴν μεγίστην εἰληφώς.* p. 11.

Γυναῖκας καταλιποῦντες] *Coloni Iuris alieni* deſertis agris ad patrocinia potentum ſæpe confugiebant. Aduerſus hos colonorum fugitiuorum ſuſceptores eſt Conſtitutio Theodoſij M. ad Cynegium P P. Orientis data A. D. 386. *l. 1. Cod. Th. de fugitiu. colonis,* cui coniungenda eſt & *lex 2. Cod. Theod. de vſuris.* p. 14.

Αὐτόπτῃ] malim iam vertere, *protinus.*

Ἔπεσσα τὴν [βοήθειαν] δι' ὑδάτων] *Aquas auxiliares* hîc indicat Libanius, quæ probis ad eas confugientibus auxilio fuerint, contrà damnoſæ improbis. Quaſnam ῥητῶς aquas intelligat Libanius, mihi nondum liquet; nam quæ de aquis Apollinis Clarij memorantur, hùc non pertinent; In Syriâ Cœle fuiſſe eas oportet, & fortè prope Antiochiam in Daphne loco aquis celeberrimo.

Οὐδὲ γὰρ οἰκέτην, &c.] De *ſeruis fugitiuis* eſt quoque *lex vlt. C. Th. de fugitiu. colon. inquilin. & ſeruis.* p. 15.

Διὰ τοῦτο τοὺς τὴν καλλίω μὲν.] *Ciuiles Magiſtratus* ab iis qui militibus præerant & *ἔνοπλον* poteſtatem gerebant (puta Comitibus Ducibus) nullo loco habitos ait Libanius, vtpote *ἄοπλον* inermem poteſtatem gerentes. p. 17.

Ὁ περὶ τοὺς γάμους νόμος.] Legem Connubialem ſeu iura connubiorum intelligit.

Ὅτι τοὺς κολυτὰς, &c.] Malim nunc verſum, vt, &c. *tollamus ideò, ne contriſtemur eos.* p. 18.

Οἰκέτας εἶχεν ἔνδεκα] *Seruorum paucitas* continentium & frugi Ducum olim argumentum fuit, ad quam frugalitatem nonnulli ſpectare putant *l. 1. ff. de opt. legat.* Notum quod de Catone veteres notant, qui tribus ſeruis contentus Hiſpanias rexit; de Cæſare, qui Britannicâ expeditione tres tantùm ſecum duxit ſeruos: de Scipione Æmiliano, qui ſeptem ſeruis officio legationis functus eſt. Poſterior Cato iam p. 19.

Digitized

quod & hic locus oſtendit : Ab his ſanè vel ſimilibus *Acolythis* nomen in Eccleſiam tranſijt.

Καὶ τιμῶν τοῖς διὰ τῶν χειρῶν φιλήμασι] *Adorandi* hic ritus apud Gentiles, manu ad oſculum relatâ, adnotato ſimulachro vel re quapiam religioſâ : Quæ obſeruatio iam paſſiua eſt : videantur ſaltem *Commentarij ad Minutium Felicem.*

Οὕτω βουλευτὴς] de *Curialibus* hîc quædam obſeruatu digna occurrunt, præter ea quæ de Exactoribus è Curialium numero creatis ſuprà dicta ſunt: nempe, eos quandoque Curiâ expunctos, ex-Curiatos, & verò (quod tertium) expunctos ſi facultatibus laberentur. Suus ſcilicet quidam Decurionum cenſus legitimus erat: quod etiam diſcimus è Plinio Epiſtola ad Romanum Firmum 19.*lib.*1. & Paulo *l. Lucius* 21.§. 4. *ad municipal.*&c. Quod etiam in Senatoribus Romanis olim obſeruatum.

p.9.& 10. *Ταυτὶ δὲ ζημία πόλεως ὅλης, & mox, βλάπτονται δὲ ταῖς βλάβαις τῶν βουλῶν αἱ πόλεις*] In *Curiis* & Decurionibus ſeu Curialibus Ciuitatum decus conſtitiſſe indicat Libanius, in *Iuliani necem pag.*297. *καίτοι τίς οὐκ οἶδεν, ὡς ἡ τῆς βουλῆς ἰσχὺς ψυχὴ πόλεώς ἐστιν.* Maiorianus quoque *Nou.*1. Curiales *neruos Reipubl. & viſcera ciuitatum* vocat: ſimilia & Caſſiodorus 7.*variar.vlt.*

Καὶ κρατεῖν καὶ μὴ κρατεῖσθαι] malim iam vertere, *vincere & non vinci.*

Καὶ φοβεῖν καὶ μὴ φοβεῖσθαι] Fortè conuerſo more ſcribendum, καὶ φοβεῖσθαι καὶ μὴ φοβεῖν.

Τὸ δὲ ζητεῖν] de *altero Patrocinij* colonorum *genere* hic agit Libanius, non quidem in fraudem publicorum tributorum, verùm aduerſus *priuatos dominos* : vbi oſtendit in quantum audaciæ per hæc patrocinia aduerſus dominos coloni ſeſe erexerint, & quomodo concuti per hæc patrocinia contingeret multorum domos, *πολλοὺς οἴκους διαπεπεῖσθαι. p.*13.

p. 11. Ἰουδαῖοι, &c.] *Iudæi* coloni ſeu agricolæ multi hac ætate fuêre, etiam paganorum, vt hinc liquet : ſicut & alios ex his Nauiculariam pariter exercuiſſe docet *lex Iudæorum*, 18.*C.Th. de Nauicular.*& Syneſius *Epiſt.*4.

Διπλοῖς δεσμοῖς τῷ τε οἰκήματι καὶ σιδήρῳ.] *Ferro ligati* rei : de quo titulo *C.Th.de cuſtod.reor.* Imo & pœnæ loco fugitiuos colonos ferro ligari voluit Conſtantinus M. ſeruili conditione, *l.*1.*C. Th.de fugitiu.colon.*

Καὶ χρήμα-

Digitized by Google

Καὶ γράμμασι δὴ περὶ σοῦ κεκοσμημένῳ.] *Codicillos honorarios* p.11.
intelligit Libanius, quibus ipſe honoratus fuit, in quibus Præfectura Prætoriana, quod prodit Eunapius *in vita Libanij.* Meminit quoque idem Libanius *de vita ſua p.* 78. honorum in ſe à Theodoſio M. collatorum: meminit rurſum *infr. Orat.* περὶ τῶν δεσμωτῶν, *initio*, gratiæ quam ab Imp. accepit, ibi, καὶ ἅμα χάριν τὴν μεγίστην εἰληφώς.

Γυναῖκας καταλιπόντες] *Coloni Iuris alieni* deſertis agris ad p.14.
patrocinia potentum ſæpe confugiebant. Aduerſus hos colonorum fugitiuorum ſuſceptores eſt Conſtitutio Theodoſij M. ad Cynegium P P. Orientis data A. D. 386. *l.* 1. *Cod. Th. de fugitiu. colonis*, cui coniungenda eſt & *lex* 2. *Cod. Theod. de vſuris.*

Αὐτόπτη] malim iam vertere, *protinus.*

Ἔπεστι τὴν [βοήθειαν] δι᾽ ὑδάτων] *Aquas auxiliares* hîc indicat Libanius, quæ probis ad eas confugientibus auxilio fuerint, contrà damnoſæ improbis. Quaſnam ῥητῶς aquas intelligat Libanius, mihi nondum liquet; nam quæ de aquis Apollinis Clarij memorantur, huc non pertinent; In Syriâ Cœle fuiſſe eas oportet, & fortè prope Antiochiam in Daphne loco aquis celeberrimo.

Οὐδὲ γὰρ οἰκέτην, &c.] De *ſeruis fugitiuis* eſt quoque *lex vlt. C.* p.15.
Th. de fugitiu. colon. inquilin. & ſeruis.

Διὰ τοῦτο τοὺς τὴν καλλίω μέν.] *Ciuiles Magiſtratus* ab iis qui mi- p.17.
litibus præerant & ἔνοπλον poteſtatem gerebant (puta Comitibus Ducibus) nullo loco habitos ait Libanius, vtpote ἄοπλον inermem poteſtatem gerentes.

Ὁ περὶ τοὺς γάμους νόμος.] Legem Connubialem ſeu iura connubiorum intelligit.

Ὅτι τοὺς κολυτὰς, &c.] Malim nunc verſum, vt, &c. *tollamus* p.18.
ideò, ne contriſtemur eos.

Οἰκέτας εἶχεν ἕνδεκα] *Seruorum paucitas* continentium & fru- p.19.
gi Ducum olim argumentum fuit, ad quam frugalitatem nonnulli ſpectare putant *l.* 1. *ff. de opt. legat.* Notum quod de Catone veteres notant, qui tribus ſeruis contentus Hiſpanias rexit; de Cæſare, qui Britannicâ expeditione tres tantùm ſecum duxit ſeruos: de Scipione Æmiliano, qui ſeptem ſeruis officio legationis functus eſt. Poſterior Cato iam

S

plures duodecim: quod etſi à priſca continentia multum diſcederet, attamen pauciores iudicio Valerij Maximi erāt, vtpote diuerſis temporum moribus. Vide & quæ de famulitij paucitate plura ſiue exempla, ſiue verba Apuleius cumulat *Apologia*, & Athenæus *lib. 6.* Igitur incontinentum & τῶν οὐκ ἐπαινουμένων, illaudatorum Ducum, argumentum fuit, ſeruorum numerus, vt hîc, τί δὲ τῶν οὐκ ἐπαινουμένων; οἰκέτας δὲ εἶχεν ἕνδεκα.

p. 21. 22. Οὔτε καιρὸν εἰς ὑπάτους ἄγοντα.] *Conſularis dignitatis* ambitione Duces ſpolia comportabant: Magno ſcilicet ſumtu Conſulatus tum conſtabat, magnoque ambitu quærebatur, ceu apex & portus omnium dignitatum: cui etiam *Patriciatus* hac tempeſtate cedebat, de quo propediem, vt ſpero, *alio opere.*

Πολλοὶ κόλποι.] Varios deprædandi ſinus, πολλοὺς κόλπους, πολλὰς πηγὰς, ὄμβρον λημμάτων, & quidem ſex, ordine, quibus *Duces* hac tempeſtate diteſcerent, enumerat Libanius, puta. 1. Annonis & capito, ſiue è fiſco acceptis (de quo titulo *de erog. mil. annon.*) ſiue exactis à prouincialibus, de quo *tit. C. Th. de Salgamo hoſpit. non præbend.* ψ. τούτων μὲν ὅσι. 2. per Stillaturas tum auri, tum annonarum, exactas à militibus, de quo accipiendus ψ. ὄντων δὲ τούτων *pag. 22.* de quo *l. 28. 29. C. Th. de erog. mil. annon. Nou. Theodoſij 31.* Spartianus in *Hadriano & Peſcennio Nigro*, & Lamprid. *Alex. Seuer.* 3. ex promotionibus militaribus, de quo ψ. ἐξελέγχεται δὲ, de quibus vide *tit. C. Th. quis in gradu præferatur.* & locum Ambroſij ſolennem: 4. ex Iræ remiſſione, ψ. εἶτα τῆς ὀργῆς. 5. ex Paganorum iniurijs, ψ. χρήματα δὲ κἀκεῖθεν. 6. ex Magiſtratuum pretijs, ψ. πολλὰ τοιαῦτα. His adde & quæ à Principe annuatim conſequebantur.

Τὸν οἰχόμενον, & mox, τῷ τεθνεῶτος ὀνόματι] vide infrà Orationem περὶ τῶν ἀγγαρειῶν, *p. 47.*

Καὶ Κινύραν.] Hoc eodem vulgari prouerbio vtitur Libanius *de vita ſua pag. 50.*

p. 24. Ἔστι γὰρ ὁ γέγραπται.] Si de Valente ſenſit hîc autor, tum intelligenda fuerit *lex 2. C. Theod. de patrocin. vicor.* Quod non puto.

Τὸν σβέσαντα] Non minus de Theodoſio M. quàm de Valente hæc intelligi poſſunt, de quo iam antea, *initio Notarum.*

Καὶ

Καὶ πορφύρας] *Purpura*, παράσημον ſeu inſigne Imperatoriæ Maieſtatis & poteſtatis fuit, quod notiſſimum. Hoc igitur vult Libanius, hanc Legem ab eadem Imperatoriâ autoritate procedere, à quâ & aliæ Leges, proinde parem vim obtinere oportere. p.25.

Μετὰ τοῦ σοῦ σπέρματος] Intelligit vt puto Arcadium & Honorium, &c.

CONSTITVTIONES, *&c. Theodoſij Iunioris*] Poſteriores aliæ Conſtitutiones petendæ ex titulo *C. Iuſt. de patrocin. vicor.* Mihi ſatis nunc viſum, Conſtantiniani & Theodoſiani ſæculi Conſtitutiones hîc ſternere.

NOTÆ
IN ORATIONEM
Περὶ τῶν Ἀγγαρειῶν,
De Angarijs.

NOn diu quærendus fuit Imperator, ad quem Oratio hæc à Libanio habita eſſet : quandoquidem conſobrinorum nuptias eum prohibuiſſe latâ conſtitutione ait : vt & altera conſtitutione munera ferarum ab inuitis exigi vetita. Quod vtrumque à Theodoſio M. factum poſteà oſtendetur : quorum poſtremum ſanè factum A. D. 383. & 385. Ad temporis characteriſmum pertinet quoque illud, quod Imperatorem in re militari aduerſus hoſtes occupatum fuiſſe duobus locis ſcribit ; tùm etiam, quod indicat annonæ difficultate tum laboratum.

Περὶ τῶν ἀγγαρειῶν.] Mirum, cùm aliæ Imperatorum conſtitutiones extent *de operis* à ruſticis *non exigendis*, nullam extare aduerſus hoc Angariarum ab iiſdem ruſticis exigi ſolitarum genus: de quibus rurſum agit idem Libanius *aduerſus Icarium p.* 464. & 465. Cæterùm ab his *Angariis* diuerſæ ſunt *angariæ*, quæ ad curſum publicum pertinent : de quo tit. *de curſu publico, Angariis & Parangariis.*

p. 32. Ἔστι τῇ πόλει χωρία, παρὰ παλαιῶν ἀνδρῶν ἐν διαθήκαις δεδομένα τῇ πόλει] *Ciuitatum agri* quidam publici fuerunt teſtamentis relicti. De huiuſmodi fundis Iuris Reipublicæ, ſeu ciuilibus, ſunt Tituli *C. Th. de locatione fundorum Iuris emphyteutici & Reipublicæ.* & *C. Iuſt. de locatione prædiorum ciuilium*, quorum quidem penſio ad opera publica deſtinata erat *l.* 1. *d. tit.* De Antiochenis nominatim huiuſcemodi fundis agit Julianus *in Myſopogne p.*116. ſed & ipſe Libanius rurſùm, *Oratione* 2. *Morell. de Profeſſoribus, p.* 90.

Νόμον,

Νόμον, &c.] *Leges* intelligit Imperatorum, quibus munera publica indicebantur, & quidem extraordinaria, de quo Tit. *de Extraordinariis muneribus*. p. 33.

Ἐν τοῖς καθ' ἕκαστον ἔτος γράμμασιν] *Indictiones*, Edicta, delegationes, Epiſtolas, præcepta Principum intelligit, quæ quotannis à Principibus in prouincias emittebantur: quibus modus Canonicarum functionum, ſeu tributorum & munerum publicorum continebatur.

Καὶ μὴν ὑπὲρ πολλῶν αὐτοὺς οἶδα διὰ γραμμάτων ὑμᾶς ἐρομένους εἰ ποιητέον] *Conſultationes* Principum, ſeu *Relationes* Magiſtratuum ad Principes intelligit; Nempe Magiſtratus ſi quando hærerent, & in re dubia Principem conſulebant, ſeu referebant quid facto opus eſſet. De cuiuſmodi relationibus extant tituli vtroque Codice: Earum pleni ſunt Plinij & maximè Symmachi Epiſtolarum libri decimi. p. 34.

Ἔτι δὲ, &c.] de *praua conſuetudine* tollenda inſignis eſt hîc Libanij locus, pariter vt alterâ Oratione, quam nunc damus, *κατὰ τῶν εἰσιόντων*, extat & eiuſdem Libanij Oratio peculiaris *de conſuetudine*. p. 35.

Πονηρὰν ἑορτὴν εἰσήγαγον εἰς τὴν Δάφνην.] Quatuor Conſtitutiones Imperatorias hîc memorat Libanius, quibus veteres conſuetudines abolitæ fuerunt: quarum duæ priores ab alio quodā Imperatore latæ fuerint, duæ poſteriores à Theodoſio M. Prima ea eſt, quâ *feſtum* quoddam *Daphnenſem*, quod ſcilicet apud Daphnem ambitioſum Antiochiæ ſuburbanum agitabatur, abolitum fuit: cuius feſti rurſum meminit idem Libanius *Oratione περὶ τῶν δεσμωτῶν, p.* 64. de quo feſto ait, id celebrare, fuiſſe omni modo ſe indecenter gerere, *ἦν ᾗ τὸν πάντα τρόπον ἀσχημονεῖν*: mox & *τῆς Δάφνης τὸ νόσημα* vocat; pariter vt *Oratione περὶ τῶν δεσμωτῶν* vocat *τὴν εἰς ἅπαντα ἐξουσίαν*. Itē *ἑορτὴν τὸ μηδενὸς ἀπέχεσθαι τῶν κληρῶν*. Et proculdubio *Maiumam* intelligit, fœdum atque indecorum ſpectaculum, quod ſibi procax licentia vindicauerat, vt loquitur *lex 2. C. Th. de Maiuma*. Quis autem Imperator ille ſit æquus & temperans ante Theodoſium, quem hoc feſtum aboleuiſſe Libanius ait, quinam vice verſa ſint illi, qui id rurſum inuexerint, altâ nocte premitur: Sanè poſt Theodoſium mox Arcadius filius eius Maiumam initio quidem A. D. 396. conceſſit,

l.1.d.tit. dummodo ſeruaretur honeſtas,& verecundia caſtis moribus perſeueraret: verùm triennio poſt *d.l.2.* eam vetuit; de quo *ad eas Leges* plura.

p.36. Αἱ κατὰ τῶν βουλευόντων πληγαί.] *Decuriones* verberari non potuerunt,id eſt fidiculis & tormentis ſubiici,quod præter Libanium *hoc loco*,& altero, *Orat.pro Ariſtophane pag.214.& 215.* & Optatum Mileuitanum & Prudentium *in Romano* docent ſequentes Conſtitutiones, Diocletiani *l.11.C.Iuſt.de quæſtion.* Conſtantini M.*l.1.C.Th.ad l.Cornel.de falſis.* Conſtantij *l.39.C.Th.de Decurion.* (quæ Antiochiæ data eſt) Gratiani *l.75.C.Th. de decurion. & l.2.eod.de quæſtion.* Theodoſij M.*l.80.C.Th.de decurion.* Honorij *l.6.de quæſtion.* Imò & à plumbatis immunes fuêre,vel omnes,vel Decem-primi Ordinis Curialis,*d.l.2.& d.l.80.85.C.Th.de decurion. & l.15.eod.de accuſation.* quæ tres poſtremæ Leges Theodoſium M. autorem habent, qui tamen quoad plumbatarum vſum ſententiam mutauit, *l.117.C.Th. de decurion.* Verùm hæc Lex,cuius meminit Libanius,anterioris alicuius Imperatoris eſt,& quidem eiuſdem qui feſtum Daphnenſe ſuſtulit.

Ἐπὶ τὰς τῶν θηρίων λειτουργίας] *Theodoſij M.* duas Conſtitutiones memorat Libanius, quibus veteres conſuetudines antiquauerit. Prior eſt illa, qua *munerum editionem*, ſeu munera ferarum, proprio cuiuſque arbitrio reliquit, nemine ad id coacto. Et verò hæc eſt illa Theodoſij M. Conſtitutio ſiue *l.103.* ſiue *l.109.C.Th.de decurion.* quarum illa data eſt A.D.383 ad Proculum Comitem Orientis (cuius ipſemet Libanius meminit *de fortuna ſua p.66.& 68.*) hæc vero A.385. ad Cynegium Præfectum Prætorio (cuius ipſemet meminit Oratione quam nunc damus κατὰ τῶν εἰσιόντων *p.97.& 100.*) Illis ſcilicet duabus Conſtitutionibus Theodoſius M. conſtituit, vt propriâ voluntate vnuſquiſque munus Syriarchiæ ſuſciperet non neceſſitate impoſita, neque quiſquam cogeretur inuitus ad Agonotheſiam. Scilicet Agonotheſia & Syriarchia erant munera obnoxia feris exhibendis,pariter vt Aſiarchæ, quos Rufinus *munerarios* non omninò malè vertit; ac nominatim Syriarchia in Syria, de quo pariter *d.l.103.* agitur inſuper *l.1.C.Th.de prædiis Senatorum.* Porrò huius Theodoſianæ Conſtitutionis meminit rurſum idem Libanius *Orat.in Tiſamenum*

minum pag. 447. ad ipſummet Theodoſium Orationem habens, qui locus conſulendus.

Μὴ δὲ ἔστωσαν ἀνεψιῶν γάμοι γέγραφας] *Theodoſiana* hæc illa famoſa cōſtitutio eſt, qua Theodoſius M. *conſobrinorum nuptias* vetuit; cuius meminit Ambroſius *Epiſt.* 66. Victor alter *in vita Theodoſij M.* item filius eius Honorius, *l.* 1. *Cod. Th. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur*, quam etiam Arcadius probauit. *l.* 3. *C. Th. de inceſt. nupt.* improbauit Honorius, *l. celebrandis, C. Iuſt. de nuptiis.* Mirum verò, eam ipſam conſtitutionem nuſpiam extare: quæ ſi extaret cum temporis characteriſmo, ad huius Orationis characteriſmum plurimum faceret.

Τὺς τῆς δὲ τῆς πόλεως.] hinc & ex *p.* 46. ibi, τὴν ἢ τὴν πόλιν, colligitur, hanc Orationem ſcriptam Antiochiæ.

Ο' σὸς οἶκος] *Fiſcum* Imperatoris hoc verbo deſignat, pariter vt *Oratione* περὶ τῶν προστασιῶν, *pag.* 23. ·p. 37.

Ὧν ἕκαστος λύει τὸν πάλαι κείμενον] Veteres Leges quamplurimas nouis Legibus à Theodoſio M. emendatas ait, de quo fidem faciunt complures conſtitutiones Codice Theodoſiano.

Πύλην] vide Libanium *de fortuna ſua pag.* 66. p. 38.

Οὐδέ σοι πάντα ἔξεστιν ὦ βασιλεῦ.] Neque Imperatori omnia licere ait Libanius; nō tantum ex verecundia vel honeſtate, quomodo quidam diſtinguere ſolent, verùm ex ipſa Imperij natura, ſeu Lege Imperij, qua alioquin merè poſitiuis Legibus Princeps ſolutus eſt, αὐτὸ γὰρ τοῦτ' ἐστι βασιλεία, τὸ μὴ πάντα τοῖς ἐπ' αὐτῆς ἐξεῖναι, inquit diſertè Libanius. p. 40.

Οὐδὲ ἐγκαλέσομεν.] *Appellationes* intelligit à Magiſtratibus ad Principem ſeu decretis & ſententiis eorum quæ aduerſus Leges pugnant.

Ἐπὶ τὰς τῶν κρατούντων εἰκόνας κατέφυγε] Locus hic eſt de *perfugiis ad ſtatuas Principum*, aduerſus vim Magiſtratuum & inuidiam his conciliandam, de quo titulus expreſſus Codicis vtriuſque. p. 41.

Βασιλέως ἧκε νομίζων ἐπιστολὴν] Hinc colligat quis, hanc Orationem non habitam coram Imperatore, verùm ad eum tranſmiſſam. p. 42.

Τὰ τῶν μυῶν.] Animalia frugibus infeſta, mures, ſerpentes, locuſtæ. p. 46.

Digitized by Google

p. 49. Γράμμασι] *Edicta* de modo tributorum rurſum intelligit.

Δίκη δὲ πρέπουσα] Non tantum Legem ſanciri vult Libanius in futurum, verùm etiam iudicium ab eodem Imperatore ſumi de his quæ hactenus perperam facta fuerant: idque duplici ratione, primum vt architecti pretium ſibi conſtitutum ad egerendum rudus referant, idque confiſcetur: Deinde vt Princeps inter eum qui Angarias huiuſmodi exegit, & eum à quo exactæ, medius ſedeat, & ruſtico ſolui faciat mercedem ruderis egiſti, damnaque inſuper data penſari.

NOTÆ

NOTÆ
IN ORATIONEM
Περὶ τῶν Δεσμωτῶν,
De Vinctis.

HABITA hæc Oratio apud Imperatorem : de quo hæc Libanius prædicat. 1. Se ab eo maximam gratiam accepiſſe, *pag.* 52. 2. Summam eius humanitatem & clementiam, ὑπερβολὴν φιλανθρωπίας, commendat, *p.* 52. 3. Ac nominatim indicat, indulgentiam criminum ab eo nonnullis factam, *d.p.* 52. 4. Legem ab eo latam, de tempore, ſeu De vinctis reiſque carcere liberandis, *p.* 69. 5. Illachrymatum eum, cùm ipſe hanc Orationem apud eum haberet, & crudelitatem, quæ in Reos exerceretur, enarraret, *p.* 57. Itaque ad Theodoſium M. eam habitam autumo: 1. De cuius humanitate & clementiâ multa extant veterum teſtimonia, ſic vt nemo Principum Chriſtianorum magis ab eâ commendatus fuerit, adeò vt etiam lenitas eius & clementia nimia, ceu ad delinquẽdum illex, à nonnullis in crimen adducatur. 2. Ac nominatim multa indulgentiarum Theodoſij reis factarum mentio; videndus inter alios Themiſtius *Orat.* 5. *circa A.D.* 383. Libanius ipſe ad Theodoſium *poſt conciliat. cum Antiochenis Orat.* 13. *Morell.* 3. Extat Theodoſij M. Conſtitutio fine A.D. 380. de tempore ſeu de Vinctis citò carcere liberandis, puta *l.* 6. *Cod. Theod. de cuſtodia reorum.* Cui iungenda & *l.* 3. *eod. Cod. de exhibend. vel tranſmitt. reis.* ceu eiuſdem Conſtitutionis ad Eutropium Præfectum Prætorio datæ pars, & ad eandem clementiam Theodoſij pertinens, circà reos haud facilè in carcere vinciendos. 4. Tandem illachrymatum etiam aliàs ſæpe Theodoſium diſcere eſt ex Chryſoſtomo *Homil. ad Populum Antiochen.* 20. Theodoreto *lib.* 5. *cap.* 17. Ambroſio *in Orat. de funere Theodoſij.*

Quod Orationis autorem attinet, & gratiam quam is à Theodoſio M. conſecutus fuit, iam dictum fuit *ad Orat. περὶ τῆς προστασίας.* addatur & Libanius ipſe *de vita ſua p.76.* Sanè ab Antiocheno hanc Orationem habitam oſtendunt ſatis ea quæ is memorat de Daphne (Antiocheno ſuburbano) item de feſto Daphnenſi, & Judicum ſeu Magiſtratuum eò ſeceſſu.

Περὶ τῶν δεσμωτῶν.] Ad verbum, *De vinctis:* mallent Juriſconſulti noſtri, *De Cuſtodia Reorum.*

p.52. Τὸ δὲ τετολμηκέναι καὶ τὸ ἠδικηκέναι] Ad hanc quoque mentem Arcadius Theodoſij filius in famoſâ *lege quiſquis,* in argumento Perduellionis: *Eadem enim ſeueritate voluntatem ſceleris quâ effectum puniri iura voluerunt:* vbi videnda plura quæ ad hanc mentem *Interpretes* cumulant.

Τὸ ἐξεληλέγχθαι, ὡς τό γε πρὸ ἐλέγχων ἀποθανεῖν.] *Non conuictum,* ſeu ante fidem probationum, reum mori, maximum iniuſtitiæ genus eſſe ait: quod bis repetit *hac ipsâ paginâ,* & rurſum in primæ obiectionis *diſſolutione p.59.*

Πέμπεται δὲ ἡ πρόθυμος καὶ ταῦτα ἐγγυητῶν ἀφθονία] *Fideiuſſoribus* reus ſæpè committitur, carceriſque moleſtiâ liberatur; quod etiam docet *lex 1.2.3.4.ff.de cuſtod.reor.* & *l.16.C.de dignitat.* Quod Libanius rurſum indicat, *Orat.14.Morell.in Florentium ad Imp.Iulianum,* δεσμωτήριον ἐποίησεν ἐγγυητῶν οὐκ ἀποροῦντα, οἳ ὅταν ὦσι δεσμὸς οὐκ ἔστιν ἐπὶ μικραῖς αἰτίαις. Quod poſtremum omninò conuenit dictæ *legi 1. & 3.* ſcilicet, pro criminis, quod obiicitur, qualitate, ſi, inquam, non ſit graue ſcelus, μικρὰ αἰτία, reus facilè fideiuſſoribus committitur, & fideiuſſoribus datis carcere liberatur.

Παρὰ τῶν ἐν τῷ μεγίστῳ συνεδρίῳ] *Senatores Curiæ Antiochenæ,* vt puto, intelligit: pariter vt *de vita ſuâ p.72.* & *Orat.13.ad Theodoſium p.476.* vbi pariter ait, τῷ μεγάλῳ συνεδρίῳ; & in Antiochico quoque *p.360.* rurſùm, συνέδριον vocat. Itaque verto nunc, *hæc fiunt ab iis qui in maximo Senatu ſunt.* Curiæ Antiochenæ & Curialium magnum decus fuit hâc tempeſtate, de qua vide Julianum *Miſopogne, p.132. & 135. l.51.C.Th.de decurion.* ſeu *l.22.C.eod.tit.* (cuius meminit Zoſimus *lib.3.p.713.*) & Libanium ipſum *in Antiochico, pag.*357.358. (vbi vocat βουλὴν μεγίστην τῶν ἁπανταχοῦ καὶ ἀρίστην) *&* 359.360.361.362.363. *& in Lucianum p.433.*

μεγά-

μεγάλην βυλὴν vocat.

Ταῖς εὐφημίαις ὑμῶν ἐγκεχειρισμένων] Vertendum fortè, *quibus acclamationes quæ vobis ſiunt, committuntur:* vt Magiſtratus Antiocheni intelligantur, qui ludos edebant, in quibus acclamationes εὐφημίαι fiebant; quæ Imperatoribus mittebantur, etiam à Senatu Rom. vt indicat Symmachus, *in Auctario, Ep.22. & 31.* In hac ſanè re εὐφημίας vocem rurſùm vſurpat Libanius ipſe, *infrà hac ipsâ Oratione p. 63.* ibi μετ' εὐφημιῶν βοαὶ, & *legat. ad Iulianum:* vide & infr. *Orat. prox.* κατὰ τῶν εἰσιόντων, *p.77. in fin.* Mitto alios.

Τοὺς περὶ τὴν γῆν πονοῦντας τοῖς κεκτημένοις τὴν γῆν.] *Poſſeſſorum* in colonos & ruſticanos crudelitatem perſtringit, qui his tanquam ſeruis vterentur, atque adeò carcere ruſtico & catenis vincirent, priuatoſque carceres exercerent. Quem quidem *priuati carceris vſum* hac ipſa tempeſtate Theodoſius M. A.388. per Ægyptum inhibuit, pœnâ Maieſtatis propoſitâ, *l.vnic. C.Th. de priuat. carcer. cuſtod.* cuius legis meminit & Zeno Imp. *l.1. C. Iuſt. de priuat. carcer. inhibend.* Addatur in eandem ſententiam & Iuſtiniani *lex 2. C. eod. tit.* quam Baſilica ſuppeditant. p.54.

Ὀλίγαι συλλαβαί.] Ita rurſum Libanius *Orat.16. Morell. in Tiſamenum p.453.* ὁρᾷς, ὦ βασιλεῦ, τοῦ ἄρχοντος τὸν πόνον; ἐπέταξεν ἐν ὀλίγαις συλλαβαῖς.

Εἰς τὴν Δάφνην] *Daphnen* intelligit, ſuburbanum Antiochenum: de quo hac ipſâ Orat. rurſum *p.64.* & ſupra *Orat. de Angariis p.36.* Hic locus peculiariter eſt de ſeceſſu in Daphnen, voluptatis gratiâ, cuius ibi materies ampla: quam in rem obuia ſunt ſcriptorum teſtimonia. Addatur rurſum Libanius, & quidem plenè, *in Antiochico,* & in *Monodia ſuper Daphnæi Apollinis fano:* Notique, prouerbio etiam vulgari, *Mores Daphnici.* De feſtiuitate quadam inhoneſtâ Daphnenſi erit locus *infr. p.64.* & fuit iam alter *Orat. De Angariis, p.35.36.* De Palatio, ſeu βασιλείοις, Daphnenſi, videndus Libanius *Orat.13. ad Theodoſium p.418.* & *l.2. C.Th. De Aquæductu.* vbi plura.

Θάλατταν ὀψόμενοι] Mare non totius diei itinere diſtabat ab Antiochia; quod docet Libanius *in Antiochico p.338.339.* & Strabo, *lib.16. p.517.* Itaque iucunditatis gratiâ eò profecti Antiocheni.

Digitized by Google

p.55. Αὐτό τε τὸ δεδέσθαι.] *Primam* hanc crudelitatis ſpeciem circa vinctos notat Libanius, quòd carcerem non meriti, vel etiam fideiuſſores offerentes carceri manciparentur: Sequentes circa modum carceris crudelitatis ſpecies ſunt: καὶ τὸ ὕπνος, inquit.

Οὔτε γὰρ οὐδ' ὕπνοις] *Secunda* inhumanitatis ſpecies eſt στενοχωρίας, quod incarcerati tam *anguſtè* habitarent, vt ne reclinati quidem recumbere poſſent; verùm ſtantes ſomnum capere neceſſe eſſet.

Πόθεν ἐπίνων τούτοις ἡ τροφή.] *Tertia* inhumanitatis ſpecies, quod *Alimenta* ſufficientia incarceratis non præberentur, vnde contingebat, vt coniuges & propinquæ ad alimenta his præbenda, vel vetulæ mendicare, vel formoſæ ſeſe proſtituere cogerentur. Quod rurſum exagitat Libanius *Orat.* 16. *Morell. in Tiſamenum*, *pag.* 452. μητέρα δὲ γραῶν εἴπης εἶναι τοῦ δεδεμένου πλανωμένην ἀγείρειν ὅσον αὖ προσαιτοῦσα δύναται. Cui inhumanitatis ſpeciei occurrit Honorius Imp. *l. vlt. C. Th. de cuſtod. reor.* ſeu *l.* 9. *C. Iuſt. de Epiſcop. audient.*

p.56. Τοῖς τῆς θύρας κυρίοις.] *Quarta* inhumanitatis ſpecies eſt Commentarienſium (id eſt carceris cuſtodum) qui ne lychnum quidem vnicum omnibus incarceratis niſi magno pretio concedebant; quique dare non poſſent apud eos, vapularent. Sanè idem Libanius *dicta Oratione* 16. *Morell. in Tiſamenum*, in horum Commentarienſium crudelitatem inuehitur. ὁ δεσμὸς οὔτε ἐτέραν, ὦ Βασιλεῦ, δίκην ἔχει τὴν ἐν χρήμασι· δεῖ γὰρ ὑπερβαίνοντα τὸν οὐδὸν τὸν κύριον τῆς θύρας θεραπεῦσαι χρυσίῳ, χρυσίου δὲ οὐκ ὄντος τὸν μὲν δεῖ καθῆσθαι γυμνόν, εἶτα δὲ τὴν ἐσθῆτα τοῦ φύλακος, & cœtera quæ iam ſupra.

Γυναῖκα τῶν ἐπὶ φιλανθρωπίᾳ φιλοτιμουμένων] *Diaconiſſas* proculdubio intelligit; quibus hoc æuo non tantum pauperum & peregrinorum, verùm etiam carcere vinctorum cura, vt pleraque alia pietatis officia erant commendata: de quibus ſenſit & Plinius *in Relatione de Chriſtianis*, & Lucianus (Chriſtianorum deriſor) *in Peregrino*, de quibus *tit. C. Th. de Epiſc. Eccleſ. & Cleric.* Quod & ipſum *Diaconorum* muneris fuiſſe perſecutionis tempore ex Cypriani *epiſt.* 11. patet.

p.57. Δακρύεις, ὦ Βασιλεῦ] De hoc dixi iam *initio Notarum* ad *hanc Orationem.*

Digitized by Google

Ἀλλ᾽ ὄντων δεινῶν.] *Quinta* ſummaq́ꝫ crudelitatis ſpecies eſt, nempe quod incarcerati multi morerentur, tum aliis malis, tum ac maximè, loci anguſtiâ, per Iudicum negligentiam.

Ἀπαιτεῖ γὰρ ὑπὸ τῆς βασιλείας, ὦ βασιλεῦ, τὸ πάντα ἐπίστασθαι.] *Imperatorem* omnia quæ publicè admittuntur, præſertim à Iudicibus, ſcire oportere ait, neque honeſtam Principis circa hæc ignorantiam eſſe. p.58.

Τί δὲ κατ᾽ ὀλίγον ἀναλίσκεις] Huc pertinet illa Conſtantini M. *l.1.C.Th.de cuſtod.reor. Illud etiam obſeruabitur, vt neque his qui Stratorum funguntur officio, neque miniſtris eorum liceat crudelitatem ſuam accuſatoribus vendere, & innocentes intra carcerum ſepta letho dare, aut ſubtractos audientiæ* LONGA TABE *conſumere.* Et Theodoſij M. *l.6. eod.tit. De his quos tenet carcer id apertâ definitione ſancimus, vt aut conuictum velox pœna ſubducat, aut liberandum cuſtodia diuturna non* MACERET. Et Arcadij *l.18.C.Th.de accuſat. Ne diuerſorum criminum rei vel deſidiâ Iudicum, vel quadam lenitatis ambitione per Prouincias detenti in carcere* CRVDELIVS *differantur.* p.59.

Τῶν ἐπὶ μαρτυρίᾳ δεθέντων] *Teſtes* ob teſtimonij dictionē, ſeu ad teſtimonium dicendum, in cuſtodiam quoq; coniici ſolitos oſtendit Libanius. Quod etiam exertè docet Honorij *lex vlt.C.Th.de abolit.* (quæ iungenda eſt inter alias *legi vlt.C.Th.de cuſtod. reor.*) Imò etiam quæſtioni ideò quandoq; ſubiectos fidem facit Theodoſij M. *lex 10.C.Th.de fide teſtium.* ſeu *l.8.C.Iuſt. de Epiſcop.* & *l.vlt.C.Th.de abolition. l.vlt.C.Th.de Epiſc.iudicijs.*

Δίκαι δὲ ὑπὲρ μικρῶν πολλαί] *Paruis de rebus* Iudicia prolixè & p.60.61.
penſiculatè agitata obiicit Libanius (quas etiam Rectorum cognitione indignas definit *lex 8.Cod.Th.de iuriſdict.*) intereà dùm multi in carceribus perirent.

Καθίζει δὲ αὐτοὺς καὶ ἑσπέρας δικαστὰς οὐκ ὀλιγάκις] Ad *veſperam Iudices* ſæpè cognouiſſe ait, de quo & *Nou.Iuſtin.82.c.3.* Et Agathias *lib.3.* deque eo plura & ex profeſſo qui ad *Duodecim* ſcripſerunt, ibi, *Soloccaſus ſuprema tempeſtas eſto.*

Οἱ σωτῆρες ἀξιοῦντες ὀνομάζεσθαι.] *Seruatores* audire Iudices affectabant, quæ obſeruatio iam paſſiua eſt: vide ſaltem eundem Libanium *pro ſaltatoribus, p.498.* p.62.

Τρέχουσιν ὀψόμενοι.] *Spectaculorum* editionibus & popularitati Iudices ſeu Rectores prouinciarum, popularem plau-

Digitized by Google

ſum captantes, hac tempeſtate adeò indulgebant, vt ludictis plus curæ tribuerent, quàm ſeriis actibus; quod hîc prolixè teſtatur Libanius: & verò id confirmat Valentiniani Senioris conſtitutio *l.2.C.Th.de Offic.rector.prouinc.*

Τὴν ἀνάγκην δ' αὖ λέγουσι] Ad ſpectacula obeunda *neceſſitate* quâdam teneri ſe Iudices obtendebant; nempe quod ea in honorem Principis fermè celebrarentur: idque etiam oſtendit Theodoſius Iunior, famoſâ iam *lege Dominico, vlt. C.Th.de feriis*, quâ is feſtis Chriſtianorum & ſupplicationum diebus ſpectacula celebrari vetat, cum hac præoccupatione quæ hùc omninò conuenit: *Ac nequis*, inquit, *exiſtimet in honorem Numinis noſtri veluti maiore quadam Imperialis Officij* NECESSITATE *compelli, & niſi diuina Religione contemtâ ſpectaculis operam præſtet, ſubeundam forſitan Noſtræ Serenitatis offenſam, ſi minus circa Nos deuotionis oſtenderit quàm ſolebat; nemo ambigat, quod tunc maximè manſuetudini Noſtræ ab humano genere defertur, cum Virtutibus* DEI *Omnipotentis ac meritis vniuerſi obſequium Orbis impenditur.*

Ἥτε γὰρ δείλη, καθαρὰ τοῦ τε τοῦ φόβου.] *Matutino tempore* ſpectacula edi ſolita oſtendit Libanius, quarè non eſſe quod ſibi Iudices ſeu Rectores prouinciarum metuant ab offenſione Principis, cùm ſpectacula in eius honorem inſtituta horis matutinis obire, pomeridiano verò tempore incarceratorum curam habere poſſint. Et verò illud nominatim Theodoſij M. Conſtitutione cautum reperio, A.D.386. *l.2. C.Th. de ſpectaculis. Nullus omninò Iudicum aut Theatralibus ludis, aut Circenſium certaminibus, aut Ferarum curſibus vacet, niſi illis tantùm diebus, quibus vel in lucem editi, vel Imperij ſummus ſceptra ſortiti: hiſq́; vt ante meridiem tantùm ſolennitati pareant, poſt epulas verò ad ſpectaculum redire deſiſtant.*

Ἥτε ἀνάγκη τῆς θέας ἡμερῶν τινῶν ἐστιν] Pauci dies fuere, quibus neceſſitas ſpectaculorum, in honorem videlicet Principis, obeundorum, Iudicibus imminebat, nempe (quod oſtendit dicta *Conſtitutio C.Th.de ſpectacul.*) Natales Imperatorum Genuini, & Natales Imperij: *niſi illis*, inquit, *tantum diebus, quibus vel in lucem editi vel Imperij ſummus ſceptra ſortiti.*

Κατὰ τὰς εἰσπράξεων οὐ χείρω ταύτῃ καθίστα(ν).] ab *Exactionibus, ſeu conuentionibus* pecuniarijs dies quoſdam immunes fuiſſe indicat

dicat Libanius: quod *de Die Solis* inter alios commodè accipi poteſt; quo Chriſtiani Imperatores vetuerunt quemquam ab Exactoribus conueniri, ſiue ob debitum publicum, ſiue priuatum, puta Conſtantinus M. *l.* 2. *C. Iuſt. de feriis*, & *l.* 2. *Cod. Th. eod. tit.* item Valentinianus Senior Iuniorque, vel etiam Theodoſius M. *l.* 10. 13. *C. Th. de Exaction.* quæ repetuntur *l.* 1. & 3. *eod. C. tit. de Executorib.* Quinimò & Iudæi die Sabbathi, reliquiſq; diebus quibus cultus ſui reuerentiam ſeruabant, ab Honorio Imp. exigi vetiti, *l. vlt. C. Th. de ferijs* (quæ repetita extat *eod. Cod. l.* 8. *de executor.*) & *l.* 20. *eod. C. de Iudæis*.

Αἱ παρὰ τῶν πολλῶν εἰς αὐτοὺς μετ' εὐφημιῶν βοαί.] De *Acclamationibus* in ſpectaculis res nota: de quibus etiam *ſupra ad p.* 53. Illud huius loci proprium, quod Libanius addit de populari plauſu, quem Iudices intemperanter in ſpectaculis captabant; quod & ipſum oſtendit Valentiniani Senioris Conſtitutio, putà *l.* 1. *C. Th. de ſpectacul.* & Theodoſij Iunioris *l.* 5. *eod. tit.* & *l.* 2. *eod. Cod. de expenſ. ludorum. Cunctos*, inquit, *Iudices admonemus, vt ludorum quidem, quibus moris eſt, interſint feſtiuitati, & oblectamentis fauorem eliciant populorum.* Et mox, *Nec inconſultâ plauſorum inſaniâ*, &c. *Reipublicæ robur euellant.* Atque hæ illæ ſunt εὐφημιῶν βοαί: hæc vt mox vocat, ἡ κλαγγή. p. 63.

Ταπεινοὶ δὲ οἱ βουλεύοντες] *Decuriones* ſeu *Curiales* à Iudicibus attritos immodico ſpectaculorum ſtudio indicat Libanius; quod diſertè etiam facit Theodoſij Iunioris *l.* 2. *C. Th. de expenſ. ludor. Nec* [Iudices] inquit, *inconſultâ plauſorum inſaniâ Curialium vires, fortunas ciuium, principalium domos, poſſeſſorum opes, Reipubl. robur euellant.* Nempe, quòd ſuum ad hæc ſpectacula auxilium ſeu impenſas Decuriones conferrent; τῇ παρ' ἐκείνων βοηθείᾳ; vbi βοήθεια ſunt ſuppetiæ & adminicula expenſarum; Sanè Magiſtratus ſeu Duumuiros & Curiales ſpectaculorum editiones curaſſe docent complures Conſtitutiones puta *l.* 1. 4. *C. Th. de ſpectaculis*, *l.* 103. 109. 169. *C. Th. de decurion.* Igitur attritæ Decurionum facultates crebris & inſanis ſpectaculorum editionibus. De Curialium Antiochenorum immenſo in hæc & alia ſumptu prolixè Libanius, *in Antiochico p.* 358. 359.

Ἐν Δάφνῃ καθημένοις] De hoc iam ſupra dictum vt & de eo quod ſequitur de feſto Daphnenſi in *Orat. de Angar. ad p.* 35. 36. p. 64.

Google

p.65. Τούτοις ἔδει καὶ τὸν νόμον μηδὲν παραλιπεῖν.] Vindictam de nece defuncti heredes ſumere oportuiſſe etiam Libanius indicat, quod vulgatum apud Iuriſconſultorum filios.

Ποιεῖται μὲν τὴν περὶ τοῦ Διονυσίου στοὰν ἀνὴρ δικαστήριον.] Ita in veteri colloquio Scholaſtico (quod edidit Bonauentura Vulcanius) inducitur litigaturus locum Iudicij deſignans, ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἐν τῇ στοᾷ, ἐγγὺς τῆς στοᾶς τῆς Νίκης. Scilicet iudicia in porticibus vel ante porticus agitata. Obſeruāda interim hîc *porticus Bacchi* quæ Antiochiæ fuit. De porticibus earumq; pulchritudine Antiochiæ videſis Libanium *in Antiochico p.*371. 372. 373. 374. 375. & *Orat.*13.*ad Theodoſium p.*417. Et nominatim de porticu ante prætorium, ὅτι τὴν περὶ τοῦ δικαστηρίου στοάν, *Orat.in Ellebichum p.*526.

p.69. Νόμον βοηθοῦντα τοῖς δεθεῖσι περὶ τὸν χρόνον] Intelligit *legem* 6. *C.Th. de cuſtodia reor.* de qua iam *initio Notarum ad hanc Orationem:*

Ὦ γενναῖε] Ita quoque Imperatorem compellat Libanius *Orat.*12.*Morell.p.*400.

NOTÆ

NOTÆ IN ORATIONEM

Κατὰ τῶν εἰσιόντων εἰς τὰς τῶν ἀρχόντων καταγωγάς.

Aduerſus Ingredientes in Magiſtratuum domos.

NON diu quærendus fuit Imperator, ad quem hæc Oratio habita fuit, neque etiam quando ea habita fuerit: Meminit quippe eâ Libanius *Cynegij Præfecti Prætorio*, & quidem recenter defuncti, qui ſanè Præfectus Prætorio Orientis fuit, ab A.D. 384. ad annum vſque 388. vt diſcere eſt ex *Conſtitutionibus Codicis Theodoſiani*, item è duobus Zoſimi locis *lib. 4. hiſtor. pag. 762. & 769.* & Idacio in *Chronico Anno Theodoſij M. decimo*, id eſt A.D. 388. Qui quidem Cynegius eſt ille, qui prohibendis per Ægyptum ſacrificiis, templiſque occludendis à Theodoſio M. in Ægyptum miſſus fuit: Quarè veroſimile, hanc Orationem habitam A.D. 389.

Cæterum huic, quam nunc primùm damus, Libanij Orationi *Aduerſus familiares in Magiſtratuum ſeu Iudicum domos ingreſſus*, gemina germana eſt altera Libanij, quam Doctiſſ. *Federicus Morellus è Codice Bauarico* edidit, *hoc tit.* κατὰ τῶν προσεδρευόντων τοῖς ἄρχουσιν: quam & ideò ἀνεκδότῳ huic hactenus, ſubiecimus, propter argumenti paritatem: Quin & mens ea mihi, Morellianâ illâ Libanium huic noſtræ præluſiſſe, vtpote cùm hæc longè accuratior & prolixior ſit; & ita quidem præluſiſſe, vt illam non cominùs habuerit: Statim quippe initio huius Orationis profitetur, ſe nondum hac de re apud Imperatorem egiſſe; Imò ſe metu quodam hactenus fuiſſe impeditum, à quo nec tum immunis eſſet: quod rurſum indicat *pag. 80. circa fin. & p.* 101. Quæ cauſa fuerit proculdubio prioris illius ſupprimendæ, ſimul & repetitâ prælectione &

accuratione hanc conſcribendæ, vt proinde hæc Oratio quodammodo [illegible] ſit: Ita tamen vt illa vlteriùs & plenius conſulat, vt ad eam oſtendetur.

Quantum verò curæ ſuæ fecerit Libanius hoc Argumentum, quamque Ingreſſus ſeu Introitus familiares in Iudicum domos ſublatos voluerit, qui integritatem Magiſtratuum in iure reddendo intercipiebant, oſtendunt duo inſuper loca ex aliis eius Orationibus: Ac primùm quidem ex *Orat. ad Icarium pag.* 459. qua Icario præcepta benè adminiſtrandi ſuppeditat. Ἀλλὰ μηδ᾽ ἀναπετάσειας δείλης πολλοῖς ποσὶ τὰς θύρας, ἐχθροὶ τῆς δίκης, ὡς οὐδὲν οὕτω τῇ θεῷ ταύτῃ πολέμιον· ἐκ γὰρ ὧν οὐκ ἐῶσιν ἰσχύειν τοὺς νόμους, ἐκ τούτων κερδαίνουσιν, οὕτω δὲ μέγα τοῦτο ἄρχουσι κακὸν, ὥστε κἂν μηδὲν ἐνταῦθα βλάπτηται τὸ δίκαιον, ἀλλὰ δοκεῖ γε· σωφρονοῦντος δὲ ἂν εἴη καὶ τοῦτο δεδιέναι, τὰς μὲν εἰσόδους ταύτας μηδέποτε ἴδοιμεν. Id eſt, *Neque verò aperies meridie multis pedibus ianuas, ſiquidem hoſtes ſunt Iuſtitiæ, cui Deæ nihil tam aduerſum: ex eo quippe quod non permittunt Leges obtinere, exinde lucrum faciunt. Adeò verò magnum iſtud Magiſtratibus malum eſt, vt etiamſi nullo modo exinde ius lædatur, ſaltem ita videatur. Cæterùm temperantis viri fuerit, & hoc etiam vereri, ne credatur, ne quando huiuſmodi ingreſſus videamus.* Idem Libanius rurſum *Orat.* 23. Περὶ Εὐσταθίου, περὶ τῶν τιμῶν. p. 562. τοῦ γὰρ νόμου, καθ᾽ ὃν οὐκ ἔξεστι, τοῖς ἄλλοις εἰς τὰς τῶν ἀρχόντων καταγωγὰς βαδίζειν, ἥκοντός τε καὶ κρατοῦντος, καὶ τὰς εἰσόδους κωλύοντος, τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐκεῖσε γραμματεῖα καθ᾽ ἑκάστην φέρεται τὴν ἡμέραν, γιγνομένων ἀντὶ τῆς γλώττης τῶν γραμμάτων. Id eſt, *Nam cum Lex, per quam non licet aliis ad Magiſtratuum ædes accedere, vigeat & obtineat, & ingreſſus prohibeat, eò quotidie aliorum literæ inferuntur, quo fit vt literæ loco linguæ cedant.* Ex quo poſtremo Libanij loco liquet, fuiſſe Legem aduerſus huiuſcemodi ingreſſus latam, cuiuſmodi ſanè aliquot huic Orationi ſubiecimus, ac nominatim Gratiani *legem 6. C. Th. de offic. Rector. prouinc.* & Honorij *l. vnic. eod. Cod. de offic. Iudic. ciuil.* Et verò, id hâc Oratione & proximâ depoſcit, agitq; Libanius vnicè, vt talis conſtitutio à Theodoſio M. ſanciatur.

p. 76. Τὰς δὲ ἐμολύβδῳ] γρ. μολύβδῳ. *Plumbatarum* ſcilicet ictus, cruciatus, ſeu verbera intelligit; de quibus agitur decem Codicis Theodoſiani Conſtitutionibus; putà *l. 2. de quæſtion. l. 80. 85. 117. de decurionib. l. 3. & 7. de exactionib. l. 14. de cohortalib. l. vn.*

tio

Notiſq; illuſtrata.



GENEVÆ.

M. DC. XXXIV.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOBILISS. ET AMPLISS. V.

D. G. BOSWELLIO,

SEREN. BRITANNIARVM R. APVD POTENTISS. BELGII Ordines, Legato,

IAC. GOTHOFREDVS IC. S.

STAT verò mihi, V. NOBILISS. eadem quæ dudùm Sententia, quam neque vllâ deinceps re mutem, ſi quid in me auxilij vſpiam eſt, vel in poſterùm erit, otiique, id potiſſimum ad *Eccleſiaſticam Hiſtoriam* inluſtrandam conferre; poſteà maximè quàm à *Synodo Gallicanâ* ad id perhonorificè, neque ſemel, inuitatum me memini: Quo quidem veluti claſſico mirificè meus ad id excitatus fuit animus, quò me meopte alioquin

Digitized by Google

ingenio duci, ſpecimine vno atque altero iam editis, opinor, oſtenderam. Exinde certe ſtudioſius quæ eò facerent ſectari cœpi, atque ea obſeruare curioſiùs, quæ ab operoſis ſeduliſq; *Centuriarum* atque *Annalium* conditoribus humanitùs ſiue omiſſa ſiue admiſſa fuiſſent. Cui quidem cœpto fauere plurimùm hodie fatendum eſt, propriam illam huius æui beatitudinem, quâ noua prioribuſque incognita quamplurima ſubinde efferuntur, quorum ope frequentes ſiue lacunæ, ſiue hiatus ſuppleri, neque pauciores, quibus veteris Eccleſiæ Hiſtoria alicubi laborat, errores emendari poſſunt. Quo in genere ſæpè vel minima quædam, ac penè contemnenda in ſpeciem, occurrunt, è quibus ingentem non eò minus excitari lucem fas eſt: haud aliter atque *leuiſſima quæq; veri luminis ſtrictura lucem mortalium oculis ingerere, diémve inferre ſolent*. Cuiuſmodi eſt hæc quoque, quam nunc primùm damus, Libanij, pro Templis Gentilium non exſcindendis, aduerſus monachos & Epiſcopos, Oratio. Quod quidem argumentum totum ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam pertinere vel ipſo titulo ſatis ſuperq; patet. Cuius opinor haud vulgaris ea quoque portio eſt, vti liquidò conſtare poſſit, quibuſnam gradibus paganæ ſuperſtitionis error, qui tribus ſæculis in fidem Chriſtia-

nam

Digitized by Google

nam impotenter ſæuierat, quarto demùm ſæculo Euangelicæ luci toto gradu ceſſerit, locumque fecerit: per quos item Principes, quid quantúmve illi detractum, à quibus potiſſimùm viris negotium iſtud adminiſtratum: quibus rationum momentis erroris inlecebras, & in his Templa, adimere paulatim viſum fuerit. Viceuerſa, quàm contumaces ſeſe pagani hanc in partem præbuerint: quibus inter hæc argumentis ſe ſuaque defendere ſategerint: qui qualéſque viri ſufflaminandæ rei Gentilitiæ acceſſerint.

Atque hæc cùm aliunde quoque pro parte cognoſcere liceat, atque inter cætera ex Imperatorum Chriſtianorum quoque Conſtitutionibus (quas peculiari Commentario aliquando illuſtrare viſum) certè ex paganis quoque ſcriptoribus affatim diſcere eſt. In quibus, præter Hiſtoricos eius æui, ſunt ij quoque, qui pro re natâ atq; occaſionibus datis apud Imperatores pro cultu pagano tuendo Oratores egêre: quâ ipsâ profectò ratione, veteris olim Chriſtianæ rei ſtatum atque arcana ex iis ſcriptoribus qui vel Apologeticos pro Chriſtianis, vel ἐλεγκτικοὺς aduerſus Nationes ſcripsêre, neque aliunde melius repetere licet. Extat verò iam iſtius generis famoſa illa, imò à duobus Chriſtianis ſcriptori-

bus feliciter proſcripta dudùm confoſſáque ad Valentinianum Iuniorem Symmachi Præfecti vrbis Romæ Relatio ſiue Oratio. Cui ſimilis nunc primùm prodit hæc altera Libanij Oratoris Antiocheni, ex eodem Codice Auguſtano, vnde quatuor nuper eiuſdem ſcriptoris Orationes Politicas edideram, Oratio, ad Theodoſium M. Valentiniani illius in Imperio collegam conſcripta: ſic quidem, vt hæc ad Orientalis Eccleſiæ hiſtoriam pertineat: quomodo illa ad Occidentalem, ac nominatim ad vrbem Romam ſpectat: Hoc etiam altero diſcrimine, quòd illa pro reſtituendis laboret, puta pro Ara Victoriæ, ſumptibúſque templorum & ſacrorum priuilegiiſque Virginum Veſtalium recuperandis: hæc verò pro Templis ſartis-tectis habendis, atq; ab impetu excidióque vindicandis: In eo alioquin ſimiles, quòd in idem tempus vtraque incidat, atque iiſdem alicubi argumentis in rem ſuam vectentur agántque: veluti præiudiciis anteriorum Principum Chriſtianorum, qui ad Gentilitiorum templorum atque ararum ſtragem haud æquè proceſſerant: Ornatus item publici curâ, cuius plurimùm interſit, Templa ſtare: priſcæ dein felicitatis Romanæ memoria, quaſi ea haud aliunde quàm à Deorum cultu olim prouenißet, vti contra ſterilitates aliáque mala ex

eius

eius neglectu procederent: infelici demùm, quod audacius, Principum Chriſtianorum exitu, qui Gentilium ritui quidquam detractum iuiſſent.

Hæc illa ſcilicet fermè ſunt, quæ vt in ore Gentilium promiſcuè tum erant, ita à Symmacho atque Libanio magno apparatu quoque reponuntur: qui & maledicendi quoque licentiâ inter ſe pariant, niſi quod hic petulantius, modeſtiæque & pudoris magis ignarus. Non enim hæc magna licentia fuit, in os Principis iactantis, Conſtantinum M. ob reditus templis detractos ſatis magnas ſacrilegij pœnas dediſſe, quòd qui de genere ipſius erant, mutuò ſeſe confecerint, ſtirpſque tandem eius omnis defecerit, cui ſatius fuiſſet, ſuperſtitem aliquam relinquere, quàm Conſtantinopolim tot impenſis aliarúmque ciuitatum nuditate atq; imprecatione excitare: Conſtantium verò ob templa diruta donoque data, inſtar rerum viliſſimarum, in perpetuo belli Perſici metu ideò egiſſe, donatarios verò infelicem exitum ſortitos? Quid? non ab eadem contra procaci licentiâ ſunt, Licinij & Iuliani Apoſtatæ in os Principis Chriſtiani laudes & elogia? & inter alia, quaſi hic belli Perſici metum ſuſtulerit, & quanquam dolo Chriſtianorum interfectus, felicitatem & gloriam inſecu-

tam pepererit. Poſt hæc, quid mirum iam, ſi in Epiſcopos & Monachos quoque, more cæterorum ſcriptorum paganorum, tam licenter idem inuehitur? Imò & poſt omnia, vim quoq; Templa diruentibus minitari audet? Vt dubitare liceat, maiórne illius licentia, an Theodoſij tùm lenitas extiterit, qui hæc atque id genus alia tam æquo tulerit animo: eò etiam, vt quod eiuſdem Libanij teſtimonio & exemplo patet, paganos non eò minus ad ſummas quoque dignitates ſubuexerit, epuliſque adhibuerit.

Verum hæc qualia-qualia ſint, velut Hiſtorica legi etiamnum intereſt. Sed & habet hæc Libanij Oratio præclara quamplurima, quæ partim & ipſa apud alios occurrunt, partim haud æquè. Mitto, quæ de Templorum Gentilitiorum origine & reditibus: quæ de Templis per agros pagoſque, extraque muros ciuitatum conſtitutis, & quantopere pro iis potiſſimùm pagani tum adlaborauerint (vnde etiam *paganorum* nomen ortum minus iam dubito) quæ de feſtis conuiuijs & fumigatione paganorum; quæ de templo Æſculapij Ægis in Ciliciâ, alteroque, vt opinor, Edeſſeno in Oſdroëna: quæ de Templis à Conſtantio Imperi. in priuatos collatis, refert. Mitto quoque, quæ de Conſtantini Magni, Conſtantij, Valentiniani, Valentis, Theodoſij

doſij

Digitized by Google

doſij Magni, aduerſus paganos conſtitutionibus apponit: ſingularia certe ſunt, quæ is ad Monachalem hiſtoriam pertinentia quamplurima memorat: quæ de *Sophroniſtis* tùm, qui ſcilicet viderent ne quà pagani ritus exercerentur; quæ de *paſtoribus* ſeu Epiſcopis, & in his de Flauiano Antiocheno: quæ de Religione non cogendâ, atque in id veteri Chriſtianorum lege; quæ de hypocritis: quæ de Cynegio, vt quidem exiſtimo: quæ de ſacrificiis Romæ atque Alexandriæ & Serapeo ibidem tùm ſtantibus.

Iucundùm verò & illud erit (quod vel inter potiſſima cenſeo) in hâc ipsâ Libanij Oratione Chriſtianorum rationes, & quidem Monachorum, ſpectare, quibus moti Templa paganorum tùm diruenda cenſerent: atque ad eas Libanij reſponſa: Retrò, quibuſnam Gentiles ipſi argumentis niterentur, vt vim à Templis arcerent. Quâ parte etiam Libanij futilitatem & Sophiſticam quidem, videre eſt; cùm non tantum ſuperiorum ætate Principum præiudiciis qui paganorum ſuperſtitionem non omnem ſuſtulerant ſeſe tuetur, verùm etiam huius æui Imperatorum, Valentiniani, inquam, Iun. & Theodoſij M. indulgentiam, qui non omnia vbique templa vel ſacrificia adhuc abo-

Digitized by Google

leuerant, in probatæ publicè religionis argumentum trahit. Dicámne, quod Proteus hic ſuperſtitionis ſuæ ſtudio ad maledicentiam abreptus, Conſtantinum Magnum & Conſtantium Impp. vt & Cynegium, odio tantum religionis hâc Oratione diſcerpit, alibi prolixè abs ſe laudatos: quem & alias inconſtantem Libanij animum Socrates quoque iam olim obſeruauit?

Hæc rurſum vtut ſint, egregium ſanè deinceps iſtud erit Theodoſiani ſæculi monumentum, ſiue ſegmentum, quo Eccleſiaſtici eius æui Annales partim augeri, partim illuſtrari poterunt. Quod quidem tibi potiſſimùm, V. Nobiliss. inſcribere viſum: tùm ob ſingularem illum affectum tuum, quo me meaque pridem ſtudia complexus, ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam & ipſe me hortari ſeriò voluiſti: tùm ob egregiam tuam illam in omni cultioris literaturæ genere eruditionem, quò fit vt libellus hic meus ad te velut Iudicem competentem eat, quem mihi bonum-æquum certò ſpondeo, in aliis iam prolixè expertus. Sed & arrepta nunc iſthæc abs me auidè occaſio, gratulandi tibi, etſi paulò ſeriùs, ob Honoris iſtius quem nunc geris proceſſum: quem Sereniſſimus & Potentiſſimus Rex, idemque iuſtiſſimus meritorum tuorum arbiter, exploratâ Fide tuâ

& In-

Google

& Induſtriâ, cum pari eruditione coniunctâ, tibi collatum voluit: De quo etiam paucos ante dies iucundiſſimus mihi cum Illuſtr. D. Baſilio Vicecomite à FILDING ſermo fuit: quem Virum iam ab hinc triennio domeſticâ mihi familiaritate cognitum cultumque, ſua nuper Virtus & Prudentia ad eximiam & extraordinariam Regis nomine Legationem extulit: Quò quidem pergens, non Vrbem hanc modò noſtram ingenti lætitiâ impleuit, verùm me quoque aſſiduo affatu affectúque ſuo dignatus, inter alios ſermones gratiſſimâ tui quoque recordatione plurimùm recreauit. Quare illud nunc abs te, V. AMPLISS. contendo, vt hunc affectus mei cultuſque ſponſorem, quamlibet breuem, ſed qualem Senatoriæ & quotidianæ occupationes meæ fermè dare ſolent, benignus admittas; dumque hunc honorem geris, aliique deinceps meritis tuis procedunt, Gothofredi tui ſemper meminiſſe velis. Dab. Kal. Decembr. Anno M. DC. XXXIV.

Google

ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΛΟΓΟΣ

ὑπὲρ τῶν ἱερῶν.

LIBANII ORATIO
Pro Templis.

ARGVMENTVM.

TEMPLA Gentilium ſub Theodoſio M. per prouincias Orientis in vrbibus nonnullis, & magnificentiſsima quidem, per agros verò potiſsimùm, non vllo quidem Imperatoris mandato, verùm Monachorum tantùm Zelo, conniuentibus ad hæc & conſentientibus Epiſcopis diruebantur. Igitur Libanius Gentilis & Orator Antiochenus, hâc templorum ſtrage excitatus, hanc Orationem ad Imp. Theodoſium habendam credidit: magna vbique libertate vſus, quam haud ſemel exerit: oſtenſurus in ſummam perſuaſuruſque, Templa Gentilium dirui non oportere.

Quare, poſt præfationem, quâ fiduciam ſuam oſtentat, perſuadendi Principis, etſi res ea periculi plena foret atque in aulos incurſura, initio qui-

dem: Templorum originem & multitudinem à Deorum beneficiis ortam, atq; ex agris ad vrbes progreſſam prædicat: quæ & ipſa nonnulla Conſtantinopoli eſſent, Diis dicata, etſi hodiè inhonora: quorum Deorum præſidio Romani hoſtes deuicerint, quin & Conſtantinus M. ipſe, Licinium: Itaque Conſtantinum *Templorum quidem reditus & donaria iuris ſui feciſſe, atq; in Conſtantinopolitanâ vrbe ædificanda ea impendiſſe, atenim ſolemnia Gentilitia intacta reliquiſſe:* Conſtantium *filium eius Eunuchis obnoxium, ſacrificia quidem interdixiſſe, ſed* Iulianum *ea reſtituiſſe, porroq; ad tēpus aliquod ſtetiſſe: mox à* Valentiniano & Valente *Impp. ſacrificia quidem prohibita, at non & turificationem: quod & ipſum* Theodoſius M. *firmarit.*

His ita enarratis, Libanius in querelas ſeſe effundit aduerſus Monachos *(quorum etiam inſtitutum ſectamq; non vno loco traducit) qui impetum in Templa facerent; & quidem in ea quæ in agris ſita eſſent, in quibus & anima agrorum & ſpes omnis agricolarum poſita eſſet: quinimò & hâc occaſione ſua agricolis raptum irent, agroſq; ipſos, tanquam ſacris deſtinatos ſeruienteſq;: querelas de his ab Epiſcopis negligi: quin & maius inde periculum ſpoliatis imminere: Hæc proinde bello externo nihilò meliora, imò coërcenda magis: ad quod Imperatorem hortatur: fruſtrà alioquin ceſſuris tot eius*

in hoſtes

in hoſtes externos laboribus curiſq́ ſi inteſtinum hoc bellum, ſua quoque voluntati aduerſum, ſtaret.

His ita præſtructis, atq́ enarratis, iam Obiectionibus, *quibus Chriſtiani Templa deſtruentes ſeſe tùm tuebantur, occurrit. Ac primò quidem obiicientibus,* Quòd Templa ideò à ſe diruerentur, quia Pagani, aduerſus leges & interdicta, ſacrificia in his agitarent, *mendacij dicam reponit: nunquam id ſcilicet factum, neque probatum, et ſi delatum fuerit ad Flauianum Ep. Antiochenum: quod alioquin probari facilè foret, inter tot æmulos, compaga nos, vicinos & inimicos.*

Secundo itidem argumento, Quòd in feſtis ſaltem conuiuiis Gentilium, boues cæſi ſint, *reſpondet, neq́ id factum, verùm conuiuia tantùm agitata, ibiq́ vitulum aut ouem ſi forte mactata, cum fumigatione, cantuq́, & inuocatione Deorum, quæ ab Imp. prohibita non ſint.*

Tertio argumento, Quòd hoc facto, ſeu per Templorum excidia, multi è Gentilibus ad Chriſtianam religionem traducerentur, *reponit, videri quidem eos Chriſtianos effectos, ſimulareq́, at non eſſe: quare & in cœtibus Chriſtianorum vel nullum vel certè Deos inuocare: Denique religionem non cogi, verùm ſuaderi oportere, Chriſtianorum ipſorummet teſtimonio legeq́ in id adductis, ait.*

Quarto argumento, Quòd ſaltem vtile ſit orbi

terrarum, ne Templa ſint, *dicentibus magnâ libertate reponit, imò Romanos cùm Deos colerent è minimis ad maxima ſubuectos, priſcoſq; Heroas ſacrificiis Deorum opem ſenſiſſe: vrbes nobiliſsimas Deorum cultu maximè inclaruiſſe, belliq; paciſq; tempora feliciter adminiſtrata. Quinimò & orbi vtile eſſe, vt ſacrificia ſint, duobus ipſorummet Chriſtianorum, per duas maximas orbis Romani ciuitates, præiudiciis, probare nititur: ſcilicet & Romæ & Alexandriæ ſacrificia hoc tempore adhuc ſtetiſſe: & Alexandriæ quidem, vbi Nilus ſacrificiis inuitatus fruges ad optata perduceret. Et quia excepturos quoſdam fingebat, non vbiq; flumina eſſe, quæ idem cum Nilo præſtarent, reſpondet, id ſaltem inde effici, Templa cultumq; Templorum hominibus prodeſſe.*

Quinto argumento Chriſtianorum, deſumpto à præiudiciis ſuperiorum Imperatorum, puta Conſtantini M. & Conſtantij filij eius, quorum ille templa ſpoliauerit, hic etiam exciderit, *reſpondet, Conſtantinum M. ſatis magnas ſacrilegij iſtius pœnas dediſſe, quòd qui de genere ipſius erant, mutuò ſeſe confecerint, ſtirpſque eius tandem omnis defecerit, cui ſatius fuiſſet, ſtirpem aliquam ſuperſtitem relinquere, quàm Conſtantinopolim tot impenſis aliarumq; ciuitatum nuditate atque imprecatione excitare. Conſtantium verò ob Templa deſtructa,*

cta, donoq́; data, inſtar rerum viliſsimarum, in perpetuo metu belli Perſici egiſſe, donatarios autem infelicem exitum ſortitos. Contrà Iulianum Perſicum metum ſuſtuliſſe, eiq́; quàmlibet proditione doloq́; interfecto, tot illas Legationes adſcribendas, quæ hoſtium ſeruitutem adferrent; qua occaſione in laudes Iuliani erumpit, animiq́; eius fortitudinem lethali vulnere accepto, deprædicat: Valētem quoque, templis, etiam hoſtium, peperciſſe, proq́; Romanis periculum adiiſſe. Et iure (quod iam Libanij argumentum eſt, pro Templis nō excindendis, ab ornatus publici *ſtudio deſumptum) cùm ciuitatum decus, poſt Palatia Imperatorū, in Templis conſiſtat. Et quia Chriſtianos ad ſuperius Gentilium argumentum reſpōdere, vel reſponſuros ſciret,* ſtare adhuc & alia ædificia, etſi Templa non ſtent, *reſpondet, & vectigalia ex his ſtantibus colligi, atque in alios vſus immutari Templa poſſe: item ciuitatis oculos in his conſiſtere, non minùs quàm in aliis ædificiis, quorum proinde æqua ratio habenda ſit.*

Poſt hæc deinceps impetum in templum Edeſſenum (ni fallor) tum factum, eiuſq́; templi magnificentiam deſcribit. Id verò omne, non Imperatori adſcribendum, verùm hinc cuidam, in quem prolixè inuehitur, atque inter alia, quod vxori monachiſq́; obnoxius viueret: inde monachis ipſis, qui rem in maius augerent (quomodo & Imperatori olim ali-

Digitized by Google

quando illuſum, atque is ad ſacrificia prohibenda inductus fuerit) & nunc Imperatori blandiantur, ad euacuandos eius theſauros; inuidiamq; templorum exciſorum palàm in Imperatorem referre, clàm verò atque apud eundem ſeſe eius rei auctores, & tanquam bene de Imperio meritos efferre: quare Imperatoris domo depellendos.

Tandem igitur concludit, cùm neque Imperator templa paganorum exſcindi iuſſerit, neque alijs ſolemnibus (exceptis ſacrificijs) interdixerit, imò & paganos ad Officia Dignitateſq; ſubuehat, ſeq; adeò ipſum, cuius libertate non offendatur, ſi id deinceps ipſi prohibendum videatur, obſecuturos Gentiles: ſin minùs, porroq; templa priuatâ auctoritate exſcindantur, Agrorum dominos vim hanc repulſuros, minatur.

ΕΠΙ πολλῶν πρότερον συμβουλῶν, ὦ Βασιλεῦ, δόξας σοι τοῦ προσήκοντος τετυχηκέναι, καὶ τῶν τἀναντία καὶ βουλομένων καὶ λεγόντων τὰ βελτίω πράττειν κεκρατηκώς, ἥκω ταὐτὸ καὶ νῦν ποιήσων, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐλπίδος, σὺ δὲ μάλιστα μὲν καὶ νῦν πεισθείης. Εἰ δὲ μή, μήτοι νομίσῃς τοῖς σοῖς ἐχθρὸν εἶναι πράγμασι τὸν εἰρηκό-

QVI de multis antea conſulens, ô Imperator, viſus tibi ſum opportuna dixiſſe, præque iis qui contraria ſuadebant dicebantque, ceu meliora ſuggerens, obtinui, venio idem & nunc facturus; eadem ſpe, quod & nunc cùm maximè tu perſuaderis: ſin minus, neque ideò tamen tuis exiſtimato inimicum rebus eum qui dixerit:

Digitized by Google

rit: hinc reputans præter alia, honoris culmen, quo me decoraſti: inde verò animo reputans, quàm iniquum ſit maximo beneficio affectum, non etiam eum à quo beneficium acceperit diligere. Id verò eſt, propter quod conſulendum tibi de iis cenſeo, de quibus vtile dicturum me quid autumo: Aliâ quippe ratione Imperatori gratiam referre nequeo, niſi ſolis fermè Orationibus, iiſque quæ ab orationibus promanant.

Videbor igitur haud paucis adgredi ea quæ periculi plena ſunt; *de Templis* videlicet, *quodq; ea mali quid ſuſtinere, quod nunc fit, non oporteat*, dicturus. Iidem verò mihi videntur maximè à naturâ tuâ aberrare, qui tale quid metuant: Iracundi quippe moroſique exiſtimo, cùm quis ſi quid ſibi minimè gratum dicatur, illicò ad dictorum vindictam procedat: è contrà, æqui & humani manſuetique, quæ tuæ dotes ſunt, tantummodò, non admittere conſilium quod ſibi minimè probetur: vbi enim perſuaderi vel non, penes eum, qui Orationis auditor eſt, ſitum eſt, neque audientiam denegare conuenit, cũ nullum exinde damnũ cõtingat:

τα, λογιζόμενος μὲν, ἀντὶ τῶν ἄλλων, τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς, ἧς με τετίμηκας· ἐνθυμούμενος δὲ, ὡς οὐκ εἰκὸς μὴ σφόδρα τὸν εὖ παθόντα φιλεῖν τὸν εὖ πεποιηκότα· τοῦτ' αὐτὸ γάρ ἐστι καὶ δι' ὃ συμβουλεύειν οἶμαι δεῖν, περὶ ὧν ἂν ἡγῶμαι χρηστόν τι λέγειν· ἄλλως μὲν γὰρ οὐκ ἂν τὸν βασιλέα δυναίμην ἀποδοῦναι χάριτας. λόγοις δὲ ἂν ἴσως μόνοις καὶ τοῖς ἀπὸ τῶν λόγων.

Δόξω μὲν οὖν οὐκ ὀλίγοις κίνδυνον πολὺν ἔχουσιν ἐπιχειρεῖν, ὑπὲρ ἱερῶν σοι, καὶ τοῦ μὴ δεῖν κακῶς αὐτὰ πάσχειν, ἤπερ νεωμένων διαλέγεσθαι. δοκοῦσι δέ μοι πλεῖστον ἁμαρτάνειν τῆς σῆς φύσεως, οἱ τοῦτο δέος ἔχοντες· ὀργίλου μὲν γὰρ οἶμαι καὶ χαλεποῦ, τὸ εἴ τι λέγοιτο τῶν οὐκ ἀρεσκόντων αὐτῷ, χωρεῖν εὐθέως ἐπὶ τὴν τῶν εἰρημένων δίκην. ἠπίου δὲ καὶ φιλανθρώπου καὶ πράου, ταῦτα δὴ τὰ σὰ, μὴ δέχεσθαι μόνον τὴν οὐκ ἐπαινουμένην ἐφ' ἑαυτοῦ συμβουλήν· οὐ γὰρ τοῦ πεισθῆναί τε καὶ μή, κύριος ὁ τῶν λόγων ἀκροώμενος, οὔτε φεύγειν τὴν ἀκρόασιν ἄξιον, οὐκ οὔσης βλάβης ἐντεῦθεν οὐδεμιᾶς,

οὐδ' εἰ μὴ κατὰ νοῦν εἴη τὰ λεγόμενα, χαλεπαίνειν τε καὶ τιμωρίαν ζητεῖν, εἴ τις τὰ βέλτιστα ἔχειν ὑπελάμβανε ταῦτα ἐθάρρησεν εἰπεῖν.

Δέομαι οὖν εἰς ἐμέ τε τείνειν τὸν λέγοντα τὴν ὄψιν, ὦ βασιλεῦ, καὶ μὴ τοῖς, διὰ πολλῶν ἐκκρούειν καὶ σὲ κἀμὲ βουλησομένοις, διδόναι τοὺς ὀφθαλμούς, ὡς πολλάκις γε ἡ ὀμμάτων δύναμις πλέον τῆς ἀπὸ τῶν ἀληθῶν ἰσχύος ἠνέγκατο. φημὶ δὲ δεῖν κἀκείνους ἐάσαντάς με καθ' ἡσυχίαν τε καὶ χωρὶς ἐπηρείας διεξελθεῖν τὸν λόγον, ὕστερον αὖ πειρᾶσθαι καὶ αὐτοὺς λόγῳ κρατῆσαι τῶν ἡμῖν εἰρημένων καταλαβόντες, * * *
* * * * * *

σπηλαίοις τε καὶ καλύβαις αὐτοὺς διασώζοντες, θεῶν εὐθὺς εὔνοιαν λαβόντες, καὶ γνόντες ὁπόσον ἡ κείνων εὔνοια τοῖς ἀνθρώποις, ἱερά τε οἷα εἰκὸς τοὺς πρώτους φιῶσαι καὶ ἀγάλματα σφίσιν αὐτοῖς ἐποίησαν· τῶν πραγμάτων δ' εἰς πόλεις προελθόντων, ἤδη τῆς περὶ ταῦτα τέχνης εἰς τοῦτο ἀποχρώσης, πολλαὶ μὲν ἐν ὑπωρείαις, πολλαὶ δ' ἐν πεδίοις ἐφάνησαν, ἐν ἑκάστῃ δὲ μετὰ τὸ τεῖχος, ἀρχὴ

neque ſi contra animi ſententiam ea ſint quæ dicuntur, ideò ſuccenſere, vindictámque quærere, ſi quis cùm optima habere ſe putaret, ea dicere auſus eſt.

Rogo igitur, ô Imperator, vt in me dicentem vultum conuertas, neque eos aſpectu tuo digneris, qui multis téque méq; turbare volunt, vti ſæpè adſpectuum vis plus virium afferre ſolet, quàm vis veritatis. Aio verò, eos me ſinere oportere pacificè & ſine moleſtiâ orationem habere, tùm deinde eniti & ipſos oratione vincere à me dicta arguentes * * *
* * * * * *

cùm ſpeluncis & tuguriis eos excepiſſent, Deorum ilicò fauorem experti, ſcientéſque quantum valeret eorum beneuolentia hominibus, tùm templa qualia potuerunt primi mortalium, tùm & imagines iis ipſis fecerunt: Rebus verò ad vrbes progreſſis, arte iam ad hæc proficiente, multa quidem templa ædéſque in montium lateribus, multa in planitie viſa ſunt: In vnaquaque verò ciuitate extra muros, initiũ reliqui corporis: ab hu-

τοῦ λοιποῦ σώματος· ἱερὰ καὶ νεὼ

ius

iuſmodi quippe rectoribus maximam ſibi ſecuritatem fore exiſtimarunt. Et ſi totum orbem, quem Romani incolunt, emetiaris, vbiq; id reperies. Enimuerò & in primâ quoque poſt maximam ciuitate ædes adhuc quædam ſunt, etſi honore ſpoliatæ, paucæ quidem è valde multis, neque tamen omnis inde exceſſit. Atque horum Deorum auxilio Romani cum hoſtibus congreſſi pugnantéſque vicerunt, victoréſque deuictis feliciorem ſtatum, eo quo priuſquàm vincerentur, fruebantur, contulerunt: tùm metu omni ab his ſublato, tùm & Reipublicæ ſuæ participibus factis. Quin & cùm pueri adhuc eſſemus, is quidem qui Gallicum militem ducebat, eum qui contumelioſè ſeſe aduerſus ipſum geſſerat, deturbauit; qui quidem congreſſi ſunt, Deos primùm precati: viro autem iam potitus, qui vrbibus vt florerent præbuerat, ratus ſibi conducere alium quendam Deum habere, in ædificanda equidem vrbe cui ſtuduit, ſacris pecuniis vſus eſt, nihil verò de cultu ſolemni immutauit: verùm penuria quidem in

παρὰ γὰρ δὴ τῶν τοιούτων κυβερνητῶν, ἡγοῦντο μεγίστην αὐτοῖς καὶ τὴν ἀσφάλειαν ἔσεσθαι. Κἂν ἐπέλθῃς τὴν γῆν ἅπασαν, ἣν οἱ Ῥωμαῖοι νέμονται, πανταχοῦ τοῦτο εὑρήσεις. ἐπεὶ κἂν τῇ μετὰ τὴν μεγίστην δευτέρᾳ, νεώ τινες ἔτ' εἰσίν, εἰ καὶ τῶν τιμῶν ἐστέρηνται, ὀλίγοι μὲν ἐκ πάνυ πολλῶν, οὐ μὴν ἐξεληλύθασί γε ἅπαν ἐξ αὐτῆς τοῦτο. καὶ μετὰ τῆς τῶν θεῶν τούτων συμμαχίας ἐπιόντες Ῥωμαῖοι τοῖς ἐναντίοις, μαχόμενοί τε ἐνίκων καὶ νενικηκότες βελτίω τοῖς ἡττημένοις τοῦ πρὸ τῆς ἥττης τὸν ἐπ' αὐτῇ χρόνον ἐποίουν, φόβους τε ἀφελόντες, καὶ πολιτείας τῆς αὐτῶν μεταδόντες. παίδων τοίνυν ἡμῶν ὄντων, καθαιρεῖ μὲν τὸν περιυβρίσαντα τὴν γνώμην ὁ Γαλατῶν ἐπ' αὐτὸν ἄγων στρατόπεδον, οἱ θεοῖς ἐπῆλθον πρότερον εὐξάμενοι· κρατήσας δὲ καὶ ἀνδρός, ἐπ' ἐκείνῳ ταῖς πόλεσιν ἀνθεῖν παρεσχηκότος, ἡγησάμενος αὐτῷ λυσιτελεῖν ἕτερόν τινα νομίζειν θεόν, εἰς μὲν τὴν τῆς πόλεως περὶ ἣν ἐσπούδασε ποίησιν, τοῖς ἱεροῖς ἐχρήσατο χρήμασιν, τῆς κατὰ νόμους δὲ θεραπείας ἐκίνησεν οὐδὲ ἕν, ἀλλ' ἣν

μὲν ἐν τοῖς ἱεροῖς πενία· πλὴν δ' ὁρᾶν ἅπαντα τ' ἄλλα πληρούμενα. Καταβάσης δὲ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τὸν ἐξ ἐκείνου, μᾶλλον δὲ τοῦ σχήματος, ὡς τό γε κρατεῖν ἑτέρων ἦν, οἷς ἡ ἐξ ἀρχῆς παιδαγωγία, καὶ τὸ μέχρι παντὸς ἴσον δύνασθαι παρεῖχεν. Οὗτος οὖν ἐν τῷ κελεύεσθαι παρ' αὐτῶν βασιλεύων, ἄλλα τε οὐ καλὰ πείθεται, καὶ μηκέτ' εἶναι θυσίας. Ταύτας ὁ κείνου μὲν ἀνεψιὸς, ἀρετὴν δὲ ἅπασαν κτησάμενος, ἐπανάγει, καὶ τεθνεῶτος ἐν Πέρσαις, ὅ, τι δεδρακὼς, ἢ μέλλων, ἀφίημι νῦν, ἔμεινε μὲν τινα τὸ θύειν ἱερῶν χρόνον. Νεωτέρων δέ τινων συμβάντων, ἐκωλύθη παρὰ τοῖν ἀδελφοῖν, ἀλλ' οὐ τὸ λιβανωτόν. ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ ὁ σὸς ἐβεβαίωσε νόμος, ὥστε μὴ μᾶλλον ἀλγεῖν ἡμᾶς οἷς ἀφῃρέθημεν, ἢ χάριν εἰδέναι τῶν συγκεχωρημένων. σὺ μὲν οὖν οὔτε ἱερὰ κεκλεῖσθαι, οὔτε μηδένα προσιέναι, οὔτε πῦρ, οὔτε λιβανωτὸν, οὔτε τὰς ἀπὸ τῶν ἄλλων θυμιαμάτων τιμὰς ἐξήλασας τῶν νεῶν, οὐδὲ τῶν βωμῶν. οἱ δὲ μελανειμονοῦντες οὗτοι, καὶ πλείω μὲν τῶν ἐλεφάντων ἐσθίοντες, πόνον δὲ παρέχοντες τῷ πλήθει τῶν

templis erat: atenim omnia alia impleta videre erat. Delato autem Imperio ad eum qui eo prognatus erat, imò potiùs ſpecie eius, quandoquidem Imperium penes alios erat, quos ab initio pædagogos habuerat, quibuſque vt æquo ſecum iure eſſent, præbuerat: Hic iam cùm imperaret, ipſorum imperio obnoxius, tùm ad alia haud pulchra inductus fuit, tùm *vt ne ſacrificia porrò eſſent.* Hæc patruelis quidem eius, cæterùm virtutibus omnibus inſtructus, reduxit. Eóque mortuo apud Perſas (quid autem is fecerit, facturúſque fuiſſet, nunc mitto) manſit certè ſacrificiorum vſus ad tēpus aliquod. Nouatoribus autem quibuſdam exortis, à duobus equidem Fratribus prohibitus fuit, at non & turificatio: quin & hoc ipſum Lex Tua firmauit: ſic vt non magis indoleamus iis quibus priuati ſumus, quā gratiā ob cōceſſa habeamus. Tu igitur, neque tēpla occludi, neq; vllū aditu arceri iuſſiſti, neque ignē, neq; turificationē, neq; alios fumigationū honores tēplis ariſq; eiecisti. Atenim pullati hi, pluráq; elephātis comedētes, negotiū verò faceſſentes mul-

Digitized by Google

multitudine potus his qui incantus vicem iis potus mittunt, occultantes verò hæc pallore, per artem ipſis quæſito, manente, ô Imperator, atque obtinente Lege tua, currunt ad templa, ligna ferentes, & lapides & ferrum: pars verò ſine his, manus & pedes: Inde Myſorum præda, deiectis tectis, dirutis muris, deturbatis ſimulacris, exciſis aris: Sacerdotes verò vel tacere oportet vel mori: primiſque deiectis, curritur ad ſecunda tertiáque, & tropæa tropæis legi aduerſa cumulantur. Idque patratur quidem etiam in vrbibus, vt plurimùm verò in agris, multíque in ſingulis hoſtes: poſt innumera verò mala diſperſi hi rurſum colliguntur, rationémque factorum inuicem depoſcunt, pudoríque eſt, niſi maxima mala quis patrarit. Peragrant igitur agros, ſicut torrentes, perdentes agros per templa: vbi enim templum in agro exciderint, hoc ipſo is ager occæcatur, & iacet & mortuus eſt. Anima quippe agrorum, ô Imperator, templa ſunt, vtpote quæ primordia fuerunt

ἐκπωμάτων τοῖς δι' ἀσμάτων αὐτοῖς παραπέμπουσι τὸ ποτόν, συγκρύπτοντες δὲ ταῦτα ὠχρότητι τῇ διὰ τέχνης αὐτοῖς πεπορισμένῃ, μένοντος, ὦ βασιλεῦ, καὶ κρατοῦντος τοῦ νόμου, θέουσιν ἐφ' ἱερά, ξύλα φέροντες, καὶ λίθους, καὶ σίδηρον, οἱ δὲ καὶ ἄνευ τούτων, χεῖρας καὶ πόδας· ἔπειτα μυσῶν λεία, καθαιρουμένων ὀροφῶν, κατασκαπτομένων τοίχων, κατασπωμένων ἀγαλμάτων, ἀνασπωμένων βωμῶν· τοὺς ἱερέας δὲ, ἢ σιγᾶν, ἢ τεθνάναι δεῖ. τῶν πρώτων δὲ κειμένων, δρόμος ἐπὶ τὰ δεύτερα καὶ τρίτα, καὶ τρόπαια τροπαίοις ἐναντία τῷ νόμῳ συνείρεται. τολμᾶται μὲν οὖν κἀν ταῖς πόλεσι, τὸ πολὺ δὲ ἐν τοῖς ἀγροῖς, καὶ πολλοὶ μὲν οἱ καθ' ἕκαστον πολέμιοι. ἐπὶ δὲ μυρίοις κακοῖς, τὸ διεσπαρμένον τοῦτ' ἀθροίζεται, καὶ λόγον ἀλλήλους ἀπαιτοῦσι τῶν εἰργασμένων. καὶ αἰσχύνη τὸ μὴ μέγιστα ἠδικηκέναι· χωροῦσι τοίνυν διὰ τῶν ἀγρῶν ὥσπερ χείμαρροι, κατασύροντες διὰ τῶν ἱερῶν τοὺς ἀγρούς· ὅτου γὰρ ἂν ἱερὸν ἐκκόψωσιν ἀγροῦ, τοῦτο τετύφλωταί τε καὶ κεῖται, καὶ τέθνηκε. Ψυχὴ γὰρ, ὦ βασιλεῦ, τοῖς ἀγροῖς τὰ ἱερά, προοίμια τῆς ἐν τοῖς

ἀγροῖς κτίσεως γεγυμνωμένα, καὶ διὰ πολλῶν γενεῶν εἰς τοὺς νῦν ὄντας ἀφιγμένα, καὶ τοῖς γεωργοῦσιν ἐν αὐτοῖς αἱ ἐλπίδες, ὅσαι περί τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων καὶ βοῶν καὶ τῆς ἐσπαρμένης γῆς καὶ τῆς πεφυτευμένης. Ὁ δὲ τοῦτο πεπονθὼς ἀγρὸς ἀπολώλεκε, καὶ τὴν γεωργῶν μετὰ τῶν ἐλπίδων τὸ πρόθυμον. μάτην γὰρ ἡγοῦνται πονήσειν, τῶν εἰς δέον τοὺς πόνους ἀγόντων ἐστερημένοι θεῶν· τῆς γῆς δὲ οὐκ ἔθ' ὁμοίων πόνων ἀπολαυούσης, οὐδ' ἂν ἴσως ὁ τόκος τῷ πρὶν ἀπαντῶν. τούτου δὲ ὄντος τοιούτου, πενέστερος μὲν ὁ γεωργὸς, ἐν βλάβῃ δὲ ὁ φόρος· καὶ γὰρ ἂν σφόδρα ἐθέλῃ τις, τό γε μὴ δύνασθαι κωλύει, οὕτως ἐπὶ τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων βαδίζει τὰ διὰ τὴν τούτων ἀσέλγειαν κατὰ τῶν ἀγρῶν τολμώμενα· οἳ φασὶ μὲν τοῖς ἱεροῖς πολεμεῖν, ἔστι δὲ οὗτος ὁ πόλεμος, πρὸς τῶν μὲν τοῖς λαοῖς ἐγκειμένων· τῶν δὲ τὰ ὄντα τοῖς ταλαιπώροις ἁρπαζόντων, τά τε κείμενα αὐτοῖς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἃ τρέφουσιν, ὥς ἀπέρχονται φέροντες ἃ ἐπελθόντες, τὰ τῶν ἐκπεπολιορκημένων. Τοῖς δὲ οὐκ ἀρκεῖ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ γῆν σφετερίζονται τὴν τοῦ δεῖνος, ἱερὰν εἶναι λέ-

ædificiorum in agris, ac per multas ætates hucuſq; peruenerunt: agricolarúmque in ipſis ſpes omnis de viris, vxoribus, liberis, bubus, & ſatis & plantatis: qui verò id paſſus eſt ager, periit, atque agricolarum vna cum ſpebus alacritas: fruſtrà quippe laboraturos ſeſe rentur, priuati Diis qui labores ad optata perducant: terráque non eodem iam opere exculta, non æquale priori fœnus reponit: rebúſque ita comparatis, pauperior quidem agricola fit, reditus verò in damno eſt: nam vt maximè velit quis, vetat rei impoſſibilitas. Ita ad maxima procedunt ea quæ per laſciuiam horum in agris patrantur: qui quidem aiunt, *ſe Templis bellum inferre*, atenim bellum iſtud, prouentus eſt eorum qui populis incumbunt, miſeríſque ſua raptum eunt quæ ipſis repoſita ſunt è fructibus terræ atque alimenta: ſicut aggreſſores eorum quos expugnarunt bona auferentes diſcedunt. His verò neq; hæc ſufficiunt, verùm & terrã interuertunt huius aut illius, *ſacram eam*

eſſe

eſſe dicentes, multique (adeò) paternis ſpoliati ſunt ſub falſi nominis obtentu: Hi verò alienis malis luxuriant, qui, vt quidem aiunt, *ieiuniis Deum colunt.* Quòd ſi ſpoliati ad vrbis *Paſtorem* (nam ita vocant virum haud valdè manſuetum) venientes querantur, dicentes ea quæ iniuſtè paſſi ſunt, Paſtor hic hos quidem laudat, illos verò abigit, quaſi in eo lucrum fecerint, quòd non & maiora paſſi ſint: etſi, ô Imperator, & hi imperio tuo ſubſint, & iſti tanto vtiliores ſint iis qui iniuria eos afficiunt, quanto ignauis ſeduli: hi quippe apibus, illi verò fucis ſimiles ſunt: & ſi agrum aliquem audierint aliquid continere quod rapi queat, ilicò hic *in ſacrificiis* (occupatus) *eſt, & dira facit,* & *exercitum in eum immitti* oportet, & adſunt ilicò Σωφρονισταί, i. *caſtigatores* (hoc enim nomen deprædationibus impoſuerunt, ſi non & minus dixi) Et hi quidem latêre nituntur, & quæ patrarunt, negant: & ſi *latronem* vocaueris, iniuria affeceris: hi verò gloriãtur, ſeſeque venditant, & ignaros docent, & agris dignos

γοντες, καὶ πολλοὶ τῶν πατρῴων ἐστέρηνται δι' ὄνομα τοῦτο οὐκ ἀληθές. οἱ δ' ἐκ τῶν ἑτέρων τρυφῶσι κακῶν, οἱ τῷ πεινῆν ὥς φασι θεραπεύοντες θεόν. ἢν δ' οἱ πεπορθημένοι παρὰ τὸν ἐν ἄστει ποιμένα (καλοῦσι γὰρ οὕτως ἄνδρα οὐ πάνυ χρηστόν) ἴωσιν ἐλθόντες ὀδύρωνται λέγοντες ἃ ἠδίκηνται, ὁ ποιμὴν οὗτος τοὺς μὲν ἐπῄνεσε, τοὺς δὲ ἀπήλασεν, ὡς ἐν τῷ μὴ μείζω πεπονθέναι κεκερδακότας. καίτοι τῆς μὲν σῆς ἀρχῆς, ὦ βασιλεῦ, καὶ οὗτοι, τοσούτῳ δὲ χρησιμώτεροι τῶν ἀδικούντων αὐτούς, ὅσῳ τῶν ἀργούντων οἱ ἐργαζόμενοι. οἱ μὲν γὰρ ταῖς μελίτταις, οἱ δὲ τοῖς κηφῆσιν ἐοίκασι. κἂν ἀκούσωσιν ἀγρὸν ἔχειν τι τῶν ἁρπασθῆναι δυναμένων, εὐθὺς οὗτος ἐν θυσίαις τέ ἐστι, καὶ δεινὰ ποιεῖ, καὶ δεῖ στρατείας ἐπ' αὐτόν, καὶ πάρεισιν οἱ σωφρονισταί (τοῦτο γὰρ ὄνομα τίθενται ταῖς λῃστείαις, εἰ μὴ μικρὸν εἶπον) οἱ μέν γε πειρῶνται λανθάνειν, καὶ ἃ τολμῶσιν ἀρνοῦνται, κἂν καλέσῃς λῃστήν, ὑβρίσας, οἱ δὲ φιλοτιμοῦνται καὶ σεμνύνονται, καὶ τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκουσι, καὶ γεωργῶν ἀξίοις

τῆς εἰ) φασὶν αὐτούς. καίτοι τοῦτο τί ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἐν εἰρήνῃ πολεμεῖσθαι τοὺς γεωργούς. οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς ἐλάττους ποιεῖ τὰς συμφορὰς τὸ παρὰ τῶν οἰκείων πάσχειν κακῶς, εἰ μὴ καὶ δεινοτέρας τὸ οὓς εἰκότως ἂν ἐν ταραχαῖς εἶχον συμμάχους, ὑπὸ τούτων ἐν ἡσυχίας καιρῷ πάσχειν οἷα διῆλθον. καίτοι, τί μαθών, ὦ βασιλεῦ, τὰς δυνάμεις συνέχεις, καὶ ὅπλα κατασκευάζῃ, καὶ στρατηγοῖς κοινολογῇ, καὶ τοὺς μὲν ἐκπέμπεις οἷς συμφέρει, τοῖς δὲ ἀντεπιστέλλεις ὑπὲρ ὧν ἐρωτῶσι· τὰ δὲ τείχη ταῦτα τὰ καινά, καὶ οἱ θερινοὶ πόνοι τί βούλεται ταυτὶ πάντα, καὶ ποῖ βλέπει, καὶ τί παρέξειν ταῖς τε πόλεσι καὶ τοῖς ἀγροῖς, τὸ ζῆν τε ἐν ἀδείᾳ, καὶ καθεύδειν ἀκριβῶς, καὶ μὴ θορυβεῖσθαι ταῖς ἀπὸ τῶν πολεμίων ἠπίσιν, ἀλλ' εὖ εἰδέναι πάντας, ὅτι κἂν ἐπίῃ τις λαβὼν τι κακὸν μᾶλλον ἢ λυπήσας ἄπεισιν. ὅτε δὴ οὖν σοῦ τοὺς ἔξωθεν πολέμους ἀνείργοντος, * τὴν ὑπὸ σοί τινες ἐπὶ τινας τῶν ὑπὸ σοὶ φέρονται), τῶν κοινῶν ἀγαθῶν οὐκ ἐῶντες μετέχειν; πῶς οὐ τὴν σὴν πρόνοιαν καὶ

* πῶς

ſeſe eſſe aiunt. Enimuerò quid hoc aliud eſt, quàm in pace bello agricolas infeſtare? Neque enim damna ideò minora ipſis exiſtunt, quòd malo afficiantur à domeſticis: niſi quòd & grauius eſt, quos iure rebus turbidis auxiliares habere debebant, ab his pacatis rebus ea pati quæ diximus. At enim, ô Imperator, cùm hoſtile aliquid tibi innoteſcit, militem colligis, armaque paras, & cum Ducibus cõſilium confers, & hos quidem emittis quibus neceſſe eſt, his verò reſcribis ad ea de quibus conſulunt. Hæc verò noua mœnia, æſtiuique labores, quid ſibi volunt hæc omnia, & quónam ſpectant? & quid conducũt vrbibus agriſque? Securam videlicet vti ducant vitam, altumque dormiant, neque bellico tumultu turbentur, verùm vti benè norint omnes, quod ſi quis forte irruat, accepto potius damno, quàm illatâ iniuriâ diſceſſurus ſit. Cùm igitur Tua extrinſecus bella ceſſent, quomodo quidam ſub te poſiti in alios ſub te conſtitutos feruntur, communibus bonis eos frui haud ſinentes? Quomodo non tuam prouidentiam & curas

curas & labores iniuriâ afficiunt, ô Imperator? quomodo nõ & per ea quæ faciunt, tuæ quoque voluntati bellum inferunt?

Atenim aiunt, *Eos qui Legem tuam tranſgrediuntur, quæ non permittit ſacrificare, ſacrificanteſq́ puniuimus.* Mentiuntur, cùm hæc dicunt, ô Imperator; nemo enim adeò audax eſt, neque adeò rerum forenſium ignarus, vti Lege potentior eſſe contendat. Cùm autem Legem dico, eam quę in ſacrificantem ſancita fuit, dico. Credis igitur, eos qui ne executoris quidem chlamydem ſuſtinere poſſunt Imperium (tuum) contemnere? Hæc autem ea ſunt quæ ab his dicuntur, atque etiam apud *Flauianum* ſæpe dicta ſunt: nunquam verò hactenus probata (fuerunt) neque etiamnum. Ecce enim cuſtodes huiuſce Legis interpello, ecquis aliquos ex iis quos vos rebelles facitis, nouit, qui ſuper aris ſacrificarit, quod Lex non permittit? Ecquis iuuenis, quis ſenex, qui vir, quæ fœmina, quis ex iis qui eundem agrum incolunt, neque ſacrificantibus ea quæ ad Deos pertinent, conferunt? Quis è vicinis? præſertim,

φροντίδας καὶ πόνους ἀδικοῦσιν, ὦ βασιλεῦ; πῶς δὲ οὐκ ἐν οἷς πεπράχασι καὶ τῇ σῇ γνώμῃ πολεμοῦσι;

Παραβαίνοντας γάρ, φησί, τὸν οὐκ ἐῶντα θύειν νόμον καὶ θύοντας, ἐπιφερόμεθα. ψεύδονται ταῦτα ὅταν λέγωσιν, ὦ βασιλεῦ· οὐδεὶς γὰρ οὕτω θρασὺς τούτων δὴ τῶν τῆς ἀγορᾶς ἀπείρων, ὡς ἀξιοῦν εἶναι κυριώτερος νόμου, νόμον δὲ ὅταν εἴπω, τὸν * τεθνηκότα λέγω. πιστεύεις οὖν ὡς τὸν μηδὲ τὴν τοῦ πράκτορος χλαμύδας * φέροντες, οὗτοι βασιλείας ἂν κατεφρόνουν; ταυτὶ δὲ τὰ παρὰ τούτων, ἐλέγετο μὲν καὶ παρὰ Φλαυιανῷ πολλάκις, ἠλέγχθη δὲ οὐδὲ πώποτε, οὐδὲ γὰρ νῦν. ἰδοὺ γὰρ δὴ προσκαλοῦμαι τοὺς κηδεμόνας τοῦδε τοῦ νόμου, τίς οἶδε τινὰς τούτων τῶν ἀναστάτων ὑφ᾽ ὑμῶν γινομένων, τεθυκότας ἐπὶ τῶν βωμῶν, ὡς ὁ νόμος οὐκ ἐᾷ; τίς νέος, τίς πρεσβύτης, τίς ἀνήρ, τίς γυνή, τίς τῶν τὸν αὐτὸν οἰκούντων ἀγρόν, οὐ συμφερόμενος τοῖς θύουσι τὰ περὶ τοὺς θεούς; τίς τῶν ἐν τοῖς πλησίον,

* τὸν εἰς τεθνηκότα

* χλαμύδα

πολλὰ δ' ἂν καὶ δυσμενῆ καὶ φθόνος ἐμποιήσειε γείτοσιν, ἀφ' ὧν ἔλθοι τις ἡδέως ἐπ' ἔλεγχον; ἀλλ' ὅμως οὔτε τούτων, οὔτε ἐκείνων οὐδεὶς ἧκεν, ἀλλ' οὐδὲ ἥξει, δεδιὼς ἐπιορκίαν, ἵνα μὴ πληγὰς λέγω. τίς οὖν ἡ πίστις τῆς αἰτίας, ἣ δὴ λέγει τούτους, ἅπερ οὐκ ἐξῆν ἔθυσαν;

Ἀλλ' οὐκ ἀρκέσει τοῦτο τῷ βασιλεῖ. οὐκ ἔθυσαν οὖν, ἐρήσεταί τις, πάνυ γε, ἀλλ' ἐπὶ θοίνῃ καὶ ἀρίστῳ καὶ εὐωχίᾳ τῶν βοῶν ἀλλαχοῦ σφαττομένων. βωμοῦ δὲ οὐδενὸς τὸ αἷμα δεχομένου, οὐδὲ μέρους οὐδενὸς καιομένου, οὐδὲ οὐλῶν ἡγουμένων, οὐδὲ σπονδῆς ἀκολουθούσης. εἰ δέ τινες συνελθόντες εἴς τι φαιδρὸν χωρίον, μόσχον ἢ πρόβατον, ἢ ἄμφω θύσαντες, τὰ μὲν ἑψήσαντες, τὰ δὲ ὀπτήσαντες, κατακλιθέντες ἐπὶ τῆς γῆς ἔφαγον, οὐκ οἶδ' εἴ τινας οὗτοι παρέβαινον τῶν νόμων. οὐδὲ γὰρ κεκώλυκας ταῦτα, ὦ βασιλεῦ, νόμῳ, ἀλλ' ἓν εἰπὼν, δεῖν μὴ ποιεῖν, τἆλλα πάντα ἀφῆκας. ὥστ' εἰ καὶ μετὰ πάντων θυμιαμάτων συνέπινον,

cùm inter vicinos fermè æmulatio & inuidia intercedat, è quibus alacriter aliquis ad conuictionem procederet? Atenim neque ex his, neque ex illis quiſquam proceſſit, neque proceſſurus eſt, vt maximè veritus obteſtationẽ, ne plagas dicam. Quænam igitur accuſationis fides, qua dicunt, quod, quæ non licebant, ſacrificarint?

Sed, non eſt ſuffecturum iſtud Imperatori. Igitur dicet quis, *Non ſacrificarunt: eſto: verùm inter epulas & prandium & feſtiuitatem boues cæſi fuerunt.* Atenim iam nulla eſt ara, quæ ſanguinem excipiat, neque pars vlla adoletur, neque molæ ſalſæ præcedunt, neque libatio ſequitur. Si verò quidam in rus amœnum aliquod coëuntes, vitulum aut ouem, vel etiam vtrumque cœdentes, hæc quidem aſſantes, illa verò torrentes, humi ſtrati comederunt, neſcio vtrùm aliquas Leges hi tranſgreſſi ſint. Neque enim hæc Lege vetuiſti, ô Imperator: verùm, cùm vnicũ illud quod facere ne liceret, edixeris, cætera omnia conceſſiſti. Quare, etſi cum omni fumigatione conuiuati ſint,

Legem

Digitized by Google

Legem tranſgreſſi non ſunt, etiamſi omnes inter epulas cantarint, Deoſque inuocauerint: niſi & priuatã victus cuiuſq; rationem in calumniam voces: ex qua mos eſt, vt multi agri in nobiliores coëuntes in feſtis ſacrificantes conuiuentur. Hoc igitur cùm facere liceret, fecerũt, & deinceps, excepto ſacrificio, circa alia licentia manſit. Quare conſuetã die inuitante, obſecuti ſunt (mori) & per quæ periculo vacuum erat, eam coluerunt locumque. Quod autem ſacrificare auſi ſint, neque quiſquam dixit, neque audiuit, neque fidem fecit, neque fides ei facta eſt: neque ſi quiſquam ex illorum inimicis, quod aut ipſe ſpectator ſacrificij extiterit, aut quomodo res ſeſe habeat, dixerit.

Si verò dicant, *Nonnullos hoc facto alios effectos, & iam eiuſdem ſecum circa religionem ſententiæ eſſe*, ne te lateant dicentes, videri quidem factos, at non & factos: deficiunt enim non magis quàm ipſi, etiamſi dicant: reuera enim illi non alia loco aliorum colunt, verùm his illudunt; tranſeunt enim illi in ſpeciem ad horum populos, & per eadem quæ illi proce-

οὐ παρέβησαν νόμον, οὐδέ γε εἰ πάντες ἐν ταῖς φιλοτησίαις ᾖδόν τε καὶ ἐκάλουν θεούς· εἰ μὴ καὶ τὴν οἰκοδίαιτον γιγνομένην ἑκάστῳ συκοφαντήσεις, ἦν ἔθος πολλοὺς ἀγροὺς εἰς τοὺς γνωριμωτέρους συνιόντας ἐν ταῖς ἑορταῖς θυσάντας εἶτα εὐωχεῖσθαι. τοῦθ' ἡνίκα ἐξῆν ποιεῖν, ἐποίουν, μετὰ ταῦτα πλὴν τοῦ θύειν ἡ περὶ τἄλλα ἔμεινεν ἐξουσία. καλούσης τοίνυν τῆς εἰωθείας ἡμέρας, ὑπήκουον, καὶ οἷς ἀκίνδυνον, ἐτίμων αὐτήν τε καὶ τὸ ἔδος. ὅτι δὲ καὶ θύειν ἄξιον,* οὐδεὶς οὔτ' εἶπεν, οὔτ' ἤκουσεν, οὔτ' ἔπεισεν, οὔτε ἐπείσθη, οὐδ' ἂν εἴποι τις τῶν ἐκείνοις ἐχθρῶν, ὡς ἢ αὐτόπτης θυσίας γέγονεν, ἢ ὡς ἔχει δέ σοι. *ἐξίου

Φήσουσι, τινὰς ἑτέρους ὑπὸ τούτων γεγυμνῆσθαι τῶν ἔργων, καὶ μετ' αὐτῶν εἶναι τῇ περὶ τοῦ θείου δόξῃ· μή σε λανθανέτωσαν δοκοῦντας οὐ γεγυμνημένους λέγοντες· ἀφεστᾶσι μὲν γὰρ οὐδὲν μᾶλλον αὐτῶν, φασὶ δέ· τοῦτο δέ ἐστιν, οὐκ ἐκείνοις ἕτερα τιμᾶν ἀνθ' ἑτέρων, ἀλλὰ τούτοις πεφενακίζειν· ἔρχονται μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ φαινόμενα τῶν τούτων ὄχλον, καὶ διὰ τῶν ἄλλων

Digitized by Google

ὧν οὗτοι προθύονται, καταστάντες δὲ εἰς σχῆμα τὸ τῶν εὐχομένων, ἢ οὐδένα καλοῦσιν, ἢ τοὺς θεούς. οὐ καλῶς μὲν ἐκ τοῦ τοιούτου χωρίου, καλοῦσι δ' οὖν. ὥσπερ οὖν ἐν ταῖς τραγῳδίαις, ὁ τὸν τύραννον εἰσιὼν οὐκ ἔτι τύραννος, ἀλλ' ὅσπερ ἦν πρὸ τοῦ προσωπείου, οὕτω καὶ ἐκείνων ἕκαστος τηρεῖ μὲν αὐτὸν ἀκίνητον, δοκεῖ δὲ τούτοις κεκινῆσθαι. καίτοι τί τὸ πρᾶγμα αὐτοῖς γεγένηται βέλτιον, ὅπου λόγος μὲν ἦ τὰ ἐκείνων, τὸ δὲ ἔργον ἀπῇ; δεῖ γὰρ δὴ τὰ γε τοιαῦτα πείθειν, οὐ προσαναγκάζειν. εἰ δ' ὁ μὴ τοῦτο δυνάμενος ἐκείνῳ χρήσεται, εἴργασται μὲν οὐδέν, οἴεται δὲ τουτὶ ἀσθενές. λέγεται δὲ μὴ ἐν τοῖς τούτων αὐτῶν τοῦτο ἐνεῖναι νόμοις, ἀλλ' εὐδοκιμεῖν μὲν τὸ πείθειν, κακῶς δὲ ἀκούειν τὴν ἀνάγκην. τί οὖν μαίνεσθε κατὰ τῶν ἱερῶν; εἰ τὸ πείθειν μὲν οὐκ ἔστι, βιάζεσθε δέ, σαφῶς γὰρ οὕτως καὶ τοὺς ὑμετέρους αὐτοὶ αὐτῶν παραβαίνετε νόμους.

Ἀλλά, τὸ μὴ δ' εἶναι, φασίν, ἱερά, χρήσιμον εἶναι τῇ γῇ, καὶ τοῖς ἐπ' αὐτῆς ἀνθρώποις. ἐνταῦθα τοίνυν δεῖ μέν μοι, ὦ βασιλεῦ, τῆς παρρησίας, δέδοικα δὲ μή τινα

dunt, in precantum verò ſpeciem erecti vel nullum, vel certè Deos inuocant: non rite quidem hoc in loco, ſed tamen inuocant. Igitur, vt in Tragœdiis qui tyrannum induit, mox non amplius tyrannus, verùm idem qui ante perſonam adſumptam erat, manet: ita vnuſquiſque ex illis ſeipſum immutabilem retinet, videtur autem iis immutari. Et ad quid res illa his proficit, cùm ſermo quidem idem ſit qui illorum, res verò abſit? Oportet enim hæc iſta perſuadere, non cogere: ſi verò qui illud non potuit, iſto vtatur, nihil promouet, videtque id infirmum eſſe. Nonne verò fertur, & iſtud inter illorum ipſorum Leges eſſe, *vt perſuaſio quidem laudetur, malè verò audiat neceſſitas ſeu vis?* Quid igitur in Templa inſanitis, ſi perſuadere non datur, ſed cogere: apertè enim & ita veſtras quoque ipſi tranſgredimini Leges?

Verùm aiunt, *Vtile id eſſe Orbi terrarum, iiſq́; qui in eo ſunt hominibus, vt ne templa ſint.* Hic iam, ô Imperator, libertate mihi opus eſt: metuo equidem, ne quem ex iis qui

Digitized by Google

qui me potentiores ſunt, offendam: atenim progrediatur oratio, vnum illud affectans, veritatem ſcilicet. Dicat igitur mihi aliquis ex iis qui relictis forcipibus, malleis & incudibus, de cœlo déque iis qui cœlum incolunt, diſſerere ſuſtinent, vtra ſequentes Romani, qui ad maxima è paruis tenuibúſque primis initiis euecti ſunt, præualuerint, horúmne, an verò eorum quibus templa aræque fuerunt, à quibus quid facto opus eſſet vel non, per vates audiuerunt. Enimuerò Agamemnonem, quòd vbique ſacrificaſſet, cùm in Ilium nauigaret, num turpiter eum, an verò victorem reduxit, Mineruâ ipſi hunc exitum reperiente? Herculem verò qui ante hunc eandem vrbem excidit, nónne ſcimus ſacrificiis Deorum fauorem meruiſſe? Jam illuſtris eſt Marathon, non propter millenos magis Athenienſium, quàm propter Herculem & Pana. Diuina verò Salamis, non magis propter Græcorum naues, quam ob commilitones ex Eleuſina, qui cum cantu eorum ad pugnam naualem deſcenderunt. Innumera alia bella

λυπήσω τῶν ἐμαυτοῦ κρειττόνων, χωρείτω δ' οὖν ὅμως ὁ λόγος, ἓν τοῦτο ἀσπαζόμενος τὴν ἀλήθειαν. Εἰπάτω γάρ μοι τις τῶν τὰς μὲν πυράγρας καὶ σφύρας καὶ ἄκμονας ἀφέντων, περὶ δ' οὐρανοῦ καὶ τῶν τὸν οὐρανὸν ἐχόντων ἀξιούντων διαλέγεσθαι, ποτέροις ἀκολουθοῦντες, τὰ μέγιστα ἀπὸ μικρῶν καὶ φαύλων τῶν πρώτων ἀφορμῶν ῥωμαῖοι δυνηθέντες, ἐδυνήθησαν, τοῖς τούτων, ἢ οἷς ἱερὰ καὶ βωμοί, παρ' ὧν ὅτι χρὴ ποιεῖν ἢ μὴ ποιεῖν, ἤκουον διὰ τῶν μάντεων. Ἀγαμέμνονα δὲ τὸν πανταχοῦ τεθυκέναι πλέοντα ἐπ' Ἴλιον, αἰσχρῶς ἐπανήγαγεν ἢ νενικηκότα, τῆς Ἀθηνᾶς αὐτῷ τὸ τέλος διδούσης; Ἡρακλέα δὲ τὸν πρὸ τούτου τὴν αὐτὴν καθελόντα πόλιν, οὐ θυσίαις ἴσμεν τὴν θεῶν προσλαβόντα ῥοπήν; ἔτι τοίνυν λαμπρὰ μὲν ὁ μαραθών, οὐ διὰ τοὺς μυρίους μᾶλλον ἀθηναίων, ἢ διὰ τὸν ἡρακλέα καὶ πᾶνα. θεία δὲ ἡ σαλαμίς, οὐ διὰ τὰς τῶν ἑλλήνων μᾶλλον ναῦς, ἢ τοὺς ἐξ ἐλευσῖνος συμμάχους, οἳ μετ' ᾠδῆς τῆς αὐτῶν, ἐπὶ τὴν ναυμαχίαν ἧκον. μυρίους ἄν τις ἔχοι

Digitized by Google

λέγειν πολεμίοις τῇ τῶν θεῶν εὐνοίᾳ κυβερνηθέντας, καὶ νὴ δία γε καὶ εἰρήνης καὶ ἡσυχίας χρόνους. τὸ δὲ μέγιστον, οἱ μάλιστα τοῦτο τὸ μέρος ἀτιμάσαι δοκοῦντες, καὶ ἄκοντες τετιμήκασι. τίνες οὗτοι; οἱ τὴν ῥώμην τοῦ θύειν οὐ τολμήσαντες ἀφελέσθαι· καίτοι εἰ μὲν μάταιον ἅπαν τοῦτο τὸ περὶ τὰς θυσίας, τί μὴ τὸ μάταιον ἐκωλύθη; εἰ δὲ καὶ βλαβερόν, πῶς οὐ ταύτῃ γε μᾶλλον; εἰ δ' ἐν ταῖς ἐκεῖ θυσίαις κεῖται τὸ βέβαιον τῆς ἀρχῆς, ἁπανταχοῦ δεῖ νομίζειν τελεῖν τὸ θύειν, καὶ διδόναι τοὺς μὲν ἐν ῥώμῃ δαίμονας τὰ μείζω, τοὺς δ' ἐν τοῖς ἀγροῖς, ἢ καὶ τοῖς ἄλλοις ἄστεσιν, ἐλάττω· δέξαιτο δ' ἄν τις εὖ φρονῶν καὶ τὰ τηλικαῦτα· καὶ γὰρ ἐν τοῖς στρατεύμασιν, οὐκ ἴσον μὲν τὸ παρ' ἑκάστου, φέρει δέ τι καὶ τῇ μάχῃ τὸ παρ' ἑκάστου οἶδε δή· τί κ' ἂν ταῖς ἐρεσίαις, οὐκ ἴσοι μὲν ἅπαντες οἱ βραχίονες, συντελεῖ δέ τε καὶ ὁ τοῦ πρώτου λειπόμενος· ὁ μέν τις περὶ σκήπτρῳ περὶ τῆς ῥώμης συναγωνίζεται, ὁ δὲ ταύτῃ σώζει πόλιν ὑπήκοον, ὁ δέ τις ἀγρὸν ἀνέχει παρέχων εὐπράττειν. ἔστω τοίνυν ἱερὰ πανταχοῦ,

enumerare quis queat, Deorum beneuolentiâ administrata, imò & pacis tranquillitatíſque tempora. Quod verò maximum, qui hanc in partem iniurij maximè videntur, etiam inuiti coluerunt. Quinam iſti? Qui *Romæ* ſacrificiis interdicere non ſuſtinuerunt: Atquin, ſi id mne quod circa ſacrificia verſatur, inane eſt, quare inane hoc non prohibitum fuit? quòd ſi & damnoſum, cur non & multo magis? ſin verò in ſacrificiis quæ ibi agitantur, ſita eſt Imperij ſtabilitas, vbique exiſtimare oportet, ſacrificia conducere, dæmonéſq; qui Romæ ſunt, maiora præſtare, eos verò qui in aliis vrbibus agríſque ſunt, minora: quæ & ipſa nihilominùs prudens admittat: nam & in militiâ non æquales ſunt omnium partes, & nihilominus quod à ſingulis confertur, ad pugnam confert: ſimiliter & in remigatione non æqualia ſunt omnium brachia: nihilominùs & qui poſt primum ſequitur, confert: & hic quidem pro ſceptro Romano pugnat, hic verò vrbes ei ſubiectas tuetur, alius agrũ ſeruat, felicitatem ei pręſtãs. Sint igitur vbique templa, vel

vel fateantur hi malè affectos vos erga vrbem, qui ei permittatis vt ea faciat, quibus damno afficiamini. Neque verò Romæ ſolùm ſacrificia relicta ſunt, verùm etiam Sarapidis vrbi frequentiſſimæ, & magnæ, & templorum multitudine refertæ; per quæ ea vrbs communem omnibus hominibus reddit Ægypti prouentum, (ipſe verò Nili opus eſt) Nilum verò celebrat, adductum vt in arua deſcendat, quibus non factis neque cùm oportet, neque à quibus, ipſe non aſſentitur. Quę ſcire mihi videntur etiam ij qui cùm alia alacriter tollant, non & iſtud tollunt, verùm fluuium veteribus ſolemnibus frui permittunt, ſub conſueta mercede.

Quid igitur? *cùm non per omnes agros fluuij ſint, qui terræ eadem quæ Nilus præſtent, ideò Templa horum ſtare non oportet, quin potius ea omnia pati quæ generoſis iſtis videntur.* Quos quidem lubens illud rogauerim, vtrum ſententiam mutantes dicere auderent, vt ea quæ à Nilo fiunt, ceſſent, ſcilicet vt eo terra non fruatur, vt non ſeratur, neque metatur, neque frumentum ſuppeditet, neque alia

ἢ ὁμολογούντων οὗτοι δυσμενῶς ὑμᾶς πρὸς τὴν Ῥώμην ἔχειν, διδόντας αὐτῇ ποιεῖν, ἀφ' ὧν ζημιώσετε. Οὐ τοίνυν τῇ Ῥώμῃ μόνον ἐφυλάχθη τὸ θύειν, ἀλλὰ καὶ τῇ τοῦ Σαράπιδος, τῇ πολλῇ τε καὶ μεγάλῃ, καὶ πλῆθος κεκτημένῃ νεῶν, δι' ὧν κοινὴν ἁπάντων ἀνθρώπων ποιεῖ, τὴν τῆς Αἰγύπτου φοράν. αὕτη δὲ ἔργον τοῦ Νείλου, τὸν Νεῖλον δὲ ἑστιᾷ, ἀναβαίνειν ἐπὶ τὰς ἀρούρας πείθοντα, ὧν οὐ ποιουμένων ὅτε τε χρὴ, καὶ παρ' ὧν, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἐθελήσειεν, ἅ μοι δοκοῦσιν εἰδότες τὸ καὶ ταῦτα ἂν ἡδέως ἀνελόντες, οὐκ ἀνελεῖν, ἀλλ' ἀφεῖναι τὸν ποταμὸν εὐωχεῖσθαι τοῖς παλαιοῖς νομίμοις, ἐπὶ μισθῷ τῷ εἰωθότι.

Τί οὖν; ἐπεὶ μὴ ποταμός ἐστι, καθ' ἕκαστον ἀγρὸν, τὰ τοῦ Νείλου τῇ γῇ παρέχων οὐδ' εἶναι τ' ἂν τούτοις ἱερὰ δεῖ. ἀλλ' ὅτι δόξει τοῖς γενναίοις τούτοις πάσχειν, οὓς ἡδέως ἐκεῖνο ἂν ἐροίμην. Εἰ τολμήσουσι παρελθόντες γνώμην εἰπεῖν πεπαῦσθαι μὲν τὰ γιγνόμενα τῷ Νείλῳ, μὴ μετέχειν δὲ αὐτοῦ τὴν γῆν, μὴ δὲ σπείρεσθαι, μὴ δὲ ἀμᾶσθαι, μὴ δὲ διδόναι πυροὺς, μὴ δ' ὅσα δι-

δῶσι, μηδ' ἀνάγεσθαι τὴν ἐπὶ πᾶσαν ἀνιῶν; εἰ δ' οὐκ ἂν ἐπὶ τούτοις διάραιεν τὸ στόμα, οἷς οὐ λέγουσι, διελέγχουσιν ἃ λέγουσιν. οἱ γὰρ οὐκ ἂν εἰπόντες δεῖν τῶν τιμῶν ἀποστερεῖσθαι τὸν Νεῖλον, ὁμολογοῦσι τοῖς ἀνθρώποις συμφέρειν τὰς τῶν ἱερῶν τιμάς.

Ὅταν τοίνυν καὶ τοῦ σεσυληκότος μνημονεύωσι, τὸ μὲν ὡς οὐκ ἐπὶ τὰς θυσίας προῆλθε, παρείσθω· ἀλλὰ τίς οὕτω μεγάλην τῶν περὶ τὰ ἱερὰ χρήματα δέδωκε δίκην, τὰ μὲν αὐτὸς αὑτὸν μετιών, τὰ δ' ἤδη καὶ τεθνηκὼς πάσχων, ἐπ' ἀλλήλοις τε ἰόντων τῶν ἐκ τοῦ γένους, καὶ λελειμμένου μηδενός; καίτοι πολὺ βέλτιον ἦν αὐτῷ, τῶν ἀπ' ἐκείνου τινὰς ἄρχειν, ἢ τὴν ἐπώνυμον αὐτοῦ τοῖς οἰκοδομήμασιν αὔξεσθαι πόλιν, δι' ἣν καὶ αὐτὴν, πλὴν τῶν ἐκεῖ κακῶς τρυφώντων, ἅπαντας ἀνθρώπους ἔχει καταρωμένους τῇ σφῶν ἀπορίᾳ τὴν εὐπορίαν ἐκείνῃ παρέχοντας. καὶ ὅταν τοίνυν μετ' ἐκεῖνον τὸν ἐκείνου λέγωσι, καὶ ὡς καθεῖλε νεώς, οὐκ ἐλάττω περὶ τοῦ ποιησάντων τῶν κα-

quæ præbet, neque limum ſuperducunt; qualia nunc fiunt? Atenim, cùm de his ne hiſcant quidem, per ea quæ non dicunt, damnant quæ dicunt. Qui igitur non dicunt, Nilum priuari oportere honoribus, fatentur Templorum cultus hominibus prodeſſe.

Jam, quia & *eius qui ſpoliauit* (Templa ſcilicet) meminerunt, illud equidem quod ad ſacrificia non proceſſit, miſſum faciamus, ſed quiſnam tam magnas pœnas dedit (quàm ipſe) ob ſacras pecunias (Templis detractas) partim quidem ſeipſummet vltus, partim verò iam & mortuus patiens, eo videlicet quod qui de genere ipſius erant mutuò ſeſe confecerunt, nullúmque ſuperſtitem reliquerunt? Atenim melius ipſi fuerat quoſdam ex ſe prognatos imperare, quàm cognominem ſibi vrbem ædificiis augere, propter quam ipſam, exceptis iis qui prauè ibi luxuriantur, omnes homines habet imprecantes, vtpote qui ſua penuria, abundantiam illi præſtent. Et quoniam poſt eum, *de Filio eius* loquuntur, *& quomodo Templa deſtruxerit,* non minus laboris in iis deſtruendis

ſtruendis impédentibus deſtructoribus, quàm in ædificandis, extructoribus (adeò operoſum fuit lapides ab inuicem diuellere, vinculis validiſſimis conſtrictos.) Quoniam, inquam, huius meminerunt, maius quid ipſe addam, quòd ille Templa circa ſe conſtitutis dono dedit, haud aliter atque equum aut mancipium, aut canem vel phialam auream: Mala verò ambobus hæc dona & dantibus & accipientibus; ille enim dum continuè Perſas veretur metuitque, totam vitam in metu tranſegit, vt pote ſingulos procinctus ita habens, vt pueri lemures: Ex iſtis verò alij improles atque inteſtati deceſſerunt infortunati, aliis verò melius fuiſſet liberos non ſuſcepiſſe: tanta ſcilicet partim infamia, tanto partim mutuo in ſe bello viuunt qui ex his prognati in medio columnarum templis detractarum verſantur; per quos opinor talia eueniunt: vt qui tales liberis ad felicitatem occaſiones diteſcendi gnari ipſi tradiderũt. Et nunc quoſdam morbi in Ciliciam agũt, Æſculapij manu egentes: atenim iniuriæ loco illatæ infecta re eos dimittunt, vt nõ

διαιρούντων ἢ τῶν οἰκοδομησάντων, οὕτως οὐκ ἦν ῥᾴδιον ἀλλήλων διαζεῦξαι τοὺς λίθους δεσμοῖς ἰσχυροτάτοις εἰς ἓν ἐζευγμένους. ὅταν οὖν ταῦτα λέγωσιν, μεῖζόν τι προστίθημι, ὅτι κἀκεῖνός γε καὶ δῶρα ναοὺς τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐδίδου, καθάπερ ἵππον, ἢ ἀνδράποδον, ἢ κύνα, ἢ φιάλην χρυσῆν, κακὰ δὲ ἀμφοῖν τὰ δῶρα, τοῖς τε δοῦσι, τοῖς τε λαβοῦσιν· ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ τρέμειν καὶ δεδιέναι Πέρσας, ἅπαντα τὸν βίον ἐβίω φοβούμενος, ἀρ' ἑκάστην ἔξοδον ἔχων ὥσπερ τὰ παιδία τὰς μορμόνας. τῶν δὲ οἱ μὲν ἄπαιδες, καὶ περὶ διαθηκῶν ἀπῆλθον οἱ δυστυχεῖς, τοῖς δ' ἦν ἄμεινον μὴ παιδοποιήσασθαι· τοιαύταις μὲν ἀδοξίαις, τοσούτῳ δὲ πολέμῳ, τῷ πρὸς ἀλλήλους συζῶσιν οἱ ἀπὸ τούτων ἐν μέσῳ τῶν ἀπὸ τῶν ἱερῶν κιόνων στρεφόμενοι δι' οὓς οἶμαι ταῦτα τοιαύτας τοῖς τέκνοις εἰς εὐδαιμονίαν ἀφορμάς, οἱ πλουτεῖν εἰδότες ἐκεῖνοι παρέδωκαν. καὶ νῦν οὓς ἀγγ μὲν εἰς Κιλικίαν νοσήματα τῆς τοῦ Ἀσκληπιοῦ χρῄζοντα * χεῖρες· αἱ δὲ περὶ τὸν τόπον ὕβρεις ἀπράκτους ἀποπέμπουσι, πῶς ἔνεστι

* χειρὸς

μὴ κακῶς τὴν τούτων αἴτιον λέγοντας ἀναστρέφειν. βασιλεὺς δὲ τοιαῦτα ἔστω τὰ βεβιωμένα, ὥστε τοῖς ἐπαίνοις ζῆν καὶ τετελευτηκότα, οἷος γενόμενος ἴσμεν τὸν τὴν μὲν ἀρχὴν ἐκδεξάμενος τὴν ἐκείνου, τὴν Περσῶν δὲ καθελόντα, ἂν εἰ μὴ προδοσία τὸ πέρας ἐκώλυσε, μέγας δ' ἐστὶν ὅμως καὶ τεθνηκώς. δόλῳ μὲν γὰρ ἀπέκτανεν, ὥσπερ Ἀχιλλεὺς, ἐκ δὲ τῶν πρὸ τοῦ θανάτου πεπραγμένων, ὡς ἐκεῖνος ᾄδεται, καὶ ταῦτα τούτων παρὰ θεῶν, οἷς ἀπέδωκεν ἱερὰ, τὰ τιμὰς, καὶ τεμένη, καὶ βωμοὺς, καὶ αἷμα, παρ' ὧν ἀκούσας, ὡς τὸ τῶν Περσῶν αὔχημα ταπεινώσας εἶτα ἀποθανεῖται, τῆς ψυχῆς ἐπρίατο τὸ κλέος, πολλὰς μὲν πόλεις ἑλὼν, πολλὴν δὲ γῆν δῃώσας, παιδεύσας δὲ τοὺς διώκοντας φεύγειν, μέλλων δὲ, ὡς ἅπαντες ἴσασι, δέξεσθαι πρεσβείαν, κομίζουσαν τὴν πολεμίων δουλείαν. τοιγαροῦν ἠσπάζετό τε τὸ τραῦμα, καὶ βλέπων ηὐφραίνετο, καὶ μὴ δακρύων αὐτὸς, τοῖς τοῦτο δρᾶσιν ἐπετίμα· εἰ μὴ νομίζοιεν αὐτῷ παντὸς ἀμείνω γήρως εἶναι τὴν πληγήν. καὶ αἱ πρεσβεῖαι τοίνυν αἱ πολλαὶ αἱ μετ' ἐκεῖνον, ἐκείνου πά-

poſſint non reuertentes ei malè imprecari qui horum cauſa extitit. Verùm talis eſto Imperatoris vita, vt laudibus viuat etiam mortuus: Qualem certe extitiſſe ſcimus eum qui Imperium quidem eius excepit, Perſarum verò ſublaturus erat, niſi finem proditio inhibuiſſet. Atenim magnus nihilominùs eſt & mortuus, dolo enim mortuus eſt ſicut Achilles, & ob res ante mortem geſtas ſicut ille celebratur: hæc verò conſecutus eſt à Diis, quibus ſacra & honores, & templa, & aras, & ſanguinem reſtituit. A quibus cùm audiuiſſet, *Quòd poſteaquam Perſarum ſuperbiam domuiſſet, mox moriturus eſſet*, animi gloriam comparauit, multis quidem vrbibus ſublatis, multiſque regionibus direptis, edoctis verò perſecutoribus fugere: iamque, vt omnes norunt Legationem accepturus erat, quæ hoſtium ſeruitutem afferret. Quare & vulnus gratum ipſi fuit, & inſpecto lætatus eſt, neque lachrymans ipſe eos qui id fecerant, obiurgauit: niſi vt exiſtimarent, vulnus ſenectute præſtabilius eſſe. Igitur tot illæ poſt eum Legationes, ipſius ſunt, & quòd

& quòd Achæmenidæ orationibus loco armorum vtuntur, timore ipſius animis ipſorum inſidente. Talis nobis extitit qui ſacra templaque reſtituit, meliora opera operatus, quàm vt obliuioni ea tradantur, atque ipſe obliuione ſuperior. Ego verò exiſtimabam, eum qui paulò prius extitit, contrariorum templa execraturum fuiſſe, euerſurum, incenſurum, quandoquidem Deos contemnere nouerat, & tamen melior extitit, parcendo templis, etiam hoſtium, pro domeſticis verò templis, magno labore & tempore hominumq; multitudine multiſque talentis excitatis, periculum etiam adire dignatus eſt. Nam ſi vndique vrbes ſeruandæ ſunt, & hiſce magis quàm aliis vrbes elucent, eaque in iis poſt Imperatoriarum domuum decus, caput ſunt, quomodo non & horum cura habenda, adnitendumque vt in ciuitatum corpore ſint?

Atenim, *ſunt & alia ædificia, etſi Templa non ſint.* Ere verò tributaria intereſſe puto vectigalia quæ colliguntur: colligantur verò è ſtantibus, non verò deſtruantur. Num quid dirum exiſtime-

σαι· καὶ τὸ λόγοις αὐτοῦ ὅπλων χρῆσθαι τοὺς Ἀχαιμενίδας, ἐκείνου τοῦ δέους αὐτῶν ἐγκαταπεπηγμένου ταῖς ψυχαῖς. τοιοῦτος ἡμῖν ὁ τὰ ἱερὰ τοῖς θεοῖς ἀνιστάς. κρείττω μὲν ἔργα λήθης ἐργασάμενος, κρείττων δὲ λήθης γεγενημένος. ἐγὼ δὲ ἠξίουν τὸν πρὸ τοῦδε τὰ μὲν τῶν ἐναντίων καθαιρεῖν καὶ κατασκάπτειν, καὶ καταχεῖν, ἐπειδήπερ ἐγνώκει τῶν θεῶν καταφρονεῖν, ἐπεὶ ἱερῶν γε καὶ τῶν* ὄντων τοῖς πολεμίοις φειδόμενος, ἀμείνων. οἰκείων μέντοι ναῶν, πόνῳ καὶ χρόνῳ καὶ πολυχειρίᾳ, καὶ πολλοῖς ταλάντοις κατεσκευασμένων, καὶ προκινδυνεύειν ἄξιον.* Εἰ γὰρ πανταχόθεν μὲν σωστέον τὰς πόλεις, λάμπουσι δὲ τούτοις μᾶλλον ἢ τοῖς ἄλλοις αἱ πόλεις, καὶ ἔστι τῶν ἐν αὐταῖς μετά γε τὰ κάλλη τῶν βασιλείων κεφάλαιον, πῶς οὐ καὶ τούτοις μεταδοτέον προνοίας, καὶ ὅπως ἐν τῷ σώματι τῶν πόλεων εἶεν σπουδαστέον.

Πάντως δὲ εἰσὶν οἰκοδομήματα, κἂν εἰ μὴ νεώς γε. δεῖ δὲ οἶμαι τῷ φόρῳ τῶν δεξομένων δεχέσθω τοίνυν ἑστῶς, ἀλλὰ μὴ καταφερέσθω. μὴ δὲ τὸ χεῖρα μὲν ἀπο-

* βωμῶν, ἢ βοθρῶν. vel ὄ τῶν

* ἠξίουν

κόπτειν ἀνθρώπου δεινὸν ἡγούμεθα, πόλεων δὲ ὀφθαλμοὺς ἐξορύττειν μέτριον; μηδ᾽ ἐν μὲν τοῖς σεισμοῖς τὸ πίπτον ὀδυρώμεθα, σεισμῶν δὲ οὐκ ὄντων, οὐδὲ βλαπτόντων, ταῦτα τὰ ἐκείνων ποιῶμεν; οὐκ οὖν τῶν μὲν βασιλέων οἱ νεῲ κτήματα, καθάπερ καὶ τὰ ἄλλα. τὸ δὲ τὰ αὐτοῦ καταποντίζειν, ὅρα εἰ σωφρονούντων, ἀλλ᾽ ὁ μὲν βαλάντιον ῥίπτων εἰς τὴν θάλατταν, οὐχ ὑγιαίνει. οὐδ᾽ εἴ τις κυβερνήτης τέμνοι κάλων, οὗ δεῖ τῷ πλοίῳ, καὶ ναύτην δὲ εἰ κελεύεις τῇ θαλάττῃ τὴν κώπην ἀφεῖναι, δεινὰ ἂν δόξῃς ποιεῖν, πόλιν δὲ εἴ τις ἄρχων ποιοῖ μέρει τηλικούτῳ χείρονα; τί γὰρ δεῖ διαφθείρειν, οὗ τὴν χρείαν ἔνι μεταποιῆσαι; πῶς δὲ οὐκ αἰσχρὸν στρατόπεδον πολεμεῖν λίθοις οἰκείοις, καὶ στρατηγὸν ἐφεστηκότα παρακαλεῖν κατὰ τῶν πάλαι σπουδῇ πολλῇ πρὸς ὕψος ἀναβάντων, ὧν τὸ πέρας ἑορτὴν τοῖς τότε βασιλεῦσιν ἔθηκε. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω σοὶ ταῦτ᾽ εἶναι κατηγορίαν, ὦ βασιλεῦ. κεῖται μὲν γὰρ πρὸς τοῖς ὁρίοις Περσῶν νεὼς, ᾧ παραπλήσιον οὐδὲν, ὡς ἐστιν ἀκουόντων τῶν τεθεα-

mus, manum hominis amputare, moderatum verò ciuitatum oculos effodere? neque in terræmotibus caſum lugeamus, nullis verò terræmotibus exiſtentibus neque nocentibus ea quæ illi facere ſolent, faciamus? Annon igitur & Templa Imperatorum poſſeſſiones ſunt, ſicut & alia? Sua autem ipſius bona in mare iactare, vide num id ſapientum ſit: ſed & marſupium in mare proiiciens non ſanus eſt: vt & ſi gubernator nauis funes abſcindat, quibus nauis eget, & ſi nautam iubeas remum mari remittere, non atrocia facere videaris? Magiſtratui verò liceat vrbem tali parte deteriorem facere? Quid enim opus diruere, cuius vſum immutare licet? Quomodo ergo non turpe fuerit, exercitum pugnare aduerſus proprios lapides, Ducemque inſiſtentem in ea concitare, quæ magno olim ſtudio in altum excitata ſurrexerunt, quorum finis tùm Imperantibus feſtum indixit? Neque quiſquam exiſtimet, hanc tui accuſationem eſſe, Imperator. Enimuerò iacet in Perſarum finibus templum, cui ſimile nullum, vt ex omnibus qui viderunt audire

audire licet: adeò lapidibus inſigne erat, adeò ſupra terram eminens, quantum & vrbs ipſa: Quare & ciuitatem inhabitantibus in metu bellico creditum, haud ideò quidquam amplius vrbem deprædantibus acceſſiſſe, niſi & illud his deprædari daretur; cuius ſepti vis omnem artem eludebat. Tandem & impetus in id factus eſt, qualis maximè hoſtilis videtur, non pro exiguo præmio hominibus pugnantibus. Audiui verò & contendentes quoſdam, vtrum mirandum magis eſſet, an cùm templum iſtud iam amplius tale non ſit, an cùm nil tale adhuc paſſum fuiſſet, quomodo & Serapidis (templum.) Atenim tale tantùmq; templum, vt prætermittam miram contignationum ſtructuram, & ſimulacrorum ferreorum numerum, tenebris obuolutum eſt, fugienſque ſolem receſſit periítque: vnde lachrymæ his qui viderunt, voluptas verò iis qui non viderunt, neque enim his ſunt æquales oculi auréſque: imò his qui non viderunt, vtrumque & triſtitia & voluptas, illud quidem ob caſum, iſtud verò eò quod ipſi non viderunt. Atenim

μένων, ἀκούειν· οὕτω μέγιστος ἐγεγόνει τοῖς λίθοις, τοσοῦτον ἐπέχον τῆς γῆς, ὁπόσον καὶ ἡ πόλις. ἤρκει γοῦν ἐν τοῖς ἐκ τῶν πολέμων φόβοις τοῖς οἰκοῦσι τὴν πόλιν, μηδὲν εἶναι πλέον τοῖς ἑλοῦσι τὴν πόλιν, οὐκ ἔχουσι κἀκεῖνον προσεξελεῖν, τῆς ἰσχύος τοῦ περιβόλου πᾶν ἐλεγχούσης μηχάνημα. ἐῶ δὲ δὴ καὶ ἐπὶ τὸ τέλος ἀναβᾶσι, πλεῖστον ὅσον τῆς πολεμίας ὁρᾶν οὐ μικρὸν πολεμουμένοις πλεονέκτημα ἀνθρώποις. ἤκουσα δὲ καὶ ἐριζόντων τινῶν, ἐν ὁποτέρῳ τὸ θαῦμα μεῖζον, ἱερῷ τῷ μηκέτ' ὄντι τοιούτῳ, ἢ ὃ μήποτε πάθοι ταυτόν, ἐν ᾧπερ ὁ Σάραπις. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τὸ τοιοῦτο καὶ τοσοῦτον ἱερόν, ἵν' ὑπερβάλω τὰ τῆς ὀροφῆς ἀπόρρητα, καὶ ὅσα ἀγάλματα σιδήρου πεποιημένα κέκρυπται τῷ σκότῳ διὰ φεύγοντα τὸν ἥλιον, οἴχεται καὶ ἀπόλωλε, θρῆνος μὲν τοῖς ἰδοῦσιν, ἡδονὴ δὲ τοῖς οὐχ ἑωρακόσιν· οὐ γὰρ ἴσον μὲν τοῖς τοιούτοις, ὀφθαλμοί τε καὶ ὦτα· μᾶλλον δὲ τοῖς οὐκ ἰδοῦσιν ἄμφω, καὶ λύπη καὶ ἡδονή, τὸ μὲν ἐκ τοῦ πτώματος, τὸ δ' ὅτι παρ' οὐ τεθέανται. Ἀλλ' οὕτως

εἴ τις ἀκριβῶς σκοπήσειεν, οὐ σὸν τοῦτο, τοῦδε ἠπατηκότος ἀνθρώπου, μιαροῦ καὶ θεοῖς ἐχθροῦ καὶ δειλοῦ καὶ φιλοχρηματου καὶ τῇ τεκόμενον αὐτὸν δεξαμένῃ γῇ δυσμενεστάτου, ἀλογίας μὲν ἀπολελαυκότος τύχης, κακῶς δὲ χρωμένου τῇ τύχῃ, δουλεύοντος τῇ γυναικὶ, πάντα ἐκείνῃ χαριζομένου, πάντα ἐκείνην ἡγουμένου, τῇ δ᾽ ἀνάγκῃ πάνθ᾽ ὑπηρετῶν * τοῖς ταῦτα ἐπιτάττουσιν, ὧν τῆς ἀρετῆς ἀπόδειξις τὸ ζῆν ἐν ἱματίοις πενθούντων. καὶ μεῖζόν γε ταύτης τὸ ἐν ἐκείνοις ὢν εἶναι καὶ τῶν σάκκων ὑφάνται. τοιοῦτον ἐργαστήριον ἠπάτησεν, ἐφενάκισεν, ὑπηγάγετο, περιεχρύσατο· πολλοὺς δὲ καὶ θεοὺς παρὰ τῶν θεῶν μαθόντες ἴσμεν ἀπατηθέντας. ὡς γὰρ δὴ καὶ θυόντων ἱερῶν, καὶ οὕτως ἐγγὺς, ὡς ἐπὶ τὰς ἐκείνων ῥῖνας τὸν καπνὸν εἰστρέχειν, καὶ ὡς ἀπλούντων, καὶ μείζω μικροῖς ἐπαγόντων καὶ κοσμούντων, καὶ πεπιστευκότων μηδὲν ἂν αὐτῶν φανῆναι δυνατώτερον. τοιούτοις πλάσμασι, καὶ τέχναις, καὶ ῥήμασι μεμηχανημένοις, δεινοῖς ἐμβαλεῖν ὀργὴν, τὸν πατέρα πρᾳότατον βασιλέων * ἐξήγαγόν πως

* ὑπηρετοῦντος τοῖς

* γρ. βασιλεῦσι

ſi quis accuratè rem ſpectet, non id tibi adſcribendum venit, verùm homini qui te decepit, profano, Diiſque infeſto, ſæuóque, & pecuniarum auido, terræque quæ ipſum in lucem editum excepit, infeſtiſſimo, nullo merito ad fortunam ſubuecto, malè verò ea vtenti, vxori ſeruienti, omniáque ipſi largienti, ipſámque inſtar omnium habenti: omni verò neceſſitate iis qui hæc imperarunt miniſtranti, quorum virtutis oſtentatio eſt viuere in veſtibus lugentium, ac maximè iis, qui inter eos ſunt ſaccorum textores, qui huiuſmodi officinam deceperunt, illuſerunt, ſubiecerunt, commouerunt (multos verò & Deos à Diis deceptos ſcimus) quaſi *ſacrificarent Sacerdotes, & quidem adeò prope, vt fumus nares eorum ſubiret*, quique rem adaugerent, maioráque minoribus inducerent, ornarent, crederéntque iam nihil potentius ipſis videri: Qualibus fraudibus & artibus & verbis artificiosè cōceptis, quæ iram concitare queant, Patrem manſuetiſſimum inter Imperatores aliquando externarunt:

ternarunt : nam reuerà hæc propria ipſius erant, humanitas, miſericordia, manſuetudo, æquanimitas, vt ſeruare mallet quàm perdere: ſedenim cùm eſſent qui iuſtiora dicerent, quaſi tale quid foret, vindictam quidem huius facinoris ſumi oportuit, hoc verò ipſo in futurum cauere: Qui quidem Cadmeam victoriam vincere oportere ratus, vbique vicit: Oportuit verò ipſum poſt proprias voluptates, ſuis ſeruire: non vti magnus eſſe videretur iis qui laborem ruris fugiunt, verùm vt in montibus conuerſaretur, ſic enim aiunt, cum omnium conditore. Atenim res tuæ & pulchræ & laudabiles apud omnes homines videantur : nunc verò ad accipiendos euacuandóſque theſauros tuos multi amici & commodi, iiſque *præ animabus ipſorum, Imperium tuum eſt:* Tempore verò procedente, & conſilio præſente beneuolentiam depoſcẽte, hæc quidem non curarunt, propria verò accurarunt. Et ſi quiſquam eos accedens, *quidnam hoc ſibi velit,* dicat, *quantum ad ſe quidem attinet, extra culpam ſeſe* conſtituunt, mentiuntúrque *feciſſe ſe quæ Imperatori viſa ſint, eumq;*

αὐτοῦ· ἐπεὶ τά γε ὄντως αὐτοῦ, φιλανθρωπία, ἔλεος, οἶκτος, ἡμερότης, ἐπιείκεια, τὸ σώζειν μᾶλλον ἢ ἀπολλύναι, ἀλλ᾽ ὄντων τῶν τὰ δικαιότερα λεγόντων, ὅτι εἴπερ τι τοιοῦτον εἴη, δίκην μὲν δεῖ τοῦ τολμήματος λαβεῖν, τοῦτο δὲ αὐτὸ προενοηθῆναι τοῦ μέλλοντος, ὁ τὴν καδμείαν νικῆσαι νίκην οἰόμενος δεῖν, πανταχόθεν ἐνίκησεν· ἔδει δὲ αὐτὸν μετὰ τὰς οἰκείας ἡδονὰς τοῖς αὐτοῦ θεραπεύειν· μηδ᾽ ὅπως μέγας εἶναι δόξῃ τοῖς τὴν μὲν γεωργίαν ἀποδρᾶσι, ὁμιλεῖν δὲ ἐν τοῖς ὄρεσι λέγουσι τῷ τῶν ὅλων ποιητῇ. ἄλλως τὰ σὰ καὶ καλὰ καὶ ἐπαίνων ἄξια παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις δοκεῖ· νυνὶ δὲ μέχρι μὲν τοῦ λαβεῖν καὶ κενῶσαι τοὺς σοὺς θησαυροὺς, πολλοὶ φίλοι καὶ ἐπιτήδειοι, καὶ πρὸ τῶν ψυχῶν αὐτοῖς ἡ σὴ βασιλεία, χρόνου δὲ ἥκοντος καὶ βουλῆς παρούσης ἔννοιαν ἀπαιτούσης, ταυτὶ μὲν ἠμέληται. τὰ δὲ ἴδια τούτοις ἐσπούδασται, κἂν προσελθών τις αὐτοῖς τί ταῦτα ἔρηται, τὸ μὲν αὐτῶν ἔξω τῆς αἰτίας ποιοῦσι· καὶ ὅτι πεποιήκασιν ἀποκρύπτονται, ἃ τῷ βασιλεῖ ἔδοξε, καὶ ἐκεῖνον τὴν ἀπολογίαν

ὀφείλειν, καὶ τοιαῦτα λέγουσιν. οἱ ὀφείλοντες ἦσαν οὗτοι, οἱ οὐδέποτε λόγον ἕξοντες οὐδένα ὑπὲρ τῶν πεπραγμένων· τίς γὰρ ἂν ὑπὲρ τούτων κακῶν γένοιτο λόγος; οἱ πρὸς μὲν τοὺς ἄλλους ἀρνοῦνται, μὴ σφῶν τοῦτο εἶναι τὸ ἔργον, ἐντυγχάνοντες δέ σοι καταμόνας, δι' οὐδενὸς ἄλλου, τὸν σὸν οἶκον οὕτως εὖ πεποιηκέναι φασίν. ὧν τὸν σὸν ἀπαλλάξαι οἶκον, οἱ γῆν τε καὶ θάλατταν τὴν σὴν ἐπιστήσαντες κεφαλήν· ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι μεῖζον ἂν παρ' αὐτῶν λάβοις. οἱ γὰρ ἐν φίλων ὀνόματι καὶ κηδεμόνων, ἀφ' ὧν ἂν βλάψαιεν λέγοντες, τῷ πιστεύεσθαι πρὸς τὴν βλάβην ἀφορμῇ χρώμενοι, ῥᾳδίως ἐζημίωσαν.

Ἀλλ' ἐπὶ τούσδε μέτειμι, τῆς ἀδικίας αὐτῶν τὴν ἀπόδειξιν, ἐκ τῶν νῦν εἰρημένων ποιησόμενος. φέρε γὰρ διὰ τί φατὲ κατεσκάφθαι τὸ μέγα τοῦτο ἱερόν. οὐ διὰ τὸ δόξαι τῷ βασιλεῖ καλῶς, οὐκοῦν οἱ καθαιροῦντες οὐκ ἠδίκουν τῷ τὰ δοκοῦντα τῷ βασιλεῖ ποιεῖν. ὅστις οὖν τὰ μὴ δοκοῦντα τῷ βασιλεῖ πεποίηκεν, ἀδικεῖ οὐκοῦν; ὑμεῖς οὗτοί γε ἐστέ, οἷς οὐδὲν ἔνι τοιοῦτον εἰπεῖν, ὑπὲρ ὧν

defenſione egere: taliáque dicunt, cùm ipſi ea opus haberent, qui nullam factorum à ſe rationem proferre poſſunt: Quænam enim horum malorum ratio reddi poſſit? Hi verò, apud alios quidem negant, eſſe hoc ipſorum facinus, cùm verò in te ſolum incurrunt, nullo alio præſente, *Domui tuæ bene feciſſe ſe hâc ratione* aiunt: Quibus domum tuam liberare oportuit eos qui terrâ maríque caput tuum defendunt, quo quidem maius nil ab iis accipere poſſis. At hi in amicorum defenſorúmque numero à quibus lædantur dicentes, credulitate (tua) ad lædendum occaſione vtentes, facilius lædunt.

Verùm ad hos redeo, iniuſtitiæ eorum probationem ex dictis nunc facturus. Age, quare dicitis magnum hoc templum deſtructum? non quia ita Imperatori viſum: rectè: non igitur deſtruentes, iniuriâ fecerunt, faciendo quæ Imperatori non probantur: & quiſquis facit quæ Imperatori viſa non ſunt, non is peccat? Nónne? Vos verò hi eſtis, quibus nil tale dicere licet pro iis quæ feciſtis.

feciſtis. Dic mihi quare *hoc* Fortunæ templum ſaluum eſt & Iouis, & Mineruæ, & Bacchi? An quia volebatis hæc manere? non: ſed quia nullus in ea ius vobis dedit, quod tamen vobis ſumpſiſtis circa ea quæ excidiſtis. Quomodo igitur non pœnæ obnoxij ſitis? aut quomodo quæ feciſtis, iure facta dicitis, cùm ea quæ paſſa ſunt nihil admiſerint? Quod vtique ſpeciem aliquam haberet, ſi tu Imperator edixiſſes, *Nemo ſub me conſtitutus Deos putet, neque colat, neque quidquam ab his boni poſtulet, neque ſibi, neque liberis, niſi clam & latenter; omnes verò ſiſtant ſe eo loci quem ipſe colo, & pergant communicaturi iis quæ ibi fiunt, eaſdemq́; preces quas illi faciant, & caput ſuum ſubmittant eius manui qui turbam temperat, inobedientem verò mori omninò continget.* Hæc quidem edicere tibi procliue erat, at non edixiſti, neque hanc in partem hominum animis iugum impoſuiſti: enimuerò illud quidem iſto melius exiſtimas, at non ideò iſtud impium, quodque iure multetur. Sed neque tales (homines) ab honorib. ſubmouiſti,

δεδράκατε. Εἰπέ μοι, διὰ τί τὸ τῆς τύχης τοῦτο σῶν ἐστὶν ἱερόν, καὶ τὸ τοῦ Διός, καὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τὸ τοῦ Διονύσου; ἆρ' ὅτι βούλεσθ' ἂν αὐτὰ μένειν; οὔ, ἀλλ' ὅτι μηδεὶς τὴν ἐπ' αὐτὰ δέδωκεν ὑμῖν ἐξουσίαν, εἰλήφατε δὲ τὴν κατ' ἐκείνων ἃ διεφθάρκατε. πῶς οὖν οὐκ ὀφείλετε δίκην, ἢ πῶς ἃ δεδράκατε καλῶς τὴν δίκην, τῶν πεπονθότων οὐδὲν οὐδενὶ πεποιηκότων; ὃ δ' ἔχοι γ' ἂν αἰτίαν, εἰ σοὶ βασιλεὺς κηρύξαι, μηδεὶς δὲ τῶν ὑπ' ἐμοὶ νομιζέτω θεούς, μηδὲ τιμάτω, μηδὲ αἰτείτω τι παρ' αὐτῶν, μηθ' ἑαυτῷ, μήτε παισὶν ἀγαθόν, πλὴν εἰ σιγῇτε καὶ λανθάνων· ἅπας δ' ἔσω τοῦ παρ' ἐμοὶ τιμίου, καὶ βαδιζέτω μεθέξων τῶν ἐκείνῳ δρωμένων, καὶ τάς τε εὐχὰς ἅσπερ ἐκεῖνοι ποιείσθω, καὶ τὴν αὑτοῦ κεφαλὴν ὑπαγέτω τῇ τοῦ ταῦτα λεὼν ἁρμοττομένου χειρί· τὸν δ' ἀπειθοῦντα πᾶσα ἀνάγκη τεθνάναι, ταῦτ' ἦν μέν σοι κηρύξαι ῥᾴδιον, οὐ μὴν ἠξίωσάς γε οὐδ' ἐπέθηκας ζυγὸν ἐν τούτῳ τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς· ἀλλ' οἷς μὲν τοῦτ' ἐκείνου βέλτιον εἶ, οὐ μὴν ἀσέβημά τε ἐκεῖνο, οὐδ' ἐστὶν ὅ τις ἂν δικαίως καὶ κολάσειεν. ἀλλ' οὐδὲ τῶν τιμῶν τούς γε τοιούτους ἀπεκλείσας,

Digitized by Google

ἀλλὰ καὶ ἀρχὰς δέδωκας, καὶ συσσίτους ἐποίησας, καὶ τοῦτό γε πολλάκις, καὶ πρότερον, καὶ νῦν πρὸς ἄλλοις τισὶ, προσέζευξας σεαυτῷ, συμφέρειν τῇ βασιλείᾳ νομίσας ἄνδρα ὀμνύντα θεοὺς, πρός τε τοὺς ἄλλους καὶ σέ· καὶ οὐκ ἀγανακτεῖς, οὔτ' ἀδικεῖσθαι τοῖς τοιούτοις ὑπολαμβάνεις ὅρκοις, οὐδ' εἶναι πάντως κακὸν τὸν ἐν τοῖς θεοῖς ἔχοντα τὰς βελτίους ἐλπίδας. σοῦ τοίνυν οὐκ ἐλαύνοντος ἡμᾶς, ὥσπερ οὐδ' ὁ τοὺς Πέρσας ἐκεῖνος μεθ' ὅπλων ἐληλακὼς τοὺς ἐναντίως ταύτῃ τῶν ὑπηκόων πρὸς ἑαυτὸν ἔχοντας, πῶς ἐλαύνουσιν οὗτοι; κατὰ τίνα δὲ δίκαιον ποιοῦνται τὰς ἐφόδους; πῶς δ' ἀλλοτρίων ἅπτονται μετ' ὀργῆς ἀγρῶν; πῶς δὲ τὰ μὲν καταφέρουσι, τὰ δ' ἀράμενοι φέρουσιν, ὕβρει τε τὰ τοιαῦτα ποιεῖν προστιθέντες ὕβριν, τὴν ἐκ τοῦ καλλύνεσθαι τοῖς πεπραγμένοις; ἡμεῖς, ὦ βασιλεῦ, σοῦ μὲν ταῦτα, καὶ ἐπαινοῦντος, καὶ ἐπιτρέποντος, οἴσομεν, οὐκ ἄνευ μὲν λύπης, δείξομεν δ' ὡς ἄρχεσθαι μεμαθήκαμεν· εἰ δ' οὐχὶ καὶ σοῦ διδόντος, οὗτοι δὲ ἥξουσιν, ἢ ἐπὶ τὸ διαπεφευγὸς αὖθις, ἢ διὰ τάχους* ἀναστῆν, ἴσθι τοὺς τῶν ἀγρῶν δεσπότας καὶ αὑτοῖς καὶ τῷ νόμῳ βοηθήσοντας.

* πλήθους

ſti, quin & Magiſtratus contuliſti, & conuiuas feciſti. Idque & multoties antea feciſti, & nunc præter alios tibi ſociaſti (conducere id Imperio cenſens) virum *per Deos* iurantem, tùm apud alios, tùm apud te quoque, neque ſuccenſes, neque iniuriâ affici huiuſmodi iureiurando putas, neq; omninò malum eſſe, meliores ſpes in Diis habentem. Cùm igitur Tu nos non abigas, quemadmodum neque ille qui Perſas armis fugauit, quomodo ſubditos aliter hanc in partem quàm ipſi ſentientes fugãt iſti? quo iure irruptiones has faciunt? quâ ratione aliena contrectãt, cùm ira agrorum? Quomodo hæc quidẽ deſtruunt, illa verò, tollentes auferunt: iniuriæ factorum, & hanc iniuriam addentes, quòd factis glorientur? Nos quidem, ô Imperator, hæc & laudãte & probante te feremus: oſtendemuſque, etſi non ſine dolore, obſequi nos edoctos. Si verò neque tu poteſtatem feceris, hi verò audebunt vel in reculas noſtras, vel in mœnia inſurgere, noris, *agrorum dominos & ſibi & Legi opitulaturos.*

FINIS.

CON-

CONSTITVTIONES
QVÆDAM CONSTANTII, CONSTANTIS, THEODOSII M. ET VALENTINIANI Iunioris,

De Sacrificiis & Templis,

è CODICE THEODOSIANO,

Tit De Paganis, Sacrificiis & Templis,

ad intellectum Orationis Libanianæ.

Lex II. *Imp.* CONSTANTIVS *A. ad Magdalianum agentem vicem P F. P.*

CESSET ſuperſtitio, Sacrificiorum aboleatur inſania. Nam quicumque contra Legem Diui Principis parentis noſtri, & hanc noſtræ Manſuetudinis iuſſionem, auſus fuerit ſacrificia celebrare, coNpetens in eum vindicta, & præſens ſententia exeratur. Acc. Marcellino & Probino Coss. 341.

III. *Idem A.* * *ad Catullinum P. V.*

QVanquam omnis ſuperſtitio penitùs eruenda ſit, tamen volumus, vt ædes Templorum, quæ extra muros ſunt poſitæ, intactæ incorruptæque conſiſtant. Nam cùm ex nonnullis vel Ludorum, vel Circenſium, vel Agonum origo fuerit exorta, non conuenit ea conuelli, ex quibus populo Romano præbeatur priſcarum ſollemnitas voluptatum. Dat. Kal. Nouemb. Conſtantio IV. * & Conſtante III. A A. Coss.

* Constantis Imp. eſt hæc Conſtitutio.

*. III. & Conſtante, i. A. D. 342.

IV. *Idem A. ad Taurum P F. P.*

PLacuit, omnibus locis adque vrbibus vniuerſis claudi protinùs Templa, & acceſſu vetitis omnibus, licentiam delinquendi perditis abnegari. Volumus etiam cunctos ſacrificiis abſtinere. Quòd ſi quis aliquid forte huiuſmodi perpetrauerit, gladio vltore ſternatur. Facultates etiam perempti

fiſco decernimus vindicari: & ſimiliter adfligi Rectores prouinciarum, ſi facinora vindicare neglexerint. Dat. Kal. Dec. Conſtantio IV. * & Conſtante II. AA. Conss.

* VI. i. A. D. 353.

V. *Idem A. ad Cerealem P. V.*

ABoleantur ſacrificia nocturna, Magnentio auctore permiſſa, & nefaria deinceps licentia repellatur, &c. Dat. VIIII. Kalend. Decemb. Conſtantio A. VI. & Conſtant. Cæſ. II. Coss. 353.

VI. *Idem A. & Iulianus Caſ.* * * *

POena capitis ſubiugari præcipimus eos, quos operam ſacrificiis dare, vel colere ſimulacra, conſtiterit. Dat. XI. Kal. Mart. Med. Conſtantio A. VIII. & Juliano Cæſ. Coss. 356.

VII. *Imppp. Gratianus, Valentinianus, &* Theodosius *AAA. Floro PF. P.*

SI qui vetitis ſacrificiis, diurnis nocturniſque, velut væſanus ac ſacrilegus incertorum conſultor, iNmerſerit, fanumque ſibi aut templum ad huiuſcemodi ſceleris excuſationem adſumendum crediderit, vel putauerit adeundum, proſcribtioni ſe nouerit ſubiugandum: Cùm nos iuſtâ inſtitutione moneamus, caſtis Deum precibus excolendum, non diris carminibus profanandum. Dat. XIII. Kal. Jan. Conſtp. Eucherio & Syagrio Coss. 381.

VIII. *Idem AAA. Palladio Duci Oſdroënæ.*

AEdem olim frequentiæ dedicatam, cœtui etiam populo quoque communem, in quâ ſimulacra feruntur poſita, artis pretio quàm diuinitate metienda, iugiter patere publici conſilij auctoritate decernimus: neque huic rei obreptiuum officere ſinimus oraculum, vt conuentu vrbis & frequenti cœtu videatur. Experientia tua, omni votorum celebritate ſeruatâ, auctoritate noſtri ita patere templum permittat oraculi, ne illic prohibitorum vſus ſacrificiorum, huius occaſione aditus, permiſſus eſſe credatur. Dat. prid. Kalend. Decembr. Conſtp. Antonio & Syagrio Coss. 382.

IX. *Idem* * *AAA. Cynegio PF. P.*

NE quis mortalium ita faciendi ſacrificij ſumat audaciam, vt inſpectione iecoris extorumq; præſagio vanæ ſpem promiſſionis accipiat, vel (quod eſt deterius) futura ſub execrabili conſultatione cognoſcat. Acerbioris etenim iNminebit ſupplicij cruciatus eis, qui, contra vetitum, præſentium vel futurorum explorare temptauerint veritatem. Dat. VIII. Kal. Jun. Conſtp. Arcadio A. I. & Bautone V. C. Coss. 385.

* Tribuenda hæc lex *Valentiniano*, Theodosio *& Arcadio.*

X. *Idem*

Digitized by Google

X. *Idem* AAA. ad Albinum PF. P.*

NEmo ſe hoſtiis polluat, nemo inſontem victimam cœdat, nemo delubra adeat, templa perluſtret, & mortali opere formata ſimulacra ſuſpiciat, ne diuinis adque humanis ſanctionibus reus fiat. Iudices quoque hanc formam contineant, vt ſi quis profano ritu deditus templum vſpiam, vel in itinere, vel in vrbe adoraturus intrauerit, quindecim pondo auri ipſe protinus inferre cogatur: nec non Officium eius parem ſummam ſimili maturitate diſſoluat, ſi non & obſtiterit Iudici, & confeſtim publicâ adteſtatione retulerit: Conſulares ſenas, officia eorum ſimili modo: Correctores & Præſides, quaternas: Apparitiones illorum ſimilem normam æquali ſorte diſſoluant. Dat. III. Kal. Mart. Med. Tatiano & Symmacho Coss. 391.

*Valentiniani Iun. hæc Conſtitutio eſt.

XI. *Idem AAA. Euagrio PF. Auguſtali & Romano Com. Aegypti.*

NVlli ſacrificandi tribuatur poteſtas; nemo Templa circumeat, nemo delubra ſuſpiciat, interclusos ſibi noſtræ Legis obſtaculo profanos aditus recognoſcant: adeò, vt ſi qui vel de Diis aliquid, contra vetitum, ſacriſque molietur, nullis exuendum ſe indulgentiis recognoſcat. Iudex quoque ſi quis tempore adminiſtrationis ſuæ fretus priuilegio poteſtatis polluta loca ſacrilegus temerator intrauerit, quindecim auri pondo, Officium verò eius niſi conlatis viribus obuiarit, parem ſummam ærario noſtro inferre cogatur. Dat. XV. Kal. Jul. Tatiano & Symmacho Coss. 391.

XII. *Imppp.* THEOD. *Arcad. & Honor. AAA. ad Rufinum PF. P.*

NVllus omninò, ex quolibet genere, ordine hominum, dignitatum, vel in poteſtate poſitus, vel honore perfunctus, ſiue potens ſorte naſcendi, ſeu humilis genere, conditione, fortunâ, in nullo penitus loco, in nullâ vrbe, ſenſu carentibus ſimulacris, vel inſontem victimam cœdat: vel ſecretiore piaculo, Larem igne, mero Genium, Penates nidore veneratus, accendat lumina, imponat tura, ſerta ſuſpendat. Quòd ſi quiſpiam immolare hoſtiam ſacrificaturus audebit, aut ſpirantia exta conſulere, ad exemplum Maieſtatis, reus licitâ cunctis accuſatione, delatus, excipiat ſententiam coNpetentem, etiamſi nihil contra ſalutem Principum, aut de ſalute quæſierit: ſufficit enim ad criminis molem, naturæ ipſius Leges velle reſcindere, inlicita perſcrutari, occulta recludere, interdicta temptare, finem quærere ſalutis alienæ, ſpem alieni interitus polliceri. Si quis verò mortali opere facta, & æuum paſſura ſimulacra impoſito ture venerabitur, ac (ridiculo exemplo metuens ſubito quæ ipſe ſimulauerit) vel redimita vittis arbore vel erectâ effoſſis arâ ceſpitibus vanas imagines, humiliore licet muneris præmio, tamen plenâ religionis iniuriâ, honorare temptauerit, is, vtpote violatæ religionis reus, eâ domo ſeu poſſeſſione multabitur, in quâ eum Gentilitiâ conſtiterit ſuperſtitione famulatum: namque omnia loca quæ turis conſtiterit vapore fumaſſe (ſi tamen ea

Digitized by Google

in iure fuiſſe turificantium probabuntur) fiſco noſtro adſocianda cenſemus. Sin verò in Templis faniſue publicis, aut in ædibus agriſue alienis tale quiſpiam ſacrificandi genus exercere temptauerit, ſi ignorante domino vſurpata conſtiterit, xxv. lib. auri multæ nomine cogetur inferre: conniuentem verò huic ſceleri par ac ſacrificantem pœna retinebit. Quod quidem ita per Judices, ac Defenſores, & Curiales ſingularum vrbium volumus cuſtodiri, vt ilicò per hos comperta in Judicium deferantur: per illos delata plectantur. Si quid autem ij tegendum gratiâ, aut incuriâ prætermittendum eſſe crediderint, commotioni Judiciariæ ſubiacebunt: Illi verò moniti ſi vindictam diſſimulatione diſtulerint, xxx. librarum auri diſpendio multabuntur: Officiis quoque eorum damno parili ſubiugandis. Dat. vi. Id. Nou. C P. Arcadio A. II. & Rufino Coss. 392.

Digitized by Google

NOTÆ
IN ORATIONEM LIBANII,
Pro Templis Gentilium non exſcindendis.

Ad QVEM Imp. & QVANDO hæc Oratio à Libanio conſcripta fuerit.

PRIMA *mihi ſemper, tum in vulgatis iam ſcriptis euoluendis, tùm in nouis euulgandis, inquiſitio eſſe ſolet,de* Tempore: *vnde in cætera deinceps fides lumenq́ diffunditur. Quare & hoc Orationis iſtius initio inueſtigandum nobis venit, ad quemnam Imperatorem, quoue anno ea conſcripta fuerit. Igitur ad* THEODOSIVM M. *ſcriptam eam vel inde ſatis apertè liquet, quòd vbi Libanius in eâ recenſum egit Imperatorum Chriſtianorum, quidq́ à ſingulis circa Sacrificia Templaq́ Gentilium ſiue conſtitutum ſiue factum fuerit, ediſſeruit, & quidem à Conſtantino M. Conſtantio, Valentiniano & Valente, ilicò eum Imperatorem, ad quem hanc Orationem ſcripſit, proximum & contiguum illis facit, qui ſanè non alius eſt à Theodoſio M. Vt omittam quæ de humanitate iſtius Imperatoris prædicat, quam in Theodoſio M. tot alijs paſſim Orationibus commendat: vt & ea quæ de paganis ad dignitates ab eo ſubuectis narrat, quod Prudentius Theodoſio M. conuenire oſten-*

dit. Sanè id quoque comprobant complurima ex iis quæ ad anni charaĉteriſmum indagandum in eâdem Oratione nobis occurrunt. Ea verò ſunt hæc. Primum ait Libanius, Romæ tùm adhuc ſacrificia ſtetiſſe: atquin prohibita ea ibi A. D. 391. l. 10. C. Th. de Paganis, Sacrificiis & Templis. *Secundò, idem ait, Alexandriæ quoque ſacrificiorum vſum, & Serapidis templum hoc tempore adhuc ſtetiſſe: atquin, cùm ſacrificia per Aegyptum, per Cynegium P P. iam prohibita fuiſſent A. D.* 388. *teſte Zoſimo* lib. 4. *& Idacio* Chronico, *Serapeum quoque tandem ibi ſolo æquatum eſt A. D.* 391. *vt ex Eunapio, Scriptoribuſq; Eccleſiaſticis diſcere eſt: imò & in partem ex* l. 11. C. Th. dicto tit. de Paganis, Sacrificiis & Templis. *Tertiò, quamlibet hoſtiarum ſacrificia in commune locis aliis tùm prohibita fuiſſent, attamen fumigationem ſeu turificationem adhuc Orationis iſtius tempore vbiq; per Orientem licitam fuiſſe Libanius eâ ait: atquin fumigatio quoque à Theodoſio M. prohibita fuit A. D.* 391. *&* 392. l. 11. & 12. C. Th. de Sacrif. pag. *Ex his iam patet, ſcriptam hanc Orationem ante A. D.* 391. *Vt quarto loco patet, ſcriptam eam poſt A. D.* 381. *meminit quippe eâ Oratione Libanius* Flauiani (*Epiſcopi ſcil. Antiocheni*) *& quidem ſuperſtitis: qui eum Epiſcopatum indeptus eſt tertio Theodoſii Magni Imperij anno, i. A. D.* 381. *eundemq; porrò geſſit ad annum vſque* 404. *Sic igitur ſcripta hæc Oratio ſub Theodoſio M. intra hoc decennium, quod decurrit ab A D.* 381. *ad* 391. *Quintò meminit paſſim hâc Oratione Libanius Conſtitutionis Theodoſianæ, quâ is ῥητῶς hoſtiarum ſacrificia inhibuit: ea verò eſt, ſaltem vna inter alias,* lex 9. C. Th de paganis, ſacrificiis & templis, *quæ data eſt ad prædiĉtum Cynegium P P. Orientis A. D.* 385. *Sic ſcripta fuit hæc Oratio intra hoc ſexennium, quod decurrit ab A. D.* 385. *ad* 391. *Et hæc quidem perſpicua ſatis ſunt. Sunt enim & alia duo prætereà, quæ*

Liba-

Digitized by Google

Libanius hîc commemorat, quæ ad temporis characteriſmum educendum vel maximè facerent, ſi tam liquida certaq́ eorum interpretatio foret, quàm conijcere alioquin licet: puta, quæ memorat is de Templo quodam finibus Perſarum proximo, eoq́ magnificentiſſimo, tùm diruto: quod quidem ego de templo Edeſſeno in Oſdroëna accipiendum conijcio: quod quidem adhuc A.D. 382. ſtetiſſe docet lex 8.C.Th.de paganis, ſacrif.& templ. *Item, quæ memorat de quodam viro in dignitate (ſumma ſcil.) nuper poſito, vxori & monachis obnoxio, tùm verò mortuo, cui templorum ſtragem accepto fert: quod quidem ego de præfato Cynegio, qui PP. Orientis fuit ab A.D. 384. ad 388. accipiendum conijcio: qui & ſuomet ipſius Conſulatu, eo anno 388, mortuus eſt, quem Conſulatum etiam Libanius hâc Oratione indicare videatur: ſi modò, (quod autumo) in eâ legendum eſt* ὑπατευκότος, *non* ἠπατηκότος. *Vt proinde, ſuperioribus omnibus expenſis, definiam, hanc Orationem habitam poſt A.D. 388. ante A.D. 391. & ſic Anno Domini 390. Cynegio videlicet iam mortuo, & Tatiano in locum eius ad Præfecturam Prætorianam Orientis ſubuecto: quem Gentiles indulgentiorem iam habuêre, atque adeò ab his laudatus fuit, quod exemplo Zoſimi liquet,* lib.4.p.769. *Quo ſcilicet tempore pacatum Imperium, nouaq́ mœnia à Theodoſio M. excitata fuiſſe Libanius ait: ipſéque Libanius honorarios codicillos Præfecturæ Prætorianæ iam indeptus fuerat (quod ego A.D. 387. vel 388. ex ipſomet Libanio* de vitâ ſuâ p. 76. & 78. *factum colligo.) Quo tempore etiam paſſim in Oriente, & quidem in Syriâ, templa per Monachos, Epiſcopos & Clericos diruebantur, vel vt diruerentur, ijdem agebant. Quales ſanè hoc tempore extitêre Ioannes Chryſoſtomus tùm presbyter Antiochenus, ab A.D. 386. ad A. 398. vt vitæ eius ſcriptores edocent: item Marcellus Apameæ Epiſcopus: de quo Theodoretus,* lib. 5. c. 21: *cùm nulla adhuc conſti-*

Digitized by Google

tutio à Theodoſio M. de templis occludendis diruendiſve promulgata fuiſſet, quod Libanius hâc Oratione exertè teſtatur. Cæterùm, æſtiuo quoque tempore conſcriptam hanc abs ſe Orationem idem indicat. Tandem neque Conſtantinopoli habitam eam, verùm Antiochiæ ſcriptam, non vno argumento colligo, de quo poſteà.

Ad pag. 6. ἐπὶ πολλαῖν πρότερον] Hinc apparet, Libanium hanc Orationem ſcripſiſſe poſt alias plures συμβουλευτικὰς, ad Theodoſium M. à ſe habitas: & ſic, non primis Imperij Theodoſiani annis eam congruere.

Ad pag. 7. τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς, ἧς με τετίμηκας] *Præfecturæ Prætorianæ* codicillos honorarios à Theodoſio M. ſibi collatos indicat his verbis Libanius; vt & rurſùm *fine Orationis*: pariter vt Oratione περὶ τῶν προστασιῶν *pag.* 15. & *initio Orationis* περὶ τῶν δημοσιῶν: & *de vita ſua p.* 78. cuius meminit quoque Eunapius Sardianus, *in vita Libanij*.

τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς] *Præfecturam Prætorianam* μέγεθος τῆς τιμῆς vocat: quare & mox-mox, ob eam ſibi collatam, ſeſe σφόδρα εὖ παθόντα, i. *maximo beneficio* à Theodoſio M. affectum agnoſcit: pariter, vt *dicta Orat.* περὶ δημοσιῶν, χάριν μεγίστην vocat. Fuit ſcilicet Præfectura Prætoriana, omnium dignitatum apex, culmen, faſtigium, pontificium denique honorum, ab Imperatorio ſecundum: de quo alibi, imò iam alij quoque, plena manu.

δόξω μὲν σοι] *Periculoſum* ſibi fore præuidet Libanius apud Theodoſium M. aduerſus eos dicere, qui apud eum τὰ πάντα erant: puta, aduerſus Epiſcopos & Monachos: vtpote quorum ea tempeſtate magna apud Theodoſium M. auctoritas erat.

Ad pag. 8. εἰς ἐμέ τι τείνειν τὴν ὄψιν] Hinc colligat quis, hanc Orationem coràm ipſomet Imp. Theodoſio M. habitam. Quod non adeò firmum puto. Nam & ita ipſe paſſim aliis Orationibus Theodoſium M. tanquam præſentem, qui tamen abſens erat, affatur.

ταῦτα δὴ τὰ σὰ] Theodoſij M. humanitatem, lenitatem, manſuetudinem effert hîc, ſeu prædicat Libanius: vt & alibi

alibi ſæpè : veluti *Orat. περὶ προστασιῶν p. 4.* & *περὶ ἀγγαρειῶν p. 31.* & 47. *περὶ τῶν δεσμωτῶν p. 52. 53. 69.* (quibus locis iam dixi) & aliis paſſim Orationibus.

* Locus mutilus, quo Libanius cœperat iam agere de *Templorum & ſimulacrorum origine :* quòdque ea ab agris initium olim ſumpſiſſent, ob beneficia videlicet & prouentus agrorum.

ἐν ὑπωρείαις] *Templa* Gentilium multa in montibus fuiſſe ait. Quod ex innumeris aliis ſcriptoribus diſcere eſt: atque inter alios, è Frontino quoque, *libro de coloniis p. 90.* Theodoreto, *Græcarum affection. 9. p. 128.* imò & eodem rurſùm Libanio noſtro, *Oratione in Iuliani necem p. 255.*

ἐν ἑκάστῃ ᾗ μετὰ τὸ τεῖχος] *Templa* Gentilium extra muros ciuitatum, quamplurima fuiſſe ait Libanius: quod etiam oſtendit *lex 3. C. Th. de paganis.* (vbi plenè dixi) *Volumus,* inquit, *vt ædes Templorum quæ extra muros ſunt poſitæ, intactæ incorruptæq; conſiſtant.* Sic quidem, vt Libanius ab his Ciuitates initium ſumpſiſſe dicat: vt & quòd ciuitates Deos, quibus templa illa dicata erant, ceu κυβερνήτας, i. rectores, Curatores, Patronos, Præſtites, habuerint. Sic ſanè & *infra mox,* pagos templorum occaſione conſtitutos ait. Quæ ciuitatum & pagorum tùm origo, tùm religio, notanda eſt.

κἂν τῇ μετὰ τὴν μεγίστην δευτέρῃ] *Conſtantinopolim* intelligit Libanius, quæ poſt vrbem Romam (quæ *Magna, Maximaq;* audiebat) ſecunda in orbe Romano iam erat: de quo dixi *ad Veterem orbis deſcriptionem,* etiam ex ipſomet Libanio. Sic ſanè idem *in βασιλικῷ ad Conſtantium & Conſtantem p. 127.* Conſtantinopolim τῆς ἁπασῶν μεγίστης δευτέραν, & *Orat. in Iuliani necem p. 262.* μεγίστην μετὰ τὴν Ῥώμην πόλιν vocat. *v & p. 268.* Interim hinc, & ex altero deinceps loco, apparet, hanc Orationem non Conſtantinopoli habitam, cùm de eâ, tanquam abſente loquatur. Et ſanè, conſcriptam eam Antiochiæ exinde colligo, quòd & Flauianum (Epiſcopum ſcil. Antiochenum) & templa Iouis, Fortunæ, Bacchique quæ Antiochiæ erant, tanquam præſentia, commemorat: imò & monachos in montibus, prope Antiochiam ſcilicet, conſtitutos. Ad pag. 5.

νέοι τινὲς ἔτ' εἰσὶν] *Conſtantinopoli* hac adhuc tempeſtate

Templa Gentilium quædam fuiſſe ait : nam vt maximè de Conſtantino M. ſcriptores memorent, eum Conſtantinopolim ἀπηγλαϊσμένην, & ſine vllo dæmonum templo ſimulacroque condidiſſe, eſſeque voluiſſe, & in his auctor vitæ Conſtantini *lib.3.c.47.* & Auguſtinus, 5. *de ciuitate Dei, c.25.* attamen & Templa quædam Gentilium ibi iam ab antiquo fuêre, & deinceps quoque manſêre.

βελτίω τοῖς ἡττημένοις, &c. καὶ πολιτείας τῆς αὐτῆς μεταδιδόντες] *Romanorum* hæc iactantia fuit, profuiſſe deuictis gentibus, quòd à Romanis ſubactæ fuiſſent : quia & in communionem Reipublicæ ab his adſcitæ fuiſſent. Mitto multorum aliorum ſcriptorum in id concentum, & vel hoc æuo maximè, in quibus & Claudianus. Rutilij ſanè Numatiani Galli verſus huic loco quàm proximi ſunt, *ſine Itinerarij primi.*

Feciſti patriam diuerſis gentibus vnam,
PROFVIT iniuſtis te dominante capi:
Dumq́ue offers victis proprij commercia iuris,
Vrbem feciſti, quod prius orbis erat.

Hoc itaque & nunc vectatur Libanius. Quod tamen ipſum in rem ſuam traxêre Chriſtiani : vide Prudentium *lib.2. adu. Symmachum.*

παίδων τοίνυν ἡμῶν ὄντων, &c.] *Libanius* natus fuit ſub Conſtantino M. A.D.314. quod ipſemet oſtendit, *de vita ſua p.46.* cùm dicat, ſeſe quinquagenarium fuiſſe Iouiano imperante A.D.363. Quare rectè nunc ait, ſeſe Liciniani belli patrati tempore puerum fuiſſe: nam id bellum hoc loco indicat.

ὁ γαλατῶν] Per eum, *qui Gallorum exercitum ducebat*, Conſtantinum M. intelligit: Conſtantinus M. ſcilicet, non tantum Chriſtiana fide in Galliis imbutus, atque inde moto Gallicano exercitu, teſte eius æui Oratore, & Zoſimo *lib.2. p.676*, Maxentium ſuperauit A.D.312. verùm & deinceps quoque robur eius exercitus potiſſimum in milite Gallicano, etiam aduerſus Licinium, extitit. Haud aliter atque Iulius C. olim Romanæ monarchiæ fundamenta Galliarum præſidio iecerat. Contra Libanius hoc loco per *τὸν ἐνυβρίσαντα*, & per *τὸν ἄνδρα* Licinium intelligit.

Digitized by Google

οἱ θεοῖς ἐπῆλθον πρότερον δεξάμενοι, & mox *ἡγησάμενος αὐτῷ λυσιτελεῖν*] Hoc verum quidem de Licinio eſt: at quomodo verum eſſe poſſit de *Conſtantino* M. qui iam belli Maxentiani tempore A.D. 312. Chriſtianus erat? Verùm, neſcio quomodo Gentiles Græcique ſcriptores, poſt Licinianum demùm bellum patratum Conſtantinum M. Chriſtianum nobis fingunt: quo in numero eſt quoque Zoſimus, *lib. 2. p.* 685. Cuius rei hanc cauſam ſuſpicor, quòd ad id vſq; tempus Conſtantinus M. haruſpicinam ſi non probauerat (quod tamen Zoſimus *d. lib. 2.* prodidit) certè tulerat: quod plures ipſius conſtitutiones teſtantur, puta *lex* 1. *C. Th. de paganis, & l.* 1. 2. 3. *C. Th. de maleficis & mathematicis.* Tùm etiam, quia ab eo demùm tempore, in paganorum ritus inſurrexit, Roma videlicet iam digreſſus, non ſine quadam animi læſione & acerbitate: vnde poſteà enatæ in partem ſuaues illæ narratiunculæ, quas *Syluestri acta* & *Conſtantini donatio* continent, vt in tempore oſtendam.

ταῖς πόλεσιν αὐθεῖν παρεσχηκότος] Hoc de *Licinio* verum eſſe non poteſt: ne ipſorum quidem Gentilium iudicio, qui Licinium apertè proſcindunt & proſcribunt: in quibus eſt & alibi Libanius noſter, *βασιλικῷ* p. 106. vt & Iulianus, *in Cæſaribus*: niſi quia is ſacrificiorum vſum templáque, à quibus (vt ſuprà dictum eſt) ciuitates initium ſumpsère, & in quibus agrorum ſpem omnem Pagani ponebant, ſeruauit.

ἕτερον τινα νομίζων θεὸν] CHRISTVM Saluatorem Noſtrum intelligit: cui ſeſe Conſtantinus M. addixit.

τῆς πόλεως περὶ ἣν ἐσπούδασε] *Conſtantinopolim* hîc intelligit Libanius, vt & mox *infrà*. Cæterum verum eſt, quod Libanius ſcribit, Conſtantinum M. in condenda vrbe Conſtantinopolitana ſacris pecuniis vſum, id eſt reditibus & donatiis Templorum Gentilitiorum: Adde & ſimulacris, quæ templis ab eo detracta atque in vrbis ornatum tranſlata, teſte Zoſimo *lib. 2.* & auctore vitæ Conſtantini *lib. 3. cap.* 52. Socrate *lib. 1. c. 12.* Sozom. *lib. 2. c. 4.* In commune ſane eum donaria reditúſque templis detraxiſſe teſtatur etiam vetus author ſubditus *Notitiæ Imperij cap. 2.* Sed & alibi quoque Libanius noſter id ſcribit, ſpoliatos à Conſtantino Deos τῶ

πλέτε Orat. Apolog. 26. *p.* 591. Et Cedrenus quoque *p.* 234. *τὰς τῶν ναῶν προσόδους ἐκκλησίαις δωρεῖσθαι* Conſtantinum iuſſiſſe. De quo v. rurſum ℑ. *in quintâ ratione.* Atque hæc præcipua Conſtantinum M. olim calumniandi materies Gentilibus fuit; veluti Eunapio, *in Aedeſio p.* 41. & Zoſimo *lib.* 2. imò & Conſtantinopolim ipſam: de quo poſtea.

ἐκίνησεν οὐδὲν ἓν : item, *ἅπαντα τὰ ἄλλα*] Ait Libanius *hic* & mox *infrà rurſùm*, imò & *Orat.* 26. *pag.* 591. Conſtantinum Magnum nonniſi reditus & donaria Templis Gentilium detraxiſſe (cæteris, ac nominatim ſacrificiis templiſque intactis.) Quod etiam Iulianus *Orat.* 7. *p.* 424. Theodoretus, *hiſtor. Eccleſiaſt. lib.* 5. *cap.* 20. ſcribunt. Idque in commune verum eſt, niſi quòd extremis Imperij annis nonnulla ſaltem templa (quæ ſuperſtitionum ſcelerumque maximè officinæ erant) non tantum occluſit, verùm etiam ſolo æquauit: quod præter auctorem vitæ Conſtantini *lib.* 3. *c.* 52. 53. 54. & *lib.* 4. *c.* 39. Eunapius ipſemet ſcribit, in *Aedeſio p.* 37. & Oroſius, *lib.* 7. *c.* 28. Hieronymus, *Chronico*: Theodoretus, *Græcarum affectionum lib.* 10. *p.* 44. Gelaſius Cyzicenus *act. Nicæn. lib.* 1. *c.* 7. Imò & ſacrificiorum vſu poſtremùm eundem interdixiſſe (quod tamen Libanius rurſùm *infrà* negat) teſtatur filij eius Conſtantis Imp. *lex* 2. *C. Th. de paganis ſacrif. & templ.* & auctor vitæ Conſtantini *lib.* 2. *c.* 43. 44. & *lib.* 4. *c.* 23. 25. vt & Theodoretus *d. c.* 20. & Cyrus Monachus.

Ad p. 10. *ἐπὶ τὸν δὲ ἐκείνου*] *Conſtantium* Imp. intelligit, qui ſacrificiis apertè ſæpeque interdixit: quod teſtantur plures eius conſtitutiones: puta *lex* 4. 5. 6. *C. Th. de paganis ſacrif.* aliique ſcriptores.

μᾶλλον δὲ τοῦ σχήματος] *Conſtantium* Imp. miniſtris ſuis obnoxium, & quidem iis quos pædagogos habuerat, fuiſſe ait Libanius. Quibus verbis Eunuchos ſeu ſpadones intelligit: penes quos ſub Conſtantio ſumma rerum erat, quod & Ammianus Marcellinus *extremo lib.* 21. teſtatur: & Libanius non hoc tantum loco, verùm & *aliis pluribus* ſiue tradit, ſiue traducit: veluti Oratione *pro Ariſtophane p.* 210. & 225. *in Iuliani necem p.* 292. 297. & *Orat.* 26. *p.* 591. cuius verba proximè huc faciunt: *ἠγάπα δὲ καὶ περὶ αὐτὸν εἶχε καὶ συμβούλους καὶ διδασκάλους ἐποιεῖτο βαρβάροις ἀνθρώποις ὀλέθροις τινὰς εὐνούχους, οἷς ἀφεστήκει*

ἥκει τῶν τῆς βασιλείας ἔργων, αὐτὸς δὲ τοὔνομα παρεῖχε, καὶ ἡ μὲν ἐσθὴς ἐκείνῳ, ἡ δὲ ἐξουσία τούτων. Ait ſcil. Conſtantium nomen veſtemque Imperatoriam obtinuiſſe, Eunuchos verò rem ipſam & poteſtatem. Hinc adeò Iulianus *in Miſopogone* ſub Conſtantio Eunuchos περισκινούμενον ὄνομα fuiſſe ait.

ἀνέψιος] *Iulianum* intelligit, qui Conſtantij ἀνέψιος, i. patruelis erat, vt Libanius hîc diſertè ait, & *Orat. in Iuliani necem p.233.* vt & Iulianus ipſe, *Orat. ad S.P.Q. Athenienſ. & Miſopogone p.89.*

ὅτι δεδρακὼς, ἢ μέλλων ἀφίημι νῦν] Ita quoque, *Orat. in Iuliani necem p.331.* ipſum Iulianum alloquens, ὦ μεγάλα μὲν δράσας, μείζω δὲ μέλλων.

μένει μέν τινα] *Sacrificiorum* vſum ſtetiſſe poſt Iulianum ſub Iouiano & ſub Valente aliquandiu indicat: de quo dixi plenè ad *l.7. C.Th. de paganis.*

νεωτέρων] νεωτεροὶ, pro νεωτεροποιοὶ, νεωτεριςαί.

παρὰ τοῖν ἀδελφοῖν] *Valentinianum* & *Valentem* Impp. intelligit, à quibus ſacrificia tandem prohibita fuiſſe ait: de quo Valente rurſum *infrà bis.*

ἀλλ' οὐ τὸ λιβανωτὸν] *Turificatio* ſeu *fumigatio*, λιβανωτὸς, incenſum, quamlibet ſacrificia prohibita fuiſſent, permiſſa aliquamdiu fuêre: non ſub Valente tantùm, verùm & ſub Theodoſio M. quod Libanius diſertè hîc teſtatur: Qui tandem, vt antea dixi, eam quoque ſuſtulit, poſt hanc Orationem A.D.392. *l.12. C.Th. de paganis.*

ὁ σὸς νόμος] *Theodoſiana* huius conſtitutionis infrà ſæpè meminit, eamque paſſim vrget: qua ſcilicet ſacrificia à Theodoſio M. ῥητῶς prohibita fuerant, at non & fumigatio. Et intelligere omninò videtur Libanius *legem 7. & 9.* imò forte etiam 11. *C.Th. de paganis ſacrif.* quarum penultima data eſt ad Cynegium P P. Orientis, vbi Syria & Antiochia erat, A.D.385. & de quo poſteà: poſtrema verò, ad Euagrium Præfectum Auguſtalem & Romanum Comitem Ægypti, qui ſubſidio poſteà fuêre ad deturbandum Serapeum, teſte Eunapio, *in Aedeſio p.77.* & Theodoreto, *lib.5. c.16.*

μελανειμονοῦντες οὗτοι] *Monachos* hîc & infrà rurſùm Libanius maledictis proſcindit, qui tamen antea Baſilium eo

nomine laudauerat, *ep.143. inter Baſilianas*, quòd is diuitiis renuncians Deo totum ſeſe dediſſet. Et eodem modo proſcindit, quo alij ſcriptores Gentiles, eodem in ludo docti: veluti Eunapius, *Aedeſio p.79.* & *Maximo,p.93.* & Zoſimus,*lib.5.p.*800. & Rutilius Numatianus. Et inter alia quidem, ceu comedones & phagones, potuique indulgentes: quod & ipſum facit Eunapius,*in excerptis Legationum*; & in Ædeſio *d.p.*79. & 82. & Zoſimus *d.lib.*5. Quomodo & ipſiuſmet Epiſcopi Romani conuiuia traduci videmus ab Ammiano Marcellino,Gentili itidem ſcriptore, *lib.27.p.*362.

μελανειμονοῦντες οὗτοι] *Pullatos* monachos vocat Libanius, pariter vt *infrà* rurſum, *ὧν τῆς ἀρετῆς ἀπόδειξις τὸ ζῆν ἐν ἱματίοις πενθούντων*: pariter vt Eunapius *Aedeſio p.*78.*μέλαιναν φοροῦντας ἐσθῆτα*: & *in Maximo* 93. *τὰ φαιὰ ἱμάτια ἔχοντας.* Vt & Zoſimus,*lib.*5.*p* 800. *φαιαῖς ἐσθῆσιν ἠμφιεσμένους.* Pulli ſcilicet coloris fuit habitus monachorum: quod etiam docet Hieronymus, *epitaphio S.Marcelli,* & *ad Marcell.epiſt.*22. Vnde & idem inter alias admonitiones clericos dehortatur, vt à veſte pullâ abſtineant: *veſtes pullas aquè deuita vt candidas*, ad Nepotianum *de vita clericorum ep.*68.

Ad pag 11. *δι' ἀσμάτων*] de *Cantu* monachorum Deo pſallentium vt aliunde res nota,ita & hic inter alios Libanij locus eſt,quo potiſſimùm notabiles erant. Quod verò Libanius ait, monachis in cantus vicem potum ſubmiſſum, atque exinde potui eos indulſiſſe, illud quidem eò reſpicit, quod ſubmiſſa his charitatis ſubſidia ſeu eleemoſynæ: iſtud verò calumnioſum puto,inde forte orta ſuſpicione,quòd cantores apud Gentiles quoque in ſacris vocis lenocinia & guttur potu aliquo ſeu liquido plaſmate conflabant, & colluebant: quod in Eccleſia vetitum, vide Hieronymum, *lib.3. comment. ad cap.5. Epheſiorum*: vnde deſumptus eſt *canon cantantes diſtinct.*92.

ὠχρότητι] *Pallorem* monachorum perſtringit, quem arte quæſitum ait: quem ieiuniis,de quibus *infrà*, alij veriùs tribuunt.

θύουσιν ἐφ' ἱερὰ] *Monachos* Templorum Gentilitiorum diruendorum auctores, imò euerſores præcipuos hac tempeſtate facit Libanius. Sic ſanè & in diruendo mox templo

Sera-

Google

Serapidis Alexandriæ haud poſtremæ eorum partes fuêre: quod ex Eunapio, *Aedeſio: & vitis SS. Patrum p.3.c.4.* colligere eſt. Sic & ſub Arcadio poſteà monachi in templa immiſſi, teſte Theodoreto, *lib.5.c.29.* & Chryſoſtomo, *ep.123.& 126.* & Chryſoſtomi vitæ ſcriptoribus: de quo dico ad *l.16. Cod. Th. de paganis.* Et hæc quidem inter alias cauſa vel potiſſima extitit conuitiorum, quibus eos Chriſtiani nominis oſores onerare ſolerent, Libanius, Eunapius, Zoſimus. Cæterùm & aliàs hoc tempore monachi maximi negotij & momenti rebus interuenêre: quod patet vel ex tumultu illo Antiocheno, de quo Libanius, Chryſoſtomus, aliique, quique incidit in Annum Domini 388. in quo monachi præſto fuerunt Antiochenis vltimo periculo laborantibus ob ſtatuas Imperatorias deiectas, cùm cateruatim è propinquis montibus deſcendiſſent ad eximendos reos qui in ius & ad ſupplicium ducebantur: cuius rei hiſtoriam exequitur Chryſoſtomus, *Orat.17. ad populum,* & Theodoretus *lib.5.c.19.* Patet item ex tumultu, qui Ioannis Chryſoſtomi occaſione exortus fuit: de quo vide vel Zoſimum, *lib.5.p.*800. Eodemque exemplo monachi ſupplicio addictos tùm temporis vindicare auſi, quod Arcadius inhibuit *l.16. C.Th. de pœnis,* &c. Hinc adeò Tyrannicam his auctoritatem obiicit Eunapius, *Aedeſio p.*78. Neque verò in Gentilitiis modò Templis diruendis zelum ſuum oſtentauêre hoc æuo monachi, verùm etiam & hæreticorum, veluti Valentinianorum, quod ex Ambroſio liquet *epiſt.*29. quam Baronius refert ad A.D.388.

μυσῶν λεία] *Myſorum præda.* Frequens iſtud prouerbium in ore ſcriptiſque Libanij, hîc & *Orat. in Iulianum Coſ.p.*236. & *in Antiochico p.*355. & in *Iuliani necem p.*269.

τὸ πολὺ ϑ᾽ ἐν τοῖς ἀγροῖς] *Templa* in agris frequentia fuêre: de quibus vide & Arcadij paulò poſt *l.16. C.Th. de paganis ſacrif. & templis.* vbi dico plenè: v. & *Canonem* 58. *Codicis Africani.* Ea verò quanti fecerint pagani ſeu Gentiles, oſtendit hic Libanij locus: quaſi in his anima agrorum ſpéſq; omnis agricolarum poſita eſſet: contra, quaſi dirutis his fœtus quoque agrorum hebetarentur: Hincque adeò feſta illa conuiuia in agris pagíſque celebrata, de quibus mox. Imò

Digitized by Google

inde *paganorum* nomen ortum pro Gentilibus : quod *alibi* oſtendo. Quia ſcilicet in his diutius ſuperſtitio pagana hæſit, próque ea acrius Gentiles decertauêre. Huc quoque pertinent loca illa conſecrata, ſeu ædiculæ patentes, quæ in compitis agrorum, ſiue triuiis, ſiue quadriuiis, inſtar turrium erant, vbi ruſtici, ſeu pagani agreſtes, finitâ agriculturâ ſacrificia celebrabant, teſte Iunio Philargyro, & Scholiaſte *Perſij*: quæ Perſio *pertuſa compita* dicuntur : A quibus & *compitalia*.

προοίμια τῆς ἐν τοῖς ἀγροῖς κτίσεως] *Templorum* quæ in agris erant occaſione ædificia quoque ibi collata, pagóſque conſtitutos ait Libanius *hoc loco*: pariter vt ſuprà, ciuitates à Templis initium fermè ſumpſiſſe ſcribit.

τῶν γεωργῶν μετὰ τῶν ἐλπίδων] Communis hæc Gentilium ſtoliditas fuit. ſterilitatem & infœcũditatem agrorum à Deorum neglectu procedere quiritantium: vide vel Symmachi *relationem* & *ad eas reſponſ.*

Ad p.12. *ἐστὶ δὲ οὗτος ὁ πόλεμος*] Si hoc verum eſt, tùm nimietas profectò quædam hæc fuerit Chriſtianorum, & in his monachorum, qui templorum diruendorum obtentu ſpecieque, ſua ruſticis ereptum irent, atque in ipſas poſſeſſiones inuolarent, quaſi Dîs ſacratas. Verùm, vt cæteroquin euenit, vt quibus priuatis huiuſmodi executiones ſiue decernuntur, ſiue relinquuntur, non ſemper modum teneant, præſertim vbi zelus religionis acceſſit, ita & templa nominatim non ſine turba aut tumultu diruta, indicat *lex 16. C. Th. de paganis*: & Chryſoſtomus *epiſt.123.126.*

τοὺς μὲν τοῖς λαοῖς ἐγκειμένων] *Monachos & Epiſcopos* ceu demagogos *hic* & rurſum *fine Orationis* traducit Libanius: vt & *Orat. pro Ariſtophane p. 225.*

Ad p.13. *τῷ πεινῆν*, &c.] de *ieiunio* monachorum aliunde notiſſimo, eſt hic quoq; nouus iam Libanij locus : quo ſeſe Deum, (inquit) colere dicebant, *οἱ τῷ πεινῆν ὥς φασι θεραπεύοντες θεόν.* Scilicet pietatis cultúſque pars ea tùm quoque cenſebatur, pariter vt cætera quæ mentem hominis ad cœleſtia ſubueherent, atque ad pietatem ducerent incitamenta vel irritamenta : in quibus fuêre pariter & peregrinationes ad loca ſancta : de quo extat elegans Gregorij Niſſæni *epiſt.*

ποιμένα,

Digitized by Google

ποιμένας, καλοῦσι γὰρ] *Paſtores* vrbium Epiſcopos dictos ait rectè Libanius: quod aliis teſtimoniis comprobare ſuperfluum puto. Libanij certè aperta hæc calumnia eſt, imò abrupta licentia, in os Principis Chriſtiani, Epiſcopos *viros haud multum manſuetos* vel *bonos* vocantis: qui tamen lenitate & manſuetudine potiſſimùm cenſebantur. Hinc interim notandum, querelas de monachis ad Epiſcopos perlatas, vt pote qui Epiſcopis ſubeſſent.

κηφῆσιν] ἐοίκασι] *Monachos* in commune ceu ignauos ἀργοῦντας fucis hîc æquat paganus ſcriptor Libanius: pariter vt eos infrà laboris ruriſque refugas vocat: Cui proximum eſt quod Zoſimus *lib.* 5. *p.* 800. in eodem ludo doctus, ſcribit. At Valens Imp. in *l.* 16. *C. Th. de decurionib.* (quæ eſt Cod Iuſti. *lex* 26. *de decurionib.*) id de nonnullis tantum ignauiæ ſectatoribus dixerat, Curiarum patriæque militiæ videlicet refugis.

στρατείας] *Monachorum multitudinem* indicare exercituique æquare videatur hic Libanius: qui ſcil. vbi opus erat, collati in vnum ingenti numero ferebantur, vel per diuerſa ſpargebantur, quod ſuprà iam indicauit. Quod quidem ex Chryſoſtomo quoque liquet, qui *epiſt. ad Olympiadem, Drungos monachorum* ideò militari verbo dixit, i. globos: & ex Zoſimo, *d. pag.* 800. qui συστήματα πολυάνθρωπα κατὰ πόλεις καὶ κώμας fuiſſe ait. Verùm & hic Libanij locus accipiendus potius videatur, de manu militari, quæ immittebatur ad templa diruenda: de quo *infrà*.

σωφρονιστὰς, τοῦτο γὰρ, &c.] *Officij* ſeu muneris nomen in Oriente hoc æuo obſerua: qui videlicet obſeruarent, ne quà paganorum ſuperſtitio exerceretur: aliuſmodi enim olim σωφρονισταὶ apud Græcos fuère. Peculiarène verò id officij genus fuerit, an alterius officij acceſſio, incertum videri poſſit: nam alioquin Defenſoribus & Curialibus hæc inſpectio incubuit: vt docet *lex* 12. *in fi.* qui forte per *ἐκδήμονας infr. p.* 15. intelliguntur. *&* 13. *C. Th. de paganis ſacrif. & templis*. Ego certe hîc exiſtimem, manum militarem hac voce indicari, quæ ſacrificia inhiberet, & ſacrificantes caſtigaret.

καὶ γεωργῶν] γρ. γεωργιῶν. Eodem pertinet quod Zoſimus ſcribit, *lib.* 5. *p.* 800. monachos magnam agrorum partem ad

ſe tranſtuliſſe : τὸ πολὺ μέρος τῆς γῆς ᾠκειώσαντο.

Ad p.14. τὰ δὲ τείχη ταῦτα τὰ καινὰ] *Noua mœnia* à Theodoſio M. hoc tempore excitata ait Libanius. Neq; dubito & in Thracia & in Macedonia aduerſus Barbaros : & in Perſico limite.

καὶ οἱ θερινοὶ πόνοι] Hinc apparet Orationem iſtam ſcriptam, menſe Iunio, vel Iulio, Auguſtove.

Ad p.15. παραβαίνοντας γὰρ &c.] *Prima* hæc ratio Chriſtianorum & monachorum in templa irruentium fuit, & quidem ſub Theodoſio M. nempe, quòd in his ſacrificia contra vetitum agitarentur : quod tamen negat Libanius, inanémque hunc Chriſtianorum obtentum fuiſſe vult. Ergo Templa ideò diruenda cenſebant Eccleſiaſtici, vt his deiectis atque ſublatis omnis ſuperſtitionis materia conſumeretur, vt Arcadius Theodoſij M. filius in ſimili ſcribit *dict. l.16. C.Th. de paganis.* Cui tamen rationi non ſemper neque vbique Principes Chriſtiani detulêre, contenti Templis ſimulacra aráſque, omneſque ſuperſtitionis illecebras detrahere : templis inter hæc vel intactis incorruptíſque, vel occluſis, vel certè ad alium vſum tranſlatis, *l.3.4.8.15.18.19. C.Th. de paganis :* de quo ℐ.

τῷ πράκτορος χλαμύδας φέροντες] γρ. χλαμύδα, i. qui ne quidem Exactoris viliſſimi chlamydem contemnere poſſint. Ita ſcilicet hunc locum accipio : Nulli veriſimile videri poſſe, Gentiles Imperatoris Legi ſeſe opponere, qui ne Exactorem quidem viliſſimum contemnere, eíque ſeſe opponere audeant. *Chlamys* vt propria militum veſtis fuit, quod notiſſimum, ita & Exactores quoque ea vſi : ſicut & vſi Cohortalini, teſte Paulino *epiſt. 7. ad Seuerum*, qui erant viles apparitores. Vt omittam alios, *Cohortalinus* ἁπλῆς θυρωρὸς τῶ πραιτωρίω. Vetus Gloſſ.

ἐλέγετο μὲν καὶ παρὰ φλαυιανῷ] *Epiſcopalis* muneris pars fuit, paganæ ſuperſtitioni contra ire. Quare & delati hoc æuo apud Epiſcopos ſacrificantes, quod hic Libanius teſtatur. Et verò *l.19. C.Th. de paganis ſacrif.* hunc in finem Epiſcopis manus militaris data, ad prohibendos ſacrilegos paganorum ritus. Sic etiam ſi templa Imperatoris mandato diruenda eſſent, ad Epiſcopos eius rei executio pertinebat : vt patet exemplo Theophili Epiſc. Alexandrini, in Serapidis

dis

Digitized by Google

dis templo diruendo: de quo Eunapius, *in Aedeſio*, & ſcriptores Eccleſiaſtici, & Zoſimus *lib.5.pag.799.* Alioquin delati quoque ſacrificantes apud Iudices: *lex 12. Cod.Theod. de paganis.*

Φλαβιανὸς] *Flauianus* hic non eſt ille, qui P P. Illyrici & Italiæ hoc tempore extitit, cui variæ conſtitutiones vtroque Codice inſcribuntur: pertinet enim hæc Libanij Oratio ad Orientem, ac nominatim ad Syriam. Quare neque Flauianus hîc accipiendus eſt Proconſul Aſiæ A.D.383. cui inſcribitur *lex 18.C.Th.de ſuſcriptoribus.* cuiúſque meminit ipſe Libanius *Oratione inedita* κατ' Ικαρίου. mentioq; etiam extat in Himerij Sophiſtæ eclogis, *apud Photium, num.168.* ad quem denique pertinere videtur quod Symmachus ſcribit *lib.2. ep.24.* Quid igitur? Flauianus hic eſt ille, qui iam inde ab A.D.381. Epiſcopus Antiochenus extitit: quique anno 388. apud Theodoſium M. cauſam Antiochenorum tumultuãtium egit, vel potius deprecatorem. Denique hic eſt Flauianus, qui cùm in ſede Antiochenâ oppoſitos haberet Paulinum, mox & breui tempore Euagrium, potiore tamen loco tandem, ac nominatim apud Imp. Theodoſium habitus fuit: atque ideò etiam apud eum delati ſacrificantes.

πολλὰ δ' αὖ γείτοσιν &c.] *Aemulatio* inter vicinos. Cæterùm eodem olim argumento Chriſtiani Gentilium calumnias retundebant: vide vel Tertulliani *libros ad Nationes*, eiuſdemque *Apologeticum*. Ad p.16.

ἀλλ' οὐκ ἀρνήσει] *Secunda* ratio Chriſtianorum, ob quam Templa hoc æuo diruenda cenſebant: nempe, quòd etſi Gentiles non principaliter ſacrificarent, attamen inter epulas & conuiuia feſtiuitatéſque gentilitias boues coederent.

ἀλλ' ἐπὶ θοίνῃ &c.] *Conuiuia feſta* pagani in honorem Deorum publicè agitauêre, epulatique: inque his bouicidia ſeu βουθυσίαι agitabantur. Quæ conuiuia etiam conſtitutionibus Imperatorum Chriſtianorum modò conceſſa fuerunt, abſque vllo tamen ſacrificio aut ſuperſtitione, veluti decennio poſt Honorij *l.17.C.Th.de paganis:* modò penitus interdicta ab eodem *l.19. eod.tit.* quod & Eccleſiæ Patres aliquando petierant: vt fidem facit *canon 60.* Codicis Africa-

Digitized by Google

ni. Horum alioquin conuiuiorum ſeu epularum frequens mentio tùm apud alios tùm apud Patres: videndus ſaltem Tacitus *Annali* XV. Iuuenalis *Satyra* 15. Ioſephus *lib.7.de bello Iudaico,c.*10. Minutius Felix *p.*26. Tertullianus, *Apologetic. c.*35. & 42. Theodoretus, *Eccl.hiſtor.lib.*5.*c.*20.*in fi.* & *Græc.affect.*7.*p.*108. Cæterùm agitata hæc conuiuia non tantum publicè in foro vicatimque & per vicinias, focis & toris in publicum eductis: verùm &, hac præſertim tempeſtate, in *agris* nobilioribus ſeu amœnis, quò ex minoribus coibatur, quod Libanius teſtatur: fumigationéſque ibi in agris factæ (quod etiam docet *lex* 12.*Cod.Th.de paganis*) cantúſque inter epulas habiti, Diíque inuocati.

Ad p.17. φήσουσι, τινὰς ἑτέρους] *Tertia* ratio diruendorum Templorum Gentilitiorum: nempe quod hac ratione, pagani ad Chriſtianum cultum traducerentur. Hanc, inquam, inter alias obtendiſſe rationem Chriſtianos monachóſque ait Libanius, quos tamen id ſimulaſſe tantum, ſeu hypocritas fuiſſe addit: pariter vt Themiſtius duabus orationibus, de quibus mox, in ſimili re.

Ad p.18. δεῖ γὰρ δὴ τά γε τοιαῦτα &c.] *Religionem* non cogi, verùm perſuaderi oportere ait Libanius: & quidem allegata in id ipſorummet Chriſtianorum lege ſeu ſententia. Quæ lex notanda eſt: cui cùm ſubſcribant tot alij ſcriptores Chriſtiani, in his eſt quoque hæc Athanaſij ſententia *epiſt. ad ſolitariam vitam agentes*: οὐ γὰρ ξίφεσιν, ἢ βέλεσιν, οὐδὲ διὰ στρατιωτῶν ἡ ἀλήθεια καταγγέλλεται, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ συμβουλίᾳ. Neque hoc loco tantùm Libanius, verùm alibi hoc argumentum pluribus perſequitur: puta *Orat. in Iuliani necem p.* 290. vbi inter alia id quoque addit, quod huic loco maximè conuenit, quod per coactionem fiat σκιαγραφία τῆς μεταβολῆς, οὐ μετάστασις δόξης. Iulianus quoque ſæpe id palàm profeſſus eſt, verùm eo iam fine, vt ſub larua cuiuſdam æquitatis, eò tectius pérque cuniculos ſeu perſecutione clancularia rem Chriſtianam, Chriſtianoſque, attereret, de quo *in Iuliano noſtro.* Themiſtius quoque idem argumentum egregiè tractat, *Oratione ad Iouianum* 12. & altera *ad Valentem*, quæ Latinè tantum à Duditio edita eſt: quia vterque Princeps ἐθελοθρησκείαν ſanxerat. Denique paganis tùm demùm hæc dia ſententia placere

cere cœpit, vbi iam verſo cardine apertè vim intentare ipſi ampliùs non poſſent, vel ſibi ſaltem cautum vellent: Nam quando ſuperiores ſeu potiores erant, crucibus, machæris, ignibus, leonibus in Chriſtianos ab his pertinaciter & crudeliter ſæuitum, nequicquam tùm ſuperiorem ſententiam obtendentibus Chriſtianis. Ita ſcilicet amat ſuperſtitio, ſibimet diſſidens, vt modò huc, modò illuc inclinet, prout crudelitas, metúſve auſpicium fecerint.

ἀλλά, τὸ μηδ' εἶ] *Quarta* ratio diruendorum Templorum: nempe quòd vtile id eſſet Orbi Romano, vt ne ea manerent. Neque tamen vtilitatis ſpeciem ſatis exprimit Libanius: niſi quod ex ſequentibus apparet, Chriſtianos in eo vtilitatem Imperij conſtituiſſe, quòd Chriſtiana religione indies proficiente, contra pagana ſuperſtitione exoleſcente, victoriæ de hoſtibus eò feliciùs procederent.

εἰ πάντων γοῦν] Commune hoc argumentum & delirium Gentilium hoc æuo quoque fuit, quaſi religionibus Romanis imperium in eam magnitudinem excreuiſſet: quod refutant paſſim ſcriptores Chriſtiani: vide vel Tertullianum, Arnobium, Symmachum, Prudentium. Ad p. 19.

οἱ τὴν Ῥώμην] *Romæ* hoc adhuc tempore ſacrificia conceſſa fuiſſe ait: quæ ſanè ibi prohibita Theodoſij M. conſilio à Valentiniano Iun. A.D. 391. *l. 10. C. Th. de paganis ſacrificijs.* Ex hoc interim loco, & altero mox de ſacrificiis hoc tempore Alexandriæ quoque conceſſis, obſeruandum Libanij inſtitutum, qui indulgentiam Principum, qui alicubi adhuc ſacrificiorum templorúmque vſum ſtare patiebantur, in legitimæ publicéque probatæ religionis argumentum vertit: cùm, vti dixi, hæc indulgentiæ ſingularis fuerint, & quidem in duabus maximis & populoſiſſimis vrbibus, moríſq; veteris retinentiſſimis: vbi non tam facilè, certè non ſimùl & ſemel mores vertuntur, vertíue poterant. Quod mox tamen effectum. Ad p. 20.

ἀλλά καὶ τῇ τοῦ Σαράπιδος] *Alexandriæ* Serapidis templum, & ſacrificiorum vſum hoc tempore adhuc ſtetiſſe Libanius ait: quæ ſanè A.D. 391. ibi prohibita dirutáque: de quo vide Eunapium, *Aedeſio*, & hiſtoriæ Eccl. ſcriptores, & *l. 11. C. Th. de paganis ſacrif. & templ.* Ad p. 21.

ni. Horum alioquin conuiuiorum ſeu epularum frequens mentio tùm apud alios tùm apud Patres: videndus ſaltem Tacitus *Annali* XV. Iuuenalis *Satyra* 15. Ioſephus *lib. 7. de bello Iudaico, c.* 10. Minutius Felix *p.* 26. Tertullianus, *Apologetic. c.* 35. & 42. Theodoretus, *Eccl. hiſtor. lib.* 5. *c.* 20. *in fi.* & *Græc. affect.* 7. *p.* 108. Cæterùm agitata hæc conuiuia non tantum publicè in foro vicatimque & per vicinias, focis & toris in publicum eductis: verùm &, hac præſertim tempeſtate, in *agris* nobilioribus ſeu amœnis, quò ex minoribus coibatur, quod Libanius teſtatur: fumigationéſque ibi in agris factæ (quod etiam docet *lex* 12. *Cod. Th. de paganis*) cantúſque inter epulas habiti, Diíque inuocati.

Ad p. 17. φήσουσι, τινὰς ἐπέσεις] *Tertia* ratio diruendorum Templorum Gentilitiorum: nempe quod hac ratione, pagani ad Chriſtianum cultum traducerentur. Hanc, inquam, inter alias obtendiſſe rationem Chriſtianos monachóſque ait Libanius, quos tamen id ſimulaſſe tantum, ſeu hypocritas fuiſſe addit: pariter vt Themiſtius duabus orationibus, de quibus mox, in ſimili re.

Ad p. 18. δεῖ γὰρ δὴ τά γε τοιαῦτα &c.] *Religionem* non cogi, verùm perſuaderi oportere ait Libanius: & quidem allegata in id ipſorummet Chriſtianorum lege ſeu ſententia. Quæ lex notanda eſt: cui cùm ſubſcribant tot alij ſcriptores Chriſtiani, in his eſt quoque hæc Athanaſij ſententia *epiſt. ad ſolitariam vitam agentes*: οὐ γὰρ ξίφεσιν, ἢ βέλεσιν, οὐδὲ διὰ στρατιωτῶν ἡ ἀλήθεια καταγγέλλεται, ἀλλὰ πειθοῖ καὶ συμβουλίᾳ. Neque hoc loco tantum Libanius, verùm alibi hoc argumentum pluribus perſequitur: puta *Orat. in Iuliani necem p.* 290. vbi inter alia id quoque addit, quod huic loco maximè conuenit, quod per coactionem fiat σκιαγραφία τῆς μεταβολῆς, οὐ μετάστασις δόξης. Iulianus quoque ſæpe id palàm profeſſus eſt, verùm eo iam fine, vt ſub larua cuiuſdam æquitatis, eò tectius pérque cuniculos ſeu perſecutione clancularia rem Chriſtianam, Chriſtianoſque, attereret, de quo *in Iuliano noſtro*. Themiſtius quoque idem argumentum egregiè tractat, *Oratione ad Iouianum* 12. & altera *ad Valentem*, quæ Latinè tantum à Duditio edita eſt: quia vterque Princeps ἐθελοθρησκείαν ſanxerat. Denique paganis tùm demùm hæc dia ſententia placere

Digitized by Google

cere cœpit, vbi iam verſo cardine apertè vim intentare ipſi ampliùs non poſſent, vel ſibi ſaltem cautum vellent: Nam quando ſuperiores ſeu potiores erant, crucibus, machæris, ignibus, leonibus in Chriſtianos ab his pertinaciter & crudeliter ſæuitum, necquicquam tùm ſuperiorem ſententiam obtendentibus Chriſtianis. Ita ſcilicet amat ſuperſtitio, ſibimet diſſidens, vt modò huc, modò illuc inclinet, prout crudelitas, metúſve auſpicium fecerint.

ἀλλά, τὸ μηδ' εἶ)] *Quarta* ratio diruendorum Templorum: nempe quòd vtile id eſſet Orbi Romano, vt ne ea manerent. Neque tamen vtilitatis ſpeciem ſatis exprimit Libanius: niſi quod ex ſequentibus apparet, Chriſtianos in eo vtilitatem Imperij conſtituiſſe, quòd Chriſtiana religione indies proficiente, contra pagana ſuperſtitione exoleſcente, victoriæ de hoſtibus eò feliciùs procederent.

εἰ πάπω γε] Commune hoc argumentum & delirium Gentilium hoc æuo quoque fuit, quaſi religionibus Romanis imperium in eam magnitudinem excreuiſſet: quod refutant paſſim ſcriptores Chriſtiani: vide vel Tertullianum, Arnobium, Symmachum, Prudentium. Ad p. 19.

οἱ τὴν Ῥώμην] *Romæ* hoc adhuc tempore ſacrificia conceſſa fuiſſe ait: quæ ſanè ibi prohibita Theodoſij M. conſilio à Valentiniano Iun. A.D. 391. *l. 10. C. Th. de paganis ſacrificijs.* Ex hoc interim loco, & altero mox de ſacrificiis hoc tempore Alexandriæ quoque conceſſis, obſeruandum Libanij inſtitutum, qui indulgentiam Principum, qui alicubi adhuc ſacrificiorum templorúmque vſum ſtare patiebantur, in legitimæ publicéque probatæ religionis argumentum vertit: cùm, vti dixi, hæc indulgentiæ ſingularis fuerint, & quidem in duabus maximis & populoſiſſimis vrbibus, moriſq; veteris retinentiſſimis: vbi non tam facilè, certè non ſimùl & ſemel mores vertuntur, vertíue poterant. Quod mox tamen effectum. Ad p. 20.

ἀλλά καὶ τῇ τοῦ Σαράπιδος] *Alexandriæ* Serapidis templum, & ſacrificiorum vſum hoc tempore adhuc ſtetiſſe Libanius ait: quæ ſanè A.D. 391. ibi prohibita dirutáque: de quo vide Eunapium, *Aedeſio,* & hiſtoriæ Eccl. ſcriptores, & *l. 11. C. Th. de paganis ſacrif. & templ.* Ad p. 21.

Digitized by Google

τῇ τοῦ Σαεράπιδος] *Alexandriam* de Serapidis templo deſignat vocátque hîc Libanius: quia id ibi maximè ſpectabile, viſúque dignum erat: eiúſque occaſione potiſſimùm Alexandria frequentata; vti docet Eunapius, *Aedeſio p.74.* v. & Theodoretum, *lib.5.c.20.* & Ammianum, & *Veterem Orbis deſcriptionem*, ad quam plura notaui.

δι' ὧν κοινῶν ἁπάντων αὐθρώπων] *Canonem* Alexandrinum intelligit Libanius: de quo affatim dixi ad illam *Veterem Orbis deſcriptionem, cap. de Alexandria & de Aegypto.* Cæterùm de Nili fœcunditate, limóque quem is ſuperducit, iam nota res eſt: vt & de paganorum iactantia, ſuis ritibus Nili officia, reique frumentariæ copiam adſcribentium: quam quomodo retuderint Chriſtiani, in Conſtantini Magni, & Theodoſij M. potiſſimùm rebus videre eſt.

Ad p.22 ὅταν τοίνυν] *Quinta* ratio Chriſtianorum & monachorum in templa irruentium ſub Theodoſio M. deſumpta eſt à præiudiciis aliorum ætate ſuperiorum Principum Chriſtianorum: & primùm quidem, præiudicio Conſtantini M. qui templa ſpoliauit, annonáſque ſeu reditus templorum donariáque detraxit, de quo iam ſuprà quoque.

ἀλλά τις &c.] Iudicium pagani ſcriptoris licentiæ plenum obſerua, apud Chriſtianiſſimum Principem Theodoſium M. (pariter vti mox de Conſtantio) quaſi Conſtantinus M. ideò infelix alicubi fuerit, quia reditus & donaria Templis detraxiſſet.

αὐτὸς μὲν αὑτὸν μενῶν] Indicare videtur Libanius, quæ Conſtantinus M aduerſus Criſpum filium, & Fauſtam coniugem admiſit.

ἐπ' ἀλλήλους τε ἰόντων] Conſtantini M. tum fratres, & ex fratribus nepotes, tùm filios intelligit: quorum illi Conſtantino M. mortuo, à Conſtantio ſublati fuerunt: puta ſex patrueles, patrui duo, vt Iulianus prodit *Orat. ad S.P.Q. Athenienſ.p.497.* v. & Victorem, Iulianum *Orat.7.p.424.* Eutropium, Zoſimum *lib.2.* Socratem *lib.3.c.1.* imò & Libanium noſtrum *Orat.7.in Iuliani Imp.Coſ.p.236.* & *Orat.in Iuliani necem p.262.* Ex his verò Conſtantinus Iun. bello contra fratrem Conſtantem apud Aquileiam interfectus fuit: & Conſtans ipſe, per Magnentij tyrannidem.

καὶ λε-

Digitized by Google

καὶ λελειμμένης μηδενὸς] *Conſtantini* M. ſtirps in Conſtantio defecit.

πλὴν τῶν ἐκεῖ κακῶς τρυφόντων] *Conſtantinopolitanis τρυφὴν* pagani ſcriptores obiectauêre : neque Libanius tantùm hoc loco, & altero tertióque *de vita ſua p.66. & 82.* verùm etiam Eunapius, *Aedeſio p.41.* & Zoſimus *lib.2.p.687.* & Themiſtius *Orat.9.* ὁ δὲ Κωνσταντίνου δῆμος ὁ τρυφῶν. Et ita quidem, vt queratur Libanius hîc, alias ciuitates & prouincias ſui nuditate Conſtantinopoli abundantiam præſtare : Quod & ipſum pariter Eunapius *dicto loco* ſcribit : imo & Libanius rurſùm *de vita ſua, d. pag. 82.* ἐν Θρᾴκης πόλει, τῇ τῶν ἄλλων πόλεων τρυφώσῃ τοῖς ἱδρῶσι. Imò & ipſi Conſtantino M τρυφὴν vltimis Imperij annis obiectauêre Gentiles ſcriptores Conſtantinopoli agenti : veluti Iulianus, *Cæſaribus:* Eunapius *Ædeſio p.41.* Zoſimus *lib.2.p.687.*

καὶ ὅταν τοίνυν] Alterum *Conſtantij* præiudicium, quo ſe quoque Chriſtiani & monachi tuebantur, qui & ipſe non tantum ſacrificia prohibuerat, verùm & templa partim diruerat (de quo iam ſuprà) partim donauerat, retundere conatur hîc Libanius : nempe id exitioſum Conſtantio fuiſſe, ſimùl & donatariis : quorum ille bello Perſico illigatus ſemper fuerit, Perſicóſque procinctus eo loco habuerit, quo pueri lemures : quibus ſimilia idem ſcribit *Orat. in Iuliani necem p.309.310.311.* vbi inter alia pariter ait, Perſarum ſolum nomen militibus Conſtantij terrori fuiſſe, imò & Perſas vel in tabulis pictos : hi verò infelicem exitum ſortiti ſint. De aſſiduis alioquin Perſarum motibus ſub Conſtantio aliunde notum.

οὐκ ἐλάττω περὶ τοῦτο πονησάντων] Ingentem in diruendis templis paganorum laborem ob egregiam lapidum coagmentationem, ſolidamque & firmè compactam ſtructuram in genere repræſentat hîc Libanius : pariter vt Theodoretus *lib.5.cap.21.* in ſpecie, in diruendo fano Iouis Apameæ circa hæc ipſa tempora, qui locus omninò conſulendus eſt.

δῶρα ναοὺς τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐδίδου] *Templa* priuatis à Conſtantio Imp. donata, & quidem rerum viliſſimarum inſtar, ait hîc Libanius : qui idem *Oratione in Iuliani necem pag. 253.* ea quoque meretricibus ad habitandum à Conſtantio con- Ad p 25.

Digitized by Google

ceſſa ait: *ἱερὰ δὲ καὶ νεὼ τοὺς μὲν ἐκλεισε, τοὺς δὲ κατέσκαψε, τοὺς δὲ βεβήλοις ἀποφλαύρας πόρνοις ἐνοικεῖν ἔδωκε.* Quod ipſum & de reditibus donariiſque templorum ſcribit *Orat. in Iuliani necem p.* 266. *τὸν τῶν ἱερῶν πλοῦτον εἰς τοὺς ἀσελγεστάτους μεμερισμένον.* Sanè de locis Templorum quæ priuatis donata à Principibus Chriſtianis, & in his à Conſtantino M. & Conſtantio fidem faciunt variæ conſtitutiones, & in his *lex* 8. *C. Th. de iure fiſci.* vbi plenè dico.

κακὰ δὲ] *Infelicitatis* cauſam Libanius templis Gentilium violatis imputat: tùm eius, quæ Conſtantino M. eiúſque familiæ obtigit, vt & Conſtantio: tum & quæ priuatis, donatariiſque, qui templorum ſpoliis ditati fuerant, qui ea vel in alios vſus & profanos vertêre, vel deſtruxêre excitandis ſeu ædificandis ædibus. Quò pertinet eiuſdem Libanij locus *ἐν ἠθικῷ εἰς τοὺς πλουτοῦντας ἀδίκως.* p. 941. *οἱ δὲ καὶ τεμένη [ἀφελόμενοι] καὶ νεώς, κτήματα αὐτῶν ἐποιήσαντο, εἶτα μάλα δυσχερῶς ἐκείψαντες τὰ ἴδη, ξύλων ἢ ἀχύρων τοὺς νεὼς ἔπλησαν· οἱ δὲ αὖ ἀνδρειότεροι καὶ καθελόντες οἰκίας ᾤκησαν τῶν ἐκεῖθεν λίθων πεποιημένας· ὧν οἱ μὲν ἔδοσαν ἤδη δίκην, οἱ δὲ οὔπω μέν. οὐκ ἔστι δὲ ὅ,τι αὐτοὺς ἐξαιρήσεται· λέγων δι' αὐτούς, καὶ παῖδας λέγω, καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων.*

ἐν μέσῳ τῶν κιόνων] Sic idem Libanius, *in ſupplemento Orationis πρὸς ἰκάριον, inedito. ἀπὸ τῶν ἐν μέσῳ τῶν κιόνων σκηνῶν. Columnas* autem hîc intelligit, præcipuum Templorum Gentilitiorum ornamentum, quæ exinde in priuata ædificia tranſlata fuerant: cuiuſmodi columnas Iulianus Apoſtata, Conſtantio Imp. mortuo, templis reddi voluit: quod idem Libanius ſcribit *Oratione in Iuliani Imperatoris necem pag.* 291. *χρήματα δὲ ἐτέλουν οἱ τοῖς τῶν ἱερῶν λίθοις σφίσιν αὐτοῖς οἰκίας ἐγείροντες, καὶ κίονας εἶδεν ἄν τις τοὺς μὲν ναυσί, τοὺς δὲ ἐφ' ἁμαξῶν τοῖς σεσυλημένοις κομιζομένους θεοῖς.* De quibus templorum columnis, aliiſque templorum ornamentis, non eſt hic dicendi locus. Nos enim in his Notis nil aliud fermè præſtamus, quàm vt Libanij mentem aſſequamur, dein vt Orationi huic fidem & concentum vel ex hiſtoria, vel ex aliis eiuſdem Libanij Orationibus adſtruamus. Sanè hùc etiam pertinet, quod Libanius *εἰς τοὺς πλουτοῦντας ἀδίκως p.* 941. ſcripſit. *καὶ καθελόντες οἰκίας ᾤκησαν τῶν ἐκεῖθεν λίθων πεποιημένας.*

καὶ νεὼ ὃς ἀγλ μὲν] *Æſculapij ὀνειροπομποῦ templum in Cilicia* hoc

Digitized by Google

hoc tempore medicaminibus inter Gentiles nobile fuiſſe ait, quò multi confluxerint opis cauſa. Intelligit autem id Æſculapij templum, quod Ægis vel Ægeis (de qua Ciliciæ vrbe videndi Geographi aliíque) celeberrimum fuit: cuius Templi meminit Philoſtratus in vita Apollonij *lib.1. cap.5. p.8. & c.6.7.8.9.* & in vitis Sophiſtarum, *in Antiocho pag.566.* ſed & author vitæ Conſtantini M. *lib.3.c.54.* & Sozomenus, *lib.2. c.4.* vbi ait, templum id ἐπισημότατον fuiſſe & σεβάσμιον τοῖς πάλαι: quod ibi Æſculapij inſomniis monitúque (συνταγὰς Græci vocant) malis homines liberari Ægeatæ gloriabantur: Quos ſecuti quoque Zonaras & Nicephorus. Qui tamen omnes à Conſtantino M. id templum dirutum ſcribunt: cùm Libanius hîc Conſtantio id potius adſcribat: de quo dicam, ſi Deus dederit, ad *eos de vita Conſtantini libros.*

τὸ γινόμενον ἴσμεν] *Iuliani* Imp. elogia obſerua: qualia plura apud Libanium alibi occurrunt: ac nominatim Orationibus *in Iuliani Coſ.* & in *Iuliani necem*: ob ſacrificia videlicet templáque reſtituta. Ad p.14.

τὴν Περσῶν δὲ καθελόντα: & mox μέλλων δὲ] Perſas iam deuictos à Iuliano Imp. cum is percuſſus fuit, aſſerit hîc Libanius, vt & *Oratione in Iuliani necem p.303. & 308.* Legatóſque à Perſis pacem oratum iam decretos: idque omnibus notum eſſe: quod & ipſum duobus aliis locis prodit: puta *Orat. in Iuliani necem p.303. & de vita ſua p.45.*

προδοσίᾳ: & mox: δόλῳ μὲν] Proditione dolóque Iulianum interfectum vult Libanius, hîc & alibi, *in Iuliani necem*: cui ſubſcribunt & alij ſcriptores Gentiles: Et quidem dolo Chriſtianorum, quod idem Libanius indicat *Orat. in Iuliani necem p.324.*

παρ' ὧν ἀκούσας] Oraculum iſtud extat apud Suidam in *voce* Ἰουλιανὸς, quod ibi primore loco poſitum eſt, & incipit, ἀλλ' ὁπόταν &c.

ἠσπάζετο τὸ τραῦμα] Huic omninò quod de Iuliani animi fortitudine vulnere accepto ſcribit hîc Libanius, conueniunt quæ idem narrat *Orat. in Iuliani necem p.304.323.329.* & Ammianus Marcellinus *lib.25.p.312.313.*

Ἀχαιμενίδας] i. Perſas: ita quoque eos vocat *Orat. in Iuliani necem p.268.* Ad p.24.

Digitized by Google

ἐγὼ δὲ ἠξίουν] Locus hic iam ſecundus eſt è tribus de Valente Imper. quem ait Libanius etiam hoſtium templis peperciſſe, proque iis quæ in orbe Romano erant, periculum etiam adiiſſe.

εἰ γὰρ πανταχόθεν] Argumentum iſtud vel præcipuum paganorum erat ſub Chriſtianis Imperatoribus, cur Templa ſtare oporteret: nempe, quòd Ornatus publicus in his cōſiſteret, & quidem proximè poſt Palatia Imperatorũ: Quam rationem etiam pro ara Victoriæ reſtituẽda apud Valentinianum Iun. vrgebat Symmachus *relatione ſua*. Et verò Chriſtiani quoque Principes aliiq; aliquando Templis ſtatuiſq; hac inter alias ratione pepercêre: vt docet *lex* 3. 8. 15. 18. *C. Th. de paganis*: v. & Prudentium *lib.* 1. *adu. Symmachum v.* 503. qui incipit, *ô proceres liceat.*

δεῖ δὲ οἶμαι τῷ φόρῳ] Secundum hoc paganorum argumentum, quo ſub Chriſtianis Imperatoribus perſuadere conabantur, ne Templa exſcinderentur, ab *vtilitate* deſumptum eſt: nempe quod vectigalia ex locatione Templorum colligi poſſent, eaque in alios vſus transferri: de quo dico ad *leg.* 22. *C. Th. de operibus publ.* quæ inſcribitur Comiti Orientis, & ad *leg.* 19. *C. Th. de paganis*. Sanè ita loca iuris templorum locata docet *lex* 4. & 5. *C. Th. de locatione fundorum iuris emphyt. & templor.* Et templa ipſa in vſus alios commutata docet quoque Auguſtinus *epiſt. ad Maximum Madaurenſem.*

Ad p. 26. καὶ οὖν τῶν μὲν βασιλέων οἱ νεῷ κτήματα] *Templa* ſemel religioni vel ſuperſtitioni ſuæ detracta fiſcóque delata pari iure quo cæteras res fiſcales haberi definit Libanius.

στρατόπεδον καὶ στρατηγὸν] *Exercitu manuq;* militari & Ducibus opus quandoque fuit ad Templa exſcindenda, ad amoliendam ſcilicet turbam & tumultum. Sic ſanè & in deturbando Serapeo Alexandriæ Præfectus Auguſtalis & Comes Ægypti Theophilo Epiſcopo ſubſidio fuère, teſte Eunapio *in Aedeſio pag.* 77. & Theodoreto *lib.* 5. *cap.* 16. & fidem facit *lex* 11. *C. Th. de paganis*. Sic & Apamæam Comes Orientis cum duobus Tribunis miſſus ad deiiciendum Iouis fanum: teſte Theodoreto *lib.* 5. *cap.* 21. Sic δεξιᾷ στρατιωτικῇ deturbatum Ægis Æſculapij fanum, vt teſtatur auctor

vitæ

vitæ Conſtantini *lib.3.cap.54.* Sic etiam manus militaris facultas tributa Epiſcopis ad inhibendos ritus ſacrilegos, *d.l.19.C.Th.de paganis.*

ὧν τὸ πέρας] *Dedicationis* Templorum feſtum indicat, vnde Ludi bonam partem orti: quod etiam docet, præter Libanium hoc loco, & Dio *lib.43.p.225.* & *lib.60.* Lactantius *lib.6. c.20.* & inſignis admodùm hanc in rem *l.3.C.Th.de paganis.*

κεῖται μὲν γὰρ πρὸς &c.] de Templo quodam nobiliſſimo tùm diruto querelam benè longam & grauem inſtituit hoc loco Libanius. Quodnam verò iſtud? Ipſe ait, id in finibus Perſarum fuiſſe, lapidibus & altitudine inſigne, ſimulacris item ferreis (*χαλκουργήματα* quoq; Græci vocant) refertum, & quidem in vrbe inclyta, hoſtilibus incurſionibus obnoxia, tandem munitiſſimo id ſepto incluſum. An igitur id accipiendum de templo Iouis Apamæo, de quo iam ſæpè egi ex Theodoreto, *lib.5.cap.21*? An verò de Carris, temploque ibi poſito: cui vrbi tùm ſuperſtitione Gentilitia refertę præerat Protogenes: de quo videndus Theodoretus *lib.4.c.16.in fi.*? Ego malo templum Ædeſſenum accipere in Oſdroëna: de quo eſt *lex 8. C.Th. de paganis ſacrif. & templis*: nam & in ea æde dicuntur fuiſſe ſimulacra poſita artis pretio metienda: quam quidem ædem cùm nonnulli occludi vellent A.D.382. Theodoſius M. ea l. iugiter patere voluit. Sanè, cùm hanc vrbem templumque eius munitiſſima fuiſſe dicat Libanius, tanto magis de Ædeſſa id accipiam: quæ munitiſſima erat, mœniaque inclyta bello habebat, ſemperque in ſtatione locata erat, & impetum vimque Perſarum diſſoluebat, denique quæ Imperatoribus receptum è bello Perſico præbebat: vt teſtatur Vetus orbis deſcriptio *cap.16.* & Ammianus Marcellinus *lib.21.pag.202.* Quanquam & de Niſibi eadem Vetus illa deſcriptio dicat.

τοῦ δὲ ὑπατικότος ἀνθρώπου] Ego non alium diuinare poſſum, cui hæc conueniant quàm Cynegium Præfectum Prætorio Orientis: de quo alioquin viro non ſemel, cum laude etiam Libanius agit *Oratione κατὰ τῶν εἰσιόντων pag.97.* & 100. vbi dixi. Certe multa ei conueniunt: præter ipſam temporis rationem (fuit enim is PP. ab A.D.384. ad 388.) Ad p.28.

nempe quod Diis infeſtum fuiſſe, quod, ad ſummam ſcilicet, fortunam euectum, quod vxori monachiſq; ancillatum ſcribit. Sanè enim; Cynegius vti dixi Præfectus Prætorio fuit: & Diis infeſtum eum fuiſſe ex eo ſatis apparet, quod Theodoſij M. lex ad eum data occurrat, aduerſus ſacrificia, puta A. D. 385. *lex 9. C. Theod. de paganis ſacrif. & templ.* & idem prohibendis ſacrificiis, templíſque occludendis à Theodoſio M. in Ægyptum & Orientem (vbi Syria & Antiochia) miſſus fuit: teſte Zoſimo *lib. 4. p. 762.* & Idacio in *Chronico*: vnde reuertens A. D. 388. ſuo ipſiuſmet Conſulatu in itinere obiit, eodem Zoſimo auctore, *lib. 4. p. 769.* His adde, quòd hîc, loco ὑπατικότος legendum quis putet ὑπατευκότος, vt ita Conſulatu functus dicatur: quo ſanè functus eſt is A. D. 388. vna cum Theodoſio Imp. II. Tandem & vxor eius ab Idacio *in Chronico*, tanquam ſingularis pietatis matrona nominatur, Achantia ſcilicet, quæ corpus Cynegij mariti poſteà ad Hiſpanias tranſtulit. Atque in hac ſententia acquieſco.

σάκκων] *Saccus*, monachorum veſtis: σακκινὸς ἐσθὴς Gregorio Nazianzeno *in fictos monachos.* Eius meminit & Epiphanius *non vno loco*: & Hieronymus, *in v. Hilarionis*, qui *tunicam ſacceam* & *ſaccum* vocat: vt & Rufinus, agens *de monachis Tabenneſiis.*

ὑφάνται] *Textores* ſaccorum monachalium, & ipſos monachos intelligit. Nam cùm monachi manibus olim operarentur, ὑφαντικὴν maximè exercuerunt, texendis veſtibus in ſuos pauperúmque vſus. Baſilius ἐν ὅροις κατὰ πλάτος. *interrogat & reſp. 38. p. 481.* ἀλλ᾽ ἐν μὲν τῇ ὑφαντικῇ &c. Fortean eò quoque alluſerit, ad hos inquam monachos, non tantum textores, ſed & fullones idem Libanius *Orat. in Iuliani necem p. 293.* quo loco detracta ſub Conſtantio vrbibus ornamenta, tranſlata in ædes fullonum filiis deſtinata ſcribit: ποιήσαντα κναφέων ἥττον οἰκίας τὰς βασιλείων φαιδροτέρας. Denique cœnobia monachorum ἐργαστήρια fuêre: quâ voce etiam vtitur hic Libanius. De Ægyptiorum monachorum καλάθων πλεκτικῇ, i. de Ægyptiis monchis fiſcellas iunco texentibus, atque ea re ſeſe exercentibus, eſt Hieronymi locus ium notus *in Hilar.* & Syneſij *in Dione pag. 46.* vbi ſi vox ταλασιυρ-

συνεργοῦντες proba eſt, tum locus ille hùc adhuc magis faciat.

τὸν καπνὸν] *Fumigationem* ſeu nidorem ſacrorum Gentilitiorum, de quo iam ſuprà, intelligit, quo offenſi maximè Chriſtiani monachíque. Quare idem Libanius *Orat. in Iuliani Imp. Coſ. p.* 243. ait, Iulianum patriam ſuam minimè ſuſtentantem fumum, ei aſſuefeciſſe, templis erectis & altaribus ſtructis: ἥκιστα ἀνεχομένην καπνοῦ λυσιτελοῦντος. Cæterùm id vult hoc loco Libanius, monachos in odium paganorum omnia in maius auxiſſe: quaſi ſacrificiorum nidorem ſenſiſſent.

καὶ ὡς ἀπλουμένων &c.] Pergit, his verbis Libanius indicare, quomodo monachi in maius paganorum facta in eorum odium auctum irent: nempe quaſi cœtus agitarent, nouíſque adeò rebus ſtuderent.

τὸν πατέρα πρᾳότατον βασιλειῶν] γρ. βασιλέων. Sed de quonam Imperatore hæc accipienda ſunt? de quo tam multa Libanius: Primò enim, humanum eum, miſericordem, manſuetum, æquanimum fuiſſe ait: vnde & πατέρα πρᾳότατον vocat. Secundò, irritatum eum aliquando in paganos, vindictam de his ſumpſiſſe. Tertiò, conuerſatum eum tandem in montibus cum monachis. Cùm omnia diligenter circumſpicio, de *Valente* Imp. id accipio (de quo iam antea bis egit) & de notiſſima illa Magorum Haruſpicumque inſectatione, qui de Imperio Valentis conſultum iuerant: de quo videnda *lex* 8. *C. Th. de maleficis*. Ammianus *lib.* 29. Zoſimus *lib.* 4. Sozomenus *lib.* 6. *cap.* 35. Nam & hîc ni fallor facinus illud τοῦ τολμήματος appellatione intelligendum eſt, eodémque ſuperiora illa verba quæ modò expendi pertinere videntur. Sanè & duo prætereà illa quæ Libanius Imperatori illi tribuit, Valenti conueniunt. Primùm enim Valentis æquanimitatem, lenitatémque ideò Gentiles deprædicauêre, quod diu paganis ſacrorum ſuorum gratiam feciſſet, & ἐθελοθρησκείαν ſanxiſſet: quo ſane nomine eum pluribus commendat Themiſtius *Oratione*, quæ alioquin Latinè tantum hodie extat, à Duditio edita: videndus & Theodoretus *libro quinto, capite vigeſimo*, à quo etiam agon Conſtantinopoli, θυσίαι καὶ πανηγύρεις reſtitutæ fuerant, teſte Hieronymo, *in Chronico* & Cedreno. Quinimò

& Libanius ipſe (quod ipſe prodit *de vita ſua pag.* 48.) & Themiſtius peculiaribus Orationibus eum laudibus aliquando proſecuti ſunt ob Scythicum bellum ab eo confectum: ſic quidem etiam, vt Themiſtius ea oratione (quæ decima eſt) eum ab humanitate multiplici commendet, pariter vt Libanius *de vita ſua pag.* 56. *&* 62. eum χρηϛὸν vocat, ob ſummam lenitatem: atque inter alia quod Procopij Tyranni amicis pepercisſet: Quod & ipſum argumentum exequitur Themiſtius *Orat.* 9. *ad Valentem* περὶ τῶν ἠτυχηκότων. vbi & φιλανθρωπότατον identidem vocat, eiúſque πρᾳότητα commendat. Neque huic coniecturæ noſtræ obſtat, quòd Valens in monachos iniquior aliquando fuiſſe videatur, reuocatis quàmplurimis ad militiam vel potius curiam: de quo ad *leg.* 63. *C. Th. de decurionibus*: Neque enim is propterea deinceps monachis aut monachiſmo odium in commune indixit: verùm ignauiæ tantum ſectatoribus, qui deſertis patriarum Curiis cœtibus monazonton ſeſe ſociabant. Imò inter monachos proculdubio conuerſatus eſt (quod hîc Libanius Antiochenus aſſerit) cùm Antiochiæ ſcilicet ageret A. D. 374. 375. 376. 377. vbi certe, vel ad eam prope monachorum drungi fuêre. Quinimò & quod Libanius hîc ſubiicit, τούτῳ δὲ αὐτῷ προσγενοῦσθαι τοῦ μέλλοντος, pertinet ad illud ipſum, quod Ammianus Marcellinus, *lib.* 29. *pag.* 413. *&* 414. de illo Valentis facto in perſequendis Magis & aruſpicibus iudicat: *Quocirca etiam erat venia dignus, vitam quam ereptum ire perfidi properabant, omni cautela defendens.*

Ad p. 29. Καδμείαν νικῆσαι νίκην] *Cadmea victoria*: prouerbium hoc frequens in ore ſcriptiſque Libanij: imò Sophiſtarum aliorum, hoc æuo, & inter alios Themiſtij quoque dicta *Oratione ad Valentem* 9. vbi eam Valenti non obtigiſſe ait, quod in alio facto Libanius hîc aſſerit.

ἐν τοῖς ὄρεσι] *Monachi* in montibus prope Antiochiam verſati: quod & ipſum liquet ex iis quæ memorant ſcriptores, de tumultu Antiocheno ſub Theodoſio M. hoc ipſo tempore: veluti Chryſoſtomus 17. *ſtatuarum*: & Theodoretus *lib.* 5. *c.* 19.

Ad p. 31. τὸ τῆς τύχης τοῦτο] *Fortunæ* templum Antiochiæ ceu præſens

ſens

ſens hîc memorat Libanius : cuius meminit quoque Iulianus, *in Antiochico ſeu Miſopogone pag.*70. Vnde, vt ex ſequentibus quoque, apertè colligo, hanc orationem ſcriptam Antiochiæ.

καὶ τὸ τοῦ Διός] *Iouis* templum Antiochiæ : & quidem Philij : cuius meminit etiam Iulianus, *d.p.*70. & Libanius *de vita ſua pag.*41.

καὶ τὸ Διονύσου] Bacchi templum Antiochiæ : certe idem Libanius *Oratione* περὶ τῶν δεσμωτῶν] *in fin.* meminit porticus Bacchi τῆς Διονυσίου στοᾶς, vbi ius dici ſolitum Antiochiæ.

τῇ τοῦ τὸν λεὼν ἁρμόττεσθαι χειρί] vel Epiſcopum vel monachos intelligit, quos & ſuprà velut δημαγωγοὺς traducit, iuxta cum Zoſimo ; *lib.* 5. *pag.* 800. vt Eunapius monachis tyrannicam auctoritatem tribuit: videatur & Libanius *pro Ariſtophane p.* 225.

ἀλλ' οὐδὲ τῶν τιμῶν] Paganos à Theodoſio M. ad dignitates ſubuectos ait Libanius. Quod & ipſum Prudentius priore adu. Symmachum circa fin. ſcribit.

--------Sacricolis ſummos impertit honores
Dux bonus, & certare ſinit cum laude ſuorum:
Nec pago implicitos per debita culmina mundi
Ire viros prohibet, &c.

Idque etiam oſtendunt Theodoſij M. *lex* 11. *&* 12. *Cod.Th.de paganis.* Alia poſteà Honorio filio eius aliquando mens fuit: teſte Zoſimo *lib.*5.*p.*820. & Theodoſio Iun. nepoti eius *l.* 21. *C.Th.de paganis.*

καὶ συσσίτους ἐποιήσω] De hoc συσσιτίας, ſeu ὁμοτραπέζου, id eſt, epularum Imperatoris iure, vide & *l. vnic. C. Theod. de Comit. & Trib. ſchol.* vbi plenè dico. Ita quoque Eunapius Proæreſium Gentilem Philoſophum ait à Conſtante Imp. in Gallias euocatum, tanta apud eum auctoritate fuiſſe vt ὁμοτράπεζος ἅμα τοῖς πιστοτάτοις Imperatori fuerit : vide de hoc honore & Ammianum Marcellinum *lib.*15.*pag.*47. Pacatum *in panegyr. Theodoſij cap.* 20. Claudianum *lib.* 2. *in Eutrop.* & *in epitaphio Probi P P.* & Eunapium, *in Excerptis Legat. ſub Theodoſio M.* Ad p.32.

Digitized by Google

EMENDANDA.

Pag.1. lin.vlt. *æmulos.* pag.5.lin.2. *perpetuo.* p.7.l.4. *repetens.* pag.9.l.2. ἡγοῦντο. pag.10.lin.10. *hic igitur.* p.12.l.vlt. τοῦ δεῖνος. p.13.l.24. συμφορισμοί. p.15.l.23. ὡς οἶδα. p.16.l.3. ἑλίξων. lin.23. κατακαυθέντες. pag.19.l.21. πόλιν. lin.24. λαμπρά. l.36. *cum cantu eorum.* pag.20.l.11. *omne quod.* lin.22. παρ' ἕκαστον. p.2.l.2. *ſuperducat.* p.24. l.24.25. *captis.* pag.25.l.vlt. Nunquid *verò.* p.26.l.3.4. *nunquid etiam.* p.27.l.3. ἄρχειν. lin.18. σπέρματος.

IN NOTIS.

Pag. 46. notæ duæ poſtremæ inuerſæ ſunt : nam τοῦτο δή τι ἐστί præcedere debet: ſequi, εἰς ἐμέ τι τείνειν. p.45.l.2. ἐκείνῳ.

Digitized by Google

INDEX.

L. Libanium : N. Notas indicat.

ÆDeſſa. *v.infr.* Edeſſa.
Ægis *in Ciliciâ Aeſculapij fanum magnificum & medelis nobile, ſub Conſtantio dirutum*, L.23.24.N.56.57.
Ægypti *annonæ abundantia à Nilo*, L.21.N.54. *vid. & inf.* Alexandria & Nilus.
Æſculapij *templum Ægis in Ciliciâ magnificum & medelis nobile, ſub Conſtantio dirutum*, L.23.24.N.56.57.
Agri. *v. & inf.* Pagi.
Templa in agris, L.11.N.47.48.
In his anima & ſpes agrorum, L.11.
Pagi horum occaſione conſtituti, L.11.12.N.48.
Dirutis his, ſterilitatem imputauêre pagani, L.12.N.48.
Conuiuia feſta in agris, v. infr. Conuiuia.
Alexandria.
Elogia eius, L.21.
Serapidis vrbs dicta, L.21.N.54.
Annonæ ſeu canonis Alexandrini abundantia, L.21.N.54.
Templa ibi frequentia, L.21.
Et in his Serapeum, L.21.27.N.53.
quod ſub Theodoſio M. aliquamdiu ſtetit, L.21.27.N.53.
Annona *Alexandrina*, L.21.N.54.
Conſtantinopolitana, L.22.
Antiochia.
Epiſcopus Antiochenus Flauianus, L.15.N.51.
Monachi prope Antiochiam, L.29.
Valens Imp. Antiochiæ, L.29.
Templa Antiochiæ Fortunæ, Iouis, Mineruæ, Bacchi, L.31.N.62.63.
Oratio hæc Libanij Antiochiæ ſcripta videtur, N.41.

B.

Bacchi *templum Antiochiæ*, L.31.N.63.
Bona *templorum & ſacrorum Gentilium, detracta à Conſtantino M.* L.9.10.22.N.43.44.
Atque hanc infelicitatis Conſtantini M. & ſtirpis eius, cauſam Gentiles dixêre, L.22.N.54.

C.

Cadmea *victoria*, L.29 N.62.
Cantus *monachorum*, L.11.N.46.
paganorum in Deorum honorem L.15.
Chlamyde *vſi Executores*, L.15.N.50.
CHRISTVS, *L.9.N.43.*
Chriſtiani, *v.inf* Eccleſiaſtica.
in Cilicia *Ægis, Aeſculapij templum*, v. ſup. Ægis & Æſculapij.
Ciuitates.
Ægis, Alexandria. Antiochia, Conſtantinopolis, Edeſſa, Roma, v. ſuis locis.
Templa Gentilium in ciuitatum aditu, ſeu extra muros & cur, L.8.9.N.41.
Ornatus & oculi ciuitatum, in Palatiis Imperatorum & Templis, L.25.
Maximæ ciuitates in orbe Romano, Roma, & poſt eam Conſtantinopolis & Alexandria, L.9.21.N.41.

Digitized by Google

Columnæ *Templorum.* v. inſt. Templa.
Conſtantinus M.
Licinium cum exercitu Gallicano vicit, L.9.N.42.
Chriſtianus verè, poſt Licinium demùm deuictum à Gentilibus habitus, L.9.N.43.
Templis Gentilium ſacras pecunias ademit, L.9.22.N.43.
Quibus vſus in Conſtantinopoli excitanda, L.9 N.43.
Inde infelicitatis eius cauſam Gentiles repetierunt L.22.N.54.55.
Conſtantinopolim excitauit ex ſacris pecuniis, L.9.N.43.
Annonæ abundantiam Conſtantinopoli præſtitit ex aliarum Ciuitatum nuditate, L.22.N 55.
Vnde imprecationum in eum materies, L.22.N.55.
Sacrificiis ſeu ſolemnibus Gentilium nil detraxit, L.9.v.tamen N.44.
Conſtantinopolis.
à Conſtantino M. de nomine ipſius excitata, L.9.N.43.
ex ſacris pecuniis, ibid.
Annonâ abundauit, L.22.N.55.
Luxuriam ſeu τρυφὴν ei Gentiles obiectauêre, L.22.N.55.
Maxima ea ciuitas poſt primam Romam, L.9.N.41.
Templa quædam ibi adhuc erant hoc tempore ſub Theodoſio M. L.9. N.41.42.
Conſtantius *Imp.*
Sacrificia inhibuit, L.10.N.44.
Templa quædam deſtruxit, L.22.23. N.55.
nonnulla donauit inſtar rerum viliſſimarum, L.22.N.55.
Eunuchis obnoxius fuit, peneſq; eos ſumma Imperij fuit, L.10.N.44.
in Perſici belli metu ſemper egit, L.23. N.55.
Conuiuia *feſta paganorum.*
In rure aliquo amœno, quò ex aliis conueniebatur, agitata, L.16.17.N.52.
Animalia in his cæſa:
Fumigationes factæ
Cantus habiti, Dijq; inuocati. ibid.
Cynegius *Præfectus Prætorio Orientis.*
Sub Theodoſio M.
Chriſtianus fuit.
Templorum diruendorum auctor.
Monachis obnoxius.
Conuitia in eum Libanij, L.28.N.59. 60.
Conſulatu functus, N.60.

D.

Dæmones *alij maiores, alij minores, L.10.*
Dij. *Aeſculapius, Bacchus, Fortuna, Iupiter, Minerua, Serapis.* v. ſuis locis.
Deorum auxilio victorias & felicitatem ſuam Gentiles & Romani tribuêre, L.9.

E.

Ecclesiastica.
Conſtantinus M. quando verè Chriſtianus habitus fuerit, L 9.N.43.
Religio non cogenda: in id Lex Chriſtianorum, L.18.N.52.
Epiſcopi. v.inf.Epiſcopi.
Monachi. v.inf.Monachi.
Pagana ſuperſtitio, quibus gradibus abolita, Templaq; diruta, & ſub quibus Imperatoribus. v.infr. Sacrificia, Templa.
Rationes Chriſtianorum, quibus moti templa exſcindebant, paſſim hâc Oratione.
Licentia paganorum ſub Chriſtianis Imperatoribus. v. infr. Libanius. & pagani.
Edeſſa *in Perſarum finibus, L.26.*
Templum ibi magnificentiſſimum, L. 26.27.30.N.59.
Dirutum ſub Theodoſio M. L.27. N.59.

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi.
Paſtores dicti L.13.N.49.
Muneris eorum pars fuit, paganæ ſuperſtitioni contra ire: quare ad eos delati ſi qui ſacrificarent, L.15. N. 50.
Querelæ ad eos perlatæ de monachis à paganis, L.13.N.49.
Maledicta Libanij in paganos, L.13. N.49.
Ceu demagogos eos traducit L.31. N. 63.
Flauianus Epiſcopus Antiochenus, L. 15.N.51.
Epularum *Principis honos L 32 N.63.*
Eunuchi. *Penes eos ſub Conſtantio ſumma rerum erat, L.10.N.44.*
Exactores *ſeu Executores, πράκτορες, chlamyde vſi, L.15.N.50.*
Exercitus *cum Duce quandoque immiſſus ad Templa diruenda, L.13.26.N. 49.& 58.*
F.
Feſta *paganorum in agris, L.17.*
ex dedicatione Templorum orta, L. 26.N.59.
Flauianus *Epiſcopus Antiochenus, L.15. N.51.*
Fortunæ *templum Antiochiæ, L.31.N. 61.63.*
Fumigatio. *v.inf.* Turificatio.
G.
Gallicano *cum exercitu Conſtantinus M Licinium deuicit, L.9.N.42.*
Gentiles. *v.inf.* Pagani.
H.
Hypocritas *multos è paganis Chriſtianos fuiſſe ait Libanius 17.18.*
I.
Ieiunia *monachorum, L.13.N.48.*
Imperatores: *Conſtantinus M. Conſtantius, Iulianus, Valentinianus, Valens, Theodoſius M.* v.ſuis locis.
Epularum Imperatoris honos, L.22.N. 61.
Palatia Imperatorum, L.25.
Iulianus *Imp.*
Conſtantij Imp. patruelis, L.10 N.45.
Elogia eius, L.10.24.25.N.57.
Sacrificia reduxit, Templaq; & aras reſtituit. L 10.24.25.N.45.
Perſas fugauit vicitq; L.31.N 57.
Perſarum motus ſublaturus erat, niſi mortuus fuiſſet, L.24.
Oraculum ei redditum, L.24.N.57.
Mortuus apud Perſas, L.10.
Dolo interfectus L 24.N.57.
Fortitudo eius lethali vulnere accepto, L 24.N.57.
Legationes à Perſis paci petendæ ad eum decretæ, poſt mortem eius obitæ, L.24.
L.
Lex *Chriſtianorum de religione non cogenda L.18.N.52.*
Theodoſij M aduerſus ſacrificia, L.10. 14.16.17.N.45.
Libanius.
Puer erat Liciniani belli tempore, L.9. N.42.
Orationes varias habuit ad Theodoſium M. felici ſucceſſu, L.6.N.40.
Præfecturâ Prætorianâ decoratus à Theodoſio M. L.7.N.40.
Libertas eius ſumma in proſcindendis iis per quos pagana ſuperſtitio abolita fuerat, puta Imperatores, Magiſtratus, Epiſcopos, Monachos:
Contra in laudandis
Paganis Imperatoribus,
Chriſtianis qui ſuperſtitionem haud omnem aboleuiſſent.
In infelicitatis & felicitatis cauſis repetendis.
v. de his omnib. in Præfat.
Pro Templis Gentilium non exſcindendis hanc Orationem habuit: quando & ad quem ea conſcripta, N.37. 38.39.40.
Licinius
Laudatur à Libanio 9.N.43.

victus à Conſtantino M. cum Gallicano exercitu, L.9.N.42.43.

M.

Mineruæ *templum Antiochiæ*, L.31.

Monachi, *& Monachalis hiſtoria.*

Maledictis varijs eos proſcindit Libanius, more cæterorum Gentilium; ceu Epulones, bibones, L.10.N.45.

Demagogos, L.12.N.48.

Pallorem arte ſibi conciliantes, L.11.N.46.

Theſauros Theodoſij vacuantes, L.29.

Agros ad ſe attrahentes, L.13.N.49.50.

Fucis ſimiles, L.13.N.49.

Obtentu ſacrorum & templorum Gentilitiorum aliena rapientes, L.12.13.N.48.

Aliud atque aliud dicentes, palàm ſcil. & apud Imp. L.29.30.

Pullati monachi, L.10.28.N.46.

Saccus, monachorũ veſtis, L.28.N.60

Textores ſaccorum monachalium, ibid.

Textrinam fecêre monachi, ibid.

Ieiunia monachorum quibus Deum colebant, L.13.N.46.& 48.

Pallor monachorum, L.11.N.46.

Cantus monachorum ibid.

Drungi monachorum, N.49.

Prope Antiochiam fuêre monachi in montibus, L.29.N.61.

Cum Deo omnium conditore conuerſari ſe dicebant, L.29.

Templis diruendis magno ſtudio incumbebant, L.10.11.N.46.47.

Exercitus in id immittebant, L.13.N.49.

Valentem Imp. in paganos excitauêre, L.28.29.

Qui cum his verſatus in montibus prope Antiochiam, L.29.

Auctoritas eorum magna ſub Theodoſio, L.7.N.40.

Cynegius PP. his obnoxius, L.28.

in Montibus *Templa*, L.8.N.41.

Monachi, L.29.N.61.

Myſorum *præda*, L.11.N.47.

N.

Nili *fœcunditas, & beneficia, limiq; ſuperductio*, L.21.22.

O.

Oraculum *Iuliano Imp. redditum*, L.24.N.57.

P.

Paganica.

Bona, ſeu ſacra pecunia.

Conuiuia, feſta paganorum.

Dæmonum gradus.

Dij.

Feſta paganorum.

Oracula.

Sacrificia.

Simulacra.

Templa.

Turificatio. v. ſuis locis.

Iactantia paganorum.

Religionibus ſuis, Deorumq; cultu proſpera omnia ſemper eueniſſe, L.9.19.20. v. & inf. Romani.

Minæ paganorum, L.32.*in fin.*

Conuitia in eos, per quos pagana ſuperſtitio abolita fuerat.

puta Imperatores, Conſtantinum M. Conſtantium, Valentem.

Magiſtratus, veluti Cynegium PP.

Epiſcopos, & Monachos: v. ſingula ſuis locis.

Infelicitatem & ſterilitatem tribuit templis ſpoliatis, ſacrificijs prohibitis, templis exciſis L.11.12.22.23.N.56.

Elogia contrà Iuliani Imp N.56.

& Licinij, v. ſuis locis.

Pagani ad honores & epulas admiſſi à Theodoſio M. L.31.32.N.63.

Palatia *Imperatorum in ciuitatibus*, L.25.

Pallor *monachorum*, L.11.N.46.

Paſtores *dicti Epiſcopi*, L.13.N.49.

Perſi-

Perſica.
Achamenidæ Perſæ, L.25.N.57.
Conſtantij bella aſſidua cum Perſis, & metus ab his, L.23.
Iulianus quid aduerſus Perſas, L.24. 32.
Mortuus apud Perſas, L.10.
Legationes paci orandæ ad Iulianum à Perſis decreta, eoq; mortuo miſſæ, L.24.N.57.
Præfecturâ *Prætorianâ Libanius à Theodoſio M. honoratus, L.7.N.40.*
Honorum id culmen, L.7.N.40.
Principis *nutus & adſpectus quantum valeat, L.7.*
Epularum Principis honos, L.32.N. 63.
Pullati *monachi, L.10.28.N.46.*

R.

Religionem *cogi non oportere, L.17.*
Chriſtianorum in id lex & ſententia, L.18.N.52.
Hypocritas tantum effici qui cogantur, L.17.18.
Roma, *Maxima ciuitas : poſt eam prima Conſtantinopolis, L.9.N. 41.*
Sacrificia hoc adhuc tempore Romæ licita erant, L.20.21.N.53.
Romanorum *iactantia.*
Deorum auxilio cultuq; victorias ſibi proceſſiſſe, atque ad maxima è minimis ſubuectos ſe, L.9.19.N.42. & 53.
Deuictis gentibus profuiſſe quod deuictæ fuiſſent, L.9.N.42.
Romani deuictos populos Reipubl. ſuæ participes fecerunt, L 9.N.42.

S.

Saccus, *monachorum veſtis, L.28. N. 60.*
Sacrificia. *vide ſupr.* Bona ſacrorum. Conuiuia. *& inf.* Turificatio.
Non prohibita à Conſtantino M. L 9. 10.22. vide tamen N.44.
A Conſtantio prohibita, L.10.N.44.
à Iuliano reducta, L.10.24.25.N. 45.
ſub Valentiniano & Valente aliquandiu permiſſa, mox prohibita, L.10. N.45.
à Theodoſio M prohibita, L.10.14.16. 17.N.45.
Romæ & Alexandriæ tamen adhuc permiſſa, L.20.21.
Serapidis *templum, quod hoc tempore adhuc ſtabat, L.21. & 27. N.53.54.*
vrbs Serapidis, pro Alexandria, L.21.N.54.
Simulacra *Deorum.*
Culti Dij ſimulacris, L.28.
in Templo Edeſſeno magna ſimulacrorum ferreorum vis, L.27.
à Speluncis *& Tugurijs origo templorum, L.8.*
Sterilitatem, *agrorum templis dirutis tribuit Libanius pag.11.12.N.48.*
Συφεγνιςαὶ *dicti, qui ritus paganorum prohiberent, L.13.N.49.*

T.

Templa *paganorum.*
Origo templorum, L.8.N.41.
Feſtum dedicationis templorum, L.26. N.59.
Alia in montibus, L.8.N.41.
in agris, L.11.N.47.48.
quorum occaſione pagi conſtituti, L.11.12.N.48.
inq; his ſpes & anima agrorum, L.11.
in ciuitatibus extra muros, L.8.9. N.41.
Magnificentia, & ſtructura templorum, L.15.26.27.N.55.
Columnæ Templorum inter præcipua ornamenta L.23.N.56.
Simulacrorum multitudo, & quidem ferreorum, L.27.N.59.
Septa templorum, L.27.N.59.

Ornatus, & oculi ciuitatum in his conſiſtebant, L.25.26.
Memorantur hæc templa.
Aegis in Cilicia Aeſculapij fanum, L.23.24.
Alexandriæ Serapidis templum, L. 27.
Antiochiæ. Bacchi, Fortunæ, Iouis, Mineruæ, L.31.N.62.
Conſtantinopoli, L.9.N.42.
Edeſſa, L.26.27.30.
Vrbes de templis magnificentiſſimis quandoque denominatæ.
Serapidis vrbs, pro Alexandria, L. 21.N.54.
Sors templorum, à Chriſtianorum Impp. temporibus.
Pecuniæ his detractæ à Conſtantino M. L.9.22.
Imò & templa nonnulla diruta, N. 44.
à Conſtantio
templa partim diruta,
partim donata
inſtar rerum viliſſimarum, L. 22.23.N.55.56.
Iulianus templa reſtituit, L.24.25.
Valens his pepercit, L.25.N.58.
Sub Theodoſio M. quis eorum ſtatus fuerit, vide in Theodoſ.
Fiſco incorporata, inſtar aliarum Principis poſſeſſionum, L.26.N. 58.
In alium vſum conuertenda,
Locandáque, vt ex his vectigal colligatur, L.2.,26.N.58.
Cur his pepercerint nonnulli Principes Chriſtiani, N.58.
Monachi in ea impetum faciebant ſub Theodoſio M. L.10.11.13.N.46. 47.
Cum tumultu diruta, L.12.N.48.
Exercitu ad id Duceq; opus ſæpe fuit, L.13.26.N.49 & 58.
Cynegius P P. diruendorum templorum auctor ſub Theodoſio M. L.28.
Rationes Chriſtianorum & monachorum ad templa exſcindenda, L. à p.15.ad 24.
Paganorum, pro iis non exſcindendis, L.25.26.
Textores monachi, L.28.N.60.
Theodoſius M.
Aequanimitas & humanitas eius, L. 7.N.40.41.
Noua mœnia ab eo excitata, L.14. N.50.
Pax ſubditis ab eo quæſita, L.14.
Sub eo Epiſcopus Antiochenus Flauianus, L.15.N.51.
Monachorum auctoritas, L.10. 11.N.46.47.
Pagani ad dignitates & ad epulas ab eo admiſſi, L.31.32.
Libanius P. P. ab eo honoratus, L.7. N.40.
Orationes plures ad eum habuit Libanius cum ſucceſſu, L.6.N.40.
Sacrificia Lege inhibuit, L.10.14.16. 17.N.45.
Fumigationem ſeu turificationem permiſit, L.10.N.45.
Templa ſub eo ſtetêre
Alexandriæ & Antiochiæ, & Conſtantinopoli: vide ſuis locis.
In Templa tamen impetus factus à monachis, L.10.11.13. N.46.47.
Et quidem in Edeſſenum, L.27.
Cynegius quoque P P. ſub eo templorum diruendorum auctor, L.28.
Cauſa diruendorum templorum ſub eo. v. paſſim.
Libanius pro iis non exſcindendis ad eum hanc Orationem habuit.
Turificatio permiſſa ſub Chriſtianis Imper. etſi ſacrificia prohibita fuiſſent: puta ſub Valentiniano & Valente, L. 10.N.45.
& ſub Theodoſio M.L.16.

In con-

Digitized by Google

In conuiuiis paganorum turificatio L.16.
Hac offenſi maximè Chriſtiani, N.61.

V.

Valentinianus & *Valens*.
Sacrificia ſub his aliquamdiu conceſſa, mox prohibita, L.10.N.45.
Fumigatio tamen permiſſa, ibid.
Valentis humanitas. L.29.N.61.62.
templis pepercit, L.25.N.68.
à monachis in paganos exacerbatus L.29.N.61.
in montibus prope Antiochiam cum monachis conuerſatus, L.29.N.62.
Idem monachis aliquando & quadamtenus inſenſim fuit, N.62.
Vectigalia è *Templis*, L.25.N.58.
Veſtis { *Chlamys*. *Pulla veſtis*. v. ſuis locis.
Vicinorum *æmulatio*, *& ex iis accuſatores*, L.16.N.51.

Digitized by Google


Digitized by Google

IACOBI GOTHOFREDI IC.

ANIMADVERSIONVM IVRIS CIVILIS LIBER:

PRO VERO NONNVLLARVM Legum INTELLECTV: *& genuinâ earundem* LECTIONE.

Ad Anteceſſores BITVRICENSES.



GENEVÆ,

APVD IACOBVM CHOVËT.

M. DC. XXVIII.

Digitized

Digitized by Google

CLARISSIMIS
BITVRICENSIS
ACADEMIÆ IVRIS
Anteceſſoribus,

EM. MERILLIO: FR. PINSSONIO:
FR. BROEO: IO. MERCERO.

JACOBUS GOTHOFREDUS JC. S.

REFERO ad vos, Viri Clariſsimi, rem ad Ordinem Noſtrum pertinentem, brevem ſcilicet Animadverſionum Iuris Civilis *libellum: Quo, paulò preſsiùs, in nonnullas Leges inquirere libuit: Sinceræ partim earum lectioni ſtabiliendæ, partim & genuinæ ſententiæ firmandæ: Adverſus veteres & Novos quoſdam ſcriptores, quibus aqua hæſiſſe hâc parte mihi viſa: ſive nimio carpendi alios ſtudio, ſive quia non ſatis ab eâ arte quam promitterent inſtructi viderentur: lõgéque adeò graviùs peccare ipſi, quàm qui peccaſſent priùs. Rem verò tanto ferendam minus, quò maior hæc temporum noſtrorum felicitas eſt, quóque acriora ſunt hodie hominum iudicia. Fuerat hæc iam ſuperioris ſeculi beatitudo, ut exutâ barbarie, melioribúſque libris & literis poſtliminio reductis, impolitiæ, quibus ſcientiæ Noſtræ fundus ſcatebat, abſtergerentur, atque in ſecretiora quæque Juris Romani myſteria iretur, unúmque illud fermè poſtfuturis reliqui factum*

fuerat, quò paratura illa omnis in uſum rectè derivaretur: Et ecce, noua iam errorum ſeges, ceu herba irrigua, ſuccreuit: unde iterùm Iuriſprudentia à fundamentis penè convelli viſa, & incertior multò facta quàm dudum: tantò pernicioſiùs, quantò ſpecioſius: dum ſua quique inuenta ſecretioris alicuius artis & arcani obtentu velare & obtrudere ſolent. Ut in eam ſententiam hodie adducantur multi, frugibus repertis ad glandes redire propemodum ſatius eſſe.

Ne ſingulos errorum iſtorum anfractus revolvam, duo cùmprimis, ſciſsis in contraria ſtudiis, eminere mihi ſemper viſi ſunt: Pars nempe promiſcuis Emendationibus *leges noſtras vbique temerare, urere, ſecare, cædere: hanc unam fermè rationem tenentes, vel abſurdæ, ut ſibi quidem videtur, ſententiæ evitandæ, vel obſcurioris illuſtrandæ, vel denique* Enantiophana *certo fœdere amicandi: Pars contra, internecino Emendationibus odio indicto, intereà nil penſi ipſi habere, quid aut quomodo dicant,* pravum id an rectum ſiet, *dummodo divortium à prioribus illis faciant. Atque haud ſcio in utris culpa maior. Nam etſi audax ſæpè illorum facinus eſt, quos inſanabile leges emendandi cacoëthes tenet, non ſemper tamen eos Iuris ratio vel æquitas fugit: Contrà, qui vulgatam lectionem mordicus tueri ubique ſatagunt, à iure & veritate ſæpe deſtituuntur: Vt veriſsimum hìc interea videatur iſtud Tertulliani noſtri,* Tantum veritati obſtrepit

adulter

adulter ſenſus, quãtum corruptor ſtylus. *Bonum equidem factum, gliſcenti Correctionum nubilo maloque contra ire; ſed optimum factum, eam ad rem accedere probos pecuniæ malè ambulantis ſpectatores, qui ipſi in tempore, etſi inviti fermè, neceſſariò tamen ſæpe, nonnullas Leges emendaturos, vel potius nitori ſuo reſtituturos ſeſe norint;* propter antiquitatis *videlicet* incertum: *quod Valentinianus Tertius iã olim edicebat: Rurſum, qui ipſi emẽdatam & caſtigatam Juris ſcientiam præ ſe ferant: Denique qui cenſuram in alios exerentes, priùs recogitaverint, quantum humeris ipſi ferre valeant; ne alioquin, quẽ aut præcipitis facti aut ἀπειρίας nævum aliis, & maximis quidem nominibus, impingere non dubitant, eum in ſe transferant: tantò iuſtiùs, quantò qui in alium ſcripturus eſt, ipſum ſe intueri oportet, & quemq; id velle æquum ſit, quod & poſſit.*

At quis ferat, vno elogio, & horrendo propè Anticriticarũ Obſervationum *carmine, proſcribentes quicquid tandem medicæ manus & opis per Emendationes Legibus noſtris admotum eſt? Quod nulli confidentiùs facere ſolent, quàm qui inter initia blandientis alicuius cœpti, ſuſcepti negotij molem proceſſum & finem, non ſatis benè ſubductâ ratione, antè animo proſpexerunt. Quibus haud adeò abſimiles videntur, qui pauciſſimis Legum cõciliationibus introſpectis, & ſic intra apiũ verſantes, nullas iã in Iure* Antinomias *dari ſibi videri fidenter pronuntiant: Vel etiam ijs, quos, cùm omnium legum* Intel-

Digitized by Google

lectum *præſtare facile ſibi fore aſſeverâſſent, obmutuiſſe ſæpe ſcimus & legimus.*

Quis deinde ferat præcipitis animi iudicium, Cujacianum morem *vocare, infelici ſucceſſu affirmantem legem in negantem, & retrò, tranſmutare? Quibus ſuffecerit vel id unum dixiſſe,* Auctori tuo reverentiam: *Longe enim aliter conſummatæ eruditionis Viri quique, ut paulo ante, ita & hodie, & ex his non pauci Tribunalibus admoti, vel in rerum actu verſati, quorum communi calculo, uni Cujacio omnium ætatum Interpretes adſurgunt: Nos certè, communem omnium noſtrûm Magiſtrum agnoſcimus, eiuſque feliciſsimis inter cætera Emendationibus ſcientiam noſtram plurimùm profeciſſe ſcimus.*

Et hæc ipſa tamen, quæ paulò ante dixi, tolerabilia forent, niſi etiam tùm cum alios iure reprehendere videntur, longè fœdioribus ipſi erroribus Iuriſprudentiam noſtram contaminarent. At quis ferat, in ea ipſa principia & arcana, quibus alios premendos putãt, paßim admittentes? Quis ferat paßim neq; veræ ſententiæ iuſtas rationes expromi: neq; alienas, rectâ ratione refutari? Quis tãdem ferat, tã aperto capite peccãtes, & in Iuris principia, vel etiã apertos textus, incurrentes: qualia illa, A Iudice ſemper æſtimari quod in veritate eſt: Pœnã non eſſe, ubi arbitrio Iudicis quãti res eſt, æſtimatur: Iureiurãdo in litem ſemper contineri quod in veritate eſt: Pœnali ſtipulatione pacto adiectâ tertiũ teneri: Folia inter fructus cõnumerari: Publicianã ipſi domino cõpetere: Exceptionẽ iuſti dominij dari nõ

Digitized by Google

dominoadverſus dominum in actione Publiciana: Colonũ ex conventione innocentis ignis habendi de caſu fortuito teneri: Inter ſubſtitutum & ſervi, liberi putativi, dominũ inęqualibus partib. hæreditatem dividi: Hæredem à teſtatore pignoris luitione liberatum, luere tamen pignus teneri: Noluntatem teſtatoris, & obſcuram teſtatoris voluntatem, contraria non eſſe.

In hoc genus Scriptorẽ & libellum cùm pronuper necopinò incidiſſem, à primo quidem ipſe gaudio perfundi cœpi, ubi vidi eſſe, quibus hoc ſtudiũ placeret unicè, ingentem inquam & ſquallentem illam quã dixi, Emendationum ſylvam cadere, atque hoc ulcus tangere, quod & antea facere inſtituerunt nonnulli, modeſtis quoque Receptarũ lectionum *libris: & nemonon hodie ſparſim facit ex ijs, quibus* Obſervationum Iuris libri *feliciùs exeunt. Atenim ubi in eiuſce libelli lectionẽ memet immiſi, Deus bone! quàm ſpes me mea fruſtra habuit: Magni equidẽ ibi paßim aduerſarij, & in his Alciatus, Cujacius, Hotomannus, Donellus, Antonius Faber, alij: Athletica ubique dicta & edicta, de tuenda Pandectarum Florentinarum lectione, de rationibus ex ipſis Legũ viſcerib. depromendis, de Iuris principijs attentè ſervãdis, de legũ ſerie, harmoniâ, & contextu diligẽter ſpectãdis, (quæ utiq; Iuris noſtri arcana ſunt.) Sed, quis credat? viginti tantum ibi ſunt capita, & ne ſemel quidem inoffenſo pede, vel bonâ fide, hunc callem eluctatũ ſcriptorem, ne ſemel quidem ad præſcriptum ſuũ ſcripſiſſe, id demum mirum mihi viſum eſt: ut propè iam illud dixerim,* Toties non ferire, artis eſſe.

Quare viſum ex dignitate Scientiæ noſtræ, ut eandem mihi ilicò poſt illum operam ſumerem: earum ipſarum, inquam, Legum, quas ſibi ab Emẽdatione vindicãdas propoſuerat, retractandarũ provinciam: tantò magis, quòd ſperare nos iubeat, poſt hac antecœnia, nõ inſtituti modò operis Anticritici *reliqua, ſed & de hoc genere complura alia: Cuius operæ omnis compendium per me deinceps facere poterit, tam caduco inter initia auſpicio, niſi miſſis perfuſoriis aſſertionib. quibus nemo hodie ſe commodare ſolet, decretoriјs armis cum magnis nominibus congredi in animum inducat ſuum: vt moderatiùs, ita & deſtinatiùs.*

De hâc re omni, Viri Clariſſimi, *ad Vos omninò referendũ fuit, quid de eâ re fieri oporteret. Quicquid enim in utram partẽ cenſueritis, ſentẽtiæ veſtræ prærogativâ ſtare neceſſe eſt: ſive Vos ipſos intueor, penes quos horum ſtudiorũ pontificiũ ſummaq; hodie eſt: ſive veſtrã iam inde ab antiquo* BITVRICENSEM *Academiã ſpecto, quæ* Mater & Nutrix Legum, *vt olim in Orbe Romano Berytienſis, ſedet & audit: Vt de hâc veſtra dicere poſſim veriſſimè, quod de illâ Auctor Conſtantiani ſeculi, quem nuper extuli:* Per eam ſtare iudiciorum tribunalia: inde Viros Doctos Iudicum Adſeſſores fieri: inde Legum peritos provincias tueri, & Leges cuſtodire. *Et avidè alioquin hanc occaſionem ipſe nunc arripui, animi mei tùm in commune erga Vos teſtandi, qui me non vno nomine aut tempore vadatum vobis obſtrictumq; teneo: tùm & Amicitiæ cum nõnullis veſtrùm ſanciendæ: cum cæteris verò deinceps provocandæ. Valete VV. CLL.*

ELENCHVS

Digitized by Google

ELENCHVS CAPITVM ET QVÆSTIONVM.

CAP. I. VLPIANI Lex, Si per alium. 5. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius vocabitur vi eximat. ex lib. 5. ad Edictum.

Vtrum Quanti res eſt adverſus eum qui in ius vocatum vi exemit, ab actore calumniatore æſtimetur, & an iureiurando in litem, an verò libello.

II. Vlpiani lex Conventionum. 5. ff. de pactis. ex libro 4. ad Edictum.

Vtrum Conventionum diviſio recta ſit in publicam & privatam: Privatæ rurſum, in legitimam & iuriſgentium.

III. Pauli Lex, Si unus. 27. in prin. ff. de pactis. ex libro 3. ad Edictum.

Vtrum pactum unius ex duobus Argentarijs ſociis alteri è ſociis noceat: ubi ea lex Conciliatur cum Lege, ſi duo. 34. ff. de recept. arb. & lege ſi duo. 5. in pr. ff. ſi quis cautionibus.

IV. Vlpiani Lex, Denique. 3. ff. de minoribus xxv. annis. ex lib. xi. ad Edictum.

Vtrum Conſules Vlpiani tempeſtate Curatores dederint, vel etiam veniam ætatis iure dare potuerint. Item. Quid ſint in ea lege, ambitioſa decreta.

V. Vlpiani Lex, Sed ſi quid. 15. §. ult. ff. de uſufructu. ex lib. 18. ad Sabinum.

Vtrum proprietarius fructuario conſentiente ſervitutem conſtituere poſſit.

**

Digitized by Google

VI. Vlpiani Lex 1. in pr. ff. quib. mod. uſusfructus amitt. ex libro 17. ad Sabinum.

Vtrum uſusfructus traditus iure conſtitutus ſit: ſeu, Vtrum traditione uſusfructus rectè conſtituatur.

VII. Vlpiani Lex, Vti frui. 5. in f. princ. ff. ſi uſusfructus petatur. ex lib. 17. ad Edictum.

Vtrum in eius legis ſpecie, non dominus poſſeſſor fuerit, an verò falsò uſumfructum ſibi vindicans.

VIII. Vlpiani Lex, Plenum. 12. §. præter. 1. ff. de uſu & habitatione. ex lib. 17. ad Sabinum.

Vtrum foliorum vſum Nerva ICus uſuario denegaverit. Et oſtenditur, vocem FOLIIS *ibi ſtare non poſſe.*

IX. Vlpiani Lex, Et primo. 2. §. poſtea. 1. ff. ad SC. Velleian. ex lib. 29. ad Edictum.

Vbi agitur de tribus formulis SCorum.

1. *Conſules verba fecerunt.*
2. *Quid de eâ re fieri oporteret.*
3. *De eâ re ita cenſuerunt.*

Quid ibi ſit mutui datio, *& quomodo reſtituenda ſint alia quædam.*

X. Pomponij Lex ult. § item ſi mulier. 2. ff. ad SC. Velleian. ex lib. 1. SCtorum.

Vtrum mulier fundi venditi pretio pro alio in ſolutum dato, Velleiano iuvetur. Vbi Conciliatur d. §^us^ 2. cum lege 4. C. ad SC. Velleianum.

XI. Papiniani Lex Mandatum diſtr. 57. ff. mandati. ex lib. 10. Reſponſorum.

Vtrum ab heredibus mandatarij venditione factâ emptoribus ius uſucapionis & Publiciana actio quæratur. Vbi oſtenditur, quid per Venaliciarium *intelligendum ſit, & duas ſpecies in ea lege contineri.*

XII.

Digitized by

XII. Vlpiani Lex, Si quis domum. 9. §. ſi colonis. 3. ff. locati. ex lib. 32. ad Edictum.

Vtrum colonus ex conventione innocentis ignis habendi teneatur fortuito caſu orto incendio.

XIII. Vlpiani Lex, Ex conducto. 15. §. vbicumque. 7. ff. locat. ex eodem lib. 32. ad Edictum.

De remiſsione mercedis colono facienda: ubi textus vindicatur ab emendatione.

XIV. Marciani Lex, Si creditor. 7. §. ult. ff. de diſtract. pignorum. ex libro ſingulari ad formulam hypothecariam.

Vtrum pactum, Ne debitor pignus vel hypothecam vendere poſſit, valeat.

XV. XVI. Iuliani Lex, Si paterfamilias. 40. ff. de heredibus inſtituendis. ex lib. 30. Digeſtorum.

Pro qua parte, ſervo alieno herede inſtituto, quem teſtator liberum eſſe putabat, dominus ſervi & ſubſtitutus concurrant? Non pro diſparibus partibus, ſed æquis portionibus.

XVII. Vlpiani Lex, Si quis extraneus. 21. §. ult. ff. de adquir. hered. ex lib. 7. ad Sabinum.

Vtrum heres ſub conditione inſtitutus vel ſubſtitutus, ſi conditionem impletam ignoret, hereditatem rectè adire poſſit.

XVIII. Vlpiani Lex, Si res obligata. 57. ff. de legat. 1. ex lib. 35. ad Sabinum. [vel potius 23.]

Vtrum re teſtatoris pignori vel hypothecæ obligata ab eo per fideicommiſſum relicta, onus pignoris luendi ad heredem pertineat, an verò ad fideicommiſſarium.

XIX. Pauli Lex, Debitor. 82. §. ult. ff. de legat. 2. ex libro 10. Quæſtionum.

Vtrum verum ſit, Servo alieno id demum legari poſſe, quod ipſe ſervus liber factus capere poſſet: Vbi explicatæ duæ contra id calumnioſæ adnotationes.

XX. Papiniani Lex, Mævius.66.§.fundo legato penult.ff.de legat.2.ex lib.17. Quæſtionum.

Fundo legato à teſtatore, cuius nuda proprietas ad legatarium pertinet, uſusfructus verò aut poſſeſſio ad tertium aliquem; Vtrum legatum hoc valeat, ac proinde heres teſtatoris uſumfructum & poſſeſſionem præſtare legatario teneatur.

IACOBI

IACOBI GOTHOFREDI IC.

ANIMADVERSIONVM IVRIS CIVILIS LIBER.

CAPVT I.

VLPIANI *Lex ſi per alium* 5.§.j. *ff. ne quis eum qui in ius voc. vi eximat.* ex libro 5. ad Edictum.

QVÆSTIO eſt de pœnali judicio QVANTI EA RES EST, quod redditur in eum qui alium in jus vocatum vi exemit: & quidem gemina ſuper eo quæſtio agitatur: Prior, à quo pœnæ iſtius æſtimatio fiat: Poſterior, quomodo ſeu qualiter ea fiat. Apud Vlpianum equidem dicitur; IN EVM QVI VI EXEMIT, IN FACTVM IVDICIVM DARI: *quo non id continetur quod in veritate eſt, ſed* QVANTI EA RES EST, AB ACTORE ÆSTIMATA, DE QVA CONTROVERSIA EST. Hactenus fermè *Edicti* perpetui verba: Quibus continuò hanc notam ſubjicit Vlpianus; *Hoc enim* ADDITVM [in Edicto ſcil.] *eſt, vt appareat, etiamſi calumniator quis ſit, tamen hanc pœnam eum perſequi.* Hæc quidem ita clarè omnes libri præferunt: Et tamen, quia abſurdum multis videtur, non tantum actionem calumniato-

ti dari (quod alioquin etiam proditum extat *l.*4.§.2. *eiuſdem tit.* & ſatis novum eſt) verũ ita inſuper dari (quod minùs ferendum) quanti ea res ab eo æſtimata fuerit, calumniatore ipſo arbitro conſtituto, *Vir* ſcriptis hac tempeſtate longè *Clariſſimus*, dé que Iuriſprudentia noſtra optimè meritus, hæc verba AB ACTORE eradebat. Quē quidē hac parte notari, ceu humani aliquid paſſum facilè patior; ſed ut veris Emendationem ejus argumentis refutari, ita iuſtis receptam lectionem rationibus defendi velim. Quod tamen haud æquè fieri video.

Primùm enim, veram & adæquatam *Rationem*, cur calumniatori hæc actio detur, nondum apponunt: Rationem ſcil. hanc reddunt, Accurſium fermè ſecuti, id ita conſtitutum eſſe, *propter Iudiciorum auctoritatem, & ne Iudicia eludantur*, ſeu, ut alij loquuntur, propter contemptam judicis auctoritatem. Atquin hæc ratio apertiſſimè vel unâ illâ inſtantiâ ſubruitur: quod ſi quis *ad Pedaneum Iudicem* vocatum eximat, pœna hujus Edicti ceſſet; quod alioquin idem Vlpianus eodem libro ſcripſit *eodem titulo l.*3.§.1. Ne dicam, in eum quoque qui id fecit quominus quis *in iudicio ſiſteret*, judicium pœnale in id tantum competere, quanti actoris reverà interfuit; quod idem rurſum Vlpianus ſcribit *l.*3.*ff de eo per quem factum*: pariter ut in fideiuſſorem judicium pœnale redditur qui aliquem *iudicio ſiſti promiſit*, neque ſtitit; eodem ſemper Vlpiano auctore *l.*2 §.5 *ff qui ſatiſdare.* Atquin & hiſce caſibus, opinor (ac priore vel potiſſimùm) judiciorum auctoritas (quam Reipub. intereſt non eludi) aliqua vertitur. Probabilius equidem dixiſſent, Iuris rationem id hac Edicti parte facere: *Iuris*, inquam, i. Magiſtratus; cujus videl. Majeſtas hoc facto contempta videatur: Nam & Edictum iſtud *ἰδίως* ſcriptum eſt adverſus eos qui *in ius vocatos vi eximunt.* Sed neque hæc ratio ſufficiens eſſe poſſit; quandoquidem neque in eo Edicto, quod propoſitum alioquin eſt in eos qui jus dicenti non obtemperaverunt, quo tamen Majeſtas Prætoris directò appetita vindicatur, Actoris calumniatoris æſtimatio ſpectatur, *l.vn* §.4.*ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* ſed Magiſtratus poteſtati æſtimatio committitur. Vera igitur tandem ratio iſtius Edicti ſeu pœnalis iudicij hæc eſt; id ita conſtitutum fuiſſe ob præcipuum

eorum

Digitized by Google

eorum favorem, qui de jure ſuo, cuicuimodi iſtud eſſet, *ex iure manu conſertum vocarent* (ut eſt in veteri Actionum formula) juríſque ſui experiundi gratia, ad Magiſtratum provocarent: Vice verſâ id ita conſtitutum, ſingulari eorum odio, & compeſcendis iis, qui huic rei tam legitimæ tumultu quodam publico, bello potius quàm libello, vel judicio intercederent. Tam exemplo ſcil. perniciosum viſum eſt: tanta viſa eorum vis, audacia & veſania, qui alios probo more, jure publico, Iuriſdictjonis reverentia ordinéque ſervato, de jure ſuo, cuicuimodi iſtud eſſet, apud Magiſtratum experturos, & ſic iure in medio poſito uſuros, in ipſo futurę Iuriſdictionis limine ſeu veſtibulo ſolidâ vi, quæ tumultui publico propior eſſet, prohiberent. Vt ad rem omninò *Ioannes*, vetus interpres, ſcripſerit, hoc caſu etſi calumnioſam actionem inſtituens in calumniando delinquat, non tamen in ius vocando delinquere. Quare uti non peccat, qui alium in ius vocat, ita contrà violenta legitimè vocati exemtio delictum eſt, quæ cum principali negocio nil commune habet. Præſertim cùm ab vnâ parte ius ita publicè conſtitutum eſſet, ut in ius vocatus adverſarium ſtatim ſequi neceſſe haberet, eíque ſi *calviretur* (i. moraretur, fruſtraretur) manum injicere liceret: quare qui contra vim legitimam, publicéque conceſſam, vim ſuam & audaciam obtenderet, tumultuoſus iuríque publico vim inferre creditus fuit: ab alterâ parte, cùm (magno alioquin ſatis reorum privilegio) neminem de domo in ius vocare, multò minus trahere, liceret, ſic ut non niſi caſu fermè obvij, & *ſi in publico conſpicerentur*, in ius vocari poſſent. Item, cùm in ius vocato tot aliis legitimis præſidiis conſultum eſſe poſſet; inter alia, cũ datis vadibus ab in ius eundi neceſſitate liberari legitimè poſſet: imò cùm & idẽ ille qui in ius vocatũ exemit, ſi tãtopere in ius vocato factum cuperet, eum vadari legitimè poſſet. Sed & adverſus calumnioſam in ius vocantis actionem repromiſſione decimæ litis cautum adverſario ſeu in ius vocato eſſe poſſet: de quâ eſt quoque Conſtitutio quædam *in Codice Hermogeniano*. Vnde iam apparet, æſtimationem hanc meri delicti æſtimationem eſſe: neque actorem actionem conſequi ex improbitate ſuá, ſed ex delicto eius qui fecit contra Edi-

ctum: denique non modicum hic delictum eximentis verti, contra quam vulgus Interpretum cenſebat, qui exclamant, *mirabile hoc eſſe, quod pro tam modico eximens teneatur tantâ pœnâ.* Atque hanc tandem rationem omninò Vlpianus intellexit *l.1. in pr. h.tit. ne quis eum qui in ius voc. vi exim.* ad hoc Edictum ſcribens: *Hoc Edictum*, inquit, *Prætor propoſuit, ut metu pœnæ* COMPESCERET *eos, qui in ius vocatos vi eripiant. Compeſcendi* ſcil. vox in iure pertinet fermè ad audaciam, & tumultum aliquem, vimque & impetum. *v. l.12. ff. de publicanis. l.35. § quæſitum ff. ex quib. cauſis maiores.* Nam quod Accurſiani horum verborum ſenſum iſtum hactenùs eſſe putabant, Edictum hoc propoſitum fuiſſe, Vt unius pœna eſſet metus multorum, nimis dilutum & vagum nimis eſt.

Hæc illa igitur quam dixi ratio eſt, quare in hoc pœnali iudicio *Quanti res eſt* ab Actoris, quamlibet calumniatoris, vim paſſi, æſtimatione pendeat, etſi in cæteris capitibus & partibus Edicti de in jus vocando haud ita obſervetur; etiam eo capite, ubi jus dicenti non obtemperantes, & ſic extremam alteram Iuriſdictionis lineam perfringentes, quanti ea res eſt pœnali judicio plecti equidem ſolēt, ſed nonniſi Magiſtratus ipſius æſtimatione ſecundùm ius poteſtatis ſuæ, ſeu quanti ea res eſt, i. cōtumacia ſeu temeritas non obtemperantis, religione judicantis æſtimata, *l. un. § ult ff. ſi quis ius dic. non obt.* quia ſcil. ibi Magiſtratus Majeſtas, contempta vindicatur. Atque hæc quidem de ratione ſeu cauſa hujus pœnalis iudicij, quam tamen non reddunt, qui Viti C L. emendationem reſpuebant: Vnde in ſummam efficitur, optimo iure Actoris, etiam calumniatoris, æſtimationi in hoc iudicio ſtari.

Sed neq; ſecūdo loco hanc ſententiā rectè tuētur, aut cōtrariam rectè refutant nonnulli horū *Verborum* prærogativâ: *Quo* NON *id cōtinetur* QVOD IN VERITATE EST: Unde tamē colligi aiunt, rem ab Actore calumniatore æſtimari: quandoquidem inquiunt, ſi *à iudice* res æſtimaretur, utique id contineretur, quod in veritate eſt. Imò enim & Iudicis æſtimatione ſæpè non quod in veritate eſt continetur, ſed in pœnalibus iudiciis pleriſque quanti res eſt longe ultra æſtimatur; ſic ut meram pœnam quanti res eſt contineat: veluti in eo iudicio ubi iuriſ-

bi iuriſdictio Magiſtratus defenditur, *d. lege un.* §. 4. Scilicet *quod in veritate eſt*, ſeu *veritas*, dicitur, vel verum actoris intereſſe, τὸ διαφέρον, vel vera rei æſtimatio, ſeu verum pretium rei in petitionem deductæ, denique quod ſubintrat locum ipſius rei: ut *hâc l. ita & l. 2. §. ult. ff. qui ſatiſdare l. noviſſimè. 7. §. 2. ff. quod falſo tutore. l. 50. ff. de furtis. l. 2. §. 13. l. 4. §. 11. ff. vi bonor. rapt. l. 37. 179. ff. de V. S.* At quis negare ſuſtineat, iudiciariam auctoritatem & auſteritatem ulterius ſæpe procedere? Vnde etiam illud efficitur, verba hæc *Quanti res eſt*, etiam ubi de Iudicis æſtimatione agitur, ἀμφίβολα eſſe, & modò ad veritatem ſeu quod in veritate eſt, referri, modò ad pœnam ſeu quantitatem quam Iudex fecerit.

Non admitto tertio loco argumentum à *pœnæ* vocabulo; quaſi pœna non ſit futura, ſi Iudicis arbitrio quanti ea res eſt æſtimaretur. Quid enim noui nunc audio? Fateor equidem *pœnalius* id eſſe, quod actoris ipſius æſtimationi, etiam calumniatoris, ſtetur: ſed quiſnam hoc unquam dixiſſe potuit, *pœnam* omninò non futuram, ſi Iudicis arbitrio quanti res eſt æſtimaretur? Alioquin expungant illi mihi de pœnalium iudiciorum numero ea omnia, in quibus ſolius Iudicis æſtimatione quanti ea res eſt æſtimari ſolet, & quibus tamen mera *pœna* contineri dicitur: inter alia, illud ipſum mihi pœnale iudicium expungant, quod redditur adverſus eum per quem factum eſt, quominus quis in iudicio ſiſtat *l. 3. §. 3. illius tit.* Item illud (de quo iam ſæpe ſuprà) quod redditur in eum qui ius dicenti non obtemperavit *d. l. un. in pr. & §. ult.* Vt omittam & *pœnam* quandoque dici de eo ipſo quod in veritate eſt, quodque reverâ actoris intereſt; denique de ſola moræ coërcitione, & uſuris, quæ propter moram infliguntur, *l. ult. ff. de eo quod certo loco. l. lecta. ff. de reb. cred. l. un. C. de ſent. quæ pro eo quod int. l. qui ſine uſuris. ff. de negotijs geſt. l. 90. ff. de V. S.* Etſi aliâs pœnam, veritati opponi ſcio, *ut hic*, ita & *l. noviſſimè. 7. §. 2. ff. quod falſo tutore*: ſic tamen ut pœna à Iudice fermè, non ab actore æſtimetur.

Sic igitur liquet, etſi voces illæ *ab actore* tollerentur, nihilominus & *Verba* quæ perpendimus cohærere, & *ſenſum* conſtare poſſe, neque *rationem* quæ redditur quidquam adverſari. Lon-

Digitized by Google

ſtat, verùm FACTAM AB ACTORE LITIS ÆSTIMATIONEM *pœnali actione, etiamſi per calumniam eam movit.*

Et hæc quidem de priore quæſtione, ſeu de æſtimatione ab actore, etiã calumniatore, faciendâ: etiam calumniatore inquã (ut & hoc addã). i. eo qui alium per calumniã in ius vocavit, ut id diſertè explicatur *d. l. 4. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius voc.* & ſic qui in principali calumniator erat, cui fortè nil debebatur, denique cujus nihil intererat. Quicquid contra cenſeat nonnemo ex doctiſſimis hujus ævi Iuriſconſultis.

II. Succedit altera quæſtio ſuperiori connexa, *Quomodo*, ſeu *Qualiter, quáve ratione* in hoc Edicto Quanti ea res eſt, ab actore etiam calumniatore æſtimetur adverſus eum qui in ius vocatum vi exemit: num videl. ab actore iurato, jureiurando in litem præſtito, an verò ipſo petitionis libello (ut omittam nunc tertiam Petri de Bella Pertica Veteris Interpretis ſententiam, qui dicebat, æſtimationem fieri *per veras probationes*, quam Bartolus rectè refutavit. & de qua v. Iaſonem *hic*) Illud putant Accurſiani; nempe, neque aliter id æſtimari poſſe, quanti, inquam, res eſt, quam iureiurando in litem, ſi æſtimatio ab Actore facienda ſit: quo etiam argumento Vir ille Clariſſimus hæc verba, *ab Actore* expungebat: quandoquidem inauditum eſſet de iure, iuſiurandum in litem calumniatori deferri. Iſtud credidit Raphael Fulgoſius; quam ſententiam excepit CL. Duarenus: quę veriſſima ſententia eſt. Sed neque Accurſij ſententiam rectè refutari video; neque Fulgoſianam rectè defendi.

Non fero Accurſianos eo argumento refutari, quòd ineptum ſit iuſiurandum in litem deferre, ubi quod in veritate eſt non inſpicitur. Nam imò & in iureiurando in litem ipſo non id utique ſpectatur quod in veritate eſt, ſeu verum actoris intereſſe, aut verum pretium rei (id enim eſt quod *in veritate eſſe* hic dicitur) cùm ſine ulla taxatione in infinitum etiam, prout libido auſpicium fecerit, in litem iurari poſſit, *l. 2. §. 1. l. 4. §. 2 ff. de in litem iurando: l. 68. ff. de rei vindic.* Ne dicam nunc vulgatam Doctorum diſtinctionem: quâ iuſiurandum in litem aliud *veritatis* faciunt, quo ſcil. actor ſecundum utilitatem communem veram rei æſtimationem definit: alterum *affectionis*, quo

Digitized by Google

actor litem pro ſuo arbitrio & adfectione ultra verum rei precium æſtimat.

Non fero contrà veram Fulgoſij interpretationem his verbis, EST ÆSTIMATA, firmari; ibi, *Quanti ea res eſt* ÆSTIMATA, *de qua controverſia eſt*. Quæ quidem verba eò trahebat CL. Duarenus, quaſi exinde appareret, non de re æſtimandâ, verùm quę iam SIT ab actore æſtimata, hîc agi. Non id, inquam, fero; quandoquidem vox iſta EST, non coniungenda venit cum ſequente voce *æſtimata*; Sed omninò cum prioribus ea cohæret, ita; *Quanti ea res eſt*; ſed & vox *Æſtimata*, ad utrumque tempus & libelli oblati, & iudicij huius intentati rectè referri poſſit.

Quid igitur? Accurſij ſententiam profligari, contrà Fulgoſij ſententiam defendi his quatuor argumentis oportuit. Primò verbis illis, *De quâ controverſia eſt*: Nempe enim inter cæteras differentias, lis & controverſia inter ſe hoc diſtant; quòd *Lis* propriè dicebatur cùm res in iudicium iam deducta eſſet, cuique æſtimādę vel arbiter dabatur (unde etiā illa formula *in actionibus* apud Valerium Probum A.L.Æ. *Arbitrium litis æſtimandæ*) vel iuſiurandum in litem deferebatur: *Controverſia* verò propriè ante litis conteſtationem dicebatur, ut patet ex *l.6. & l.25.§.ſi ante.7.ff. de petit.hæredit.* Quod cùm ita ſit, exinde conficitur, æſtimationem controverſiæ hic eſſe æſtimationem quæ facta fuerit antequam lis ad Magiſtratum perveniret: ergo, libello. Secundò id ipſum defendi oportuit voce *Æſtimata*, non quidem habitâ ratione temporis (quod ſuperius profligatum eſt) verùm quia ſi de iureiurando in litem ſenſiſſet Prætor, non ſolo utique *Aeſtimationis* vocabulo uſus fuiſſet, verùm his aut ſimilibus expreſſis, *Quanti eam rem actor iureiurando in litem æſtimaverit*. Tertiò ex qualitate huius actionis id ipſum comprobatur: Nam cùm hæc actio ſit *in factum*, & ſic ſtricti iuris, itèm cùm hac actione non petatur res reſtitui, ſed *pœna*, ſanè in eâ in litem non iuratur; quod fit tantùm in actionibus bonæ fidei vel arbitrariis, quibus noſtrum quid reſtitui nobis poſtulamus: & ſi quando in ſtrictis iudiciis in litem iuratur, id tùm demum fit, cùm poſt moram debitoris res intercidit, quam iudex æſtimare ſine delatione iuriſiu-

iuriſiurandi non poteſt *l.5.in f.ff.de in litem iurando.*

Poſtremum argumentum ex eo duco, quòd iuſiurandum in litem ab arbitrio Iudicis ſemper proficiſcatur, *l.4.l.5.§.1 ff. de in litem iur.* nunquam verò ex Edicto perpetuo: adeò quidem, ut neque in Edicto perpetuo ſpeciatim de *in litem iurando* titulo peculiari actum reperire liceat. Atquin hæc æſtimatio, quâ de nunc agimus, ipſo Edicto perpetuo comprehenſa fuit: *Hoc*, inquit Vlpianus, *additum eſt*: additum eſt.i. Edicto comprehenſum.

Veriſſimum igitur tandem eſt, in eum qui in ius vocatum vi exemit, petitionem eius dari actori quod ipſe ab in ius vocato libello ſuo petiit: *Libello* inquam, qui petitionis ſummam vel quantitatem olim continere debebat. Id quod ſingulari Maximiani Imp. conſtitutione comprobatur, tùm in Codice Hermogeniano *tit. de calumniatoribus & plus petendo*, tùm apud Veteris Conſultationis Auctorem. *Specialiter*, inquit, *deſignari debet petitionis ſumma vel quantitas cùm genus litis editur.* Sed & ipſum quoque *Quantitatis* appellatione indicatur *l.2.§.ult.ff.qui ſatiſdare.* & *veritati* opponitur. *In fideiuſſorem*, inquit, *qui aliquem iudicio ſiſti promiſit, tanti quanti ea res erit, actionem dat Prætor: Quod utrum veritatem continet, an verò* QVANTITATEM *videamus? Et melius eſt, ut in veram quantitatem fideiuſſor teneatur: niſi pro certâ quantitate acceſſit.* Et ſic tandem Fulgoſij ſententiam fulgori ſuo reſtitutam habemus.

CAPVT II.

VLPIANI *lex Conventionum 5.ff.de pactis.* ex lib.4.ad Edictum.

QVÆSTIO eſt circa *Pacta & Conventiones*: non quidem quę in Praxin utiliter deduci poſſit, ſed merè Scholaſtica & umbratilis, de diviſione CONVENTIONVM; quæ ex Vlpiano proponitur *d.l.5.* Vtrum videl. ea rectè habeat, neque ullo vitio laboret. Ait lex, *Conventionum autem tres ſunt ſpecies, aut enim ex publicâ cauſâ fiunt, aut ex privata: pri-*

Digitized by Google

vata, aut legitima aut iuris gentium. Hanc diviſionem CL. Cujacius eleganter proſecutus eſt, tùm *lib.15. obſerv.13.* tùm & *Commentario ad hanc l.* Sed & ab Emendatione docti Viri cuiuſdam iam vindicavit Elbertus Leoninus *2.emend.c.6.num.10.* Qui videl. inductâ voce *privata*, quæ ſecundo loco hîc occurrit: item inductis illis *aut Iuriſgentium*, ita hunc locum deformabat: *Aut enim ex publica cauſa fiunt, aut privatâ, aut legitima.* Noui quoque Scriptores eandem emendationem laceſſunt. Quo nomine equidem reprehendi non poſſunt, dummodo rectè ipſi alios reprehendant.

Nolim enim ideò reprehendi Emendationis iſtius Auctorem, quòd hanc conventionum diviſionem proponat, quaſi ea ſuſtineri non poſſit: quæ utique ſuo ſenſu ſuſtineri, ſuóque Marte decurrere poteſt. Nam ſi conventionum *Originem* in commune ſpectes, veriſſimum eſt, vel publicam conventionem, vel privatam, vel ipſam denique legem obligationem *inducere*: ac proinde vera hoc ſenſu conventionum diviſio iſthæc fuerit.

Nolim quoque id Emendationis auctori imputari, quaſi crediderit, omnes iuris gentium conventiones, eſſe publicas, quod nullibi eum aut manu ſcripſiſſe, aut mente agitaſſe reperio.

Nolo etiam eum ideò notari, quod contra iuris præcepta legitimas conventiones privatis oppoſuerit. Neque enim video, quænam illa iuris præcepta eſſe poſſint, in quæ hâc parte impegiſſe potuerit: cùm certiſſimum ſit, haud aliter legem ipſam obligationem inducere, quam privata conventio legem facit, *l.6.& ſeq.ff.de pactis,& tit.ff.de condict. ex lege.* Quare rectè hoc ſenſu hæc, ut ſpecies ſub eodem genere inter ſe opponuntur.

Errores igitur hi preſſiùs notandi fuerunt. 1. Quod Emendationis auctor prolixè defendat, publicas conventiones, eſſe iuris gentium: quod quidem etſi verum ſit duplici ratione: puta, ſi *Originem* conventionum ſpectes, item ubi quæritur de *fide* & obſervantia pactionum publicarum, quod hic non quæritur, non item verum eſt, ubi de earum *Materia* agitur, de conditionibus inquam pactionum publicarum, quæ non

non neceſſariò ad præcepta iuris gentium comparantur ſeu componuntur, à quibus ut plurimum recedunt: multò minus ad præcepta Juris Civilis, quæ ſanè inter paciſcentes populos & duces diſconveniunt. At ſi de privatis conventionibus quæritur, iam neceſſe eſt, eas vel ad præcepta Iuris gentium comparari & componi, vel ad civilia: ex quibus iam Vlpianeæ ſubdiviſionis veritas cernitur, privatarum ſcil. conventionum in legitimas & iuris gentium. Quæ quidem ipſa pro privati iuris ſubdiviſione adverſus Joannem veterem interpretem, & recentiorem virum doctum dici poſſunt.

Omitto alios minutiores Emendatoris errores premere: potiſſimus eſt in eo, quòd tam confidenter Vlpiani diviſionem ſuperiorem arguat, quaſi minus Vlpianeam, cùm eâ nihil elegantius dici potuiſſet. Summam ſcilicet primùm diviſionem conventionum, & in qua nihil deſideratur, proponit, ex ipſa videl. *Negotiorum humanorum diſtinctione* & naturâ deſumptam: Nempe quòd ea vel ſtatum ſeu rem publicam, vel privatam rem ſeu utilitatem ſpectent: eodem ſcil. fermè ſenſu, quo ius publicum & privatum ſeparantur: Mox eas, quæ rem & utilitatem privatam reſpiciunt, rurſum in ſuas species diſpeſcit, à ſubſtantia videl. ſumptâ diviſione: Nempe quòd aliæ ſubſtantiam ſuam habeant à Iure gentium: aliæ verò à mero iure civili. Quid clarius dici potuit?

Neque (ut & id adjiciam) pro Emendatore quicquam facit, quòd poſtrema illa dictio, *privata*, ut Lęlius Taurellus indicavit, in Pandectis Florentinis duabus ſtellulis (ſeu aſteriſcis) includatur, quaſi à Librario perperam addita. Nam ut maximè à Librario ea addita foret, vi tamen ipſa eãdem ſuperiorib. verbis cõtineri potuiſſe dicerẽ? Nẽpe mos hic ſollennis eſt in Pandectis Flor. (quod idẽ Taurellus indicavit) ut geminatę voces ſemel tãtùm exprimantur, citra mendi culpam. Itaque locus hic ita ibi ſcriptus fuerit: *Aut enim ex publica cauſa fiunt, aut ex* PRIVATA *aut legitima, aut Iuris gentium*. i. Aut ex privata: privata, aut legitima, aut Iurisgentium. Quare etſi à Librarij manu fateremur eſſe repetitionem vocis *privata*, ad mentem tamen Vlpiani & ad rei veritatem ſemper ea fuerit.

CAPUT III.
PAULI *Lex ſi unus. 27. in pr. ff. de pactis.* ex lib. 3. ad Edictum.

QVÆSTIO eſt vexata, de PACTO unius ex duobus Argentariis SOCIIS, Vtrũ videl. id alteri ſocio noceat? Et hac parte ſollemne vulgò ἐναντιοφανὲς notari ſolet; ſic quidem ut Paulus ipſe ſibi hac parte diverſus nonnullis videatur: ſic rursùm, ut Bartolus crediderit, contrarium iſtud ita difficile eſſe, ſicuti aliud quod ſit in mundo (quæ verba ſunt Bartoli) Paulus quippe diſertè *d. l. 27. in pr.* ex Neratii Attilicini, Proculi, Labeonis ſententia definit, *Pactum unius ex argentariis ſociis alteri non nocere, nec ſi ſocius in rem pactus ſit*: Ratione etiam additâ: *Tantum enim conſtitutum eſſe, ut alter ſolidum petere poſſit: Nam & ita nec novare alterum poſſe, quamvis ei rectè ſolvatur.* Et huic tamen obloqui creditur altera eiuſdem Pauli lex *ſi duo 34. ff. de recept. arb. Si duo rei ſunt credendi aut debendi, & unus compromiſerit, iſque vetitus ſit petere, aut ne ab eo petatur: videndum eſt, an ſi alius petat vel ab alio petatur, pœna committatur: Idem in duobus argentariis, quorum nomina ſimul eunt? Et fortaſſe poterimus ita fidejuſſoribus conjungere, ſi ſocij ſunt:* ALIAS, *nec à te petitur, nec ego peto, nec meo nomine petitur, licet à te petatur.*

His in concordiam revocandis in partes iamdiu itum eſt. Ab aliis variæ admodùm conciliationes excogitatæ fuerunt, quas ſingulas operosè vel etiam faſtidiosè recenſere, nil attinet. Nonnulli ad emendationem tandem confugêre, expunctâ videl. voce *Sociis*, ex *d. l. 27*: perſuaſi omninò, pactum unius ex ſociis alteri nocere, quaſi *id d. l. 34.* imò & *l. ſi duo rei. 5. in pr. ff. ſi quis caution.* manifeſtè indicetur. Verum uti prava hæc & præceps eſt emendatio: ita longe facilima & veriſſima eſt *Accurſij*, inter alias, Conciliatio iſta, quam & Raphael *Fulgoſius* & Albericus, & CL. Cujacius amplexati ſunt: Nempe haſce leges ne conciliatione quidem egere, cùm inter ſe nullo pacto pugnent.

Neque enim Paulus *in contraria d. l. 34. ff. de receptis.* ait, pa-

ctum

ctum unius ex ſociis alteri qui non compromiſit, quíve pactus non eſt, *nocere:* ſed hoc tantùm, quòd, altero quoque ſocio qui pactus non eſt, ſeu non compromiſit, aliquid adverſus pactum alterius faciente, adverſus eum qui compromiſit pactúſve eſt pœnæ exactio detur, etſi ipſe contra pacta non venerit: Nempe ideò, quia cùm ſocius alter petit, τῇ δυνάμει, vi ipsâ is petere videtur, qui non petiturum ſe pactus eſt: quoniam in partem eius quod ſocius exegerit, proculdubio is venturus eſt, propter ſocietatem, ut ait *d. lex ſi duo rei.5.ff.ſi quis cautionib.* de qua mox. Atquin ſocietas nemini quæſtus improbi occaſio eſſe debet. Proinde in neutrâ lege id quod alteruter ex ſociis pepigit, alteri obeſt: verùm in ſp. *d.l.*34. is tantum qui pepigit, factum quoque alterius ſocii præſtare tenetur. Denique dicta lex 34 eſt de *commiſſione pœnæ*, quando ſcil. ipſe ille qui compromiſit, etiam *ex alterius* facto in pœnam incidat, non verò de obligando altero. Res eſt & conciliatio apertiſſima. Quare & rotundè CL. Cuiacius in hanc ſententiam: *Etſi,* inquit, *lex* ſi unus, *non de compromiſſo loquatur: etſi, inquam, de eadem ſpecie non ſit lex* ſi unus, *tamen neque hoc neque illo caſu quidquam ea res nocet alteri qui non compromiſit, quíve pactus non eſt.* Et hæc quidem ipſa conciliatio tertię quoque Pauli legi aptanda venit: *d. Legi,* inquam, *ſi duo rei.5.in pr.ff.ſi quis cautionibus: Si duo rei ſtipulandi ſint, & uni debitor judicio ſe ſiſti cum pœna promiſerit, alter autem impedierit, ita demum exceptio adverſus alterum* [cui promiſſum eſt] *danda eſt, ſi ſocij ſint: ne proſit ei dolus propter ſocietatem.*

Hanc verò conciliationem, tam certam, tam perſpicuam, ſatis incogitanter nonnulli confundunt cum alterâ illâ, quâ vulgo ita diſtinguitur: legem videl.34. non de quovis pacto, ſed de *compromiſſo* loqui, quod ſi violetur, pœnam ita committi, ut compromiſſum unius ſocii hoc caſu ALTERI noceat: unius denique ſocii pactum quodvis aliud non nocere ſocio, ſed ſpeciale tantùm illud pactum compromiſſorium: Satis incogitanter, inquam, hanc conciliationem cum ſuperiore commiſcent, & niſi modeſtiam ubique tueri in animum induxiſſem, dicerem dormitaſſe eos cùm hæc ſcriberent. Comparationem enim harum duarum conciliationum ſi lubet inſtitua-

Digitized by Google

mus. Superior negat eas leges inter ſe pugnare, hæc ut Regulam ſaltem, & exceptionem ſeu caſum ſingularem pugnare ait: Illa negat ullo caſu pactum ſocii alteri ſocio nocere, hæc uno caſu, ſi videl.pœna addita fuerit, nocere ait: Illa pactum quodvis aliud à Compromiſſo non ſeparat, iſta diſtinguit.

Sed nunc porrò videndum eſt, quàm inanibus rationibusquãq; levi tibicine hæc altera conciliatio fulciatur. Duas ſcil.rationes iſti ſufflaminandæ proponunt: Nam neque Baldi ratio his placet, quòd compromiſſa redacta ſint ad inſtar Judiciorum. Priorem igitur hanc apponunt, cur videl.compromiſſo pœnalem ſtipulationem additam alteri ſocio nocere putent, *Propter pœnam*, inquiunt; idque iam, ſi Deo placet, auctoritate *d.legis* 34. *Videndum eſt*, inquit lex illa, *ſi alius petat vel ab alio petatur*, [utrum] POENA *committatur*. Duplex in hac ſive collectione ſive ratione vitium: Primùm enim hæc verba hanc rationem nullo modo ingerunt; Nudam enim quæſtionem continent, utrum videl. *pœnali ſtipulatione* compromiſſo adiectâ, altero qui non compromiſit adverſus id faciente, pœna adverſus eum qui compromiſit committatur, ſic ut non minus eâ teneatur, quam ſi ipſe contra veniſſet. Deinde quânam quæſo iuris æquitate magis alter ex alterius pacto tenebitur, quòd is pœnali ſtipulatione pactum à ſe vinxerit? Nullus eſſe poteſt tam Herculaneus nodus: nullus adeò arctos ſibi laqueos induere pacto poteſt, ut alteri induat.

Alterum Conciliationis ſuæ & aſſertionis fundamentum ex his eiuſdem *legis* 34. verbis deſumunt: ALIAS, inquit lex, *nec à te petitur, nec ego peto, nec meo nomine petitur, licet à te petatur. Aliàs*, inquiunt, intellige extra compromiſſum & hanc pœnam commiſſam. Ain verò! Imò audi, quid ſibi dictio iſta excluſiva ALIAS velit: *Aliàs* ibi eſt, *ſi ſocij non ſint*, ut Accurſius quoque rectè interpretatus eſt. Quæſtio ſcil.ibi eſt, Vtrum compromiſſo ab uno ex correis facto, & pœnali ſtipulatione ſubiecta, pœna committatur altero correo petente vel petito adverſus compromiſſum? Et diſtinguit IC. inter correos ſocios, & alios correos: Si, inquit, ſocij ſint, ex alterius petitione dari actionem: ALIAS, i. non ſint ſocij, etſi nomina eorum ſimul eant, ut loquitur *d.l.*34. vel ut loquitur *lex 9. ff. de pactis.*

Digitized by Google

pactis. nomina ſimul tacta ſint, non dari. Et ratio huius diſtinctionis redditur: Priore ſcil. caſu (quod & iam antea dictum eſt) altero petente, τῇ δυνάμει ſeu vi ipſa is petere videtur qui petere vetitus eſt, quia alter communi nomine petit, & petitionis commodum alteri prodeſt propter ſocietatem: Poſteriore verò caſu, *nec à te petitur, nec ego peto, nec meo nomine petitur; licet à te petatur.* Et hoc ipſum ſcil.eſt, quod idem Paulus in tertiâ illa lege, putá *d.l.5.ff.ſi quis cautionib.* ait, ITA DEMVM exceptionem adverſus alterum (cui promiſſum eſt) dandam, *ſi ſocij ſint*: Subjiciamus ex *d.l.* 34. ALIAS, *ſi ſocij non ſint, non dandam.* Eant nunc novi Scriptores, & recipere nos iubeant remedium præſentiſſimum & ſaluberrimum conciliationis & expoſitionis ſanioris, quod & à ratione tam alienum eſſe oſtendimus, & à vera conciliatione alieniſſimum.

CAPVT IV.

VLPIANI *Lex denique 3.ff.de minoribus viginti quinque annis.* ex lib. 11. ad Edictum.

QVÆSTIO eſt de CONSVLIBVS Hiſtorica, utrùm videl. Vlpiani ICti tempeſtate, & ſic ſub Antonino Caracalla, Curatores minoribus à Conſulibus Romæ darentur: Idque propter ſingularem *legem 3.D de minoribus*: ubi Vlpianus ita ſcribit: *Denique Divus Severus & Imperator noſter* [Antoninus ſcil. Caracalla] *huiuſmodi* CONSVLVM *vel Præſidum decreta quaſi ambitioſa interpretati ſunt* (quibus videl. rei ſuæ adminiſtrationem minoribus committerent, & decernerent, ut minores rem ſuam maturius à Curatoribus acciperent.) De eo igitur anxiè quæritur, cur videl. Vlpianus ibi *Conſulum* mentionem fecerit, non *Prætorum*, quorum tamen tùm fuit Romæ Tutores pupillis dare. Reſpondebat Vir Magnus, quoniam ad Conſules olim tutorum datio pertinebat. Quod etſi verum ſit, idque etiam probet Suetonius, *in Claudio.c.23.* Plinius, *lib.9.Epiſt.ad Quadratum* 13. Capitolinus, *in vita Marci:* §. *ſed ex his legibus.Inſt.de Attiliano tut:* Attamen, neque id rectè

probatur *ex l.1. §.1. D. de cõfirm. tut.* quia ibi ὑπατικὸς nõ eſt Conſul ſed *Conſularis*, qui ſcilicet iure Conſulari provinciam regit: Neque id hùc ſatis facere poſſit: quandoquidem ſub Severo iam & Antonino Caracalla, ſeu Vlpiani huiuſce legis auctoris ætate, tutores Romæ à Conſulibus iam amplius non dabantur, verùm à Prætore, poſtea ſcilicet quàm Marcus Antoninus Prætorem tutelarem fecerat, teſte Capitolino *in eius vita.*

Alij igitur apud Vlpianum reponebant *Procònſulum*, loco *Conſulum*. Quorum emendationi blandiri videatur facilis lapſus in commutandis hiſce vocibus: Quanquam & citra emendationem, *Conſulum* appellatione Proconſules accipiendos dicere potuiſſent. Nam & ὑπάτων & *Conſulum* nomen de iis qui provincias Conſulares obtinerent, uſurpari cœpiſſe iam alij obſervarunt; quomodo & Λάης ὕπατος dicitur à Poëta veteri qui epigramma fecit in Laodiceam: & *Conſulatus* munus pro Proconſulatu apud Apuleium *in Apologia:* imò & Magiſtratus municipales hoc quoque nomen affectaſſe certum eſt. Verùm ut hoc ab Vlpiani & ICorum omnium ſtylo alienum eſt, ita emendationem illam iure alij reſpuunt. Videndum modò uti iuſtis rationibus id fiat. Nam quod nonnulli dicũt, nulla ulteriore probatione, aut iuris deductione ſubiectâ, hic non agi de tutoribus, ſed de *Curatoribus*, ſatisfacere non poteſt: quandoquidem regulariter quod iuris eſt circa Tutores, ac nominatim circa ius *dandi* à Magiſtratu Tutoris, idem iuris fermè eſt circa Curatores.

Neque etiam ſatisfacit, quod hîc aiunt, citra ullam rursùm iuris diductionem, hîc ne quidem de Curatoris datione agi, ſed de Curatoris remiſſione, veniáque ætatis. Addenda enim ſemper fuit ratio diverſitatis, cùm regulariter alioquin eius ſit denegare, abſolvere, remittere, cuius eſt & dare: præſertim ubi de ſummo aliquo Magiſtratu agitur.

Vt omittam igitur & Baſilica receptam lectionem tueri, vbi ita habetur, ὑπάτοι ἢ ἄρχοντες, & hæc quoque ratio pro receptâ lectione adverſus emendationem omnino facit, quòd Vlpianum, cùm ad Edictum hoc ſcriberet, non minus de Vrbanis, quàm de provincialibus Magiſtratibus egiſſe oportuit: Atqui

d by Google

Atqui ſi hîc legas *Proconſulum vel Præſidum*, iam nullam Vrbanorum mentionem Vlpianus fecerit.

Fuit ſanè tempus, cùm probabilibus argumentis ipſe crederem, Vlpiani etiam ætate, poſt inſtitutum à Marco Prætorem Tutelarem, Curatores à Conſulibus dari perſeveraſſe ſaltem quadamtenus: puta adultis maiori ætati propioribus, & Illuſtribus; denique Minorum defenſioni proſpiciendi curam ad Conſules quoque pertinuiſſe. Primùm id mihi probare videbatur Papiniani *lex tutores.* 39. §. *tutores.* 12. *ff. de adminiſtr. tut.* *Tutores*, inquit, *pubere pupillo conſtituto litem appellationis inchoatam iuſſu* CONSVLVM *ob noticiam rei perfecerunt? Cùm judicatum perſequi non potuerunt, periculo culpæ non ſubijciuntur.* Species quippe huius l. hæc videbatur, Conſules, cùm eos qui tutores Illuſtris alicuius pupilli vel etiam Maiori ætati proximi eſſe deſierant, non poſſent Curatores invitos dare, illud ſaltem effeciſſe, ut quia cœptæ litis noticiam tutores illi habebant, eandem perficerent, vice ſcil. Curatorum. Sed quia ſunt, qui ſpeciem ita fingere malunt, quaſi in eâ lege Conſules cognoſcentes in cauſa appellationis à Iudice à ſe dato, coëgerint tutores finita tutela cauſam appellationis ab his conſtante tutela inchoatam apud ſe perſequi, cùm id alioqui nollent; ideò, inquam, ex hac l. id liquidò probari non poteſt, cùm neque de eius ſpecie liquidò conſtare poſſit, etſi mihi prior ſpecies ſemper arriſerit. Secundò, probabili hoc argumento ducebar, quòd *ῥητῶς Tutorum* dandorum ius à Conſulibus ad Prætorem tutelarem tranſlatum dici viderem: Conſulantur omnes iuris textus, in quibus de Prætoribus agitur, qui ex Conſtitutionibus tutores dare cœperunt, ſanè *ῥητῶς Tutorum* dandorum mentionem fieri deprehendes: ſpectentur quoque verba Capitolini *in vita Marci*, neque is aliter loquitur; *Prætorem*, inquit, *Tutelarem primus fecit, cùm ante Tutores à Conſulibus poſcerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur. De Curatoribus verò ita ſtatuit, ut omnes adulti Curatores acciperent non redditis cauſis.* Vrgebam & in eam rem ipſius *Prætoris Tutelaris* nomen. Rationem etiam diſtinctionis hanc ex Capitolini partim verbis colligebam: quod pupillaris quidem ætatis favor id meruiſſet, ut aſſiduum & peculiarem Prætorem, iſti rei

Marcus præficeret: Atenim Adultorum, forte maiori iam ætati proximorum & Illuſtrium reſpectum id meruiſſe, ut magiſtratũ maiorẽ ſortirentur, cùm de rei ſuæ adminiſtratione his adimẽda ageretur: Quare videas etiam Vlpianum *fragm.t.* 12.§.*ult.* diſertè dicentem, *à Prætore Curatorem dari ei qui* NVPER PVBES *factus, idoneè negotia ſua tueri non poteſt.* Et quidem iam promiſcuè, cùm antea adulti curatores ex Lege Lætoria non niſi iuſtiſſimis cauſis redditis acciperent.

Spectabam & illud, & in aliis Iuris articulis Conſulis & Prætoris Iuriſdictionem concurriſſe, ſic ut maior ſemper ſumma cauſáque ad Conſulis Iuriſdictionem pertineret, veluti in fideicommiſſis & libertatibus; ſed & Maiores perſonæ, veluti ſpecioſæ, de quibus eſt alioquin *lex, ſpecioſas.*100.*ff.de V.S.*(quæ deſumpta eſt ex lib.2. Vlpiani *de officio Conſulis*) Ducebar & argumento aliquo *legis* 17 *ff.de tut. & ration.diſtrah.* quæ deſumpta eſt ex lib.3.de officio Conſulis: quanquam erunt fortè, quibus placeat potius eam legem reddere libro 3.de off.Proconſulis.arg.*l.*12 *ff.de tutorib.dat.l.*5.*ff.ubi pupill. educ.l.*11.*ff.de rebus eorum qui ſub tut.*

Hæc quæ dixi ſi ita ſunt, tùm ſanè Emendatoris error in eo quidem fuerit, quod Curatoris dandi ius à iure Tutoris dandi minùs diſtinxerit: Non verò in eo, quod de Curatore dando hac l.agi putavit, qui probabili hoc argumento ductus videtur quaſi eius fuerit Curatorem de iure dare, qui Curatoris remittendi de facto licentiam ſibi vindicabat: nempe cui hoc adimeretur, illius omninò curam eidem iniunctam videri.

Et hæc quidem ita omnia ſatis probabiliter: ſed tamen & hic ſimpliciſſimus ſenſus huic legi aptari poſſit: Nempe Minores, forte maiori ætati propiores & Illuſtres, cùm Curatores in urbe à Prętore, in provinciis à Magiſtratibus municipalibus accipere deberent, ad maiorem aliquem Magiſtratum ſubinde iviſſe; putà ad *Conſulem*, in Vrbe; ad *Præſides*, in provinciis; ut per hos veniam ætatis curatoriſque gratiam impetrarent. Vt cæteroquin maioris poteſtatis auctoritate & interventu ordinarię iuriſdictioni interceditur, eiuſque tenor interciditur. Et ita quidem de facto, at non & de iure, quod hæc lex apertè oſtendit.

Vt

Digitized by Google

Vt apertus omninò eorum error ſit, qui *veniam ætatis ad Conſules ſpectaſſe* hac l. indicari aiunt, quod tamen diſertè his *h.l.* denegatur, non minus quàm Præſidibus; ſic quidem, ut ambitioſa eorum decreta, quibus de facto, non de iure, veniam ætatis Minoribus concedebant, hac ipſa lege vocentur. Et ſanè illud ſemper de iure obſervatum reperio, uti veniam ætatis ſolus Princeps concederet, ut patet *ex l. 1. C. de his qui veniam ætatis. & l. un. C. Th. eod. t.* imò & ex hac ipſa *l. ipſi autem*, inquit, [Imperatores] *perrarò Minoribus rerum ſuarum adminiſtrationem extra ordinem indulſerunt: & eodem iure utimur*.

II. *Altera* huiuſce Capitis hęſitatio eſt, ſed nupera & recens, Quonam ſenſu Vlpianus dixerit, Severum & Antoninum Caracallam Conſulum & Pręſidum decreta (quibus videl. rei ſuę adminiſtrationem Minoribus concederent, curatoriſque gratiam facerent) *quaſi ambitioſa interpretatos*. Novi ſcil. Scriptores *ambitioſa* interpretantur, quæ faverent honorum ambitui: Et iam, ſi Deo placet, arg. *prox. legis* 2. quæ tamen una ſufficit huic interpretationi elidendæ. Nempe ait Vlpianus, Lege Iulia & Papia totidem annos, quot Candidatus liberos haberet, ex Lege annaria, præſtituta ad honores capeſſendos, remitti: Sed addit, hoc privilegium non eſſe trahendum ad remiſſionem Curatoris, ſeu licentiam adminiſtrationis; & ſi traheretur, Conſulum aut Præſidum decretis, ea decreta ambitioſa eſſe. Non igitur Vlpianus *decreta ambitioſa* dixit, quæ honorum ambitui faverent; imò ambitioſa hoc ſenſu potius Lex Iulia & Papia erat. Et quaſi verò non apertiſſimum ſit & paſſivitus notum, *ambitioſa* dici gratioſa obſequio, favore, gratia adverſus iuris ordinem contra ius æquū in alicuius favorem facta ut hac l: ita & *l. ambitioſa ff. de decretis ab ord. fac. l. ſervo.* §. *cum Prætor. ff. ad SC. Trebell. l. 12. C. de tranſact. &c.* quod diſcere potuerunt vel ex Cujacio, *notis ad hanc ipſam legem*; à quo neque Doctiſſimus Fornerius prorſus diſſidet 1. *ſelect.* 17. & Ræυardus ipſe 5 *variar.* 6. in quem hoc caput ſtrinxerunt. Sic etiam ambitioſas ſententias dixit Suetonius, *in Domitiano* 8. *Ambitioſas inquit Centum virorum ſententias reſcidit.* Sed & Iudex ambitioſus Livio. Illud interea videre non poſſum, cur hæc verba, *decreta ambitioſa interpretati*

ſunt, adverſus ſuperiorem emendationem urgeant. Nam ſive *Conſulum*, ſive *Proconſulum* hîc legas, an ideò magis aut minus *decreta* fuerint? aut *ambitioſa* minus? aut non certa ſemper interpretatio Severi & Antonini? Ego, verum ut fatear, quid ſibi velint, non video: tantò magis, cùm Emendationis auctor nullam horum verborum mentionem faciat; tantùm abeſt ut ea aliquid ad firmandam emendationem ſuam facere dixerit.

CAPVT V.

VLPIANI *Lex, ſed ſi quid. 15. §. ult. ff. de uſufructu.* ex lib. 18. ad Sabinum.

QVÆSTIO eſt de Jure SERVITVTIS conſtituendæ, Vtrum videl. proprietarius fructuario conſentiente ſervitutem in fundo fructuario conſtituere poſſit? Verba Vlpiani ſunt aperta: *Proprietatis dominus ne quidem conſentiente uſufructuario ſervitutem imponere poteſt.* Et id tamen in duo Interpretum genera incurrit; Vnum eorum, qui perſuaderi ſibi non patiuntur, ceu rem abſurdam, iure civili, proprietarium non poſſe, etiam fructuario conſentiente, ſervitutem imponere: cùm toto iure liceat unicuique iuri favoríque pro ſe introducto renunciare: ac nominatim fructuario, *L. cùm fructuarius. ff. de vſufructu.* Alterum eorum, qui id ſibi quidem perſuaderi patiuntur, ſed iidem inanem partim rationem addunt, partim & falſam limitationem apponunt.

E prioribus ſunt, qui hanc ſententiam Vlpiano adfingebant, quaſi is dixiſſet, proprietarium quamlibet diſſentiente fructuario ſervitutem imponere poſſe, & ſic affirmativè hunc locum accipiebant: Verbis hunc in modum proculdubio commutatis, *non conſentiente quidem fructuario imponere non poteſt.* Verùm, præterquam quod hos refutat & §. ipſius initium, & verba ipſa Vlpiani, quæ planè contrarium ſenſum præferunt: *Ne quidem conſentiente*, inquit Vlpianus; Atqui ſi verum illi dicunt, ſubiicere debuiſſet Vlpianus; *conſentiente verò, poteſt.*

Digitized by Google

poteſt. Reſpuit & ejuſdem Vlpiani exceptio de loco religioſo, quem utique proprietarius conſentiente fructuario facere poteſt favore religionis: quòd eodem libro Vlpianus ſtatim huic l. ſubiecerat *l. altera prox. 17.*

Quare neceſſe eſt hanc Regulam §[i] noſtri negativam eſſe. Et ſic eadem iam opera concidit ſecunda eorum emendatio, qui *in extremo huius* §[i] negativam rurſum repetebant, ita, *Ne quidem conſentiente fructuario ſervitutem imponere non poteſt:* præterquam quod & ipſum dictionis ſchema abſurdum eſt. Concidit & eâdem opera tertia aliorum emendatio, qui pro, *ne quidem*, hîc reponebant *ſiquidem.*

Sequuntur jam, qui negativè quidem hunc §. rectè accipiunt, ſed neque veram rationem apponunt, & inanem præterea limitationem adſuunt. De ratione priùs: Eam triplicem hactenus reddi video: Prima eſt, quòd non poſſit quiſquam fundo ſervitutem imponere, niſi qui omninò dominus eſt, *l. 1. ff. communia præd.* Atquin in propoſito caſu apertè neutrum dominum prorſus eſſe, neque etiam conſenſum fructuarij plenum dominium transferre. Quæ ratio inanis eſt: Nam ecce, neque ſinguli ſociorum plenum rei dominium habent, *l. parietem. ff. de ſervitut. V. P.* & tamen utroque conſentiente, fundo communi ſervitus imponi poteſt, *l. per fundum ff. de ſervit. R. P. & l. ult ff. commun. præd.*

Alij hanc rationem reddunt, quòd ſervitus ſervitutis ipſo iure conſtitui non poſſit, etiam volente domino, *l. 1. ff. de uſufr. leg.* Verùm hanc rationem rectè refutant alij: Nempe quod hoc caſu non agatur de ſervitute uſufructui imponenda, ſed fundo ipſi, unde tamen fieri poteſt, ut uſusfructus ius deterius fiat.

Tertia igitur novâque ratio qua ſcil. iam mirari deſinamus tam paradoxam ſententiam, ab aliis iſthæc adducitur; quòd ſervitutis impoſitio ſit ſpecies quædam alienationis *l. ult. C. de reb. alien. non alien.* qui autem alienare nequit, neque alienanti conſentire poſſit, *l. 165. ff. de R. I.* Cæterum fructuario alienare non licere, *l. 6. ff. commun. præd.* Ergò nec conſentire eum poſſe ut ſervitus imponatur. Excutiamus ſingulos gradus & Soritem nullo negotio frangemus. Verum eſt, Servitutis im-

poſitionem eſſe ſpeciem quandam alienationis: Verum item eſt, fructuarium alienare ſervitutem non poſſe. Sed quamnam quæſo ſervitutem & quo ſenſu? Nempe ſervitutem fundo debitam; at in caſu propoſito non agitur de ſervitute fundo debita alienanda, ſed de ſervitute fundo imponendâ, quæ longè diverſa eſt alienationis ſpecies. Illa nempe ſi uſufructuario daretur, iam aliena res ab eo alienaretur; hæc verò iuris proprij alienatio eſt, quod quare uſufructuario non liceat, niſi alia iam ratio redditur? Sed cùmprimis Sophiſticum hîc eſt, quod aiunt, *Eum qui alienare non poteſt, nec alienanti conſentire poſſe*, quæ Regula ab hoc tractatu eſt alieniſſima. Nempe ea pertinet, ad eos qui ob aliquam iuris rationem rem in ſuo dominio conſtitutam, alienare non poſſunt, quare neque eandem alienanti alij conſentire poſſunt. Exemplo ſit *pupillus*; Is, inquàm, cùm ius aquæ ex ſuo ducendæ concedere, & ſic alienare, non poſſit, neque alij eandem alienanti conſentire, patientia vel mandato ſuo, poteſt. Quæ quidem genuina ſententia & ſpecies eſt *legis* illius 165. *ff. de R. I.* ut patet ex coniunctione *legis* 8. 10. *ff. de aqua & aq. pluv. arcen.* At in propoſito caſu nil tale; eo quippe agitur de ſervitute imponenda ex duorum conſenſu, quorum amborum intereſt.

Quinimò & fructuarius etſi non poſſit ſervitutem fundo debitam alienare, alienanti tamen domino conſentire poteſt. Ad ſummam Regula illa in iis obtinet, qui propter perſonę ſuæ conditionem & iuris defectum alienandæ rei ſuæ ius non habent, qui & ideo neque conſentiendi in ejus alienationem jus habent.

Vera igitur tandem ratio, Cur conſenſus fructuarij hîc nil operetur iſthæc eſt; quia ſervitus uti reale, ita & *perpetuum* ſuâ naturâ fundi onus eſt, quod ſcil. fundum in perpetuum afficit, ut proinde eius conſenſus nil operetur, qui ius *perpetuarium* in fundo non habet. Quare & viceverſâ neque ſervitutem fundo adquirere fructuarius poteſt, vt *hac ipſa l.* 15. *&* §. *ult.* ſcriptum extat; quia videl. is demum ut imponere, ita & adquirere ſervitutem poteſt, qui fundi dominus eſt iure perpetuario *d. l.* 1. *ff. commun. prædior.* Hactenus vera opinor ratio.

Neque movet quod pro contrariâ ſententiâ adfertur, quod poſſit

Digitized by Google

poſſit proprietarius ſervitutem conſtituere, modò ne deterior fructuarij conditio fiat, ut habetur *lege prox.16*: Non movet, inquam; quia hoc caſu de conſenſu fructuarij nullo modo quæritur: Nempe differentia conſtituenda nobis hîc eſt inter ſervitutem, quæ non tantùm proprietatem, ſed & ius uſusfructus conſtantis quoque adficit, & tùm nequidem conſenſus uſufructuarij quidquam operatur propter eam quam dixi rationẽ: Et inter non adficientes, ſed ſolam proprietatẽ reſpicientes, & in his ne conſenſus quidem uſufructuarij expectatur; quandoquidem ſola proprietas ſit debitura ſervitutem, veluti (quod exemplum ipſum ibi adfertur) ſi proprietarius talem ſervitutem vicino concedat, *Ne ſibi liceat altiùs tollere*: Nam hæc ſervitus negativa nudam proprietatem adficit & reſpicit, nullo uſusfructus reſpectu.

Quare iam alter eorum error concidit, qui argumento *d.legis 16.* hanc legem noſtram ita limitandam ſeu reſtringendam putant, quòd ſcilicet in propoſito caſu conſenſus quidem uſufructuarij nil operetur ad perpetuam ſcil. ſervitutem conſtituendam: ſed tamen ne lex dura ſit, operari quatenus & quamdiu fructuarij intereſt. Quam quidem limitationem Accurſius, Contius, Cępolla probabant; hoc ſenſu, ſaltem conſenſum fructuarij hoc efficere, ut ſervitus hæc conſtet, quamdiu uſusfructus conſtiturus eſt. Primùm enim, uti dixi, id ex *d.l.16.* nullo modo efficitur, quia ibi agitur de ſervitute (& quidem negativa) nudam proprietatem adficiente, ubi uſufructuarij conſenſus nullo modo expectatur: In hoc caſu verò agitur de ſervitute uſumfructum etiam adficiente. Secundò, etſi ſervitus ad tempus conſtituta ex Sabinianorum ſententia pacti vel doli exceptione valeat, *l.4.ff.de ſervitutib.* nunquam tamen valet, ne momento quidem, ubi defectus eſt in *perſonâ* conſtituente, quæ ſcil. ius perpetuarium in fundo non habet. Nempe à domino perpetuario conſtituta, etſi ſummo iure perpetua ſit; (nam ſervitus regulariter neque ad tempus conſtitui, neque ad tempus conſtare poteſt, ſed conſtans & perpetua eſt, *l.4.ff.de ſervitutib.*) attamen per æquitatem exceptionis temporaria eſſe poteſt: Hæc à non domino perpetuario conſtituta, nullo modo valet. Hinc peremptoria illa ICti

Google

verba, *Proprietatis dominus ne quidem conſentiente fructuario ſervitutem* IMPONERE *poteſt.* Ecce ſignificat ICtus evacuari, vitiari penitus hanc ſervitutis conſtitutionem, propter defectum videl. perſonæ conſtituentis.

Duritiem igitur huiuſce legis, miſſis aliis remediis, & ut ne in Iuris Civilis rationem impingamus, emolliri poſſe putet quis hâc ſolâ ratione: quòd ſcil. in hoc caſu potuerit ſaltem fructuarius, vel ſolus, vel cum proprietario, ita ſervitutem imponere, ut ſervitus iſthæc ius magis perſonale quàm ſervitutem realem contineret: quomodo & aliis caſibus quibuſdam ſervitus alioquin realis quaſi perſonalis effici cenſetur, ut in *ſpecie legis* 4. *ff. de ſervit. R. P:* & *legis Mela.* 14. §. *ult. ff. de alimentis leg.* Tandem fateor, aliter hodie iudicandum fore, miſſis illis iuris ſubtilitatibus, ſi de eo iudicium hodie acciperetur.

CAPVT VI.

VLPIANI *Lex 1. in pr. ff. quibus modis uſusfructus amittatur.* ex lib. 17. ad Sabinum.

QVÆSTIO eſt de TRADITO uſufructu: quonam videl. ſenſu & cur Vlpianus ſcripſerit, *traditum uſumfructum non iure conſtitutum eſſe, ſed tuitione tantùm Prætoris conſiſtere.* Verba Vlpiani ſunt hæc: *Non ſolum uſumfructum amitti capitis diminutione conſtat, ſed & actionem de uſufructu. Et parvi refert, utrum iure ſit conſtitutus uſusfructus, an verò tuitione Prætoris: Proinde traditus quoque uſusfructus, item in fundo vectigali vel ſuperficie non iure conſtitutus, capitis minutione amittitur.* Apertum quidem eſt hic, duplicem uſumfructum ab Vlpiano conſtitui: alium, qui iure ſit conſtitutus; iure, inquam, ipſo & civili: alterum, qui tuitione tantùm Prætoris conſtitutus ſit & conſiſtat. Quam eandem diſtinctionem facit rurſum idem Vlpianus *l. 9. §. 1. ff. uſufructuar. quemadm. cav. Illud ſciendum eſt, ſive iure*

jure ipſo quis uſumfructum habet, ſive etiam per tuitionem Prætoris, nihilominus cogendum eſſe fructuarium cavere, aut actiones ſuſcipere. Hæc quidem ut dixi diſtinctio aperta eſt: ſed in exemplo priore labor eſt: Exemplum equidem uſusfructus tuitione tantùm Prætoris conſtituti & conſiſtentis in fundo vectigali vel ſuperficiario omnes admittunt. Nempe enim iuris aperti eſt, quod ſuperficiarius, quíque fundum vectigalem habet, in fundo ſuperficiario & vectigali uſumfructum iure conſtituere non poſſit, uti neque aliam quamlibet ſervitutem, cùm dominus non ſit, ſed ius tantùm habeat in fundo, *l. 1. ff. ſi ager vectig.* (cuius tit. *legem* 2. notari velim huic noſtræ, ceu ex eodem Vlpiani libro deſumptam, coniungi oportere) *& l. 1. 2. ff. de ſuperficieb.* Et tamen (quod hâc l. docemur) & ab his conſtitutus uſusfructus tuitione Prætoris ſuſtinetur: Quare & idem Vlpianus ſcribit, *d. l. 1. § 6. ff. de ſuperfic. quaſi uſumfructum* ſive *uſum quendam* eſſe, & conſtitui poſſe PER VTILES ACTIONES credendum eſt. *Quaſi uſusfructus, & quidam uſus, & utiles actiones*; hæc, inquam, omnia denotant Prætoris tuitionem & æquitatem: Nempe ubi Prætor ſemel ſuperficiarium & vectigalem agrum habentem domini loco habere, eíque utilem in rem actionem dare cœpit, iam & uſumfructum ab his conſtitutum tueri neceſſe habuit, atque ſi à domino is conſtitutus fuiſſet. Hæc, inquam, plana ſunt. Sed difficultas in eo eſt, quod de *Tradito* uſufructu ab Vlpiano adjicitur; quaſi traditus uſusfructus non iure conſtitutus ſit, ſed tuitione tantùm Prætoris conſiſtat; cùm tamen uſusfructus haud melius quàm traditione conſtitui videatur, & verò paſſim de tradito fundo in iure agatur, tanquam certiſſimè iure conſtituto.

Igitur Vir ſcriptis hâc tempeſtate Clariſſimus de mendo ſuſpectum hunc locum faciebat; ita quidem, ut errorem ex contracta ſcriptura natum, legendúmque putaret, *Proinde, traditus* QVOMODOCVMQVE *uſusfructus*; quaſi Vlpianus dixiſſet, uſumfructum traditum, non tantùm ex CAVSA Iure civili cognitâ, verùm etiam ex cauſâ quæ ſolâ æquitate commendetur, conſiſtere, licet vinculo iuris deſtitutum; Neque enim ſi ſolam traditionem ſpectes, uſumfructum traditum rectè

negari iure conſtitutum, aut rectè affirmari Prætoris tantùm tuitione conſiſtere: Quare cùm neceſſe ſit id quod de tradito fundo hic dicitur, exemplum eſſe uſusfructus non iure conſtituti, eam emendationem admittendam, quæ *cauſarum* ſaltem diſtinctionem faciat, ex quibus uſusfructus traditus eſt.

Hanc emendationem etſi neque ego admittam; non tamen fero iis argumentis refutari, quibus refutandam ſibi nonnulli duxêre.

Non admitto inquam, quod aiunt, Neminem ita ex lectione vulgatâ concludere, *Quòd uſusfructus traditus ſolo Prætorio iure conſtitutus ſit*: Imò enim ita omninò concludi neceſſe eſt, & verò concludendum eſſe mox oſtendam: Verùm iiſce rationibus, quibus ſanè ignoratis nil mirum eſt receptam lectionem ad abſurdum à Viro Clariſſimo deductam fuiſſe.

Non admitto etiam quod aiunt, admiſſâ ſuperiore emendatione QVOMODOCVMQVE, è re iam fuiſſe exemplum quoque proponi uſusfructus iure ipſo conſtituti: Imò verò vox hæc ampliativa QVOMODOCVMQVE, illud tantùm, pro ICorum noſtrorum more, depoſcebat, ut modi extraordinarij & dubitabilis exempla apponerentur, non verò ea de quibus dubitari non poterat.

Tertiò non admitto, quòd eundem legis ſenſum futurum aiunt etiam ſine illa correctione. Imò enim non idem ſenſus futurus eſt; quia enim vulgata lectio in genere loquitur *de uſufructu Tradito*, ac proinde ſcrupulum relinquere; emendatio verò ſeu vox *quomodocumque* (quæ à DD. *valde prægnans* dicitur) ſcrupulum eximere videtur, *Cauſarum* videlicet iam diſtinctione indicata ex quibus fundus traditus eſt; putà uſumfruct. valere non modo ſi ex cauſa iure civili cognita tradatur, verùm & ſi ſola æquitate, QVOMODOCVMQVE denique.

Quartò neque admitto eam obiectionem, quod illud ipſum *Quomodocumque* ex ſuperioribus ſatis colligi poſſit; ex illis, inquam, *Parvi refert*, atque ideò nil hic immutandum fuiſſe. Verum equidem eſt, Regulam exinde rectè confici: ſed non ideò de exemplis liquebat: ideò etiam mox ſubiicit IC. *Proinde traditus*, &c. Quæ verba, ſunt à Regula generali ad exempla progredientis.

Quintò

Digitized by Google

Quintò non admitto, quod dicunt nihil abſurdi fore, etſi dicamus, ICtum exemplum dare voluiſſe uſuſfructus iure cõſtituti:Non inquam,id admitto:quia enim tralatitius ICorum mos renititur:qui poſt Regulam extenſivam ſeu progreſſivam ab una eáque indubitata ſpecie ad aliam dubitabilem, eius tantùm ſpeciei exempla proponere adſolent ad quam progreſſus fit,& de qua dubitari poterat,rei verò notæ nullum exemplum addunt.

Sextò non admitto argumentum quod ducunt à voce ſequente ITEM: nempe aiunt, quod ſi Iuriſconſultus dixiſſet, *traditum Quomodocumque uſumfructum*, i.ex quacunque cauſa, ſive civili, ſive Prætoria, non debuiſſe ſubiicere *Item*, quæ vox arguat ſpeciem ſequentem præcedenti non contineri,ſed dicendum fuiſſet,*Veluti*,aut ſimile quid:Atquin Traditum *Quomodocumque* uſumfructum,etiam ſequentes ſpecies, uſuſfructus ſcilicet in ſuperficiario & vectigali fundo conſtituti complecti. Non, inquam, id admitto, quia Viri Clariſſimi mentem & verba diſſimulant, qui traditi quomodocunque uſuſfructus exemplum quoque apponebat ex CAVSARVM diverſitate,veluti ex cauſa fideicommiſſi,ut in ſpecie *legis 3.ff.ſi uſuſfr.pet.& l.4.ff.quib.mod uſuſfr.amitt.* Quæ quidem ſpecies diverſæ ſunt a ſpeciebus fundi vectigalis vel ſuperficiarij, quæ non Cauſarum diverſitatem reſpiciunt,verùm *Rei ſubiectæ* diſcrimen ſpectant.

Tandem neque fero hæc verba *Non iure conſtitutus* vrgeri, ex quibus efficiunt, admiſſâ ſuperiore emendatione & legem ipſam ſibi contradicturam, & emendatorem ſibi ipſi non conſtare: Legem ipſam, quia ſcil.uſuſfructus Iuris Civilis vinculo non ſubnixus, non ſit *Quomodocumque conſtitutus*. Contrarium enim omnino colligi oportuit: Quomodocumque conſtitutus uſuſfructus eſt: Ergo Iuris Civilis vinculo ſubnixus non eſt. Multò minus ſibi contradicit emendator,quia ejuſdem fuit dicere,agi hîc de uſufructu iure non conſtituto: *Iure*,i.iure civili: & eiuſdem dicere, agi de eo qui quomodocumque conſtitutus eſt,i.vel iure Prætorio.

Interim etiam iniuriam eidem viro CL. faciunt,cùm inconſtantiæ eum arguere ſuſtinent circa vocem *Quoque*, quaſi & eam ipſe primùm eodem loco probaverit mox improbet.

Digitized by Google

Ex hypotheſi quippe tantum receptæ lectionis initio conclu-debat; *Et articulus*,inquit, QVOQVE SI *retineatur,eandem pro-culdubio ſuadet interpretationem.* Nulla hæc opinor inconſtan-tia eſt, verùm ex hypotheſi argumentatio.

Nihil igitur hactenus dicitur, quo ſuperior emenda-tio refellatur; quam unico veriſſimóque argumento refelli oportuit: Novæ inquam, Interpretationis remedio: Non quidem eius,quâ receptam lectionem nonnulli tutantur, ad-ſcitâ videlicet in ſubſidium novâ conſtructione: Nempe verbis illis ſequentibus, *Non iure conſtitutus*, retractis ad illa ſu-periora, *Traditus quoque uſusfructus*: quaſi ita lex ſcripta eſſet, *Proinde traditus quoque uſusfructus non iure conſtitutus, item in feu-do vectigali vel ſuperficie non iure conſtitutus.* Hanc enim con-ſtructionem refutat; Primùm intermedia vox ITEM, quæ o-ſtendit, prius exemplum traditi uſusfructus, iam omninò ab-ſolutum, neque ex poſterioribus quicquam, ceu ἀπὸ τοῦ κοινοῦ eò ar-ceſſendum eſſe. Deinde ſenſus ipſe abſurdus fuerit, quia in-de iam ſequeretur, prius hoc exemplum cum poſteriore idem eſſe: Annon enim & hoc caſu uſusfructus in fundo vecti-gali vel ſuperficie conſtitutus, traditus non iure conſtitu-tus eſt?

Quid igitur? Nihil hîc aut immutandum, aut ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ar-ceſſendum veniebat, eo ipſo ſcilicet, quòd fructus Traditus e-rat, & non iure conſtitutus erat: ſiue quia, ut volunt nonnulli, uſusfructus earum rerum numero eſſet quæ mancipi ſunt, ac proinde traditione non iure conſtituebatur, verùm mancipa-tione ſeu nexus traditione, vel in iure ceſſione. *Mancipatio*, inquit Vlpianus in fragm. tit. 19. *propria ſpecies alienationis eſt rerum mancipi: traditio propriè eſt alienatio rerum nec mancipi. In iure cedi res etiam incorporales poſſunt, veluti uſusfructus*, &c. Et ex Gaio Boëtius lib. 3. in Topica Ciceronis, *Abalienatio*, inquit, *rei mancipi, aut nexus traditione aut in iure ceſſione perficitur: Nam pu-râ traditione abalienatio rei mancipi non explicatur.* Sive quia (quod certiſſimum eſt) incorporales res traditionem non re-cipiebant; quod præter expreſſum textum *legis* 43. §. 1. *ff. de ad-quir. poſſ.* etiam ex Inſtitutionibus noſtris diſcere eſt, §. *per tra-ditionem.* 40. *Inſt. de rer. diviſ.* ubi Theophilus quoque, τὰ ἀσώ-

ματα

μετὰ ἀφῆς ὄντα κρείττονα ἐκ ὅπιδὲ χάτῳ τραδιτζίονα. Igitur uſusfructus per traditionem non iure conſtitutus erat. Quod ipſum rurſum idem Vlpianus oſtendit *d.l.1. §.7. ff. de ſuperficieb: Quia autem*, inquit *etiam in rem actio de ſuperficie dabitur, petitori quoque in ſuperficiem dari, & quaſi uſumfructum ſiue uſum quendam eius eſſe, & conſtitui poſſe per utiles actiones credendum eſt. Sed & tradi poſſe intelligendum eſt, ut & legari & donari poſſit.* Quem etiam locum Interpretes vulgo minus intellexerunt, divulſis ibi perperam paragraphis: Id enim eo loco vult Vlpianus, etſi ipſo iure ſuperficiarius uſumfructum conſtituere non poſſit, ac multò minus per traditionem: attamen quaſi uſumfructum, per utiles actiones, & ſic tuitione Prætoris, conſtitui, imò & tradi poſſe.

Ita igitur concludendum, in ipſâ & nudâ Traditione uſusfructus vitium fuiſſe, eò quod traditio non eſſet modus legitimus Iure civili uſusfructus conſtituendi, qui tamen conſtitutus tuitione Prætoris conſiſtebat. Viderint iam novæ conſtructionis Auctores, quænam è ſuperioribus interpretatio ſuâ ſponte fluat, verbis legis adſtricta, & nullatenus detorta aut coacta.

Capvt VII.

Vlpiani *lex uti frui 5. in fine pr. ff. ſi vſusfructus petatur.* ex libro 17. ad Edictum.

QVÆSTIO eſt, de *Commodo poſſeſſionis* in judicio inter fundi proprietatem ſeu dominium ſibi vindicantem, & eiuſdem fundi uſumfructum ſibi aſſerentem. Neque tamen quæſtio iuris, ſed de ſententia tantùm verborum Vlpiani: Nam de iure ipſo ne quæſtio quidem eſt. Ait initio legis Vlpianus, *Vero domino fundi competere negatoriam actionem adverſus eũ qui ius utendi fruendi ſibi vindicat.* Hæc quidem de vero domino clara ſunt & perſpicua. At non item perſpicua nonnullis videntur quæ ſtatim de non vero domino

Digitized by Google

[O]bjiciũtur: *Quod ſi fortè qui agit dominus proprietatis nõ ſit, quamvis fructuarius ius utendi non habet, vincet tamen iure quo poſſeſſores ſunt potiores, licet nullum ius habeant.* Conſentiunt equidem omnes (quod & *Ioannes* vetus Interpres vidit) ſpeciem huiuſce verſiculi pertinere ad concurſum ſeu conflictum non domini, & non veri fructuarij: & ſic duorum nullo iure ſibi aut dominium aut uſumfructum vindicantium: & conſentiunt omnes, in hoc concurſu ex his eum potiorem eſſe qui poſſideat. Sed de eo tantùm quæritur, Vtrum in hac Vlpiani ſpecie, non dominus, qui ſcilicet proprietatem ſibi falsò vindicabat, poſſeſſor fuiſſet, an verò is qui uſumfructum ſibi falsò pariter vindicabat: ac proinde, uter dicatur in hac ſpecie *vincere eo iure quo poſſeſſores ſunt potiores, licet nullum ius habeant.*

Vir ſuperiore ætate Clariſſimus putabat, in hâc ſpecie non dominum poſſeſſorem fuiſſe, & ideò vocem *fructuarius* expungebat: Quem & ex *Auctoris mei* & CL. Antonij Fabri nota reprehendi iure video: ſed neque veris rationibus, neque cauſa erroris detecta.

Primùm enim non negavit Emendationis iſtius Auctor, hoc loco agi de Negatoria actione dominium ſibi vindicantis contra fructuarium, quod diſertis ipſemet verbis profitetur.

Neque nexus aut ſeries legis eam emendationem ulla ratione, quantum equidem ego perſpicere poſſum, refutat.

Neque etiam video, quomodo eâ voce *fructuarius* ſublata locus obſcurus futurus ſit, quaſi iam colligi non poſſit contra quem vinceret is qui proprietatis dominus non eſt. Id enim tùm ex ſuperioribus proximè connexis liquidò apparet, ſimul & ex totâ legis ſerie, ubi agitur de actione inter proprietarium & fructuariũ: quo ſanè poſito, poſitâq; ſimul perſona eius qui vincere dicitur, ſanè ponitur neceſſariò & is qui vincitur: Niſi putet quis iam rem inter alios iudicatam aliis præiudicare. Et quæſo, nõ iidem illi qui hoc urgent, in interpretatione *legis* 57. *ff. mandati.* (de qua *inf. cap.* 11.) longè abſurdiùs *adverſarium* aliquem ſubintelligi volunt? Imo non iidem illi in interpretatione *legis* 66. §. *pen. ff. de legatis* 2. (de qua *inf. cap.* 19.) longe abſurdius cauſas alias ab expreſſis ſubintelligi pariter volunt?

Sed,

Sed,inquiunt,res erit clarior,ſi inquiratur in rationem dubitandi & decidendi. Imò neque hæc ratio emendationem ſuperiorem ullo modo conficit: Eadem quippe ſemper ratio dubitandi & decidendi futura eſt, etſi eum qui proprietatem falsò ſibi vindicat, adverſus uſumfructum falsò ſibi vindicantem,poſſeſſorem feceris. Sanè enim & hîc, etſi neuter vincere debere videatur,quia uterque iure deſtituitur (quæ *dubitandi ratio* eſt) attamen non dominus potior erit, quia (quæ *ratio decidendi* eſt) etſi proprietatem ſibi falsò vindicet, tamen vincit eo iure,quo pôſſeſſores ſunt potiores,licet nullum ius habeant.

Aliis igitur & verioribus rationibus ſuperior emendatio refellenda erat: duplici nempe Emendatoris errore notato quorum prior eſt, quod cùm ipſemet videret non de exceptione, ſed *de actione* negativa ſcil.ſeu *negatoriâ* hîc agi,(ut diſertè huius ipſius legis *princ. verſ. quanquam enim* exprimitur) non attenderit, eo ipſo non dominum poſſeſſorem non fuiſſe: Nam ſanè ei qui poſſidet non eſt actio prodita, per quam neget rem alterius eſſe,ut eſt in vex ato §.2.*inf.Inſt.de actionib*: ſeu ut Vlpianus loquitur *l.*1.§.6.*ff.uti poſſidetis.* actio nunquam *Vltrò* poſſeſſori datur, quippe ſufficit ei quòd poſſideat. Denique nemo in poſſeſſione conſtitutus agit, ſed agentem exceptione repellit.

Secundus error in eo eſt, quòd ad connexa verba *ius utendi* non advertit; *quamvis* inquit lex, *fructuarius ius utendi non habeat*: quę manifeſtiſſimè vocem *fructuarÿ* requirunt, contrà ſuperiorem emendationem refutant, qua iam hæc verba ad proprietarium referrentur. Atqui non proprietatem ſibi vindicans ius utendi ſibi vindicat,ſed fructuarius.

Cauſa tandem erroris hæc Vir Clariſſimo fuit, quod vocem *vincit* ad remotiora illa, ubi de non domino proprietatis agitur,referenda putavit,cùm ad proxima de fructuario ius utendi non habente omninò ſpectarent.

Google

poſitionem eſſe ſpeciem quandam alienationis: Verum item eſt, fructuarium alienare ſervitutem non poſſe. Sed quamnam quæſo ſervitutem & quo ſenſu? Nempe ſervitutem fundo debitam; at in caſu propoſito non agitur de ſervitute fundo debita alienanda, ſed de ſervitute fundo imponendâ, quæ longè diverſa eſt alienationis ſpecies. Illa nempe ſi uſufructuario daretur, iam aliena res ab eo alienaretur; hæc verò juris proprij alienatio eſt, quod quare uſufructuario non liceat, niſi alia iam ratio redditur? Sed cùmprimis Sophiſticum hîc eſt, quod aiunt, *Eum qui alienare non poteſt, nec alienanti conſentire poſſe*, quæ Regula ab hoc tractatu eſt alieniſſima. Nempe ea pertinet, ad eos qui ob aliquam iuris rationem rem in ſuo dominio conſtitutam, alienare non poſſunt, quare neque eandem alienanti alij conſentire poſſunt. Exemplo ſit *pupillus*; Is, inquàm, cùm ius aquæ ex ſuo ducendæ concedere, & ſic alienare, non poſſit, neque alij eandem alienanti conſentire, patientia vel mandato ſuo, poteſt. Quæ quidem genuina ſententia & ſpecies eſt *legis* illius 165 *ff. de R. I.* ut patet ex coniunctione *legis* 8. 10. *ff. de aqua & aq. pluv. arcen.* At in propoſito caſu nil tale; eo quippe agitur de ſervitute imponenda ex duorum conſenſu, quorum amborum intereſt.

Quinimò & fructuarius etſi non poſſit ſervitutem fundo debitam alienare, alienanti tamen domino conſentire poteſt. Ad ſummam Regula illa in iis obtinet, qui propter perſonę ſuæ conditionem & iuris defectum alienandæ rei ſuæ ius non habent, qui & ideo neque conſentiendi in ejus alienationem jus habent.

Vera igitur tandem ratio, Cur conſenſus fructuarij hîc nil operetur iſthæc eſt; quia ſervitus uti reale, ita & *perpetuum* ſuâ naturâ fundi onus eſt, quod ſcil. fundum in perpetuum afficit, ut proinde eius conſenſus nil operetur, qui ius *perpetuarium* in fundo non habet. Quare & viceverſâ neque ſervitutem fundo adquirere fructuarius poteſt, vt *hac ipſa l.* 15. *&* §. *ult.* ſcriptum extat; quia videl. is demum ut imponere, ita & adquirere ſervitutem poteſt, qui fundi dominus eſt iure perpetuario *d. l.* 1. *ff. commun. prædior.* Hactenus vera opinor ratio.

Neque movet quod pro contrariâ ſententiâ adfertur, quod poſſit

Google

poſſit proprietarius ſervitutem conſtituere,modò ne deterior fructuarij conditio fiat, ut habetur *lege prox.16*: Non movet, inquam; quia hoc caſu de conſenſu fructuarij nullo modo quæritur: Nempe differentia conſtituenda nobis hîc eſt inter ſervitutem, quæ non tantùm proprietatem,ſed & ius uſuſfructus conſtantis quoque adficit, & tùm nequidem conſenſus uſufructuarij quidquam operatur propter eam quam dixi rationẽ: Et inter non adficientes,ſed ſolam proprietatẽ reſpicientes, & in his ne conſenſus quidem uſufructuarij expectatur; quandoquidem ſola proprietas ſit debitura ſervitutem, veluti (quod exemplum ipſum ibi adfertur) ſi proprietarius talem ſervitutem vicino concedat, *Ne ſibi liceat altiùs tollere*: Nam hæc ſervitus negativa nudam proprietatem adficit & reſpicit,nullo uſusfructus reſpectu.

Quare iam alter eorum error concidit, qui argumento *d.legis 16.* hanc legem noſtram ita limitandam ſeu reſtringendam putant,quòd ſcilicet in propoſito caſu conſenſus quidem uſufructuarij nil operetur ad perpetuam ſcil. ſervitutem conſtituendam: ſed tamen ne lex dura ſit, operari quatenus & quamdiu fructuarij intereſt. Quam quidem limitationem Accurſius,Contius,Cępolla probabant;hoc ſenſu,ſaltem conſenſum fructuarij hoc efficere,ut ſervitus hæc conſtet, quamdiu uſusfructus conſtiturus eſt. Primùm enim, uti dixi, id ex *d.l.16.*nullo modo efficitur,quia ibi agitur de ſervitute(& quidem negativa) nudam proprietatem adficiente, ubi uſufructuarij conſenſus nullo modo expectatur: In hoc caſu verò agitur de ſervitute uſumfructum etiam adficiente. Secundò, etſi ſervitus ad tempus conſtituta ex Sabinianorum ſententia pacti vel doli exceptione valeat, *l.4.ff.de ſervitutib.* nunquam tamen valet, ne momento quidem, ubi defectus eſt in *perſonâ* conſtituente, quæ ſcil. ius perpetuarium in fundo non habet. Nempe à domino perpetuario conſtituta, etſi ſummo iure perpetua ſit; (nam ſervitus regulariter neque ad tempus conſtitui,neque ad tempus conſtare poteſt,ſed conſtans & perpetua eſt, *l.4.ff.de ſervitutib.*) attamen per æquitatem exceptionis temporaria eſſe poteſt: Hæc à non domino perpetuario conſtituta, nullo modo valet. Hinc peremptoria illa ICti

Digitized by Google

verba, *Proprietatis dominus ne quidem conſentiente fructuario ſervitutem* IMPONERE *poteſt*. Ecce ſignificat ICtus evacuari, vitiari penitus hanc ſervitutis conſtitutionem, propter defectum videl. perſonæ conſtituentis.

Duritiem igitur huiuſce legis, miſſis aliis remediis, & ut ne in Iuris Civilis rationem impingamus, emolliri poſſe putet quis hâc ſolâ ratione: quòd ſcil. in hoc caſu potuerit ſaltem fructuarius, vel ſolus, vel cum proprietario, ita ſervitutem imponere, ut ſervitus iſthæc ius magis perſonale quàm ſervitutem realem contineret: quomodo & aliis caſibus quibuſdam ſervitus alioquin realis quaſi perſonalis effici cenſetur, ut in *ſpecie legis* 4. *ff. de ſervit. R. P:* & *legis Mela*. 14. §. *ult. ff. de alimentis leg*. Tandem fateor, aliter hodie iudicandum fore, miſſis illis iuris ſubtilitatibus, ſi de eo iudicium hodie acciperetur.

CAPVT VI.

VLPIANI *Lex* 1. *in pr. ff. quibus modis uſusfructus amittatur.* ex lib. 17. ad Sabinum.

QVÆSTIO eſt de TRADITO uſufructu: quonam videl. ſenſu & cur Vlpianus ſcripſerit, *traditum uſumfructum non iure conſtitutum eſſe, ſed tuitione tantùm Prætoris conſiſtere*. Verba Vlpiani ſunt hæc: *Non ſolum uſumfructum amitti capitis diminutione conſtat, ſed & actionem de uſufructu. Et parvi refert, utrum iure ſit conſtitutus uſusfructus, an verò tuitione Prætoris: Proinde traditus quoque uſusfructus, item in fundo vectigali vel ſuperficie non iure conſtitutus, capitis minutione amittitur*. Apertum quidem eſt hic, duplicem uſumfructum ab Vlpiano conſtitui: alium, qui iure ſit conſtitutus; iure, inquam, ipſo & civili: alterum, qui tuitione tantùm Prætoris conſtitutus ſit & conſiſtat. Quam eandem diſtinctionem facit rurſum idem Vlpianus *l.* 9. §. 1. *ff. uſufructuar. quemadm. cav. Illud ſciendum eſt, ſive*

iure

Digitized by Google

jure ipſo quis uſumfructum habet, ſive etiam per tuitionem Prætoris, nihilominus cogendum eſſe fructuarium cavere, aut actiones ſuſcipere. Hæc quidem ut dixi diſtinctio aperta eſt: ſed in exemplo priore labor eſt: Exemplum equidem uſusfructus tuitione tantùm Prætoris conſtituti & conſiſtentis in fundo vectigali vel ſuperficiario omnes admittunt. Nempe enim iuris aperti eſt, quod ſuperficiarius, quíque fundum vectigalem habet, in fundo ſuperficiario & vectigali uſumfructum iure conſtituere non poſſit, uti neque aliam quamlibet ſervitutem, cùm dominus non ſit, ſed ius tantùm habeat in fundo, *l. 1. ff. ſi ager vectig.* (cuius tit. *legem* 2. notari velim huic noſtrę, ceu ex eodem Vlpiani libro deſumptam, coniungi oportere) *& l. 1. 2. ff. de ſuperficieb.* Et tamen (quod hâc l. docemur) & ab his conſtitutus uſusfructus tuitione Prætoris ſuſtinetur: Quare & idem Vlpianus ſcribit, *d. l. 1. §. 6. ff. de ſuperfic. quaſi uſumfructum* ſive *uſum quendam* eſſe, & conſtitui poſſe PER VTILES ACTIONES credendum eſt. *Quaſi uſusfructus, & quidam uſus, & utiles actiones*; hæc, inquam, omnia denotant Prætoris tuitionem & æquitatem: Nempe ubi Prætor ſemel ſuperficiarium & vectigalem agrum habentem domini loco habere, eíque utilem in rem actionem dare cœpit, iam & uſumfructum ab his conſtitutum tueri neceſſe habuit, atque ſi à domino is conſtitutus fuiſſet. Hæc, inquam, plana ſunt. Sed difficultas in eo eſt, quod de *Tradito* uſufructu ab Vlpiano adjicitur; quaſi traditus uſusfructus non iure conſtitutus ſit, ſed tuitione tantùm Prætoris conſiſtat; cùm tamen uſusfructus haud melius quàm traditione conſtitui videatur, & verò paſſim de tradito fundo in iure agatur, tanquam certiſſimè iure conſtituto.

Igitur Vir ſcriptis hâc tempeſtate Clariſſimus de mendo ſuſpectum hunc locum faciebat; ita quidem, ut errorem ex contracta ſcriptura natum, legendúmque putaret, *Proinde, traditus* QVOMODOCVMQVE *uſusfructus*; quaſi Vlpianus dixiſſet, uſumfructum traditum, non tantùm ex CAVSA Iure civili cognitâ, verùm etiam ex cauſâ quæ ſolâ æquitate commendetur, conſiſtere, licet vinculo iuris deſtitutum: Neque enim ſi ſolam traditionem ſpectes, uſumfructum traditum rectè

Digitized by Google

negari iure conſtitutum, aut rectè affirmari Prætoris tantùm tuitione conſiſtere: Quare cùm neceſſe ſit id quod de tradito fundo hic dicitur, exemplum eſſe uſusfructus non iure conſtituti, eam emendationem admittendam, quæ *cauſarum* ſaltem diſtinctionem faciat, ex quibus uſusfructus traditus eſt.

Hanc emendationem etſi neque ego admittam; non tamen fero iis argumentis refutari, quibus refutandam ſibi nonnulli duxêre.

Non admitto inquam, quod aiunt, Neminem ita ex lectione vulgatâ concludere, *Quòd uſusfructus traditus ſolo Prætorio iure conſtitutus ſit*: Imò enim ita omninò concludi neceſſe eſt, & verò concludendum eſſe mox oſtendam: Verùm iiſce rationibus, quibus ſanè ignoratis nil mirum eſt receptam lectionem ad abſurdum à Viro Clariſſimo deductam fuiſſe.

Non admitto etiam quod aiunt, admiſſâ ſuperiore emendatione QVOMODOCVMQVE, è re iam fuiſſe exemplum quoque proponi uſusfructus iure ipſo conſtituti: Imò verò vox hæc ampliativa QVOMODOCVMQVE, illud tantùm, pro ICorum noſtrorum more, depoſcebat, ut modi extraordinarij & dubitabilis exempla apponerentur, non verò ea de quibus dubitari non poterat.

Tertiò non admitto, quòd eundem legis ſenſum futurum aiunt etiam ſine illa correctione. Imò enim non idem ſenſus futurus eſt; quia enim vulgata lectio in genere loquitur *de uſufructu Tradito*, ac proinde ſcrupulum relinquere; emendatio verò ſeu vox *quomodocumque* (quæ à DD. *valde prægnans* dicitur) ſcrupulum eximere videtur, *Cauſarum* videlicet iam diſtinctione indicata ex quibus fundus traditus eſt; putà uſumfruct. valere non modo ſi ex cauſa iure civili cognita tradatur, verùm & ſi ſola æquitate, QVOMODOCVMQVE denique.

Quartò neque admitto eam obiectionem, quod illud ipſum *Quomodocumque* ex ſuperioribus ſatis colligi poſſit; ex illis, inquam, *Parvi refert*, atque ideò nil hic immutandum fuiſſe. Verum equidem eſt, Regulam exinde rectè confici: ſed non ideò de exemplis liquebat: ideò etiam mox ſubiicit IC. *Proinde traditus*, &c. Quæ verba, ſunt à Regula generali ad exempla progredientis.

Quintò

Quintò non admitto, quod dicunt nihil abſurdi fore, etſi dicamus, ICtum exemplum dare voluiſſe uſusfructus iure cõſtituti: Non inquam, id admitto: quia enim tralatitius ICorum mos renititur: qui poſt Regulam extenſivam ſeu progreſſivam ab una eâque indubitata ſpecie ad aliam dubitabilem, eius tantùm ſpeciei exempla proponere adſolent ad quam progreſſus fit, & de qua dubitari poterat, rei verò notæ nullum exemplum addunt.

Sextò non admitto argumentum quod ducunt à voce ſequente ITEM: nempe aiunt, quod ſi Iuriſconſultus dixiſſet, *traditum Quomodocumque uſumfructum*, i. ex quacunque cauſa, ſive civili, ſive Prætoria, non debuiſſe ſubiicere *Item*, quæ vox arguat ſpeciem ſequentem præcedenti non contineri, ſed dicendum fuiſſet, *Veluti*, aut ſimile quid: Atquin Traditum *Quomodocumque* uſumfructum, etiam ſequentes ſpecies, uſusfructus ſcilicet in ſuperficiario & vectigali fundo conſtituti complecti. Non, inquam, id admitto, quia Viri Clariſſimi mentem & verba diſſimulant, qui traditi quomodocunque uſusfructus exemplum quoque apponebat ex CAUSARUM diverſitate, veluti ex cauſa fideicommiſſi, ut in ſpecie *legis 3. ff. ſi uſusfr. pet. & l. 4. ff. quib. mod. uſusfr. amitt.* Quæ quidem ſpecies diverſæ ſunt à ſpeciebus fundi vectigalis vel ſuperficiarij, quæ non Cauſarum diverſitatem reſpiciunt, verùm *Rei ſubiectæ* diſcrimen ſpectant.

Tandem neque fero hæc verba *Non iure conſtitutus* vrgeri, ex quibus efficiunt, admiſſâ ſuperiore emendatione & legem ipſam ſibi contradicturam, & emendatorem ſibi ipſi non conſtare: Legem ipſam, quia ſcil. uſusfructus Iuris Civilis vinculo non ſubnixus, non ſit *Quomodocumque conſtitutus*. Contrarium enim omnino colligi oportuit: Quomodocumque conſtitutus uſusfructus eſt: Ergo Iuris Civilis vinculo ſubnixus non eſt. Multò minus ſibi contradicit emendator, quia ejuſdem fuit dicere, agi hîc de uſufructu iure non conſtituto: *Iure*, i. iure civili: & eiuſdem dicere, agi de eo qui quomodocumque conſtitutus eſt, i. vel iure Prætorio.

Interim etiam iniuriam eidem viro CL. faciunt, cùm inconſtantiæ eum arguere ſuſtinent circa vocem *Quoque*, quaſi & eam ipſe primùm eodem loco probaverit mox improbet.

Digitized by Google

Ex hypotheſi quippe tantum receptæ lectionis initio concludebat; *Et articulus*,inquit, QVOQVE SI *retineatur,eandem proculdubio ſuadet interpretationem*. Nulla hæc opinor inconſtantia eſt, verùm ex hypotheſi argumentatio.

Nihil igitur hactenus dicitur, quo ſuperior emendatio refellatur; quam unico veriſſimóque argumento refelli oportuit: Novæ inquam, Interpretationis remedio: Non quidem eius,quâ receptam lectionem nonnulli tuentur, adſcitâ videlicet in ſubſidium novâ conſtructione: Nempe verbis illis ſequentibus, *Non iure conſtitutus*, retractis ad illa ſuperiora, *Traditus quoque uſusfructus*: quaſi ita lex ſcripta eſſet, *Proinde traditus quoque uſusfructus non iure conſtitutus;item in feudo vectigali vel ſuperficie non iure conſtitutus*. Hanc enim conſtructionem refutat; Primùm intermedia vox ITEM,quæ oſtendit,prius exemplum traditi uſusfructus, iam omninò abſolutum,neque ex poſterioribus quicquam,ceu ἀπὸ τοῦ κοινοῦ eò arceſſendum eſſe. Deinde ſenſus ipſe abſurdus fuerit, quia inde iam ſequeretur, prius hoc exemplum cum poſteriore idem eſſe: Annon enim & hoc caſu uſusfructus in fundo vectigali vel ſuperficie conſtitutus, traditus non iure conſtitutus eſt?

Quid igitur? Nihil hîc aut immutandum, aut ἀπὸ τοῦ κοινοῦ arceſſendum veniebat,eo ipſo ſcilicet,quòd fructus Traditus erat,& non iure conſtitutus erat:ſiue quia,ut volunt nonnulli, uſusfructus earum rerum numero eſſet quæ mancipi ſunt, ac proinde traditione non iure conſtituebatur, verùm mancipatione ſeu nexus traditione, vel in iure ceſſione. *Mancipatio*, inquit Vlpianus in fragm.tit.19. *propria ſpecies alienationis eſt rerum mancipi: traditio propriè eſt alienatio rerum nec mancipi. In iure cedi res etiam incorporales poſſunt, veluti uſusfructus*, &c. Et ex Gaio Boëtius lib.3.in Topica Ciceronis, *Abalienatio*, inquit, *rei mancipi,aut nexus traditione aut in iure ceſſione perficitur: Nam purâ traditione abalienatio rei mancipi non explicatur*. Sive quia (quod certiſſimum eſt) incorporales res traditionem non recipiebant; quod præter expreſſum textum *legis* 43.§.1.*ff.de adquir.poſſ.* etiam ex Inſtitutionibus noſtris diſcere eſt, §.*per traditionem*.40.*Inſt.de rer.diviſ.* ubi Theophilius quoque, τὰ ἀσώ-

ματα

μετὰ ἀφῆς ὅτι κρείττονα οὐκ ἐπιδέχεται τραδιτζίονα. Igitur uſuſfructus per traditionem non iure conſtitutus erat. Quod ipſum rurſum idem Vlpianus oſtendit *d.l.1. §.7. ff. de ſuperficieb: Quia autem,* inquit *etiam in rem actio de ſuperficie dabitur, petitori quoque in ſuperficiem dari, & quaſi uſumfructum ſiue uſum quendam eius eſſe, & conſtitui poſſe per utiles actiones credendum eſt. Sed & tradi poſſe intelligendum eſt, ut & legari & donari poſſit.* Quem etiam locum Interpretes vulgo minus intellexerunt, divulſis ibi perperam paragraphis: Id enim eo loco vult Vlpianus, etſi ipſo iure ſuperficiarius uſumfructum conſtituere non poſſit, ac multò minus per traditionem: attamen quaſi uſumfructum, per utiles actiones, & ſic tuitione Prætoris, conſtitui, imò & tradi poſſe.

Ita igitur concludendum, in ipſâ & nudâ Traditione uſusfructus vitium fuiſſe, eò quod traditio non eſſet modus legitimus Iure civili uſusfructûs conſtituendi, qui tamen conſtitutus tuitione Prætoris conſiſtebat. Viderint iam novæ conſtructionis Auctores, quænam è ſuperioribus interpretatio ſuâ ſponte fluat, verbis legis adſtricta, & nullatenus detorta aut coacta.

CAPVT VII.

VLPIANI *lex uti frui 5. in fine pr. ff. ſi vſusfructus petatur.* ex libro 17. ad Edictum.

QVÆSTIO eſt, de *Commodo poſſeſſionis* in iudicio inter fundi proprietatem ſeu dominium ſibi vindicantem, & eiuſdem fundi uſumfructum ſibi aſſerentem. Neque tamen quæſtio iuris, ſed de ſententia tantùm verborum Vlpiani: Nam de iure ipſo ne quæſtio quidem eſt. Ait initio legis Vlpianus, *Vero domino fundi competere negatoriam actionem adverſus eũ qui ius utendi fruendi ſibi vindicat.* Hæc quidem de vero domino clara ſunt & perſpicua. At non item perſpicua nonnullis videntur quæ ſtatim de non vero domino

Digitized by Google

Sed, inquiunt, res erit clarior, ſi inquiratur in rationem dubitandi & decidendi. Imò neque hæc ratio emendationem ſuperiorem ullo modo conficit: Eadem quippe ſemper ratio dubitandi & decidendi futura eſt, etſi eum qui proprietatem falsò ſibi vindicat, adverſus uſumfructum falsò ſibi vindicantem, poſſeſſorem feceris. Sanè enim & hîc, etſi neuter vincere debere videatur, quia uterque iure deſtituitur (quæ *dubitandi ratio* eſt) attamen non dominus potior erit, quia (quæ *ratio decidendi* eſt) etſi proprietatem ſibi falsò vindicet, tamen vincit eo iure, quo pòſſeſſores ſunt potiores, licet nullum ius habeant.

Aliis igitur & verioribus rationibus ſuperior emendatio refellenda erat: duplici nempe Emendatoris errore notato quorum prior eſt, quod cùm ipſemet videret non de exceptione, ſed *de actione* negativa ſcil. ſeu *negatoriâ* hîc agi, (ut diſertè huius ipſius legis *princ. verſ. quanquam enim* exprimitur) non attenderit, eo ipſo non dominum poſſeſſorem non fuiſſe: Nam ſanè ei qui poſſidet non eſt actio prodita, per quam neget rem alterius eſſe, ut eſt in vexato §. 2. *in f. In, l. de actionib:* ſeu ut Vlpianus loquitur *l. 1. §. 6. ff. uti poſſidetis.* actio nunquam *Vltrò* poſſeſſori datur, quippe ſufficit ei quòd poſſideat. Denique nemo in poſſeſſione conſtitutus agit, ſed agentem exceptione repellit.

Secundus error in eo eſt, quòd ad connexa verba *ius utendi* non advertit; *quamvis* inquit lex, *fructuarius ius utendi non habeat:* quę manifeſtiſſimè vocem *fructuarij* requirunt, contrà ſuperiorem emendationem refutant, qua iam hæc verba ad proprietarium referrentur. Atqui non proprietatem ſibi vindicans ius utendi ſibi vindicat, ſed fructuarius.

Cauſa tandem erroris hæc Vir Clariſſimo fuit, quod vocem *vincit* ad remotiora illa, ubi de non domino proprietatis agitur, referenda putavit, cùm ad proxima de fructuario ius utendi non habente omninò ſpectarent.

Digitized by Google

Caput VIII.

Vlpiani *Lex, Plenum 12. §. præter 1. ff de uſu & habitatione.* ex lib. 17. ad Sabinum.

QVæstio eſt, de uſu Foliorvm: Vtrum videl. eum ad uſuarium pertinere Nerva IC. ab aliis ICis hac parte diverſus, olim negaverit. In d. equidem l. refertur, Nervam id uſuario negaſſe: Neqve foliis, inquit, Nec oleo, *nec frumento neque frugibus uſurum*: Et ilicò ab Vlpiano ſubjicitur; *Sed Sabinus & Caſſius & Labeo & Proculus hoc amplius etiam ex his quæ in fundo naſcuntur, quod ad* Victvm sibi svis *ſufficiat ſumpturum, & ex his quæ Nerva negavit: Iubentius, etiam cum* Convivis *& hoſpitibus poſſe uti: Quæ ſententia mihi vera videtur.* De Foliis iſtis, uti dixi, magna eſt quæſtio, ſic ut multa folia librorum impleverint, cùm ab una parte mirum, neque ulla ſatis ratio excogitari poſſe videatur, cur Nerva foliorum iſtorum uſum uſuario denegaverit: quæ generaliter accepta caduca fermè ventique ludibria ſunt: Ab altera parte, cùm inſolens videatur foliorum iſtorum cum oleo, frumento & frugibus ſocietas ſeu coniunctio.

Quare variæ admodum & diſſentientes inter Juris Interpretes enatæ ſunt ſententiæ, quibus videl. hanc lectionem defenderent. Quibus in commune id propoſitum eſt omnibus, ut *foliorum* hîc appellationem, vel ad certum foliorum genus vel ad certum foliorum uſum reſtringant, quas poſtea alij pleraſque omnes ſubſiſtere poſſe affirmarunt, omnes *lineâ albâ* ſignantes.

Accurſius, & poſt eum alij eò confugiebant, ut de foliis id acciperent, quatenus videl. his ruſtici utuntur, ac nominatim *hyberno tempore alendo pecori vel ligandis vineis*: Addit Accurſius & ea folia, unde fit tinctura cerdonum, quâ ſcil. coria tingunt: Adde ſi lubet & folia vel frondes, ſubſternendo, calefactioni, ſtercorationi, & cineribus faciendis. Hanc Interpretationem qui exceperunt nonnulli hanc rationem reddunt; cur

cur inquam, Nervam foliorum illorum uſum uſuario negaſſe putent: Nempe, quia hæc folia ad opera ruſtica & ad pecorum paſtum pertineant, non ad uſum fundi. Verùm, quicquid tandem moliantur illi, generalis primùm *foliorum* appellatio, & indefinita horum uſus à Nerva denegatio, hanc interpretationem omninò reſpuit: Quæ ſanè ſi vera foret, non indiſtinctè foliorum uſum Nerva uſuario denegaſſet, ſed hoc aut illo fine hactenus, ſeu horum aut illorum foliorum. Secundò, quod maximi momenti argumentum & palmarium hic eſt, hanc interpretationem reſpuit *olei*, *frumenti & frugum ſocietas ſeu coniunctio*, cum quibus quid quæſo commune habent folia? Ecquis enim unquam fando audivit: folia inter *fructus* cenſeri ſeu referri poſſe, quod tamen etiam confidenter ſcribere nonnulli audent, multò minus iſtis quæ ſequuntur ſociari, oleo, frumento, frugibus? Sed cumprimis ſequentia illa renitūtur, *Quod ad victum ſibi ſuis ſufficiat:* item illa, *etiam cum convivis & hoſpitibus poſſe uti.* Inde enim apparet, hîc agi non de capito, ſeu pabulo, vel ſtramento animalis, ſed de victu hominis ipſius & ſuorum & convivarum & hoſpitum: *Victus*, opinor, ea comprehendit, quę eſui potuíque hominis, tùm & ea quæ cultui corporis ſunt, tandem quibus tuendi curandíve corporis noſtri gratiâ utimur *l. 43. 44. 234. §. ult. ff. de V. S. l. diariis. ff. de alimentis leg*: *Suorum* item appellatione non pecora ſed familia venit. Tandem ſi hæc interpretatio admittitur, contrarium ſibi ex parte Nervam facias: proximè enim *ſtramentorum* uſum uſuario conceſſit: Atqui *ſtramentorum* appellatio complectitur ea ipſa, quę foliorum appellatione hic ex parte intelligi autumant: nempe ea omnia quæ pecori ſubſternuntur: ut fidem faciunt rei ruſticæ ſcriptores, Varro, Cato.

Alij de foliis hunc locum accipiebant, unde *unguentum foliatum* confici ſolebat: Quam ſententiam etiam *Auctorem meum*, pro more & inſtituto ſuo, iuvandis Lectoribus & ſtudioſis, retuliſſe, at non & ilicò probaſſe, video. Nemo equidem reprehendere poſſit, quod de foliato illi monent, verùm hæc interpretatio hic admittenda non eſt; Nam & per *folia* foliatum intelligi inſolens eſt: Et hoc ipſum foliatum quid huc

Digitized by Google

faciat, ubi de fructibus ut modò dixi agitur, & quidem ad victum hominis, & ſuorum, convivarum item & hoſpitum, pertinentibus: nativis item non factitiis, quæ fundus ipſe ſcil. educit, *quæque in fundo naſcuntur*, ut hîc expreſſè dicitur, ſoláque excuſſione aut expreſſione ſeu detectione egent: cuiuſmodi ſunt oleum, frumentum, fruges: non verò de iis quæ perditæ Romanorum luxuriæ ingenium in potum olim addidit, teſte Plinio *lib.* 11 *c.* 13.

Alij, quod ab *Auctore meo* pariter notatum reperio, videntes per *folia* unguentum foliatum hîc accipi minùs rectè poſſe, *folia* iam ipſa Barbarica, Indica, unde tamen inter cętera unguentum illud conficiebatur, per *folia* interpretantur: Nullis tamen vel paucis adductis auctoritatibus, quas hîc pleraſque ſupplere animus eſt. Nempe verum eſt, *folia*, φύλλα, de hoc foliorum genere propriè dici: puta Barbaricorum, quibus Arabia dives erat, & unde malobathrum conficiebatur, Myrrhinũ, & Oenanthinum unguentum: Id enim infinitis auctoritatibus comprobatur, non modò *legis* 16. §. 7 *ff. de publican. & vectig.* Athenæi *lib.* 15. *c.* 12. *p.* 689. verùm & Apicij, non uno loco *lib.* 1. *c.* 1. 2. Vindiciani, in carmine de medicina:

--- Quæ Indaicis fragrant bene condita capſis
Thus, coſtum, FOLIUM, *myrrham, ſtyracen, crocomagma.*

Q. Sereni: Claudiani, lib. 1. in Eutropium:

---- Te grandibus India gemmis,
Te FOLIIS *Arabes ditant, te vellere Seres.*

Auctoris Carminis de Phœnice: ---- *Miſto balſama cum* FOLIO
Heliodori *lib.* 10. οἱ Ἀράβων τῶν εὐδαιμόνων πρεσβευταὶ προσῄεσαν, ἃ φύλλων τε πώδεις καὶ κάσσας καὶ κινναμώμων, καὶ τῶν ἄλλων, οἷς ἡ Ἀραβία γῆ μυρίζεται.

Vetus quoque Scholiaſtes Iuvenalis ad illud ----- *Mœchis foliata parantur: Vnguenta*, inquit, FOLIIS *plena vel aliis aromatibus.* Vt omittam iam, φύλλια, φυλλίν, φυλλιάδα, quę erant vel ἡδύσματα καπηλικὰ vel ὑπότριμμα τὸ ἐκ λαχάνων σκευαζόμενον, teſte Galeno, Comici Interprete, & Heſychio. Hæc ſanè omnia nemo reprehendere poſſit. Verùm hûc ea necquicquam faciunt: Quid enim hûc faciant *folia* iſta, cùm hic agatur de iis quæ oleo, frumento, frugibus cognata ſunt, & in ſummam, quæ ad victum hominis & ſuorum, convivarum item & hoſpitum, pertinent,

Digitized by Google

tinent: quò utique hæc folia non pertinent?

Quarta eorum ſententia eſt, qui de foliis id accipiunt *maximè viridibus*, quibus excuſſis, & ſi arbores ſpolientur, æſtu eas areſcere & mori contingat: quorum uſum ideò Nerva uſuario denegaverit, ut ita detrimentum arborum impediret. Verùm, Primò rationem, aut teſtimonium vel unicum proferant illi mihi, quo probetur, de hiſce foliis propriè *folia* prædicari dicíque: cùm generaliter hic dicatur *foliis*: ut proinde ſuaves ſint qui hunc locum ad id foliorum genus reſtringunt. Secundò, & vel maximè, ſi hæc interpretatio vera foret, tùm hanc Nervæ ſententiam Sabinus, Caſſius, Labeo, Proculus omni laterum contentione tueri debuiſſent: non autem communi conſenſu eã damnare: Quandoquidem neque fructuatio huiuſcemodi foliorum uſus tribuendus eſſet, ſiquidem eo conceſſo, uſusfructus ſalvâ rei ſubſtantia ſtare non poſſet.

Viderint igitur iam, qui hanc interpretationem vix impugnari poſſe ajunt, tippulâ certè leviorem.

Hactenus Interpretationes quatuor receptæ lectioni tuendæ, ſeu quæ vocem iſtam *foliis* tueri ſatagunt: Sequuntur emendationes. Prior eſt eorum, qui *oleis* hîc reponendum putabant: Quam quidem emendationem alij iure reprehendunt, non ritè tamen iuſtíſve rationibus. Nempe ajunt, de fructibus hic ſermonem eſſe, non de arboribus: atquin *oleam* eſſe arborem, *olivam* fructum. Serò verò natos in orbe homines, qui nos hæc arcana docerent: Conſulantur enim vel rei ruſticæ Scriptores, & *oleas* paſſim etiam de fructu & fœtu arboris uſurpari reperies: imò nunquam fermè aliter.

Aliis igitur rationibus hæc emendatio profliganda veniebat, & verò his tribus. Primum argumentum ſumo à *Connexis*, quòd ſcilicet in hâc quæſtione, oleæ cum oleo, frumento, & frugibus non rectè hâc in re ſocientur, quia hæc omnia in annum & apothecas ſeu horrea conduntur, ad victum hominis & ſuorum, & in quibus Nerva uſuario uſum denegabat, quod videlicet in fructu magis conſiſterent. Secundò quis negare potuerit uſuario aliquid de oleis decerpere? Imò, quod validiſſimum eſt, ipſum Nervam hâc parte ſibi diſſidentem facias, qui paulo ante uſum pomorum uſuario tribuebat, *Sabinus*

& Caſſius (inquit Vlpianus) *& lignis ad uſum cottidianum, & horto, &* POMIS, *& holeribus, &* FLORIBVS, *& aqua uſurum, non uſque ad compendium, ſed ad uſum: ſcilicet non uſque ad abuſum. Idem, Nerva: & adjicit, ſtramentis etiam uſurum: ſed neque folijs,* &c. Ecce & ipſe Nerva pomorum uſum vſuario tribuebat: Atqui norunt ICorum filij, oleas ipſas *pomi* appellatione venire, cùm ea veniant omnes fructus arborei edendi cauſa, *l.* 205. *ff. de V. S.* Quare hæc emendatio mihi numquam arriſit.

Multò minus altera, reponentium *Dolijs*, quos ne refutatione quidem dignos puto ulteriore.

Num igitur antiquæ lectioni mordicus adhærendum eſt? Ita volunt, & quidem citra ullius abſurditatis aut erroris alicuius ſuſpicionem: etiam Baſilicorum, ſeu textus Græci, auctoritate; quod Leunclavius iam notaverat, *notationib. poſt Synopſin Baſil. nu.* 16. *p.* 87: Sed & *Auctor* meus, *ad hanc l.* ubi ſanè vox φύλλοις quoque occurrit. ὁ τὴν χρῆσιν μόνην ἔχων καὶ πρὸς τὴν καθημερινὴν χρείαν κέχρηται τοῖς ξύλοις, καὶ τῷ κήπῳ, καὶ ταῖς ὀπώραις καὶ λαχάναις, καὶ φύλλοις, καὶ τῷ ὕδατι, οὐ πρὸς κέρδος, οὔτε καταχρῆται; i. *Qui uſum ſolum habet, & ad quotidianum uſum utitur lignis, & horto, & pomis, & holeribus, &* FOLIIS, *& aquâ, non ad compendium, neque ut abutatur.* Sed qui hunc locum haud limis oculis inſpexerit, hûc eum necquicquam facere deprehendet: Conferatur enim is cum ipſo Pandectarum textu, & reperietur, eum pertinere non ad hanc, verùm ad priorem illam ſententiam, quâ videlicet etiam Nerva uſuario uſum *lignorũ, horti, pomorum, holerũ,* FLORVM, *& aquæ tribuebat.* Quæ omnia hic habes pariter eodem prorſus ordine, κατὰ πόδα, totidem penè verbis expreſſa; hoc tantùm diſcrimine, quòd cùm textus habeat *floribus*, Græci expreſſerint φύλλοις. *Et lignis*, inquit Vlpianus, *& horto, & pomis, & oleribus, & floribus, & aqua*: At Græci τοῖς ξύλοις, καὶ τῷ κήπῳ, καὶ ταῖς ὀπώραις, καὶ λαχάναις, καὶ φύλλοις, καὶ τῷ ὕδατι. Viden' ut ſingula ſingulis reſpondeant: Quare neceſſe eſt φύλλα ibi pro floribus dici: Græci ſcilicet paſſim ita φύλλα pro *floribus* uſurpant. Vnde & φυλλοβολία, quam Tertullianus *florum aſperginem* vertit: Apuleius, *iacula floris*. Atenim ſequentẽ demum ſentẽtiam, de quâ nunc ſermo eſt, ita in compendium Græci redegerunt, ſequenti capite: ἐκ τῶν ἐν τῷ ἀρχῇ γεγραμμένων συλλαμβάνεται ὁ τὴν χρῆσιν μόνην ἔχων τὸ πρὸς ἑαυτὸν ἀρκοῦν αὐτῷ λαμβάνει εἰ καὶ πάντα δαπανᾷ.

Digitized by Google

τε δαπανᾶται; i. *ex Cellarienſibus in agro natis qui ſolum uſum habet, quod ad annũ ſibi ſufficit, ſumit, etſi omnia abſumat.* Hic demũ locus eſt, qui cum hoc noſtro committi debuit; non ſuperior ille: Nempe ſuperior erat de pomis, oleribus, floribus, aqua, & ſic de prodigis, quæ ſtatim fermè abſumuntur: At hic noſter eſt de his quæ in annum fermè condũtur, cuiuſmodi ſunt, oleum, frumentum, fruges, quæ generali κελλαρικῶν appellatione in Baſilicis indicantur. Nempe *Cellarienſes* ſpecies ſunt, quæ in cellam & apothecam conduntur, de quibus vel Codex Theodoſianus, & Severus Sulpitius *lib. 2. ſacr. hiſt.* Quare vel huiuſce loci præiudicio apparet, in hâc poſteriore ſententia quam præ manibus habemus vocem *foliis* ſtare neutiquam poſſe, cùm Cellarienſibus ſpeciebus folia connumerari non poſſint, ac proinde cum oleo, frumento, frugibus, ad victum hominis & ſuorum, convivarum item & hoſpitum ſpectantibus, ambulare nequeant.

Hæc cùm ita ſint: Cùm, inquam, 1. Nulla ſuperiorum Interpretationum ſubſiſtere, nulla vocem *foliis* tueri poſſit: imò ex nulla non earum abſurdum ſequatur. 2. Cùm nulla etiam ſuperiorum emendationum locum habere poſſit. 3. Cùm tres aliæ ſpecies in hac quæſtione foliorũ ſocietatem reſpuant. 4. Cùm ex ipſo textu appareat, hîc agi de his quæ ad victum hominis & ſuorum convivarũ & hoſpitum pertinent.

5. Denique cùm Græcorum quoque auctoritate præiudicatum eſſe poſſit, locum hunc eſſe de ſpeciebus Cellarienſibus, quo numero folia non cenſentur, hîc aliud quid latere oportet. Sed quid hîc latere putandum eſt? Nempe de *Vino*, ſeu uvis quæ vini cauſa habentur, hîc omninò ICum egiſſe oportet; duplici argumento: Primùm enim quis credat, ICum, cùm ſigillatim per minutias perſequeretur, quidnã iuris uſuarius *Fundi*, in his quæ *in fundo naſcerentur*, haberet, eouſque etiam, ut & poma, & olera, & ligna, imò & *Aquam* memoraret, mox & oleum, frumentum, fruges, nullam inter hæc vini, & uvarum, quas dixi, mentionem feciſſe? Alterum argumentum præbent Coniunctæ ſpecies, oleum, inquam, frumentum, & fruges, cum quibus vinum ambulare neceſſe eſt: quandoquidem hæc quadriga eſt fructuum ad victum ho-

E iij

Digitized by Google

minis: & ſuorum, convivarum item & hoſpitum pertinentium: quadriga item fructuum quà liquidorum quà aridorum, ξηρῶν ἢ ὑγρῶν, binorum videlicet in ſingulo genere: Nempe ut frumentum & fruges duæ aridorum fructuum ſpecies ſunt, quorum illo continetur quod ariſta ſe tenet: hoc, quod ſiliqua continetur, veluti lupinum, & faba *l. frugem* 77. *ff. de V.S.* & cætera quæ neque ſiliquam neque ariſtam habere videntur, ut milium, panicum: ita vinum cum oleo duæ pariter liquidorum ſpecies ſunt, quas ideò fermè ſociari videmus. v. ſaltem tit. *ff. de tritico, vino, oleo legato:* atque inibi inter alias *l.* 7. Atque hæc tandem ſunt ὑλλαεικὰ illa, de quibus hunc locum Græci accipiebant. De vino igitur in effectu ſeu uvis vini cauſa hîc actum prorſus oportet: Sed quænam vox iſti ſpeciei exprimendæ hîc latere poteſt?

Hactenùs vera diximus: Veriſimilia & πίθανα nunc dicturi ſumus: quę prout quiſq; volet, ita & accipiet. Vox EFOLIIS, ἐφολίοις, mihi nūc ſub manū naſcitur: Nēpe nulla litera addita vel detracta, ſed ad Pandectarū tantum Florentinarū morē expreſſa, ita ſcriptum fuiſſe videtur NequEfoliis, i. *neque efoliis.* Videndum modò, ne folia Sibyllæ hæc videantur. Ἐφόλια primùm generaliter ea omnia intelligo, quæ in annum fermè ſolidum integrum uſum pręſtant & conduntur, ἐφ᾽ ὅλον ἐνιαυτὸν θησαυριζόμενα. Nempe ut ἐφήμερα ſeu ἐφημέρεια ſunt prodiga, πρώξιμα, quę ſtatim & in dies prodiguntur & abſumuntur, & ἀθησαύριστα ſunt; ut ἐπιμήνια, epimenia, quæ in ſingulos mēſes parātur, quæ apud Caſſianum li. 4. Inſtit. c. 22. *menomenia*, ita ἐφόλια dicta videntur, quæ non momentaneum unius diei, ſeu diarij, ſed omnium anni dierum uſum præſtarent; Græcis nempe ὅλον dicitur ſolidum omne ſeu univerſitas alicuius rei, tùm in re nummaria & quantitate, (ubi notum eſt ἡμιόλιον & ἡμιόλια ſubſtantivè, & σύνολον pro univerſitate alicuius rei) tùm & in ratione temporum & proventuum. Et verò hanc vocem ipſam iam teneo, tueórque in Honorij conſtitutione ad Africam pertinente: puta *lege* 20. *C. Th. de paganis ſacrif. & temp. Omnia etiam loca, quæ ſacris error veterum deputavit, noſtræ rei iubemus ſociari, ita ut ex eo tempore quo inhibitus eſt publicus* SVMPTVS *ſuperſtitioni deterrimæ exhiberi,* FRVCTVS *ab incubatoribus exigantur*: Et

mox;

Digitized by Google

mox; *Ita ut omnis* Expensa *illius temporis ad ſuperſtitionem pertinens quæ iure damnata eſt, omniáque loca quæ Frediani, quæ Dendrophori, quæ ſingula quoque nomina & profeſſiones gentilitiæ tenuerunt*, Epholis vel sumptibus *deputata, fas ſit hoc errore ſubmoto compendia noſtræ domus ſublevare.* Vult hac conſtitutione Honorius per Africam rei privatæ Principis ſociari loca ſacris Gentilium deputata (quæ alioquin *loca templorum*, vocantur, tùm *l. 19. 24. C. Th. de petitionib.* tùm & alibi paſſim: & *tit. eiuſdem C. de conlatione fundor.* & apud Aggenum Vrbicum, *Comment. 1. in Frontinum p. 78.*) Loca, inquam, quæ profeſſiones circa ſacra gentilium occupatæ ſuis ſumptibus & epholiis deputata poſſidebant; *Sumptibus & Epholiis*, i. ſumptibus ad victum in annum deſtinatis. Quomodo etiam ἔφολος fructus annotinus & reditus annuus dictus, quaſi ἀπὸ ἔτου, ſeu ἐνιαυτοῦ. *Epholia* igitur cùm in commune eſſent ea omnia quæ annuos uſus præſtarent, ſpeciatim *Epholias* eas uvas dictas cenſeo, quæ vini (quod annuum uſum præſtat) cauſa habebantur. Nempe duûm generum uvas etiam ICti noſtri notant in *l. 205. ff. de V. S.* alias, quas non vini cauſa habebant, ſed ad cibum, quas τρωξίμους ſeu βρωκτάς (vnde & Leontius Geoponicorum *lib. 14. c. 17.* dixit σταφίδα βρωκτικὴν) Græci appellabant, cibarias, eſcarias, cuiuſmodi erant uvæ duracinæ & purpureæ, quæ *pomorum* etiam appellatione veniebant, ut docet *d. lex* 205. ac proinde & harum uſum uſuario Nerva concedebat (de quâ alioquin uva duracinâ quæ non vini cauſa habebatur, ſeu vino inutilis erat, eſt & illud Martialis:

> *Non habilis cyathis & inutilis uva Lyæo,*
> *Sed non potanti me tibi nectar ero.*)

Aliæ verò uvæ habebantur *Vini cauſa* (quod in annum conditur) ac proinde ad fructum magis, quàm uſum pertinentes.

Neque mirum cuiquam videri debet aut inſolens, hanc vocem vſurpatam ab Vlpiano ICto, qui & SyroPhœnix Tyrius, & verborum novator, ὀνοματοθήρας, ſeu à καινοφωνίᾳ notus & paſſim notatus fuit apud Athenæum *lib. 3. c. 18.* cuius καινοφωνίας & illa exempla idem profert, ἐπινεμὶς (pro ſtrena) ὑπατώμιον, & id genus alia, alioquin inuſitata; in aliis interea ipſe ſeverus ver-

Digitized by Google

borum exactor; unde & κειτούκειτος (vel κειτοῦκειτος) vocari meruit, quia prout voces reconditæ aut novæ ab aliis uſurparentur, probationem earum ilicò depoſceret; hiſce fermè verbis, κεῖται ἢ οὐ κεῖται, i. *ede ubi hoc poſitum ſit.*

Neque mirum rursùm videri debet, *Epholias* abſolutè, nullo addito, de huiuſmodi uvis dici potuiſſe, cum & naves quædam pariter ita ſubſtantivè & abſolutè dicantur, ἐμπορίαι; Sed & in hoc ipſo uvarum argumento vuæ cibariæ, τρώξιμοι, nullo pariter addito, ita dictæ videntur: Quin & *apothecæ* nomen alias generale propriè de cella vinaria (cuius pauiò ante idem Vlpianus meminit *l.10. in f. eod. tit. ff. de uſu & habitat.*) etiam iure noſtro dici notiſſimum ſit.

Capvt IX.

Velleiani *SCi. verba apud Vlpianum l. & primò 2. §. poſteà 1. ff. ad SC. Velleianum.* ex libro 29. ad Edictum.

QVÆSTIO eſt circa SCum VELLEIANVM: non equidem de Iure, ſed de *Formulis* tantùm, partim omnium fermè Senatuſconſultorum tralatitiis, ſed in Velleiano quoque uſurpatis; partim verò propriis Senatuſconſulti Velleiani: Neque ideo tamen contemnenda inquiſitio: Sanè enim, ſicubi in iure religione magna opus eſt, opus cummaximè puto in tenendis typicis verbis & formulis Legum priſcarum populi Romani, Edicti perpetui, & Senatuſconſultorum; ut quæ (quomodo ſemibarbarè nonnulli loquuntur) *materialiter* in iure noſtro ponantur, Iuriſprudentiæque noſtræ fundus ſint. Sed non cuiuſvis eſt ea aut tenere aut tueri.

Quatuor loca obſervant, ubi de SCti Velleiani verbis anquiritur: & duo priora quidem de formulis, uti dixi, omnium SCorum tralatitiis: quibus tertium & nos obiter addemus: duo poſteriora de SCti Velleiani propriis. Ipſa ante omnia SCti verba hic ſternenda ſunt, ut habentur in Pande-

ctis

Digitized by Google

ctis Florentinis. Quod M. Silanus & Velleius Tutor [1] CONSVLES VERBA FECERVNT, *de obligationibus fœminarum, quæ pro aliis reæ fierent*, [2] QVID DE EA RE FIERI OPORTET, [3] DE EA RE ITA CONSVLVERVNT. *Quod ad fideiuſſiones, &* [4] MVTVI DATIONES PRO *aliis* [5] QVIBVS *interceſſerint fœminæ, pertinet, tametſi, &c.*

Primò igitur Gotta rectè ab aliis eo nomine notatur, quòd illis verbis, *Conſules verba fecerunt* vocem *Ad*, vel *Apud* inſeruerit; ex notiſſima illa obſervatione, quod Conſules ipſi, ceu capita Senatus, verba facere ſeu referre ad Senatum ſolerent: vnde tralatitia iſta SCorum omnium verba, *Conſules verba fecerunt.* Atenim non bona fide idem eo nomine notatur, quaſi in nullo Manuſcripto id repererit: exertè enim is *in v. annona. p.* 31. dicit, *Et ita invenio ſcriptum in Codice antiquiſſimo patris mei.*

Vellem etiam novi Scriptores non tàm acerbè in SCti emendatores inveherentur. Quid enim? an illa mox verba, quæ intacta relinquunt, *Quid de ea re fieri oportet*, ſana aſſerere ſuſtinebunt? Imò & tralatitia fuit hæc iſta SCtorũ formula, *Quid de ea re fieri oporteret*, quod Doctiſs. Antonius Auguſtinus jam indicavit: Quibus addam ego, errorem inde ortum videri, quod contractis literis ita ſcriptum fuiſſet, *opoRtEt*, i. *oporteret*, expanſis literis.

Sed, quod ſecundũ illis hoc capite propoſitũ eſt, cõtendunt iidẽ & verba hęc SCti, *De eâ re ita conſuluerunt*, rectè habere adverſus CL. Hotomanũ. Quãquã neq; Hotomãnus primus hîc loco *cõſuluerunt*, reſcripſit *cenſuerunt*, ſed imò & Accurſius jã ita omnino hîc in Codice ſuo legerat *cenſuerunt*: etſi idem notet aliàs quoque legi *conſuluerunt*. Sed componamus togas. Cur quæſo illis hic placet *conſuluerunt?* Quia, inquiunt, non ſemper vox *cenſendi* hic uſurpari ſolita, ſed & aliæ. Fateor equidem uſurpatas alias, etſi minus frequenter, ſed *conſulendi* nunquam. Quare & ipſi iam ultrò fatentur apud CL. Briſſonium accuratiſſimum illum formularum legitimarum interpretem) nuſpiam eam vocem occurrere.

Sed *rationes* audiamus legitimæ huiuſce formulæ; *De eâ re ita cõſuluerunt*: Quia, inquiunt, ut Conſulis erat cõſulere Senatum,

Digitized by Google

ita Senatus quoque fuiſſe conſulere, i. conſilium dare, in medium conſulere. Alius hanc rationem reddebat; quia & à conſulendo dictum ſit Senatuſconſultum. Eſto: verum inquam eſt, & Patres ſeu Senatores *conſuluiſſe*, (quod ex hoc loco Cujacius obſervabat 6. *obſ.* 30. *in f.*) ſeu cùm ſententiam perrogarentur, *in medium conſuluiſſe* (quanquam & tralatitia ibi formula fuit, *Ita cenſeo*, vel, *Hoc amplius cenſeo*:) Atenim & Conſules cùm ad Patres verba facerent, *in conſilium* quidem *iri*, non etiam conſilium ſibi aut publicè dari petebant: itē ubi perrogatę ſententiæ & Senatuſcōſultum ſcriptum fuit, ut vim legis haberet, ſanè imperativa verba SCum continere oportuit: quo in' cenſu eſt *cenſendi* verbum, *l. cenſere. ff. de V. S.* non etiam *conſulendi*. Quare ne fallerentur novi Scriptores, diſtinguere hâc parte eos oportuit SCti faciendi & SCti facti tēpora: Item SCti ipſius verba à Triboniani manu ſecernere eos oportuit: ut cæteroquin in iuris noſtri textibus, originalia legum verba, & primigenium earum ſenſum multum diſtare norunt Iuriſconſultorum filij, à ſenſu & verbis Triboniani. Quem duplicem conceptum & ſenſum qui ad leges noſtras non attulerit, turbari & confundi eum ſæpè neceſſe eſt.

Igitur, & hîc, ſi formalia ῥητικὰ SCti verba quærimus, omnino iſta fuerunt, *De eâ re ita cenſuerunt*, quæ & ipſa apud Valerium Probum *inter Notas Legum* occurrunt. D. E. R. V. I. C. *De eâ re univerſi ita cenſuerunt*. Si verò Tribonianum ſpectemus, fortè repoſuerit ipſe *conſuluerunt*. Cui vicinum eſt eximij ICti Antonij Auguſtini iudicium, libello de SCtis; *Aut credendum eſt*, inquit, *Iuſtiniani tempore, aut librariorum, erratum: aut non malè conſulerent ſcriptum, cuius verbi interpretatio non ita certa eſt*. Sed, ut dixi, multum intereſt, huiuſce formulę Auctorem faciamus Tribonianum, an eam veteribus & ſolemnibus formulis P. R. inſeramus. Hactenus de tralatitiis SCorum formulis.

Tertia & potiſſima controverſia circa verba SCti Velleiani propria eſt; Neque tamen ipſa de ſenſu, aut circa ius: Nam fatentur omnes, mulierem SCo iuvari, ſi mutuum ipſa contraxerit ſciente creditore, alij mox mutuum datura: ſed de verbis his, *Quod ad fideiuſſiones & mutui dationes pro aliis quibus interceſſerint fœminæ, pertinet*. Pro his igitur *mutui dationes*. CL. Hoto-

Digitized by Google

Hotomannus reponebat, *mutuationes*: mutui dationem enim activè tantùm accipi, & ſic ad creditorem pertinere; non verò paſſivè, ad debitorem: Quare *mutuationes* legendum ſibi videri, quâ ſanè voce iam indicetur mulier quę ſciente creditore in id mutuum accipit, ut alteri brevi manu credat, quo genere & mulier intercedere videtur: & verò *mutuandi* verbum hâc in re uſurpari *l* 17. *in princ.* §. *ult. l.* 19. §. *cum haberes. ff. ad SC. Vellei.* Ita Hotomannus, qui eo nomine Cenſuram incurrit; auctoritate Vlpiani in *l. civitas* 27. *ff. de reb. cred.* vbi dicitur, *Civitas mutui datione obligari poſſe ſi ad utilitatem eius pecuniæ verſæ ſunt: alioquin ipſi ſoli qui contraxerunt, non civitas tenebuntur.* In hâc ſcil. ſpecie Syndico vel adminiſtratori rerum Civitatis data fuerat pecunia, ex quâ mutui datione civitas obligatur re in eius utilitatem verſâ. Hactenus rectè Cenſura. Et quidem in eo quoque rectè, quòd adminiſtratori rerum civitatis mutuam pecuniam datam ponunt: id enim comprobat argumentum lib. 10. Vlpiani ad Edictum. quo Vlpianus interpretatus eſt Edictum, *Quod cuiuſque univerſitatis nomine, &c.* quò exinde pertinent & aliæ complures leges huic proinde coniungendę, puta *lex* 7. *ff. eo. tit.: lex* 4. *ff. quod iuſſu: lex* 4. *ff. de vi & vi arm: l.* 15. 17. *ff. de verbor. ſignif.* Sed non rectè illud, quod *mutui dationem* paſſivè ad debitorem referant pro mutui acceptione. Nil tale: Sanè rei ipſius, i. mutui dationis, conſequens quidem eſt, ut exinde debitor conſtituatur; at verba ipſa, *mutui datio* id nunquam ſignificant: Itaque, cùm Vlpianus dixit, *civitatem mutui datione obligari poſſe*, verba ad creditorem direxit; ac ſi dixiſſet, civitatem mutuo dato ab aliquo in rem ſuam, omninò obligari. Et ſanè, ſi verum amamus in hac ſpecie, ubi de civitate vel univerſitate agitur, verba hic ad creditorem dirigi oportuit: non ad debitricem civitatem, quæ non poteſt dici propriè *mutuum accipere*, ut *nec mutuum dare*, ſed credere potius. *l.* 15. *ff. ad SC. Macedon.* Et hæc de CL. Hotomanni emendatione.

Alij ajunt, non hic agi de mutui datione fœminarum, ſed de mutui datione Cvi intercesserint fœminæ: i. de mutui datione Aliorvm, pro qua intervenit fœmina: ſeu fœminam dationi intervenire non acceptioni debitoris futu-

ri,itaque non intercedere mutuationi. Proinde, (ut obſcuram eorum ſententiam exprimam) mutui dationem referendam ad ipſos principales Debitores, pro quibus mutuum accipientibus mulieres intercedunt. Quæ ſententia omnium quæ adferuntur alieniſſima eſt: Hanc enim interpretationem refutant apertiſſimè ipſa illa verba, *Quæ ad fideiuſſiones & mutui dationes* PRO *aliis quibus intercesſerint fœminæ, pertinet.* Ecce enim agitur de mutui dationibus non aliorum, ſed PRO aliis. Et hoc ipſum eſt, quod Edicto perpetuo poſteà apertè expreſſum ait Diocletianus *l.19.C.ad SC.Velleian. Cum ad eas,* inquit, *etiam obligationes, quæ ex* MVLIERIS PERSONA *calliditate creditoris ſumpſerunt* PRIMORDIVM *decretum Patrum, quod de intercesſione fœminarum eſt, pertinere* EDICTO PERPETVO *declaratur.* Mens ſcilicet huius Senatuſconſulti, prout proponitur, eſt non alienos principalis debitoris contractus deſignare, ſed muliebris pro alio interceſſionis ſpecies: cuius duæ conſtituuntur, fideiuſſio & mutui datio pro alio intercedendi animo: *Fideiuſſio*, quoties videl. debitore ipſo mutuum accipiente fidem ſuam mulier interponit obligationem participando; *Mutui datio, pro alio intercedendi animo*, cùm videlicet mulier mutuum palam dari ſibi petit, non ſibi revera, ſed colore quæſito, ſed calliditate ut pro alio intercedat, ſeu, ut Accurſius quoque ait, cùm fœmina à dante mutuum accipit, quod alius erat accepturus, denique obligationem nondum natam in ſe principaliter transferendo. Hæc perſpicua ſunt, & apta vulgatæ lectioni defendendæ; ut & vulgatæ interpretationi adferendæ. Et eodem ſemper ſenſu ſcio qui malebant, *mutui lationes* hic legere: *Mutui lationes*, ut *acceptilationes.* Mutui lationes, cùm videlicet mulier ſciente creditore quaſi pro ſe mutuo acceptum fert, ſed reverà pro alio pro quo intercedit.

Supereſt ultimum circa hæc verba: *Et mutui dationes pro aliis quibus intercesſerint fœminæ.* Quæ quidem verba mendo aliquo laborare cuivis palàm eſt. Sed quod nonnulli tentabant, *& mutui dationes, quibus aliis modis intercesſerint fœminæ,* (neque tamen refellitur) & à vulgata lectione nimis ſemotum eſt, & ab ipſa SCti mente alienum: Mutui datio quippe unus modus

modus eſt interceſſionis muliebris, non etiam multi modi ſunt: puta, cùm mulier ipſa mutuum accipit ſciente creditore mox alij mutuum datura, quæ unica & ſingularis ſpecies eſt. Reſtitutio igitur hic facilima eſt, repetita voce *pro*; quæ pro Pandectarum Florent. more non niſi ſemel expreſſa ſcriptáque fuerat: Nempe ita, *Et mutui dationes* Pro *aliis, quibus interceſſerint fœminæ*; Quæ tantum valent, atque ſi ita ſcriptum fuiſſet. *Et mutui dationes pro aliis, pro quibus interceſſerint fœminæ*; quomodo ſanè etiam libri Accurſiani habuerunt. Non igitur veteri lectioni circa verba Senatuſconſulti Velleiani ubique ſtandum eſt, quibus ubiq; ſtabiliendis nulla vera ratio à Novis ſcriptoribus adducitur.

Caput X.

Pomponii *Lex ult.§.item ſi mulier 2.ff.ad Vellcianum.* ex libro I. Senatuſconſultorum.

Quaestio eſt iterum circa SC. Velleianum, ſed utilis iam quæſtio, & de iure, utrum videl. mulier fundo à ſe vendito, eiúſq; pretio alterius creditori in ſolutum dato, hoc facto interceſſiſſe videatur, ac proinde SCto Velleiano iuvetur? Quæ quidem quæſtio neque ſuperiori capiti incommodè ſubiicitur; eámque tanto libentius ſub manum revoco, quod ſolemne Iuris ἀναλφαβητος hac parte tollendum venit, inter *d.l.ult.*§.2. & *l.4.C.eod.t.* Ait nempe Pomponius, *d.l.ult.* §.2. mulierem in hac ſpecie SCto iuvari: *Item ſi mulier*, inquit, Creditori *viri fundum vendidit, & tradidit, ea conditione, ut emptor* Acceptam pecuniam viro referret, *& hunc fundum vindicat exceptio quidem opponitur ei de re empta & tradita, ſed replicabitur à muliere, aut ſi ea venditio contra Senatuſconſultum facta ſit. Et hoc procedit, ſive ipſe creditor emerit, ſive interpoſuerit alium, quo mulier eâ ratione careat re ſua. Idem eſt, & ſi non pro viro, ſed pro alio debitore rem ſuam tradidit.*

Digitized by Google

Contra id negare videtur Alexander Imp. *l. Senatuſconſultum. 4. C. eod. t. Senatuſconſultum,* inquit, *locum habet, ſive eam obligationem quæ in alterius perſona conſiſtit, mulier in ſe transtulit, vel participavit: ſive cum alius pecuniam acciperet, ipſa ſe ab initio ream conſtituit. Quod in rerum earum habitis pro alÿs obligationibus admiſſum eſt.* SED *ſi prædia tua annis maior vigintiquinque vendidiſti, & pro marito pecuniam ſolviſti, deficit auxilium Senatuſconſulti.*

Ἐναντιοφανὲς iſtud ſolemne ita vulgò ſolvitur, quod in ſpecie *d. legis ult.* §. 2. mulier ſollicitata fuerit ab emptore; *in l.* 4. verò ipſa mulier emptorem ſollicitaverit. Quam quidem conciliationem *Auctorem* quoque *meum* pro more ſuo & inſtituto retuliſſe, ac non etiam ilicò probaſſe, reperio: Nam & aliam mox ſubjicit, *Quòd videlicet poſſit lex* 4. *referri ad mulierem quæ fundum tanquam ſuos in uſus vendidit.* Et ſanè uſitata illa harum legum conciliatio planè inanis eſt: Neque enim in interceſſionibus mulierum id iure civili attenditur, ultróne mulier intercesſerit, an verò ſollicitata: unum illud quippe providetur, ne mulieres facilitate ſexus fortunarum ſuarum eluvium patiantur.

Longe alia igitur conciliatio & diſtinctio quærenda nobis eſt: quam ſane vel ipſa d. lex 4. ſuppeditat, puta temporum diſtinctio; Vtrum videlicet mulier ab initio, cùm alius pecuniam acciperet, fundo vendito pretium in ſolutum dederit, vel (ut loquitur *lex* 19. *C. eod. t.* cui addatur & *lex* 29. *ff. eod.*) obligatio ex mulieris perſona, calliditate creditoris, ſumpſit primordium: an verò poſt contractam obligationem, venditi fundi pecuniā pro alio obligato ſolverit: quò pertinet finis *d. legis* 4. Nempe in ſpecie *legis ult.* §. 2. cùm Ego à Te pecuniam mutuam ſumpturus eſſem, mulier fundum ſuum Tibi vendidit, eâ conditione, ut quantam Tu Mihi pecuniam credidiſſes, eam Mihi accepto ferres, & cum pretio venditionis compenſares? Sane aperta hæc mulieris interceſſio eſt, cùm ipſa ſe ab initio ream conſtituit, rei ſuæ initâ pro Me obligatione, ut loquitur *d. lex* 4. *in prin.* ἐκ προοιμίων, in fraudem Senatuſconſulti Velleiani, & interceſſionis obtegendæ cauſa muliere ſuppoſita. Vnde iam apparet de duobus in ſpecie *d. legis*

gis ult.§.2: Primò, *creditorem* ibi dici per prolepſin, qui ſcil. crediturus erat, vel iam in eo erat ut crederet. Secundò apparet, *acceptam pecuniam viro referre* eâ lege dici emptorem eundémque creditorem, cùm videlicet pretium rei emptæ tanquam inſolutum acceptum cum mutuo à ſe mox mox dando compenſat: quomodo etiam *Accurſius* ea verba rectè accepit. At in ſpecie *legis* 4.*in f.* poſt natam demum obligationem mulier prædia ſua vendidit, & pro marito pecuniam ſolvit: ideóque deficit auxilium Senatuſconſulti, quod ſolventibus mulieribus denegari palàm eſt. Denique,ut cum Baldo loquar, mulier poteſt pro alio ſolvere citra interceſſionem: ſecus,ſi *per prius* interceſſerat: Vel, Mulieri ſe pro alio obliganti ſuccurritur,ſed ſine obligatione pro alio ſolventi minimè ſubvenitur: vel tandem, ut Paulus de Caſtro *ad hanc l.* loquitur: quando fuit color quæſitus,quia erat interceſſura mulier & incептura à promiſſione, ſed fraude creditoris incepit à diminutione,& venditione rei ſuæ,iuvatur Velleiano.

Hæc aperta diſtinctio eſt,quam (ut dixi) ſuppeditat vel ipſa illa *d.lex* 4. Pars ſcilicet eius prior ad primordialem, ſic ut dicam ſolutionẽ, & ſic interceſſionis ſpeciem pertinet, pariter ut *d. lex ult.* §. 2: Pars poſterior ad ſolutionem, ex poſtfacto: Denique pars prior *& d.l.ult.*§.2. eſt de cenſu *mutui dationis* pro aliis,pro quibus mulier intercedit, de qua ſuperiore capite iam actum eſt.

Atque ita etiam aliorum quorundam hæſitationi ſuccurritur, qui ad Emendationem confugiebant,expunctis vocibus, *ex d.l.ult.*§.2. *& tradidit*: Proculdubio etiam ex eorundem mente expunctis illis, *& tradita*. Quaſi hæc diſtinctio adhibenda ſit: fundo tantùm vendito,ac non etiam tradito,& ſic ſolutione non facta, mulierem Senatuſconſulto iuvari: & ita accipiendam *d.legem ult.*§.2. traditione verò facta, pretioque ſoluto, non iuvari,quæ ſententia ſit *d.legis* 4. Perperam omninò: Nam & ſolutum ex interceſſione contra Senatuſconſultum condicitur: ſi creditor, qui contrahere cum alio propoſuerat,mulieris perſonam elegit: Tum demum enim repetitio nulla eſt, ſi pro aliis cùm obligatæ non eſſent, pecuniam mulieres exſolverint, *l.1.C.h.tit.* Contrà, ſi præce-

Digitized by Google

dente obligatione ſolutionem fecerit mulier, locum habet repetitio, *l.9.C.h.tit.*

CAPVT XI.

PAPINIANI *Lex, mandatum.57.ff.mandati.* ex lib.10.Reſponſorum.

QVÆSTIO eſt circa *Mandatum de vendendo, morte mandatarij ſoluto*, quod tamen heredes mandatarij per errorem executi ſunt: Vtrum videlicet venditione ab his juxta mandatum à defuncto ſuſceptum facta, emptoribus uſucapionis ius, & Publiciana actio exinde quęratur? Species iſthæc eſt: Mandavi ego Tibi, uti ſervos meos, quorum gregem habebam, diſtraheres: Te re integra defuncto qui mandatum ſuſceperas (ac proinde ſoluto morte tua mandato) nihilominus heredes Tui per errorem aut imperitiam, credentes videlicet mandatum iſtud ad curam ſuam pertinere, executi ſunt quod Tu curæ tuę feceras, i. ſervos vendiderunt *varijs emptoribus?* Quæritur, quid iuris emptoribus exinde quæratur? Papinianus *d.l.57.* libris Reſponſorum, ad hunc quæſtionem ſibi propoſitam ita reſpondit: *Mandatum diſtrahendorum ſervorum defuncto qui mandatus ſuſcepit, intercidiſſe conſtitit: Quoniam tamen heredes eius errore lapſi, non animo furandi ſed exequendi quod defunctus curæ ſuæ fecerat, ſervos vendiderant, eos ab emptoribus* VSVCAPTOS *videri placuit.* SED VENALICIARIVM *ex provinciâ reverſum*, PVBLICIANA *actione* NON VTILITER *acturum, cùm* EXCEPTIO IVSTI DOMINII, *cauſa cognita, detur: neque oporteat eum qui certi hominis fidem elegit, ob errorem aut imperitiam heredum adfici damno.*

Prius equidem Papiniani Reſponſum planum eſt: Nempe, emptores ſi ſervos à ſe ab heredibus mandatoris emptos legitimo tempore poſſederint, rectè quoque eos uſucepiſſe videri: *Vſucaptos*, inquit Papinianus, *videri placuit:* Quæ omninò formula eſt de iure reſpondentis, rémque definientis. Sed poſterior

poſterior Papiniancei reſponſi pars Interpretes variè admodum exercitos habuit: duplici fermè ratione, tùm quia minus inter eos liqueret, quis per *Venaliciarium* hic intelligendus eſſet,nùm videlicet de emptoribus unus, an verò dominus ipſe ſervorum venditorum:tùm quia non liqueret,utrum una tantùm ſpecies ſeu quæſtio hoc Reſponſo contineretur, an verò duæ.Hinc iam enatæ variæ interpretationes: imò & emendandi lubido quoſdam inceſſit, nonnullis pro *non utiliter* hic legentibus,*non inutiliter*: Quod quidem non ex coniecturâ tantùm multos notaſſe reperio, verùm etiam vetus exemplar Ranconeti id prætuliſſe ſcio: Sed & Baſilica id ipſum ingerere, ubi diſertè Græci καλῶς. Eóque res proceſſit, ut Antonius Auguſtinus ille, *lib.1.emend.c.3.p.*28.pronunciaret,ſibi videri in hoc reſponſo priora cum poſterioribus minus cohærere: cùm tamen, ut breve faciam, planiſſima ſit hæc huiuſce legis totius Interpretatio (quam etiam *Accurſius* vidit) Duas videlicet quæſtiones hoc reſponſo contineri & decidi; quarum prior eſt de uſucapione expleta ab emptoribus ſervorum: Poſterior verò (quæ ab illis verbis incipit, *Sed Venaliciarium*) de nõdum expleta,cuius hic ſenſus eſt;Emptorẽ, qui ab heredibus Mandatarij venditum ſibi bonâ fide ſervum per abſentiam poſſidere deſiit,& ſic uſucapionem non explevit, reverſum non poſſe Publicianâ actione utiliter agere adverſus dominum qui ipſe ſervorum ſuorum venditorum poſſeſſionem recuperavit. Et rationem ſubjicit Papinianus, geminam: Priorem,ex vulgata illa Iuris Regula, putà quod adverſus Publicianam *exceptio iuſti dominij cauſa cognita detur*: i.ſi is adverſus quem Publiciana agitur, dominus iuſtus probetur,Publiciana excludatur. Nam & viceverſa, ubi dominus priſtinus *iuſtus* dominus non eſt,vel eſſe deſiit ex aliqua cauſa,tùm ſanè exceptio dominij adverſus Publicianam non datur: ut in ſpecie, quam idem Papinianus tractat *l.ſi culpa.*63.*ff.de rei vindicat*: & aliis caſibus qui notari ſolent ex *l.*31.*ff.ex quib. cauſ.maior.l.à Titio* 72.*ff.de rei vindic: l. Papinianus* 14.*ff.de Publiciana.l.*28.*ff.de noxal.action.l.ſi quis rem* 24.*ff.de except.rei iud.&c.*

Quare & Paulus apud eundem Papinianum, ſed ex ipſo proculdubio Papiniano *l.pen.ff.de Publiciana: Exceptio iuſti do-*

Digitized by Google

minij Publicianæ obijcienda eſt. Quod hic pleniùs adhùc inculcatur, nempe duabus formulis: *cùm exceptio*, inquit, IVSTI *dominij*, CAVSA COGNITA, *detur*: *Causâ cognita*, id eſt, iuſto dominio probato, iuſti dominij titulo excuſſo. Atquin in propoſito caſu *iuſtum* omnino mandatoris dominium eſt,& titulus apertus iuſti dominij:neque quidquam eſt, quo dici poſſit,mandatorem in hâc ſpecie non iuſtum dominum manſiſſe. Poſterior Papiniani ratio, ab æquitate deſumpta,iſthæc eſt,quod *non oporteat*,id eſt,æquum non ſit,eum qui certi hominis fidem elegit,ob errorem aut imperitiam heredum,adfici damno. Error quidem aut imperitia culpæ eximit heredes, qui rei ad ſe non pertinenti ſe immiſcuêre; ſed non ita, ut damno dominum adficiat:Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, quod idem Papinianus dicebat.

Et hæc quidem apertiſſima eſt huiuſce reſponſi Papinianei reſolutio & ſententia,ſartâ tectâ undiquaque Florentinarum lectione:quam & vulgatæ tuentur; ſed & Cl.Robertus 2.*receptæ Iuris Civ.lectionis c.16.* adverſus Zoannetum iam pro Accurſio iure defendit (etſi non ubique inoffenſo pede) ut mirer duos quoque ſummos Iuris noſtri Semones,apices & proceres (Antonium Auguſtinum,& Cujacium)in tam plana via hæſitare potuiſſe,qui aliorum hæſitationibus ipſi cæteroquin ſuccurrere feliciſſimè ſolent.

His ita diſtinctè propoſitis,de tribus iam liquet: 1. Per *Venaliciarium*, in hoc Papinianeo reſponſo unum ex emptoribus intelligendum eſſe: 2. In propoſita ſpecie, emptorem unum emptos à ſe ſervos, vel etiam unum ſervum poſsidere deſiiſſe: 3. Dominum ſeu mandatorem iſtius ſervi poſſeſsionem recuperaſſe. Quorum omnium probatio non aliunde aut longiùs petenda eſt,quàm ex ipſiſmet huiuſce legis verbis. *Venaliciarium* igitur de emptoribus unum hic eſſe, non verò dominum qui ſervos ſuos diſtrahi mandaverat, (quod etiam Accurſius rectè vidit, neque tamen probarunt duo illi Iuris Proceres,& acerbè nimis alij reprehendunt) apparet primùm ex eo, quòd totus legis contextus in perſonam *emptorum* dirigitur, ita quidem, ut prior pars reſponſi caſum expletæ ab emptoribus

ptoribus uſucapionis reſpiciat;poſterior caſum uſucapionis ab uno emptore non expletæ. Secundò id ipſum ex eo quoque liquet, quod de Publiciana actione quæritur, utrum ſcilicet venaliciarius ea agere poſſit: Vnde liquidò apparet, de emptore bonæ fidei quæri, qui uſucapionem nondum explevit, non verò quæri de domino, quandoquidem Publiciana ſoli non domino competit. Tertiò id ipſum apparet & ex eo, quod de exceptione iuſti dominij ſubiicitur, quia ſcilicet actio venaliciarij repelli dicitur: Inde enim ſanè quoque apparet, Venaliciarium, non dominum fuiſſe. Quartò ex eo liquet, quod ſubiicitur, mandatorem non debere damno adfici: Vnde ſequitur, dominum & venaliciarium non eoſdem hic eſſe, quia per venaliciarij Publicianam damno adfici dominus negatur.

Et tamen *Venaliciarium* hic eundem eſſe cum mandatore ſeu domino tribus argumentis perſuadere conantur: Primum eſt etiam CL. Antonij Auguſtini, quia venaliciarius ſeu venalicius, ut alibi, ita & Iure noſtro ſit mango, qui venalium mancipiorum negotiationem exercet, denique venditor, *l. præcipiũt. 37. in f. l. iuſtiſſime. 44. §. 1. ff. de ædil. Edicto. l. mercis appellatione. 27. ff. de V.S.* Verùm hoc argumentum iam Robertus, Alciatum ſecutus, rectè refutavit: quaſi verò non venaliciarij utriuſque partibus fungantur, & emptoris & venditoris: Prius enim, opinor, emere eos oportet, quàm retrò vendant ipſi.

Secundò aiunt illi, emptores hic opponi venaliciario. Et quomodo id probant? Quia ſcilicet in priore parte huius l. dicitur, *eos ab emptoribus uſucaptos videri placuit*, in poſteriori ilico ſubiicitur SED *Venaliciarium ex provincia reverſum*, &c. Hãc ſcil. particulam adverſativam *Sed* ſatis oſtendere, emptorem non fuiſſe hoc caſu venaliciarium. Sed, ut reſpondeamus, Verum equidem eſt, particulam, *ſed*, hic adverſativã eſſe: Sed cuiuſnam quæſo rei adverſativa eſſe poteſt? Nõ perſonarũ diverſarum, ſed caſuum diverſorum. Nẽpe de Servis à cæteris emptoribus uſucaptis priore reſponſo actum eſt: Poſteriore nunc agitur de Servis ab emptore uno non uſucaptis per abſentiam.

Tertiò aiunt, etiam CL. Antonius Auguſtinus *libro 1. emendat. cap. 3. p. 28.* ex eo quoque apparere, Venaliciarium

Digitized by Google

hîc pro domino accipiendum eſſe, eò quod *unus* venaliciarius hîc proponatur in poſteriore parte; *Plures* verò emptores in priore, Quare diverſos eſſe oportere. Sed duplex ad id reſponſio. Primùm dicere poſſem, paſſivam in ſcriptis ICorum hãc numerorũ mutationẽ eſſe, & à plurali ad ſingularem κατάβασιν: cuius rei exemplum quoque præbebit vel proximo capite *lex* 9. §. 3. *ff. locati*. Sed illud potiùs, quod & veriſſimum, ſecundo loco dicamus, nempe in ſp. hac unum ex pluribus emptoribus, eúmque profeſſione venaliciarium, poſſeſſionem ſervorum emptorum amiſiſſe, & ſic uſucapionem non expleſſe, cùm cæteri emptores (fortè non venaliciarij) à ſe emptos uſucepiſſent. Ex eodem ſcilicet contractus genere emptores ut variæ profeſsionis eſſe poſſunt, ita & alio atque alio deinceps iure fieri ſeu effici poſſunt: aliis videlicet uſucapionem explentibus: uno verò ex his non explente.

Et hæc de *Venaliciarij* nomine, ubi clarè oſtenſum eſt, in Papinianeo reſponſo eo nomine unum ex emptoribus omninò accipiendum eſſe. Proinde ſecundò ex ſuperioribus apparet, in eadem poſtrema huius reſponſi Papinianei parte emptorem poſſidere deſiiſſe, ſeu ſervos ab emptore nondum uſucaptos fuiſſe. Id verò ex eo liquidò apparet, quòd, ut dixi, de fictitia ſeu πλαστικῇ actione Publiciana hîc agitur; quæ ſanè in id omninò prodita eſt, ut qui rem bona fide acceptam poſſidere deſiit, eam uſucepiſſe, retróque poſſediſſe fingatur.

Tandem, quod tertium eſt, apparet, dominum ſeu mandatorem ſervi poſſeſſionem reciperaſſe abſente venaliciario emptore qui uſucapionem non implevit; non mera divinatione, verùm certiſſima omnium interpretatione, ex eo ſcilicet quod de *exceptione iuſti dominij* adiicitur, quæ utique domino poſſeſſori tantùm competere poteſt; quod & ipſa *exceptionis* appellatio ſatis oſtendit; dominum videl. poſſeſſorem fuiſſe. Poſſeſſoris eſt excipere.

Atque ita iam undiquaque ſtabilita eſt vera huiuſce reſponſi ſpecies: ſtabilita proinde firmatáque lectio vulgata. Quare iam concidunt aliæ ſpecies & interpretationes omnes: Quas alij mutatâ, ut dixi, lectione, etiam Viri magni tentabant: Alij vulgatam lectionem quidem tuentes, ita tamen

tuentur,

tuentur, ut alienas prorſus ſpecies adfingant. De utroque genere tres reperio, quæ in id coincidunt, quòd unicus caſus hac l.contineatur, putà de uſucaptis iam ſervis ab emptoribus: Verum aliâ atque aliâ interpretatione adhibitâ.

Pars ita cẽſent, poſteriorem partẽ prioris correctoriam eſſe, ſeu hac l.id dici, uſucaptos quidem *videri* ſervos: ſed tamen emptoribus exceptionem iuſti dominij obeſſe, & ſic vocem *Sed* correctoriè accipiunt. Quæ ut iuri contraria, ita falſa ſententia eſt. Nam ſanè Papinianus exſertè ait, *Servos ab emptoribus uſucaptos* VIDERI PLACVIT: Quæ verba ſunt, ut antea dixi, de iure omninò reſpondentis, & iuſtam uſucapionem aſſerentis, quâ legitimè dominium quæritur. Sed & cæteroquin inauditum iure eſt, quid uſucaptũ videri dici, neque legitimè per id dominium adquiri. Deinde, quod ipſimet vident, omnino hanc ſententiam refutant, ea quæ poſtea dicuntur de Publiciana actione: Nã ſanè ſi in poſteriore parte ſervi uſucapti fuiſſent, Publicianâ actione agi non oportuiſſet: Imò & refutant ſuperiora; nam initio dixit, *morte quidem mandantis ſolutum fuiſſe mandatum, ſed tamen uſucapioni hic locum eſſe.* Verba ſunt expreſſa *Mandatum intercidiſſe conſtitit: Quoniam* TAMEN, &c.

Alius Vir Magnus tùm mutatâ lectione in *non inutiliter*, tum & *venalitiario* pro domino accepto, hanc ſententiam affingebat, quaſi is cuius nomine venditi ſervi fuerunt, fuerit & ipſe tantùm bonæ fidei poſſeſſor, qui videlicet mancipia emerit à non domino: eíque Publicianam actionem tribui adverſus novos emptores qui uſuceperunt. Ac proinde hunc caſum iis accenſet, quibus exceptio iuſti dominij Publicianæ non rectè opponitur. Sed multa hanc ſententiam refutant: Tùm quod is, cuius nomine ſervi venditi fuerant, omninò verus, iuſtus dominus fuiſſe in hac l.præſupponitur: tùm quòd, ut ad ſuperiorem quoque interpretationem dixi, iuris ratio refragatur, ut videl.iuſtam uſucapionem poſſit bonæ fidei poſſeſſor, nedum verus dominus, retractare.

Poſtrema ſupereſt interpretatio, quæ hoc vult, eâdem ſemper ſpecie & quæſtione retentâ, in poſteriore parte legis id tantùm dici, quòd *dominus* ſervorum venditorum contra emptores, qui eos uſuceperunt, inutiliter *Publicianâ* agat, ut po-

Digitized by Google

te à quibus emptoribus exceptione iuſti dominij repellatur. Et ſi his credimus, hæc interpretatio hic & facilis & perſpicua eſt, gravibúſque argumentis ſuffulta, & Accurſianam denique ſponte ſua refellens: ſenſus hic verus, certus, unicus; Quam tamen præ aliis omnibus & ratio iuris, & ſeries verborum, & ſcripta ICorum omnia eierant.

Primùm enim, quid hoc quæſo monſtri eſt, Publicianam actionem à iuſto domino moveri; quæ ideo tantùm à Prætore comparata eſt, ut non domino tribuatur, & per eam non dominus, dominus tamen eſſe fingatur? Denique ipſi iuſto domino Publiciana nunquam datur, quia inutiliter daretur, cui in rem actio directa competit *l. 1. §. merito ff. de Publiciana l. 18. ff. de pignoribus.*

Secundò, quid hoc viceverſa monſtri eſt, quod exceptionem iuſti dominij emptori contra Publicianam domini tribuunt: cùm imò exceptione iuſti dominij veri domini Publiciana emptoris excludatur, ut cęteroquin fictio veritati cedit? Quod eos docere potuit inſuper *d. lex penult.* & ipſa ex Papiniani libris deſumpta: Potuit & docere, quam tamen in ſententiam ſuam trahere audent, & emblemate corrumpunt, *Auctoris mei* nota.

Sed & ipſa legis verba, ipſe contextus, hanc ſententiam apertiſſimè reſpuit; Vox, inquam, *Sed*; item verba illa *Neque oporteat*, quæ cum ſuperioribus alioquin non cohærent. Et tamen hæc ipſa eludere conantur: Gravibus puto argumentis. Primum enim vocem *Sed* quæ merè adverſativa dictio eſt, modò continuativam ſeu confirmativam faciunt, modò coniunctivam, modò dubitandi rationem indicantem: Confirmativam ſeu continuativam, ſcil. primum eſſe ajunt, ac ſi Papinianus dixiſſet, ſervos ab emptoribus uſucaptos, *inſuper* venaliciarium non utiliter acturum. Hoc ſanè ſi voluiſſet Papinianus, num ita locuturum putaremus *Sed venaliciarium*? Imò ita dixiſſet, *& ideò venaliciarium*; quandoquidem nihil his poſtremis verbis ad ſuperiora adjicitur; Non etiam dixiſſet *Sed*, aut *Sed &* Quia dictio *Sed*, poſita ſine copula, denotat diverſitatem facti & iuris: quò trahunt Gloſſam *in l. hoc amplius 9. §. 2. ff. de damno inf.* v. & Decium *conſil. 386. num. 7. tomo 2.*

Imò

Imò & dictio *ſed*, poſita cum copula *&*, licet denotet identitatem iuris, attamen denotat diverſitatem facti. v.. *l ſed etſi. 25. in prin. ff. de hæredit. petit.* & quæ ibi notantur *l.2. ff. ne quis eum qui in ius voc. vi ex:* & ibi Gloſſ. Everardus *loco* 109. *à natura copulæ num* 9. Vtrovis tandem modo, ſive cum copula, ſive ſine copula, SED, ſemper contrariæ ſententiæ ſignificatio eſt, & tranſitum denotat ad aliam rem ab ea quæ antea agebatur; quod non uno loco etiam Ælius *Donatus* monuit. Atquin ex illa interpretatione, iam in hoc verſiculo neque diverſitas facti neque diverſitas iuris contineretur, ſed conſequentia tantum ſuperioris ſententiæ. Secundò iidem *Sed* vocem (quæ apertiſſimè diverſum caſum ſeu diverſitatem facti indicat) in *Et* mutatum vellent; Et hi tamen ipſi ſunt, qui eandem particulam ſuprà velut adverſativam urgebant, ut inde efficerent, venaliciarium hîc diverſum eſſe ab emptore. Tandem eò convertuntur, quaſi *Sed* novam difficultatem & dubitandi rationem indicet; quia, inquiunt, venaliciarius fuerat abſens, mox rediit ex provincia, & ideò aliter hoc caſu videretur iudicandum. Quid audio? Imò nulla hæc ratio dubitandi eſſe potuit: Præſentiæ enim aut abſentiæ in hoc uſucapionis argumento nulla ratio habetur, niſi ubi de temporibus vſucapionum quæritur: & quidem in præſenti ſpecie, ubi de uſucapione rei mobilis vel ſe moventis agitur, anni vel biennij. Deinde ſi hic huiuſce loci ſenſus eſſet, tùm novæ huius difficultatis deciſio requireret Papinianum dixiſſe: *Quinimò venaliciarium*, &c. Et hæc de particula SED.

Supereſt nunc videamus, quomodo vocem *Neque* eludant, ac proinde totam eam ſententiam, quæ illius vinculo continetur: Nempe eam ita accipiendam ajunt, quaſi Papinianus dixiſſet, etſi dominus inutiliter agat adverſus emptores; attamen dominum non eſſe damno adficiendum. Verùm quid hoc monſtri rurſum eſt: Primò, ut vox *Neque* adverſativè hic accipiatur, quæ omninò cõiunctiva ſeu copulativa eſt, & alterius rationis demonſtrativa: ſeu ut Doctores notant, requirit iſta dictio concurſum utriuſque alicuius rei, & copulativam in ſe continet *l. ſi is qui ducenta §. item ſi pater. ff. de reb. dub.* Bartolus *in l. quidam teſtamento ff. de vulgari & pup. ſubſt.*

Alexander *conſil.92.num.14.lib.3.* Deinde ſi hic horum verborum ſenſus eſſet, tùm aliquid ſemper hic deſideraretur, putà, quomodo igitur domino conſultum eſſe poſſit. Inauditum hoc ſcribendi genus Iuriſconſultis eſt, dicere, non eſſe adficiendum damno dominum, neque ilicò eoſdem adjicere, quânam ei ratione ſuccurratur, ſed divinandum id & in incerto relinquere. Sed quis non videt, eandem eſſe huiuſce loci ſententiam, quę tot paſſim locis aliis, ac nominatim ipſius Papiniani, *l.rem hereditariam 65.in f.ff.de eviction.* factum, culpam, negligentiam alteri damnoſam eſſe non oportere? Imò & eiuſdem rurſum Papiniani *l.74.ff.de R.I.* Non debere alteri per alterum iniquam conditionem inferri?

CAPVT XII.

VLPIANI *Lex ſi quis domum 9.§.ſi colonis 3.ff. locati.* ex lib.32.ad Edictum.

QVÆSTIO eſt de Locatione fundi, eâ lege ſeu conditione: *Vti colonus innocentem ignem haberet.* Innocentem ignem ἀβλαβὲς πῦρ, i. innoxium; Vtrum videl. ex hâc conventione ſeu *denunciatione* (ut hæc lex loquitur) colonis prædiorum à domino facta colonus fortuitum incendij caſum præſtare teneatur? Ait Vlpianus: *Si colonis prædiorum lege locationis, Vt innocentem ignem habeant, denuntiatum ſit, ſiquidem fortuitus caſus incendij cauſam intulerit, non præſtabit periculum* LOCATOR: *ſi verò culpâ locatoris,* QVAM *præſtare neceſſe eſt, damnũ fecerit, tenebitur.* Ait Vlpianus *Locatorem non præſtare hoc periculum.* Quæ verba propoſitæ nunc à nobis quæſtioni reſpondere vulgò minus videntur, quandoquidem cùm id quęratur, utrum ex hac conventione colonus, & ſic *conductor*, de caſu fortuito incẽdij teneatur, de locatore tamẽ reſpõdeatur. Quare ſunt qui hunc locum levicula emendatione ſollicitarent. Alij verò paulò maiore, ita, *non præſtabitur periculum locatori, ſi verò culpâ quam præſtare neceſſe eſt damnum fecerit, tenebuntur,*

Digitized by Google

buntur. Hæc quidem ita illi: interea tamen veram iuris orbitam & rationem tenentes; nempe hoc caſu colonum fortuitum incendij caſum non præſtare. Quorum ſententiam ut iuri conformem eſſe mox oſtendetur, ita non neceſſaria verborum aut literarum emendatio fuit: veriſſimum enim eſt, quod Baſilicorum quoque auctoritate poſtea firmabitur, imò & bonus Accurſius vidit, LOCATORIS voce hic *colonum* intelligi oportere. Nempe & alioquin notum eſt, veteres *locationis* & *conductionis* appellationibus promiſcuè uti ſolitos, quod docet *lex* 20. *ff. de actionibus empti*: de quo & Roberto-Cujaciana *lib.* 1. *c.* 10. & Fornerius 4. *Quotidian.* 9. Sed & fidem præterea facit *lex* 45. *ff. de R. I.* ubi dicitur, Locationem rei ſuæ conſiſtere non poſſe: *locationem*, i. conductionem: item *lex* 15. §. *ult. lex* 19. §. *illud. lex* 55. §. *ult. ff. locati.* Atque ut hoc in commune, ita tum vel maximè obtinebat, cùm conductor operas ſuas locaret; veluti colonus, ac proinde idem & locator & conductor erat: Conductor, quatenus colendum agrum conducit: Locator, quatenus operas ſuas locat. Sic iam rectè huiuſce legis lectio defenditur.

Atenim ex iis qui vulgatam lectionem tuendam ſuſceperunt, nonnulli falſam & contrariam Iuri ſententiam & deciſionem invitâ Iuriſprudentiâ huic legi adfingunt, denique à Iure exorbitantes adultero ſenſu veritati obſtrepunt: Sic enim putant, Iuris & Æqui hâc parte inconſulti, Colonum ex hâc quam dixi conventione, *ignis* videlicet *innocentis habendi*, fortuitum incendij caſum præſtare; Atque hoc illud eſſe quod hac l. dicitur, *locatorem*, i. dominum, ut volunt, hunc caſum non præſtare: Ergò colonum præſtare. Quorum argumenta priuſquam excutio: Præiudiciis prius convincēdi ſunt. Et primò quidem præiudicio omni exceptione maiore. An enim ignorare illi debuerunt Textum paulò poſt expreſſum eiuſdem Vlpiani, eodem libro, eodémque titulo, *l.* 11. §. 1. *Si hoc*, inquit, *in locatione convenit*, Ignem ne habeto, *& habuit, tenebitur, etiamſi fortuitus caſus admiſit incendium, quia non debuit ignem habere:* ALIVD *eſt enim* ignem innocentem habere, *permittit enim habere, ſed innoxium ignem.* Vides apertam differentiam; quam Vlpianus, ad hunc anteriorem §um ſuum quem

Digitized by Google

hoc capite interpretamur puta legis 9.§.3. reſpiciens, tacitæque obiectioni, quæ ex illo §' ſumi poterat (quod *Accurſius* rurſum rectè notavit) occurrens, conſtituit inter has duas conventiones, *Vt colonus innocentem ignem haberet*; de quo *d.l.*9.§.3. & alteram, *Ne colonus ignem haberet*, de quo *d.l.*11.§.1: Nempe hoc caſu colonum conductorem teneri, fortuito caſu incendio oborto; illo caſu ALIVD eſſe, i. non teneri. Hoc primum.

Secundò conſuluiſſent iidem & Græcos interpretes, in tam alienam ſententiam nunquam conceſſiſſent: Ita enim apertè Baſilicorum *lib.*20.*tit.*1.*c.*8. *th.*5. ἐὰν συμφωνηθῇ εἰς μισθωταμένοις οἴκοι ἀβλαβὲς ἔχειν πῦρ, καὶ τύχῃ ἐκ ῥιπῆς καῦσις, οὐκ ἐνέχεται ὁ ΜΙΣΘΩΤΗΣ: εἰ δὲ κατ' ἀμέλειαν αὐτοῦ συνέβη, ἐνέχεται. Vbi rectè Leonclavius vertit, *conductor non tenetur.* Quæ totidem penè verbis habet & Conſtantinus Harmenopulus *lib.*3.*t* 8.*num.*14. Hactenus textus expreſſi & præiudicia.

Sedenim ex ipſo Actionis genere, quo de hoc §. agitur, hoc idem clarè evincitur: Scilicet hæc quæſtio verſatur in *actione Locati*, de quâ iam inde à §.2. Vlpianus agere inſtituit, & *l.*11. agere porrò pergit, quæ à domino adverſus conductorem movetur; qua ſanè actione cùm dominus à colono peteret præſtari ſibi fortuitum incendij caſum, contrà niteretur colonus, certè in ea quæſtione hoc debuit pronunciari ſeu definiri, an *colonus* periculum iſtud prę̨ſtare teneretur néene: Et ſic deciſionem in perſonam conductoris concipi oportuit, (non verò in perſonam domini) Quomodo ſanè etiam pronunciatur *d.l.*11.§.1. collata videlicet deciſione in perſonam conductoris. Neque enim dubium eſt, quin formula quæ Iudici dabatur, ut in cæteris actionibus, ita & in hoc etiam actionis genere, in perſonam rei directa fuerit, non actoris, ita, *ſi paret Lucium Titium colonum*, &c. *eum condemna, l. cum Prætor. ff. de iudiciis & l.*37.*ff. de R.I.* Neque dubium rurſum eſt, ſententiam Iudicis in hac actione quoque in perſonam rei directam fuiſſe, ita, *Colonum hoc vel illud præſtare teneri*, vel *non teneri videri.* Quemadmodum viceverſa ubi de contraria actione *ex conducto*, quæ à colono adverſus dominum movetur, condemnatio vel abſolutio in perſonam domini, & ſic rei, concipiebatur. Quare patet, hæc verba, *non præſtabit periculum locator*,

Digitized by Google

cator, in hoc actionis genere, & ſic in propoſita quæſtione, ad colonum non ad dominum referenda eſſe.

Iam *Rationibus* putemus. Novi Scriptores ut colonum huius incendij fortuitíque caſus periculo ſubjiciant, duabus rationibus moventur: Prior eſt, quia, inquiunt, *ſpecialiter* hoc conventum eſt, *Vt ignem innocentem colonus haberet*: ideo ut hęc verba aliquid operentur, conductorem hoc periculum præſtare oportere, qui ſpeciali pacto pollicitus eſt, ſe innoxium ignem habiturum. Principium petit hæc ratio: Verum equidem eſt, hanc conventionem ſpecialem eſſe; Verum etiam eſt, ſpecialem hanc conventionem aliquid operari oportere, ſed an ideò ſtatim fortuiti caſus periculum & præſtationem operabitur, ſeu caſui fortuito pollicentem ſubjiciet? Quod ſanè ſi verum eſt, quæram ego, quid iam amplius operabitur conventio peremptoria illa *Ignem ne habeto*: illa quippe fortuiti caſus incendio colonum obnoxium reddit? Imò quid illa conventio amplius operabitur, *Vt ſi quid vi maiore accidiſſet*, id colonus ſeu conductor præſtaret, de qua proximè præcedente §. 2. ex Iuliano Vlpianus egit? Atqui Iuriſconſultus apertam inter hæc differentiam facit: ſimùl & rationem eius reddit: nempe quod eo caſu quo peremptoria conventione conventum eſt, *Ne ignem colonus haberet*, ſi colonus ignem habeat, & exinde fortuito caſu incendium oriatur, omninò eum teneri æquum ſit, quia culpa caſum fortuitum prævertit, & ut Paulus de Caſtro ait, ſaltem fuit in culpa non tenendo ipſum contractum: Atenim hoc caſu, nulla culpa eſt habentis ignem, dummodo innocenter habeat, quia ignem habere ei permittitur, dummodò ne noxium.

Atque ita etiam alteri rationi ſatisfactum puto, qua contendunt in propoſito caſu, caſum non ſimpliciter fortuitum dici poſſe quia etſi cauſa ſit fortuita, tamen Igne coloni fuit damnum datum. Ergo igitur ideo periculū incendij quiſquam pręſtare cogetur, quòd igne ſuo damnum datum eſt! Nos verò putabamus, niſi de fortuito caſu nominatim conveniſſet, aut culpa aliqua caſum fortuitum antevertiſſet, damno igne meo dato periculum incendij ad me non pertinere. Quid enim ſi incendenti ſtipulam pabuli gratia nulla vi venti furentis, ci-

H ij

tra culpam, ignis fugit? Colonus puto non tenebitur, de quo Vlpianus apud *auctorem collat. legum Moſaicarum*: haud ſecus atque ſi telum manu fugiſſet. Ergo dummodò innocentem ignem habeat colonus, ſecurus eſt. Qui ſecurus eſſe non poteſt, ſi ignem non extinxit, quo tempore extinctus eſſe debuit: tum enim innocentem ignem non habuit. Quod tamen exemplum apponunt ſufflaminandæ ſententiæ ſuæ.

Quid igitur inquiunt, hæc ſpecialis conventio operabitur? Nempe, non abundantem tantum cautelam, ut coloni diligentia magis excitaretur, verùm etiam ut colonus exactiorem aliquem diligentiæ gradum & ſic culpæ genus præſtare teneretur: Exempli gratiâ, ut procul omni materia & pabulo, quę facile incendium ſuſcipiunt, ignem haberet, ne fœnum componeret niſi longiſſimè: ſic ut eò ignis pervenire nullo modo poſſet (cui haud abſimilem alioquin conventionem expreſſam inter conductorem & locatorem, *Ne in villa urbana fœnum componeretur* proponit idem mox Vlpianus eodem libro in *d. l. 11 in f. eod tit.*) Atque id eſt quod hoc ipſo §. Vlpianus ſcribit; *ſi verò culpa locatoris*, QVAM *præſtare neceſſe eſt, damnum fecerit, tenebitur.* QVAM, i. qualem: ac proinde qualem culpæ gradum & ſpeciem.

CAPVT XIII.

VLPIANI *Lex, Ex conducto 15. §. vbicumque 7. ff. locati.* ex eodem libro 32. ad Edictum.

QVÆSTIO eſt, circa *Remiſſionem mercedis colono faciendam*, non quidem de iure; verùm de verbis tantùm, & eorum conſtructione: Fatentur enim omnes, quantacumque tandem remiſſio mercedis colono fiat, damnum tamen ſeminis coloni damno ſemper eſſe, nunquam locatoris ſeu domini. Ait igitur Vlpianus; *Vbicumque tamen remiſſionis ratio habetur ex cauſis ſupra relatis, non id quod ſua intereſt conductor*

Digitized by Google

conductor conſequitur, ſed mercedis exonerationem pro rata: SVPRA *denique, damnum ſeminis ad colonum pertinere*, DECLARATVR. Vir ſuperiore ętate Clariſſimus, etſi in ſententia ipſa conſentiret, nempe damnum ſeminis coloni damno ſemper eſſe, attamen intempeſtivâ interpunctione, & interpolatione poſtrema illa verba percelluit: ſic enim putavit legendum, *Suprà denique damnum ſeminis, ad colonum non pertinere declaratur:* quaſi dixiſſet Iuriſconſultus, ultra (nam ita vocem SVPRA quaſi incluſivam accipit) damnum ſeminis nullum aliud damnum ad colonum pertinere. Cuius ulteriore refutatione ſuperſedere potuiſſem, potuiſſent & alij: quandoquidem etiam ab *Auctore meo* iam notatum, Vlpianum hoc loco verbo illo SVPRA (nempe adverbiali & locali ſeu relativo ad præcedentia) ſe retuliſſe ad ſuperiorem §. 2. *verſ. ſed & ſi labes:* ubi ita Vlpianus, *Si labes facta ſit, omnémque fructum tulerit* [i. abſtulerit] *damnum coloni non eſſe* [i. remiſſionem ei faciendam.] *Ne ſupra damnum ſeminis amiſſi mercedes agri præſtare cogatur.* Scilicet & hiſce poſtremis verbis hoc ipſum iam Vlpianus *declaraverat*, i. indicaverat, quod & hic rurſum aliâ occaſione, ſeu in alio tractatu, repetendum duxit, nempe damnum ſeminis ſemper ad colonum ſpectare. Non extra rem tamen erit, veris & apertis rationibus illi emendationi cauterium adigere; non eò tantùm quòd inutilis ſit hæc emendatio, cùm in ſenſu conveniat, aut quod obſcura ſit lectio illa, arceſſita quippe voce *damnum*, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, iam clarior ea fieri poſſet, verùm triplici ratione.

Primùm mirari ſubit, Clariſſimo illi Viro, cùm videret ipſe hoc ipſum *verſ. ſed & ſi labes.* ab Vlpiano iam dictum, non in mentem veniſſe morem illum veterum quoque Iuriſconſultorum ad ſuperius declarata ſeſe ſæpe referentium: quem utique ſi vel animo reputaſſet, nunquam ad emendationem confugiſſet, omniáque rectè habere vidiſſet.

Secundò mirari ſubit, quod Clariſſimus ille Vir non viderit, ſeriem & ἀλληλουχίαν & ἀκολουθίαν totius *huius* §. (quam & ipſe non cepit,) receptam lectionem omnino requirere. Nempe Vlpianus cùm ea famoſa lege de cauſis remiſſionis à colono petendæ ageret, ad extremum, hoc §. duplicem fibulam iſti rei

pignus quid iuris ſit, & an pactio nulla ſit: talis, quaſi contra ius ſit poſita, ideóque vænire poſſit? Et certum eſt, nullam eſſe venditionem ut pactioni ſtetur? Ita ſcil. literà quondam Piſana, ut loquuntur, habuit, habet hodie Florentinarum Pandectarum archetypum, quas iam olim ſuper hâc controverſia ſeu quæſtione inſpici placuit: etſi vetere, acrius tamen agitatâ inter Bartolum & Baldum: Bartolo, nullam eſſe venditionem, & ſic pactum iſtud contra ius non eſſe defendente: Baldo, nullam eſſe conventionem contendente. Hinc lex ab aliis aliter legi; quod & Accurſius iam indicavit; ita, *Nullam eſſe conventionem*, vel ita converſo more, *Nullam eſſe pactionem, ut venditioni ſtetur.* Et quanquam hanc litem Pandectæ illæ iam olim diſciderunt: ſunt tamen & hodie qui hanc controverſiam in ſcenam revocare, genuinámque earum lectionem ſolicitare, hanc denique pactionem valere negare ſuſtinent.

Horum rationes ſuis & iuſtis rationum momentis priuſquam refuto, ante omnia oſtendendum eſt, ab aliis non rectè ſemper contrariæ ſententiæ aſſertores refutari. Non rectè, inquam, refutantur auctoritate *legis 3. ff. de contrah. empt. & legis 21. §. ſed & ſi ita. 5. ff. de actione empti:* adde ſi placet, & *legẽ 75. ff. de contrah. empt. leg. 2. C. de pactis inter empt:* Imò adjice ſi lubet *legem, qui Romæ. 122. §. cohæres. 3. ff. de V. O.* ubi etiam pactum retrovenditionis ſeu περλημένως approbatur, & ex hac cauſâ & conditione, contra emptorem eundémque venditorem, ſi pactum non ſervaverit, actio datur. Neque enim bonum eſt argumentum iſtud; quia ibi *Rei ſuæ Alienationi*, ſeu rem ſuam alienando hanc legem dicit venditor, ut ne alij quàm ſibi venditori alienet: non aliter alioquin venditurus, aut tantò cariùs venditurus, ſic ut pretij partem pactum hoc conſtituat, *l. 79. ff. de contrah. emp. l. 21. §. ſi tibi. 4. ff. de action. emp. l. 6. ff. de ſervis export. l. ult. C. de pactis inter empt. & vend.* Atenim illud ſemper mirum, Non ſuæ rei alienationi ſeu non alienando rem ſuam, ſed rei ſibi tantùm nexæ & obligatæ hanc legem dici poſſe; ut vulgo quidem videtur, contra *leg. pen. ff. de pactis.* Quomodo non abſurdè CL. Anton. Faber diſtinguebat, quod poſſit dominus legem dicere rei ſuæ, ſed non ſibi, quod tamen ab aliis non rectè traducitur. Verùm huic dubitationi, ut dixi, paulo poſt ſatisfiet.

Digitized by Google

Hoc ita commonſtrato, contrariæ ſententiæ argumenta confutanda ſunt, quæ ut non rectè ſemper, ita neque pleraque eorum refutantur. Non movet *primùm*, quod aiunt, neminem paciſcendo efficere poſſe, Ne *ſibi* liceat rem ſuam invito alio alienare, *d.l.pen.ff.de pactis.* Quia primùm id de pacto nudo verum eſt; quod ſanè pactum hîc non ſufficit; (ut aliàs loquitur Paulus *in l.quod ſi locus.11.ff.de religioſ.*) non verò de eo quod rei traditioni additum eſt, ubi ſanè, (in traditionibus inquam rerum) quodcumque pactum adiectum valet, *l.48.ff. de pactis*: ubi Gaius interpretabatur illud caput XII.Tabb. *Cùm nexum faciet mancipiúmque uti lingua nuncupaſſit, ita ius eſto.* Addatur & *lex 3.C.de condict.ex lege:lex 135.§.3 ff.de V.O.* Quare hac iam diſtinctione neque *d.legi.pen.* quidquam obſtat deciſio *legis ult.C.de pactis inter empt.* Item id verum eſt, ſi in perpetuum alienatio prohiberetur. Tertiò verum eſt, ſi conveniret pacto, ut ne Rem ſuam nullo iure alij nexam, penéſque ſe manentem, alienare liceret; quæ ſpecies eſt *d.legis penult.*

Non movet *ſecundò* quod aiunt, pactionem hanc fore *Ineſficacem*: Imò enim efficax vel maximè hæc pactio eſt, ne ſua videlicet creditori ſecuritas & utilitas aliquo caſu intercipiatur; de quo mox plura.

Multò minus, quod *tertiò* loco ajunt, *Iniqua* hæc pactio credenda eſt; utpote quæ debitori non in perpetuum alienandæ rei ſuæ ius intercipit, ſed momento tantùm & quamdiu vel ipſi debitori videbitur, ſoluto videlicet ære alieno, cuius cauſa res pignori nexa eſt.

Neque movet *quarto* loco, quod ajunt, creditoris *Nil intereſſe*, an debitor pignus vel hypothecam alteri vendat, an ſibi retineat, cùm alienatio ſemper fiat cum ſuâ cauſa, nec mutatione dominij ius pignoris vel hypothecæ aut mutetur aut extinguatur: Quia primùm non id hac l. quæritur, utrum creditoris interſit nec ne: quanquàm mox oſtendetur, quid & quantum interſit creditoris, hac ei conditione additâ caveri. Verùm id tantùm quæritur, Vtrum hæc pactio *contra ius poſita ſit*: Et ſic illud hactenus quæritur, utrum placitis ſtandum ſit.

Non

Digitized by Google

Non movet etiam *quintò* argumentum à *Rubrica, de diſtractione pignorum*, quaſi titulus ille pertineat tantùm ad diſtractionem quæ fit à creditore non quæ à debitore. Imo: Quaſi verò titulus ille non generalis eſſe poſſit, tàm de eâ diſtractione quæ per debitorem fit, quàm quæ per creditorem: De quâ priore cùm nullus peculiaris Iure noſtro titulus eſſet, quis neget, vel hoc ipſo titulo de ea moneri aliquid oportuiſſe; puta liberam alioquin pignoris diſtractionem ex conventione coërceri vel impediri poſſe? Quinimò & alter adhuc locus occurrit eo ipſo titulo de pignoris diſtractione per debitorem, *l.12.in princ.* & quidem de diſtractione pignoris regulariter debitori permiſſa; *Reſcriptum eſt ab Imperatore, libellos agente Papiniano, creditorem à debitore pignus emere poſſe, quia in dominio manet debitoris.* Sed & in Codice pariter, ſub eodem *tit. de diſtractione pignorum* in hanc rem eſt lex; 12. *Si debitor*, inquit, *rem tibi iure pignoris obligatam te non conſentiente diſtraxit, dominium cum ſua cauſa tranſtulit ad emptorem.*

Sextò non movet totius legis 7. nexus & continentia. Quaſi verò non eâdem lege, ac maximè ea quæ variis §§. conſtat, variæ ſpecies plerumque contineantur. Imò ſpecta ſis mihi legis inſcriptionem, unde ea lex deſumpta eſt, nempe ex *libro ſingulari Marciani ad formulam hypothecariam*, & iam negare quis audebit Marcianum, dum in eo tractatu eſſet, dùm inquam, totam pignorum materiam per cauſas arte tractaret, & hanc ſpeciem ſub manum revocare oportuiſſe?

Septimò non movet, quòd reſponſio Marciani quæſtioni conformis non eſſet, ſi legeretur *nullam eſſe venditionem*, cùm quæſtio ſit de pactione utrum ea valeat: Quare legendum, *nullam eſſe pactionem*; Quia, imò reſponſio quæſtioni quàm maximè conformis eſt, non tantùm quoad ſenſum, ſed etiam quoad membra ipſa quæſtionis, ſic quidem, ut nec quicquam (quod nonnullis videtur) in quæſtione ſupplendum veniat: Marciani quippe reſponſio ad proxima illa, *an vænire poſſit*, optimè refertur; nam ilicò ſubiicit, *& certum eſt, nullam eſſe venditionem.*

Octavò multò minus movet, quòd pignoris ſeu hypothe-

Digitized by Google

cæ ius temporale ſit, alienatio perpetua: quare fieri non poſſit, ut ius hoc temporale perpetuam alienationis prohibitionem inducat. Rectè: nam & hæc ſcilicet huiuſce conventionis in hac ſp.vis eſt, ut videlicet non niſi quamdiu pignus & hypotheca durat, eius diſtractione debitori ex ſpeciali creditoris pactione interdicatur: Ita enim apertè lex, *ne liceat debitori hypothecam vendere vel pignus.* Pignus enim & hypotheca eſſe definit, luitione, i.ubi creditori ſemel ſatisfactum fuerit. Et ut Marcianus hoc ipſo libro ſcripſit *l.13.ff. de pignoribus.* ſuas conditiones habet hypothecaria actio, i.ſi ſoluta eſt pecunia aut ſatisfactum eſt, quibus ceſſantibus tenet. Et eatenus Bartoli ſectatores probandi minus ſunt, qui huius prohibitionis & pactionis vim ultra pignoris conſtantis tempus porrigere perperam ſuſtinent.

Nonò non movet etiam, quod de *pignore* propriè dicto hic quoque agatur, cuius, utpote creditori traditi, vēditio à debitore fieri non poſſit: Vt proinde fruſtrà quæratur de debitore diſtrahere prohibito, quod tradere ipſe non poſſit. Indigna enim hæc Iuriſconſulto ratio & oratio: Quaſi verò non debitor dominus pignoris ſit, idque vendere poſſit; & ſecundùm venditionem ad tradendum rectè conveniatur. Venditio ſimulac de pretio convenit perficitur, quam quiſque iure dominij celebrat, & ad conſummandam eam ſeu ad rem tradendam iure convenitur: Quare ne perficere poſſet ne conſummare, id ſpecialis lex & conventio præſtare debuit.

Inaniſſimum tandem eſt argumentum à voce *pactum*, quaſi hæc vox propriè ad eum qui promittit, pertineat: Nam ut omittam, eum potius *paciſci* dici, cujus commodo pactum cedit, quod infinitis legibus comprobari poſſit; ſanè apertè renituntur illa, *pactum à* CREDITORE, quæ oſtendunt, initium & originem ſeu legem à creditore in hâc ſpecie dictam fuiſſe.

Hactenus argumenta contraria Viri hac tempeſtate ſcriptis Clariſſimi: Nunc de eius emendatione. Nempe non iam in reſponſo Marciani, ſed in ipſa quæſtione vitium hærere putavit, legendúmque pertendit, unica tantùm litera addita *debitoris*, non *debitori*: quaſi hac lege nonniſi vulgaris ille caſus contineatur, quo diſtractio pignoris ſpeciali lege &

conven-

Digitized by Google

conventione creditori adimitur. Verùm hanc emendationem, ne alia cumulem, ipſa legis verba reſpuunt. Primùm enim ait lex, *quæritur ſi pactum ſit à creditore:* Igitur de pacto, ut iam antea dixi, in utilitatem creditoris addito ibi quæritur, non de pacto debitoris. Hæc enim, ni fallor, verba reſpiciunt eum cui promittitur; alioquin ICtus dixiſſet, *Debitorem pactum fuiſſe, ne liceret creditori vendere.* Item ait lex, *an pactio nulla ſit; talis, quaſi contra ius ſit poſita.* Quærebatur ſcil. num ea conventio, quæ proponebatur, contra ius eſſet, i. contra leges & bonos mores. Atenim quis contra leges eam conditionem poſitam dubitare potuiſſet, ubi debitor diſtractionem pignoris creditori peculiari pactione adimit? *Contra ius* enim pactio ea dicitur, quæ bonis moribus & legibus adverſa eſt: Quod ſanè videri poterat, ubi quis rei ſuæ alienandæ iure pactionis privaretur, non etiam ubi convenit, ut ne creditori liceret pignus diſtrahere; etſi eo jure utamur, ſeu hæc Iuris ordinarij ratio ſit, ut pignus à creditore diſtrahi poſſit. *Contra ius* non dicitur fieri id, quod ſalvis bonis moribus fit, & ubi legis tantùm beneficium pactione alicui adimitur.

Sententia igitur tandem huiuſce legis hæc eſt, poſſe creditorem pignus vel hypothecam accipiendo id ſpeciatim paciſci, ut quamdiu debitor pignus non luerit, ſeu quamdiu pecunia ſoluta non fuerit, debitor pignus vel hypothecam vendere non poſſit. *Ratio* tantùm inveſtiganda ſupereſt, cur hæc pactio valeat. Non probo eam rationem, quæ vulgò redditur, quod creditor in pignore ius aliquod reale habeat, ſeu quod alienationis prohibitio coniuncta ſit conventioni pignoris. Non etiam probo eam, quod liceat domino, & ſic debitori, rei ſuæ quam velit legem dicere. Multò minus probo argumentum à teſtatore ad debitorem vel etiam creditorem, quod ſcilicet etiam teſtator alicuius rei alienationem prohibere poſſit. Denique non probo argumentum à venditione ad pignus, quod ſcilicet ita res vendi poſſit, ut ne invito venditore rem vendere liceat.

Veriſsima & perſpicua ratio eſt, quæ & hâc ipſa l. indicatur: nempe, quod hæc pactio *non ſit talis, quaſi contra ius poſita.* i. quod iniqua non ſit. Id quod probatur à vi & naturâ hujuſce

Digitized by Google

conventionis, unde iam ab *Iniquitate* vindicatur: Nempe enim hac conventione non ſimpliciter aut in perpetuum debitori pignoris alienatione interdicitur (quod ſanè iam contra ius & iniquum foret) Verùm interdicitur tantùm quamdiu pignus conſiſtit. In quo ſanè nihil iniqui vertitur, ſive debitor aliunde ſolvendo ſit, ſive non ſit: Priore quippe caſu debitor accepta aliunde pecunia pignus luere poteſt, eóque facto pignoris conventionem liberare, reíque ſuæ alienandæ ius reciperare: Poſteriore caſu, i. ſi aliunde ſolvendo non ſit, duobus adhuc caſibus pignus vendere poterit, ſi videlicet creditor id diſtrahere nolit ſecundùm ius pignoris, aut ſecundùm conventionem eam emere nolit, denunciante debitore: quod pariter obtinet in ſimili ſpecie *legis Qui Romæ* 122. §. *coheredes. ff. de V. O.* & in contrario caſu apud Paulum *lib 2. ſentent. t.* 13. § 5. Quare priore caſu ſibi imputet debitor gravem aliàs non alienandi conditionem, qui cùm pignus luere poſſit, non luit: Poſteriore caſu nullus querelæ locus eſt, cùm in omnem eventum προπραξίας ſeu προτιμήσεως tantùm ius hac conventione creditor ſibi ſtipulatus videatur, nullo debitoris incommodo. Quæ ſanè conventio non eſt talis quaſi contra ius poſita ſit, ſeu improba non eſt: ut idem Marcianus eodem libro oſtendit *l.* 16. *in f. ff. de pignorib.* non aliter creditore crediturо, fortè etiã re pignorata à maioribus profecta. Et ſic rationem habemus, cur hæc pactio valeat, quia ſcilicet *talis non eſt, quaſi contra ius poſita.* Vnde iam & illud efficitur, retundendis contrariis argumentis, creditoris non parum *intereſſe* huic conventioni ſtari (etſi alioquin pignoris alienatio fiat ſemper cum ſua cauſa) ſive ſolvendo fuerit debitor ſive non fuerit; Primò propter commodum *poſſeſſionis*, quia ſatius eſt pignori incumbere, quàm in rem aut perſonam agere, ſive quia debitores facultatibus labi facilè poſſunt, ſive quia eventus litis in incerto ſæpe eſſe ſolet, ſive quia, (quod unum fermè Bartolus ad hanc l. tradidit) pignore in potentiorem tranſlato, durior iam futura eſt creditori pignoris perſecutio, ſive quia pignore amiſſo creditor probationẽ implere cogitur, i. gravatur neceſſitate probandi rem pertinuiſſe ad debitorem eo tempore quo convenit de pignore, ut hoc ipſo libro Marcianus tradit *l. ante omnia* 23. *ff. de probationibus.*

Digitized by Google

bus, quod pignori incumbens probare non habet neceſſe. Secundò propter commodum προπραξίας ſeu προτιμήσεως, quod maximum eſſe quis neget? Sic igitur liquet, neque hanc pactionem inefficacem, neque iniquam eſſe, & plurimùm in ea creditoris intereſſe. Etiam novo iure inſpecto; Quia enim pignore à debitore alienato: creditor pignoratitia ſeu hypothecaria non ante agere poteſt, niſi excuſſo prius debitore, imò & fideiuſſoribus: Atquin eo non alienato ad hunc ordinem non adigitur. Vnde iam apparet & tertium hac parte creditoris intereſſe verti.

Capvt XV.

Ivliani *Lex, Si paterfamiliàs 40. ff. de heredibus instituendis.* ex libro 30. Digeſtorum.

Qvæstio eſt, neque ulla temerè toto iure vexatior: Servo alieno herede inſtituto, quem teſtator liberum eſſe putabat, cuique alium vulgariter ſubſtituit, pro quanam parte ſervi dominus heres exiſtat, pro qua parte ſubſtitutus cum eo concurrat: Concurrere enim eo caſu conſtat ex *l. 40. 41. ff. de hæredib. inſtit. &* §. *ult. Inſtit. de vulgari ſubſtit.* ſingulari videlicet ratione, contra tenorem & regulam iuris, ab eodem Iuliano propoſitam *in l. cum in teſtamento 37. eod. t. de hered. inſtit. & l. quamdiu. 3. ff. de adqu. hæred.* De cuius rei ratione paulò poſt viderimus. Sed de *modo diviſionis* quæſtio eſt: Quæ quidem quæſtio etſi decidatur à Iuliano, *d. l. 40. ff. de heredib. inſtit*: mox & exemplo firmetur à Pomponio *l. prox. ſeq.* 41. & exinde à Iuſtiniano *d.* §. *ult. Inſt. de vulgari ſubſtit*: non parum tamen difficultatis habet. Nam & initio *d. legis 40. & d.* §. *ult.* dicitur, *ſubſtitutum in partem admitti*: (quod de dimidia parte etiam *Theophilus* diſertè accepit.) Mox tamen *fine eiuſdem leg.* 40. indicari videtur, nonniſi pro quarta alterutrum admitti. Verba ſic habent: *Igitur in hoc caſu ſemiſſes*

Digitized by Google

ſient, ita ut Alter semis *inter eum qui dominus heredis inſtituti fuerit & ſubſtitutum, æquis portionibus dividatur.* Hinc iam tres ſententiæ enatæ: Alij cenſere in hac ſpecie, Dodrantem ſubſtituto cedere, quartam ſervi domino: Alij contrà, quartam ſubſtituto cedere, dodrantem ſervi domino: Alij denique ſemiſſem utrique cedere æquis portionibus. De prioribus hoc capite.

Qui à priore ſententia ſtant, i. qui quartam ſervi domino, ſubſtituto dodrantem adjudicant, inter alia id comminiſcuntur, ſubſtitutum in ſpecie propoſita eundem & *coheredem* fuiſſe, ſeu ex parte heredem inſtitutum; quare pro heredis inſtitutione ſemiſſem ei cedere: alterius partis controverſæ dimidiam: Neque id tantùm ingenij ſui fiducia, verùm & MSS. quorundam auctoritate tuentur, ubi vox *coheredem* occurrat: ita, *Sempronium coheredem ſubſtituerit.* Quæ omnia fruſtrà dici palam eſt. Non iam opponam vulgatæ lectionis & Florentini archetypi conſenſum, à quibus alioquin non nego eſſe ubi recedi poſſit: ſic ut nullius MS. non aliquis eſſe poſſit uſus, non aliqua auctoritas, dummodo & iuris ratio adſiſtat, & ipſe legis contextus ſuffragetur, ad quæ expendi id genus controverſias oportet.

Primùm igitur oppono & conſenſum textus Inſtitutionum, qui ex *d. l.* 40. deſumptus eſt, & Theophili paraphraſin: ubi nil tale legitur, neque tale quidquam deſiderari quiſquam adhuc dixit: Et ibi tamen id exprimi magis neceſſe erat: Quandoquidem generalius adhuc ibi *ſubſtitutus in partē admitti* dicitur: neque de dividendo aſſe in ſemiſſes quidquam adjicitur, præſertim cùm *partis* appellationem ambiguam eſſe dicant etiam ij qui pro quarta pugnant, ut neſciatur utrum de dimidia, an verò de quarta id accipiendum ſit.

Secundò Iulianus, Pomponius, & Juſtinianus, hi tres inquam omnes, cùm de hac ſpecie agunt, nulla in parte vel minimam ſuſpicandi cauſam præbent, quod plures in ea ſpecie inſtituti fuerint heredes, & ſic ſubſtitutus coheres: Imò contrà ſemper tanquam de uno herede inſtituto ab iis agitur: Primùm in ipſa heredis inſtitutione; *ſi Titium*, inquiunt, *heredem ſcripſit*: Secundò in ſubſtitutione: *Eique ſi heres non eſſet, Sempronium*

Digitized by Google

pronium ſubſtituerit: Tertiò, ubi de hereditatis aditione agitur; *Titius adierit hereditatem*: Poſtremò in deciſione; *poteſt dici Sempronium in partem hereditatis admitti.* Quibus planè ſimilia in Inſtitutionibus & in *l. prox. ſeq.* 41. & apud Theophilum occurrunt, ubi conſtanter vides unum heredem indicari, cui extraneus ſubſtitutus fuerit: quíſque cùm nullam ex primo caſu, hereditatis partem haberet, ex ſecundo tantùm gradu ſeu ſubſtitutione in partem hereditatis admittitur. Audis etiam *in partem hereditatis admitti*, non ad partem coheredis. Conſulantur etiam, ex eodem Iuliani libro leges aliæ; ſanè ſi ſubſtitutus idémque & heres in hac ſpecie fuiſſet, id Iulianus exertè dixiſſet, ut aliis legibus *eiuſdem libri*, facit: ubi apertè ſubſtitutum eundémque & inſtitutum fuiſſe in aliis ſpeciebus indicat, *l. 27. ff. de vulgari ſubſtitut: ſi Titius*, inquit, *coheredi ſuo ſubſtitutus fuerit:* Et *l. 10. §. nemo inſtitutus. ff. de vulgari ſubſt: Si Titius heres non erit, tunc Stichus heres* ET IN EIVS PARTEM *eſto.*

Ergo maneat, ſubſtitutum in hâc ſpecie extraneum fuiſſe, iis quæ dixi, argumentis: & perperam, vel ex coniectura, vel ex MSS. ſuppleri dictionem *coheredem:* Quam neque poſtrema legis verba addi ſuadebant, ubi agitur de diviſione æquis portionibus: cùm & aliâs novum non ſit, ſubſtitutum & inſtitutum concurrere, ut *ſequenti capite* oſtendetur: Imò cùm & contrariæ ſententiæ auctores ipſimet hoc velint, ſaltem in ſemiſſem æquis portionibus ſubſtitutum & heredem concurrere. Denique tantùm abeſt, verba illa quæ initio conſignavimus anſam huic ſcriptioni, quâ *cohæredis* nomen inſeritur, dederint, ut contrariæ omnino ſententiæ fundus ſint: Nam quia *æquis portionibus* diviſio inter ſubſtitutum & heredem fieri dicitur, ideo potius infertur, non quartam ſubſtituto ex ſubſtitutione cedere, ſemiſſem ex inſtitutione, ſed ſemiſſem hereditatis æquis portionibus.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

De eâdem Lege ſi paterſamilias 40.ff.de heredibus inſtituendis.

PRIOREM ad hanc l.eorum ſententiam profligavimus, qui (emendatione etiam adhibitâ) in propoſitâ ſpecie dodrantem ſubſtituto, quadrantem verò ſervi domino adjudicabant. Sequitur contraria eorum interpretatio, à qua ſtetit etiam Angelus Aretinus, qui nullâ quidem emendatione factâ, ſed pro vulgâtâ lectione ſtantes, dodrantem ſervi domino, ſolum verò quadrantem ſubſtituto cedere ajunt: Idque non tantùm finalium legis verborum præiudicio, de quibus paulò poſt: verùm & duobus inſuper argumentis.

Primùm ajunt, id intelligi ex ipsâ legis interpretatione τῶ πάλαι, nullis ambagibus implicatâ, nec forinſecus acceſſita, ſed ex ipſis Legis viſceribus nata. Vidi ego anxiè hanc interpretationem, ſed ex qua tandem nil tale effici deprehendi: Illud enim hactenus ex ea interpretatione efficitur, *ſubſtitutum in partem admittendum*, quod nemo negaſſit: at non & illud efficitur, quartam tantùm partem ſubſtituto cedere: Imò ex illa ipſa efficitur, ſemiſſem ſubſtituto cedere: de quo poſtea.

Altera ratio ab *Aequitatis* ſpecie petita eſt: Durum ſcilicet videri non debere, quòd ſervi dominus dodrantem accipiat, ſubſtitutus unum quadrantem, cùm ſervus inſtitutus vel illius loco dominus totam hereditatem adire poſſit; Quò ſanè alioquin etiam ſpectat, quod Gloſſa quoque movet, quòd plus valere debere videatur *veritas*, quàm opinio, & quod domini jura ſint fortiora, ut Cynus ait: Item quod inſtitutus magis præſumatur à teſtatore dilectus quã ſubſtitutus: Tandẽ quod ſubſtitutus propter inſtitutũ admittatur. Sed Primò quid ſi regerã, ut omittã nunc argumẽta alia quæ paulò poſt proponam, ex quibus efficietur, potiorem videri ſubſtitutum, durum videri non debere, ſi ſemis tantùm domino cedat, de quo teſtator ne cogitavit

gitavit quidem aut cogitare potuit? qui denique neque verbis, neque voluntate teſtatoris adjuvatur: ſicut fortiora domini iura eſſe in propoſitâ ſpecie, maiorémve pro domino rationem facere dicere nunquam poſſis, quin contrariâ ratione ſubſtituti fortiora iura eſſe oſtendam, favorabiliorem iuſtiorémque ſubſtituti cauſam, & potiorem rationem. Secundò quæram ego, ſi domini iura fortiora ſunt, quænam ratio Leoninæ iſtius diviſionis, cur inquam dodrans potius ei cedat quàm alia portio? Cur contrà, quarta potiùs ſubſtituto, quàm aut quincunx, aut triens, aut ſextans cedat? Nempe triplo domini iura fortiora eſſe oportet, quàm ſubſtituti!

Et unde hæc proportio? Quæ ſanè ſatis tolerari poteſt in priore illâ ſpecie, quã ſuperiore capite tractabamus, ubi videl. ſubſtitutus idémque coheres ponebatur: nam ut coheredi ſemis cedat neceſſe eſt; ut ſubſtituto verò quadrans, & ſic in univerſum dodrans. Poſtremò huiuſmodi inter duos qui eodem iure vocantur, diviſionis vel unicum mihi apud noſtros exemplum cedò: quo ſcil. as primùm dividatur in ſemiſſem, ac mox ſemis alter in duas partes: Quaſi verò non aſſis diſtributio ſingulas partium appellationes habeat? Aut quaſi non commodius & concinniùs unicâ dodrantis & quadrantis diviſione hoc perfici potuerit, quàm *vnciatim*, ſic ut dicam? Quorſum duo ſemiſſes, niſi ut unus uni, alter alteri detur?

His ita profligatis ſupereſt, veriſſimam eſſe eorum ſententiam, qui in propoſitâ ſpecie hereditatem in ſemiſſes ita dividunt, ut unus ſemis ſervi domino, alter ſubſtituto cedat: non neceſſaria etiam textus emendatione, cuiuſmodi eſt Cujaciana, longius vt fatear petita.

Ex ipſa verò legis interpretatione κατὰ πόδας id conficitur, & ex rationum momẽtis, quibus hinc inde inter ſe velitabantur ſervi dominus & ſubſtitutus, vtroque ſcil. ſolidam hereditatem ſibi vindicante. Non dicebat ſubſtitutus (quod nonnulli haud ſatis penſè ajunt) ſe in conditione eſſe, atque adeò in diſpoſitione ſubſtitutionis: *In conditione* quippe *eſſe* dicuntur, quorum in conditione aliqua facta fuit mentio; veluti, Si quis rogatus ſit hereditatem reſtituere, *ſi ſine liberis deceſſerit*, ibi iam quæritur, utrum liberi qui in conditione ſunt poſiti, etiam in

Digitized by Google

diſpoſitione poſiti cenſeantur,ſic ut his natis fideicommiſſaria hereditas debeatur. Quid igitur? Aliis argumentis & rationibus inter ſe pugnabant,quas & ex *d.l.* 40. & ex Theophilo ita colligo; quáſque non omnes animadvertunt. *Subſtitutus* ſcilicet dicebat,quòd caſus ſubſtitutionis extitiſſet;tùm eventu ipſo, quia verum eſſet heredem inſtitutum heredem non extitiſſe;tùm iudicio ſeu opinione teſtatoris & coniectura voluntatis eius,qui utique (quod & antea dixi) de domino ſervi ne cogitavit quidem aut cogitare potuit, qui non voluit, ut per eum ad alium quenquam hereditas perveniret, utpote cùm eum liberum ſeu ingenuum eſſe putaret: tandem *Iuris poteſtate*, ob heredis incapacitatem, quæ ſubſtitutioni locum facit: Quam poſtremam rationem Theophilus etiam indicavit.

Contrà, quid *ſervi dominus* dicebat? Nempe ea quæ ipſo textu *legis* 40. & in Inſtitutionibus continentur: ſcilicet, hanc conditionem, *ſi heres non erit*, ita interpretandam ex Iuris ipſius poteſtate, ſi neque ipſe heres erit, neque alium fecerit heredem; denique hæc verba ſubſtitutionis ad ius referenda eſſe *l.*3.*C.de heredib.inſtit.* Hæc ſumma fuit ratio domini, à vi & poteſtate iuris deſumpta, ac proinde & à rei veritate, quia ſcil. hæc conditio, *Si heres non erit*, ſervo alieno adſcripta, ut maximè etiam libero tempore teſtamenti, poſtea verò ſervo facto, ex domini perſona & facto æſtimatur, *l.*31.*in prin.ff. de hered.inſtit.l.*82.§.2.*ff.de legat.*2.*l.*5.*ff.de ſerv.leg.*

Reponebat *ſubſtitutus*, verum id quidem eſſe duobus caſibus: Primum, ſi teſtator ſciens ſervum alienum heredem inſtituiſſet: nam tùm intelligi eum tale quid dicere, *Si Stichus neque heres erit, neque alium fecerit.* Secundò & hanc interpretationem admitti poſſe, ſi liber ſeu paterfamiliâs heres inſtitutus poſt teſtamentum in ſervitutem incidiſſet:Nam & tùm hoc ſermone, *Si heres non erit*, illud intelligi poſſe, ſi hereditatem ſibi *non* (ita enim legendum, quod Cujacius rectè monuit, *notis in Iulianum*) adquiſierit, vel mutata conditione alium heredem non fecerit: Sic ut utroque caſu teſtatoris verba ad ius referri poſſint & debeant. Atenim alium eſſe hunc caſum, & tertium (quod Theophilus rectè omninò vidit

Digitized by Google

dit,imò & Accurſius:)alium inquam à primo quia non à ſciente teſtatore ſervus inſtitutus fuit: & huc reſpicit verſ: *Nam qui ſcit*: alium à ſecundo, quia heres inſtitutus non conditionem poſtea mutavit,non paterſam. inſtitutus poſtea in ſervitutem deductus fuit:& hûc reſpicit *verſ. At qui cum*. qui clauditur his verbis, *Quæ adiectio* [vel obiectio] *ad eos pertinet, qui patresſam. heredes ſcripti poſtea in ſervitutem deducti ſunt*: Denique aiebat ſubſtitutus, duobus illis caſibus in certo rem verſari: Nam vel revera ut ſervum inſtitutum,vel ut liberum: Atenim hoc caſu, ſervum ut liberum inſtitutum fuiſſe qui revera ſervus erat:neque mutata conditione ſervus poſtea factus eſt, ſed errore tantùm comperto poſtea conditioni ſuæ reſtitutus, & ſervus detectus.

Et ita quidem huius legis argumenta colligenda ſunt,quę turbidè in Inſtitutis proponuntur: In *l*.40. paulò clarius: à Theophilo, clariſſimè: his verbis, quæ Latinè exprimi ſufficiet. *Sed dicet aliquis, ſubſtitutum in totum aſſem admitti debere: Nam teſtator dixit, Ille mihi heres eſto, & ſi is non fuerit, Mævius eſto. Cùm igitur heres inſtitutus,heres eſſe non potuerit,ut qui ſervus fuerit,neceſſe erat,ſubſtitutum in univerſum ius vocari. Sed huic reſpondendum eſt, verba hæc, Si heres non erit, in eo quidem qui alieno iuri ſubiectus eſt, cùm teſtator id non neſciret, ſic intelligi debere, ſi neque ipſe inſtitutus heres erit, neque alium heredem fecerit, hoc eſt, alij adquiſierit, ut tunc demùm locus fiat ſubſtitutioni: In eo verò, quem patremfamiliâs eſſe putabat teſtator,ſignificare verba illa,Si heres non erit, Si neque ſibi, neque ei, cuius iuri poſtea ſubiectus eſſe cœperit,hereditatem adquiſierit: ut in totum locum habeat ſubſtitutio. Hic autem, quia iam alieno iuri ſubiectus eſſet, qui paterfamiliâs eſſe putabatur,ideo ſubſtitutus dimidiam partem accipit.*

Hinc iam conficitur,duos caſus *h.l.*removeri. Quare & eoipſo convincitur eorum error, qui tres caſus *hac l.*contineri negant: Item eorum, qui verba illa poſtrema, *Igitur in hoc caſu*,referunt ad proximè pręcedentem caſum alterum, quem removeri diximus. Nam imò Iuriſconſultus poſt remotionem duorum caſuum & inſtantiarum redit tandem ad primum & concludit.

Et hæc quidem fuit domini & ſubſtituti velitatio, & qui-

Digitized by Google

dem ad duos caſus oppoſitos ſubſtituti reſponſio, & ex quâ poſtea efficitur, dominum in hoc tertio caſu malè totam hereditatem ſibi vindicare. Inter abrupta igitur res hæc verſabatur. Pro ſubſtituto faciebat *voluntatis* coniectura: quia de libero inſtituendo teſtator cogitavit, non de alio: Pro domino faciebat rei *veritas*, & iuris poteſtas, opinione falſa potior, §. *ſi quis rem. Inſt. de legatis*; quia inſtitutus revera ſervus erat, & vi poteſtatéque Iuris per ſervum domino hereditas adquiritur.

Quinimò & idē dominus regeſſiſſe potuit ſubſtituto, ſubtilem nimis ſubſtituti diſtinctionem ſuperiorem eſſe: Nihil enim referre, ſervus eſſe cœperit poſtea qui inſtitutus eſt, an verò ſervus detectus fuerit; paria eſſe, ſervum fieri & detegi.

Reponere potuit ſubſtitutus, imò latam inter utrumque eſſe differentiam: Nam priore caſu, ubi nullus teſtatoris error eſt, facilè vim ſuam ius exſerere, putà ut novo domino hereditas per heri liberum hodie ſervum adquiratur: Atenim errorem teſtatoris impedire, quominus ius vim ſuam exſerere poſſit, circa eius videlicet perſonam, de qua teſtator nec cogitavit, nec cogitaſſe potuit.

Hîc iam quid facias in controverſia perplexa diremptúq; difficilima? Nēpe quod Pomponius ait, *poſſe dici*, i. ad extremum tentari poſſe, *in hoc caſu ſubſtitutum in partem hereditatis admitti*: & ſic eum qui non poteſt venire ut ſubſtitutus, venire ut coheredem: Partem inquam, æqualem ſeu dimidiam & ſemiſſem. Scilicet, cùm ex ſuperiore legis κτ ἀπόδοσις liqueat, paria utrinque rationum momenta, neque maiorem rationem pro una parte quàm pro altera, & ſic de ἀπόρων numero hanc quæſtionem fuiſſe, ſanè & quod ἀπόρων ſeu perplexorum lex ſuadebat, neque in imum, neque in ſummum eundum erat, ſed media via incedendum, & res æqua lance diſpeſcenda. Hæc iam prima ratio eſt, cur ſemis utrinque hoc caſu adiudicanda ſit; nempe lex ἀπόρων, ubi videlicet iuris poteſtas reíq; veritas & opinio cōiecturáque voluntatis funem inter ſe ducunt: & ut Bartolus ſummavit, propter repugnantiam iuris communis admittitur concurſus inſtituti & ſubſtituti. Vnde etiam apparet, non eſſe eam huiuſce deciſionis rationem, quod CL. Cujacius putabat *notis ad Iulianum*, eò quod heres inſtitutus, non ut cen-

ſuerat

Digitized by Google

fuerat & voluerat teſtator, adiiſſet, ſeu ut liber arbitratu ſuo, ſed iuſſu domini.

Secundum argumentum præbet ipſa *partis* appellatio in *d.l.*40. *Pars* ſcil.abſolutè poſita dimidiam ſignificat, *l.*43.*ff.de uſufruct.* & *l.* 164. §.1. *ff.de V.S:* Rhemnius Fannius Palæmon;

Poſt hæc ſemiſſis,ſolidi PARS *maxima fertur,*
*Nam quod dimidium ſuperat,*PARS *eſſe negatur.*

Ac ne quis dubitare poſſit,expreſſiùs adhuc in Inſtitutionibus, ubi quod de altero ſemiſſe *d.l.*40.adiicitur,non extat: ſed abſolutè dicitur,*ſubſtitutum in partem admitti.* Atquin ſi inæqualibus portionibus diviſio faciẽda fuiſſet, etiam in Inſtitutionibus id additum oportuit,ut maximè levi & ſimplici viâ ibi iura proponi dicantur, quòd alioquin nec quicquam dixiſſet. Eodémque tertio loco pertinet & *Dividendæ* hereditatis appellatio,*l.prox.*41.ubi dicitur, *Diviſam fuiſſe* HEREDITATEM, id eſt, diviſum aſſem *æquis* portionibus.

Quartum argumentum duco à Theophili auctoritate,qui diſertè illa Inſtitutionum,*ſubſtitutus in partem admittitur*,ita explicat: ἵνα ὁ ὑποκατάστατος τὸ ἥμισυ λαμβάνῃ,nempe ſubſtitutum ſemiſſem accipere: Et mox; ἤγουν τὸ ἥμισυ ὁ ὑποκατάστατος λαμβάνει.

Quintum argumentum duco ex illis ipſis verbis, quæ huic controverſiæ anſam præbuerunt: *Igitur in hoc caſu* SEMISSES *fient, ita ut alter ſemis inter eum qui dominus inſtituti heredis fuerit, & ſubſtitutum* ÆQVIS *portionibus dividatur.* Interim illa ſepono,*ita ut alter ſemis:* Numnon hęc,*ſemiſſes fiẽt*,mox iſta,*æquis portionibus dividatur*, ſatis indicare debuerunt, æquas portiones ferre utrumque, puta ſemiſſes? Quorſum alioquin duo ſemiſſes, niſi ut unus detur uni,alter alteri;de quo iam ſuprà?

Sexto loco iuvat cummaximè exemplum,quod CL.Cujacius extulit ex Vlpiani fragmentis *tit.*22 *ſub fin. Si ſub imperfectam cretionem heres inſtitutus ſit,id eſt,non adiectis verbis his,* Si non creverit,exheres eſto:*ſed ita*,Si nõ creveris, tũc Mævius heres eſto: *Cernendo quidem ſuperior inferiorem excludit: Non cernendo autem, ſed pro herede gerendo, in partem admittit ſubſtitutum: Sed poſtea D.Marcus conſtituit,ut & pro herede gerendo ex aſſe fiat heres. Quod ſi neque creverit, neque pro herede geſſerit, ipſe*

excluditur,& ſubſtitutus ex aſſe ſit heres. En ſcilicet & alterum caſum,quo inſtitutus & ſubſtitutus hereditatē inter ſe æquis portionibus dividebant. Nempe & hic ἄπορον erat, iuríſque poteſtas & coniectura voluntatis teſtatoris funem inter ſe ducebant. Nam in ea ſpecie pro ſubſtituto dici poterat, ad eum hereditatem pertinere, quia heres non ſolemniter hereditatem creviſſet, quod à teſtatore iuſſus fuerat: & ſic teſtatoris verba, *Si non creveris*, ad ius referenda eſſent: quo, non cretâ ab eo qui iuſſus eſt, hereditate, ſubſtituto locus fit. Contrà, pro Inſtituto dici poterat quemadmodum leges quædam publicæ imperfectæ eſſent, quæ quidem aliquid fieri iuberent, vetarent, ſed tamen contra factum non reſcinderent (ut docet Vlpianus *initio fragm.*) ita & imperfectas teſtatorum leges & iuſſa nonnulla eſſe: & verò in caſu propoſito *imperfectam* cretionem verti, imò ne cretionis quidem neceſſitatem; quandoquidem in caſum non cretæ hereditatis, ſeu non impletæ voluntatis, teſtator non ideò eum hereditate ſubmoviſſet exheredationis formula, quod alioquin factū oportuiſſet: ſed potius *cretionis* vocabulum impropriè accepiſſet: Id quod appareat ex appoſita ſubſtitutione: Nā quia ſubſtitutio hæcce fieri ſolet, nō tam ut heres plectatur, quàm ut ne teſtator ſine herede decedat, inteſtatíque exitum faciat, ſatis eſſe hereditatem quoquo modo vel ſimplici aditione aditam. Ἄπορον proinde iſtud erat, ubi Iuris poteſtas & coniectura voluntatis teſtatoris funem inter ſe ducebant. Ergò & hâc ipſâ ratione hîc æquis portionibus hereditas inter inſtitutum & ſubſtitutum dividebatur, vt quàmminimum à iuris poteſtate & à coniecturâ voluntatis teſtatoris recederetur. Et ita quidem in hac poſtrema ſpecie Iuriſconſulti olim, qui ultra pergere non potuerunt; Atenim ut audētior, ita providentiſſimus & iuris religioſiſſimus Princeps (ut vocatur à Papiniano *l.* 67. *ff. de legat.* 2.) D. Marcus, pro ſua humanitate (ut loquitur Calliſtratus *l* 31. *ff. de falſis.*) inſtituto totam hereditatem adiudicavit; procul dubio, quia appoſita ſubſtitutio apertè ei indicare viſa fuit, teſtatorem ſubſtitutū vocaſſe, non in caſum hereditatis non cretæ, ſed in caſum hereditatis omnino non aditæ; tùm quia de ſolemnibus tantùm ageretur, & ſic de re frivolaria: de ſolemni-

lemnibus, inquam,& commentis cretionum (ut vocantur *l.1. C.Th.de bonis matern.*) quæ ſubſtantiam negotij non afficerẽt: Vt cæteroquin D.Marcus humanitatis plenus,ſcrupuloſitates circa hæredum inſtitutiones non facilè admiſit, & voluntatis teſtatorum educendæ magnus artifex fuit: ſed & ſolemnium cæteroquin ſcrupuloſitatem facilè remiſit: v.exemplum apud Vlpianum,*tit.de legitimis hered.26.§.6.*

His ita clarè demonſtratis,nunc tandem ſub manum veniãt verba quæ hanc omnem litem moverunt. *Igitur* IN HOC CASV *ſemiſſes fient*; *ita ut* ALTER SEMIS *inter eum qui dominus inſtituti heredis fuerit*, *& ſubſtitutum æquis portionibus dividatur.* His verbis id paſſim indicari creditur, nonniſi unicum ſemiſſem,& ſic dimidiam hereditatis,inter ſubſtitutum& ſervi dominum dividi: Ait enim lex, ALTER SEMIS *dividatur*. Quare etiam hunc locum variè alij emendarunt: aliis ex ſiglorum compendio divinantibus, As:nonnullis,*alteruter ſemis*; quibuſdam, *alter & alter*; aliis *vterque*;aliis *alternus ſemis*. aliis denique aliam ſpeciem affingentibus. Verùm nil omninò hîc mutandum Doctiſſ. Viglius, & Conanus rectè viderunt: Nempe *Alter ſemis* Iuliano hîc dividi dicitur, cùm utrique ſemis datur. *Alter* enim, non tantum in ea formula *Vnus aut alter*,pro duobus,ſeu pro utroque accipitur (quod Viglius annotavit) ſed & in communi Latinitate apud Artigraphos: Nam & ita *altera tertia*,id eſt duæ tertiæ,Manlio Theodoro:

Altera biſſenis ut ſit pars tertia ſignis.

Livius quoque dixit *altero & viceſimo anno*,i.viceſimo ſecundo: Virgilius,

Alter ab undecimo iam tum me ceperat annus.

i.tertius decimus. *Alter igitur ſemis*, i. uterque ſemis, duo ſemiſſes: Ita & *Alterplex*,i.duplex,apud Feſtum.

Sed huic ſententiæ adhuc obſtare creditur Alexandri Imp. *lex 3.C.de heredib. inſtit.* ubi ſubſtitutus in hac ipſa ſpecie vel penitus excludi ab hærede dicitur uno caſu: vel penitus excludere inſtitutum, contrario,non etiam in partem venire ſeu admitti: denique alterutrum vel totam hæreditatem habere, vel nihil habere. Hic iam conciliandi labor. Non probo

Fulgoſij & Viglij diſtinctionem inter teſtatorem militem & paganum, quaſi *d. lex* 3. in militis teſtamento obtineret.

Veriſimilior viri lõgè Doctiſſimi ſentẽtia videatur, qui inter cętera pręiudicio loci Vlpianei, de quo ſuprà, & hac parte iuris immutationem factam tradit & ſic hac l. eam *legem* 40. abrogatam fuiſſe putat. Quanquam ſcrupulum aliquem injicit Inſtitutionum prærogativa, ubi partitionem ſeu diviſionem faciendam diſertè ſtatuitur: quod ſanè in Inſtitutionibus factum non oportuiſſe videtur, ſi hac parte iuris immutatio facta fuiſſet: Imò & ipſarum Pandectarum præiudicium tragulam injicere videatur, in qua id ius quod Alexandri Imper. tempeſtate iam immutatum fuerat, non relatum à Iuſtiniano videtur. Deinde in Vlpianeorum fragmentorum ſpecie apertam Iuris immutandi rationem iam reddidimus: quæ in hac, quam tractamus, nulla ſubeſſe videatur.

Igitur, niſi illa placet conciliatio, ſtandum videtur diſtinctioni, inter certam teſtatoris voluntatem (puta ubi voluntas teſtatoris, in alterutram partem inclinare certiſſimis coniecturis probatur) & inter dubiam teſtatoris voluntatẽ. Nempe duo caſus *d. legis* 3. (ut rectè Accurſius, Cynus, Caſtrenſis indicarunt) continere videntur certam teſtatoris voluntatem: idque probare illa verba, *nec per eum ad alium quenquam hereditatem pertinere voluit*: ſed & verſ. *quod ſi verba*, &c. Nempe in priore ſpecie *dicta l.* 3. tẽſtator certiſſimis probationibus oſtenditur, voluiſſe inſtitutum *ſibi tantùm* adquirere non alij, quare ſi ſervus inſtitutus detegatur, ſubſtitutus ſolus vocabitur: Viceverſa in poſteriore ſpecie *dicta l.* 3. teſtator iam apertè voluit inſtitutum non tantùm ſibi, ſed & alij adquirere, ſeu verba ad ius retulit: quare & ſolus inſtituti dominus admittitur. Atenim hic, de quo nunc agimus, caſus alius & tertius ſeu medius eſt, quo videlicet nullis coniecturis apparet quid teſtator voluerit: denique ubi dubia eſt teſtatoris voluntas: quicquid contrà olim Placẽtinus & Rogerius ſcripſerint.

CAPUT

Digitized by Google

CAPVT XVII.

VLPIANI *Lex,ſi quis extraneus 21.§.ult.ff.de adquirenda hereditate*.ex lib.7.ad Sabinum.

QVÆSTIO eſt,de *Ignorantia* heredis conditionalis,circa conditionis exiſtentiam, Vtrum videlicet heres ſub cõditione inſtitutus, ſi conditionem impletam ignoret,hereditatẽ adire poſſit? Quæritur autem id duplici fine:tũ heredis ipſius commodo, videlicet ut commodis hereditariis ſtatim exinde potiri poſſit:tùm viceverſa propter eius onus,ut exinde æri hereditario obligetur,neque ei amplius hereditatẽ repudiare integrum ſit: Nam hi effectus ſunt hereditatis iure aditę. Et Iuliani aperta definitio eſt *l.multũ intereſt.21.ff.de condit.& demonſtr. Conditiones facti, quamvis impletæ eſſent,impedire heredem circa adeundam hereditatem, quamdiu ignoret eas impletas eſſe.* Ratio quoque in aperto eſt, quia & in commune certum eſſe oportet eum,qui hereditatem adire volet,& ſcire hereditatem ſibi delatam,quove iure delatam *l.23.32.§.1.l.34 §.1 ff.de adquir.hered.*ut in totum omnia quæ animi deſtinatione aguntur, non niſi vera & certa ſcientiâ peragi poſſunt. Et tamen obloqui videtur Vlpianus *d.l.ſi quis extraneus.21.§.ult.ff.de adquir.heredit. Si quis*,inquit,*partem ex quâ inſtitutus eſt ignoravit, Iulianus ſcribit,nihil ei nocere,quominus pro herede gereret. Quod & Caſſius probat, ſi conditionem, ſub quâ heres inſtitutus eſt, non ignorat, ſi tamen extitit conditio.ſub qua ſubſtitutus eſt. Quid tamen ſi ignorat conditionem extitiſſe? Puto poſſe adire hereditatem: Quemadmodum ſi ignoret, an coheredis, cui ſubſtitutus eſt, repudiatione portio ei delata ſit.* Hinc iam alij ad emendationem confugere,retracta particula *non*,ex illis *non ignorat*,ad ſequentia ita,*non puto poſſe*. Pars contra lectionẽ vulgatam bono more tuẽtur:quod tamen non unâ ratione fieri adſolet. Commodiſſimum & compendioſiſſimum puto,ſi totum §um illuſtremus,unde iam ex SERIE totius legis & harmonia omnium caſuum de veriſſimâ conciliatione liquebit,intactis prorſus textus verbis.

Google

Igitur ut quatuor verſiculos ita & caſus hoc §. contineri aio; quorum ſecundus & tertius primi ſunt ampliatio: quartus tertij potiſſimùm confirmatio. In univerſum autem quatuor caſus *mixti* proponuntur, quibus heres inſtitutus non in totum quidem ignarus eſt, ſed pro parte tantùm; ſic ut pro parte quid ſciat, pro parte quid neſciat. Vnde iam quæritur, utrum ſcientia iſta, ſic ut dicam, *partiaria* inſcitiam alterius partis velet: ſic ut non obſtante hâc inſcitiâ adire is iure poſſit, & verò iure adiverit, tanquam ex alterâ certus ſciens prudens.

Primus caſus eſt de herede, qui heredem quidem ſe ſcit, atenim ignorat ex *quâ parte* inſtitutus ſit: Et quæritur, utrum is nihilominus adire poſſit, & ſi adierit, iure adierit? Quod ex Iuliano (libro videl. 21. Digeſtorum) adfirmatur *hoc* § ſed & *l. illud ff. ſi pars hered. pet.* Satis ſcil. eſt eum cætera noſſe, etſi partē hereditatis nō norit: neque hæc ignorātia quidquam heredi nocet, quominus adire poſſit. Quantitatis ignorantia non præiudicat, *l. qui putat. ff. de adquir. hered.* ſed qualitatis. *verſ. primo.*

Et tamen, qui ſecundus iam caſus eſt huius §. etiam qualitatis ignorantia quandoque non nocet: ſi modò principalis qualitatis ſcientia adſit. Finge: Idem ex parte inſtitutus eſt ſub conditione, & alteri ſub conditione ſubſtitutus? Sanè etiam qui nudè alteri ſubſtitutus eſt, ſcire debet, utrum conditio extiterit ſub quâ ſubſtitutus eſt. Sed finge: idem & inſtitutus & ſubſtitutus, conditionem ſub quâ inſtitutus eſt, non ignoravit, eáq; extitit: ſed cōditionem alterā, ſub quâ ſubſtitutus eſt, ignoravit, eáq; extitit: An pro ea parte gerere poteſt? Hoc etiā Caſſius probabat: nempe ſatis eſſe, quòd heres principalis inſtitutionis & conditionis habeat plenam ſcientiam; non & acceſſoriæ, dummodo conditio extiterit. Et hæc quidem ſi penitus ignoravit ſubſtitutionis conditionem, & tamen extiterit: Nempe ignarò conditionis ſufficit exiſtentia conditionis, *verſ. quod & Caſſius.*

At, qui tertius eſt caſus, Quid ſi ſcivit conditionem ſubſtitutionis, ſed ignoravit conditionē extitiſſe, & adiit: An & tum gnaro conditionis, ſed ignaro exiſtentiæ, ſufficit exiſtentia conditionis? Puto, inquit, Vlpianus, poſſe adire hereditatem: *verſ. Quid tamen.* i. rectè aditam cenſeo.

Et quartâ ſpecie id confirmat ſimilitudinariè (ut cum Ioanne con-

Digitized by Google

ne contra Ioannem loquar) vbi non iam de conditione agitur ſubſtitutioni adiecta; item non de ignorantia circa ſubſtitutionem, ſed de ignorantia caſus & exiſtentiæ ſubſtitutionis. Finge: Idem & heres, & coheredi ſubſtitutus eſt, & neſcit, utrum coheres repudiaverit, & tamen is repudiavit? Sanè ſi hereditatem adiit ex ſubſtitutione, rectè adiit; *verſ. quemadmodum*: quod tamen vir Magnus negabat.

Et ita quidem quatuor hîc caſus poni oportet. Vnde de tribus liquet. Primò retinendam vocem *ſubſtitutus* in *verſ. quod & Caſſius*; ut habetur in Pandectis Florentinis, quod etiam Lælius Taurellus tuetur ad *hanc l. in adnotatis Pandectarum Florent:* Nam & alioquin caſus *verſiculi, Quid tamē*, idem prorſus eſſet cum ſuperiore: vel ſuperior ſuper non dubitabili, nempe de eo qui ſcivit conditionem extitiſſe; ubi ſanè dubio locus non eſt. Secundò liquet, verſiculum *Quid tamen* omninò accipiendum de eo qui tantùm ignoravit conditionis exiſtentiam: Sola ſcilicet ignorantia exiſtentiæ in hoc verſiculo vertitur, non ignorantia conditionis ipſius: Superior de utraque ignorantia. Tandem apparet, negativam in ſecundo verſiculo tuendam: contra, in tertio non addendam. Vnde conficitur, conciliationem adnotatam ab *Auctore meo* poſt Accurſium rectè referri ad *verſ. quod & Caſſius.* quod etiam CL. Cujacius aliquatenus fecit.

His ita clarè iam poſitis, liquet tandem verſiculum *Quid tamen* necquicquam obſtare *dictæ legi multum intereſt* 21. nēpe (ad quod etiam Ioannes ex parte alluſit) *verſiculus Quid tamen* loquitur, quando quis pro parte inſtitutus eſt, & pro parte ſubſtitutus. Nam licet alterius partis conditionem ignoret, aut ignoret conditionem extitiſſe, attamen rectè adit, & ſi adierit, poſtea repudiare non poteſt tanquam non rectè aditam. Vera denique conciliatio iſthæc eſt: in eo qui nudè inſtitutus eſt ſub conditione, conditionis exiſtentiam nil prodeſſe, ad adeundam hereditatem: eam enim & ſcire & eam extitiſſe noſſe debet heres, *d. l. multū. 21. ff. de condit. & demonſtr.* Atenim ſi idē & inſtitutus eſt, ſive purè ſive ſub conditione, & ſub cōditione ſubſtitutus eſt, ſatis eſt cōditionē ſubſtitutionis extitiſſe: Quæ huius §. ſententia eſt, ut apparet ex toto §ˀ con-

textu: ubi agi oſtendi de mixtis caſibus, ubi videlicet partialis ſcientia & partialis ignorantia vertitur. Vnde efficitur, ſufficere ſcientiam in principali, contra non obeſſe ignorantiam in acceſſorio: & quidem acceſſorio ſubſtitutionis, ut in tribus caſibus poſtremis *huius* §. Ratio porrò differētiæ hæc eſt: nempe in eo qui nudè heres inſtitutus eſt, nihil eſt quo eius ignorantia velari poſſit: In eo qui ex parte inſtitutus eſt, velari poteſt ſcientiâ inſtitutionis: quare ignorantia conditionis exiſtentiæ quæ ſubſtitutioni addita eſt, non nocet, nec impedit aditionem: propter cohærentiam & unionem quam habet cum iure accreſcendi *l. cùm heres* 32. *§.* 1. *l. qui ex duab.* 53. *in pr & l. qui patri* 59. *eod. tit. de adquir. hered.*

Capvt XVIII.

Vlpiani *Lex, ſi res obligata* 57. *ff. de legatis.* 1. ex libro 35. ad Sabinum. [Vel potius 23.]

QVæstio eſt, de *Re Teſtatoris Pignori vel Hypothecæ obligata*, à Teſtatore per fideicommiſſum relicta, ad quem videlicet onus huius pignoris luendi, vel liberandorum prædiorum hypothecæ nexorum, pertineat: utrum ad heredem fiduciarium, an verò ad fideicommiſſarium? Quę quidem quæſtio cū in facto fermè conſiſtat, prompta interea & certa illa diſtinctio eſt, An teſtator rem obligatam *ſciverit*: nam tùm nullo alio expreſſo, non alia voluntate conteſtata, heres fiduciarius eam rem luere ſeu liberare tenetur: Si verò *neſciat*, fideicommiſſarius: niſi probetur fortè teſtatorem etſi ſciviſſet obligatam hanc rem vel aliam liberam & immunem ab omni onere fideicommiſſario relicturum fuiſſe: Item dummodo æs alienū cuius nomine res obligata eſt, modum pignoris non excedat: denique ſi poteſt aliquid eſſe ſuperfluum exſoluto ære alieno, quam ὑπεροχὴν noſtri vocant *l. quærebatur ff. qui potiores in pign.*

Hæc quæ dixi in *l. ſi res obligata* 57. *ff. de legat.* 1. apertam habent

habent ſententiam (quæ etiam ex parte comprobantur *l. prædia 6. C. de fideicom. &* §. 5. *Inſt. de legatis.*) At non etiam illa quæ immediatè ſequuntur. *Quod ſi teſtator eo animo fuit, vt quanquam liberandorum prædiorum onus ad heredes ſuos pertinere* NOLVERIT, *non tamen apertè* VTIQVE *de his liberandis ſenſerit, poterit fideicommiſſarius per doli exceptionem à creditoribus qui hypothecariam ſecum agerent, conſequi, Vt actiones ſibi exhiberētur: Quod quanquam ſuo tempore non fecerit, tamen per Iuriſdictionem Præſidis prouinciæ id ei præſtabitur.* Hactenùs verba legis: ad quam ſcribens Raphael Cumanus dixit, quod non eſt lex in hoc titulo quæ habeat materiam magis inuolutam & peius declaratam. Nempe ambigitur, quænam ſpecies hic aptanda veniat: aliis, & in his quoque Viviano (quem ſecuti Neotericorum nonnulli) pro *noluerit* legentibus *voluerit*, quaſi hic caſus ille tractetur, quo teſtator tacitè quidem voluit heredes prædia liberare, non tamen apertè id expreſſit: atque ideò hoc caſu fideicommiſſario, non actionem ex teſtamento competere adv. hæredem, ſed ſubſidiario remedio tantùm ei ſuccurri, quod hic ſuggeritur. Quam emendationem & interpretationem CL. Cujacius iam rectè reiecit: Nam ut Paulus de Caſtro quoque notavit, nil intereſt hac quoque parte expreſsè quid teſtator voluerit, an ſenſerit tacitè: quia tantum operatur voluntas teſtatoris tacita, quantum expreſſa.

Alij verò, vulgatam lectionem tuentes, aliam nihilominùs atque aliam ſententiam adfingunt: CL. Cujacij hæc interpretatio erat: Si teſtator ſciat rem obligatam, etiamſi voluerit fideicommiſſarium luere, tamen ſi id non apertè expreſſit, heredem luere debere: denique expreſſam voluntatem hic exigi, tacitā nō ſufficere. Quod ipſum ſuſtineri nulla ratione poteſt: Nam quæſo quid intereſſe poteſt, & hac parte non magis quā ſuperiore, teſtator id verbis expreſſerit, an ſenſerit, ſeu aliter quàm verbis nuncupatis expreſſerit? Expreſſum non minus creditur, quod teſtatorem quomodocumque voluiſſe ſenſiſſe probatur.

Multò abſurdiùs alij hanc ſententiam adfingunt, quaſi dicatur, etiamſi teſtator expreſſe noluerit heredem prædia liberare, ſi tamen non expreſſe fideicommiſſarium hæc pignora

luere ſeu liberare iuſſerit, ad heredem ſemper pertinere onus pignorum liberandorum, ſaltem eo remedio, quo hic fideicommiſſario ſuccurritur. Ergò ponunt illi expreſſam noluntatem teſtatoris ratione heredis: & iidem tamen ratione fideicommiſſarij obſcuritatem, ſeu obſcuram voluntatem ponunt, quia etſi teſtator noluit heredes ſuos oneratos, tamen non apertè dixit, quem vellet oneratum, & ideo heredem ſemper oneratum videri. Abſurdè, ſi quid aliud dici poteſt. Nã quomodo quæſo obſcurum eſſe poteſt, teſtatorem onus hoc fideicommiſſario impegiſſe, ſi heredem nominatim eo nomine liberavit, ſi *noluit* heredem luere: ut viceverſa obſcurum eſſe non poſſit, fideicommiſſarium liberatum, ſi heredem huic oneri ſubieciſſet? Vnius puto immunitas & liberatio, alterius ſarcina eſt. E duobus, quos onus aliquod communiter reſpicit, qui unum liberat, alterum apertè onerat, & apertè ſentit quẽ alium voluerit oneratum, cùm onus illud in nullum alium recidere poſſit. Quare ſi ab unâ parte noluntas clara eſt, ab altera voluntas qui obſcura eſſe poteſt? Neque hæc, ut volunt illi, nuda interpretatio aut coniectura eſt de facili tantum, ſed neceſſaria. Et quare tandem fideicommiſſarius remedio legis iuvetur, eíque caveatur adverſus heredem, cùm teſtator ſuo ſic ut dicam remedio, ſuâ providentia & noluntate, heredem ſepiverit, muniverit & liberaverit.

Neque eam rationem capio, cùm ajunt, duplicem rationem legis hic apparere, nimirum noluntatem teſtatoris & obſcuritatem, quarum poſterior hæc priore corroboretur. Nos enim hactenus putabamus, noluntatem, & obſcuritatem voluntatis inter ſe contraria eſſe: Vbi enim teſtator teſtatus eſt ſe quid nolle, opinor, voluntatem ſuam obſcuram eſſe noluit. Et poſt hæc tamen optimè hæc cohærebunt, neque interpretatio opportunior, planior, vulgatæ lectioni tuendæ afferri poterit.

His igitur miſſis, perſpicuam apponamus ſpeciẽ. Finge: Teſtator NOLVIT, i. vel nominatim vetuit onus liberandorũ ſeu luendorum prædiorum ad heredes ſuos pertinere (ſeu expreſſè eos onere iſto liberavit) vel voluntatem hanc ſuam tacitè ſaltem oſtendit: Et ſic, vel neceſſariâ conſequentia (ut ſuperiùs quoque oſtenſum eſt) vel etiam expreſſè fideicommiſſario

Digitized by Google

rio iſtud onus iniunxit: Mox heres prædia hypothecæ nexa fideicommiſſario tradidit: Fideicommiſſarius à creditoribus conventus eſt: Æs alienum pignoris modum excedebat, vel ære alieno exoluto nihil ſuperfluum futurum erat? Sanè fideicommiſſarius ſolvendo creditoribus cedi ſibi ab his actiones adverſus heredes iure poſtulabit: Quinimò etſi ab initio id à creditoribus nõ poſtulaverit, extra ordinẽ tamen Iuriſdictione Prætoris vel Præſidis ei ſuccurretur, puta ut ei ſaltem ab hærede præſtetur quod modum pignoris excedit. Et rationem reddit: *Quanquam enim teſtator*, inquit lex EO ANIMO *fuit, ut liberandorum prædiorum onus ad heredes ſuos pertinere* NOLVERIT, *non tamen apertè de his* VTIQVE *liberandis ſenſit. Vtique*, i. omninò, omni modo, & omni caſu, ſimpliciter, abſolute. Nempe enim Teſtator, cùm heredes onere liberandorum ſeu luendorum pignorum liberaret, id præſuppoſuit, ſuperfluum aliquid fore & reſidere commodi apud fideicommiſſarium exſoluto ære alieno. Quare *non Vtique*, non omninò heredes liberavit, ſi videlicet modum pignoris æs alienum excederet; fruſtra alioquin pignus fideicommiſſario relicturus. Liberatio igitur heredis hactenus intelligenda eſt, ut ne fideicommiſſarius aut in damno verſetur, aut non aliquo commodo potiatur. *Vtique*, familiari Iuriſconſultis etiam paſſim noſtris (ne aliorum ſcriptorũ aciem nunc explicem) ſignificatu, pro abſolutè, prorſus & omnino accipitur; v. ſaltem §. *ult. Inſtit. de legit. agnat. tut. & l. auxilium. 37. §. 1. verſ. in delictis. ff. de minoribus*: Ita & *l. 142. de R. I. Qui tacet, non* VTIQVE *fatetur: ſed tamen verum eſt eum non negare.* Vlpianus etiam lib. 8. de officio Proconſulis ſub *titulo de abigeis*, apud pariatorem legum Moſaicarum, *tit. de Abigeatoribus* XI. *Ad gladium damnati, confeſtim conſumuntur, vel certè intra annum debent conſumi (hoc enim Mandatis continetur) Enimverò qui in ludum damnantur*, NON VTIQVE *conſumuntur: ſed etiam pileari & rudem accipere poſſunt poſt intervallum.* Omitto alia. Atque ita vox hæc VTIQVE hîc accipienda venit; Quæ quia hic hactenus non expenditur, imò etiam omninò ceu ſuperflua omittitur, vera etiam ſpecies huius verſiculi non intelligitur. Et ita tandem tum eius ope hic verſiculus intelligendus eſt, tum & ipſa legis ſerie, ſeu con-

Digitized by Google

nexis illis, *vel poteſt aliquid eſſe ſuperfluum ex ſoluto ære alieno:* ſicut continuo ſpiritu legendus ſit verſiculus: *Quod ſi teſtator.*

Tandem igitur dicamus, huius §ⁱ duas eſſe partes, quarum prior eſt, ubi teſtator nihil dixit de luitione pignoris, quâ parte tres caſus diſtinctè proponuntur, quibus heres pignus luere tenetur: Altera pars eſt, quando teſtator noluit onus pignoris luendi ad heredes pertinere, eiſque id nominatim remiſit: quò tamen ipſo caſu heredes nihilominus aliquatenus tenentur, nempe quatenus æs alienum modum pignoris tranſcendit, ſic ut hæc hyperocha ſemper heredi incumbat, quamlibet eum teſtator luendi pignoris onere liberaverit.

CAPVT XIX.

PAVLI *Lex, debitor 82. §. ult. ff. de legatis. 2.* ex libro 10. Quæſtionum.

QVÆSTIO eſt, *Quænam res ſervo alieno legari poſſit?* Et præceptum ſeu definitio Iuliani erat: *Id demum ſervo alieno legari poſſe, quod ipſe ſervus liber factus capere poſſet:* i. Legatum ſervo alieno relictum ex perſonâ ſervi conſiſtere & vires accipere: Vbi de re ſcil. ſeu materia legati ſervo alieno quæritur, ſeu de naturâ rei legatæ, ex perſona ipſius ſervi ea æſtimãda eſt, puta num die legati cedente liber factus eam capere poſſit. Atenim ſi quæras, *Cuinam* ſervo legari poſſit, i. quis ſervus habeat paſſivam teſtamenti factionem, ſeu ex teſtamento capiendi ius, domini iam perſona ad hoc inſpicienda eſt; denique perſona domini ſervum perſonat.

Et hæc quidem uti veriſſima, ita & perſpicua erat Iuliani definitio: quam & Paulus tuetur *l. debitor. 82. in f. ff. de leg. 2.* Et dum in eo eſt ut tueatur, hæc verba ſubjicit. *Calumnioſa eſt enim illa adnotatio, poſſe legari ſervo, & quamdiu ſerviat: Nam & hoc legatum ex perſona ſervi vires accipit. Alioquin & illud adnotaremus, eſſe quoſdam ſervos, qui licet libertatem conſequi non poſſint, attamen legatum & hereditatem poſſunt adquirere domino.* Horum verborum ſenſum hunc nonnulli putant, quaſi dixerit Iulianus

nus

Digitized by Google

nus falſam eſſe eorum ſententiam qui notant, *non poſſe* (ita enim legi oportere contendunt) legari ſervo, & quamdiu ſerviat: Sanè enim ita legari poſſe apparet ex *l.113.ff.de legat.1.* *Auctor meus*, pro more ſuo, non quidem hanc horum verborum ſententiam eſſe prodidit, aut contrarias haſce leges eſſe cenſuit, ſed tamen ſtudioſis eam legem diligentiùs excutiendam propoſuit, & ſubnotavit, quaſi ſpeciem aliquam contradictionis habentem. Vt hoc eius inſtitutum à nemine iure culpari poſſit, atque adeò in ſocietatem præcipitis ſententiæ perperam trahitur; ita illorum emendatio iure refutatur. Illud tantùm videndum eſt, ut rectè ritéque refutetur. Id nunc agamus.

Iuliani igitur definitionem, quâ is dixerat, *Id demum ſervo alieno legari poſſe, quod ipſe liber factus capere poſſet*, Nonnulli olim hâc inſtantiâ vellicare, labefactare, & falſitatis quodammodo arguere volebant: nempe quod imò ſervo alieno legari poſſet, quod ipſe liber factus capere non poſſet: exempli enim gratia, ſervo alieno ita legari poſſe, *quoad* ſeu *quamdiu ſerviet*: Atquin hoc legatum ſervum liberum factum capere non poſſe. Hanc inſtantiam, ait Paulus, eſſe *calumnioſam adnotationem.* Cur quęſo calumnioſam? Quia captioſa hęc & cavillatoria inſtantia eſt, utpote cùm non ſit de regula (ut inſtantia eſſe debet) ſed de alio genere. Dixerat nempe Iulianus, *Id demum ſervo alieno legari poſſe, quod ipſe liber factus capere poſſet*: Quæ quidem regula de vi & poteſtate iuris ipſius eſt: Atenim inſtantia oppoſita, eſt de contraria & expreſſâ voluntate teſtatoris, ubi ſcilicet teſtator expreſſè noluit legatum etiam libero facto adquiri, & ſic conditionem injecit, *l.4.ff.de ſervit.legata.* Ergò termini hic inhabilitas eſt; rei, inquam præciſè legatæ ſub conditione ad tempus ſervitutis tantùm. Et hic ſenſus eſt verſiculi, *Calumnioſa eſt enim.* Addit Paulus, adnotationem & inſtantiam ſuperiorem æquè calumnioſam & cavillatoriam eſſe, ac ſi quis ad labefactandam eandem Juliani definitionem ſeu regulam & hanc inſtantiam adferret ſeu adnotaret: quod quidam ſervi ſint, qui licet libertatem conſequi non poſſint, attamen legatum & hereditatem poſſunt adquirere domino: Nam & hæc inſtantia eſt de alio genere, & alie-

no à Juliani definitione: Quandoquidem & hîc termini inhabilitas eſt: perſonæ,inquam,cui legatum relictum eſt,quia ſcil.ſervus liber fieri,ſeu ad libertatem perduci non poteſt, ut ſcilicet, quia vetitus eſt teſtamento manumitti,ut *in l.2. C.qui ad libert.perv non poſſ.*

Atque hic perſpicuus & genuinus eſt huiuſce loci ſenſus. Quare iam Novorum ad hanc l.Scriptorum hæſitationi & erroribus quatuor ſuccurrendum venit. Primò obſervandum, Adnotationem calumnioſam *Marcelli* nominatim hic à Paulo deſignari, traduci,qui ſcilicet Notas in Julianum ſcripſerat: Id quod etſi aliunde conjicere liceret, diſertè tamen apparet ex *d.l.113.de lega.1.Servo alieno ita legari poteſt,Quoad ſerviat,vel ſi ſervus fortè Titij erit,ut & Marcellus ait.* Ecce Marcellianæ adnotationis veſtigium. Secundò ex ſuperioribus apparet, falſum eſſe, quod notant, notatorem in Juliani definitione reprehendiſſe, quaſi Iuliani verbis ſignificatum fuiſſet, *non poſſe* (ullo modo ſcilicet) *legari ſervo.* Nil tale; Imò id reprehenditur illâ inſtantiâ, quod ſcilicet ea regula falſa eſſet: poſſe enim rem legari ſervo,& ſi liber factus capere non poſſit. Tota denique controverſia hic non eſt,utrum ſervo alieno legari poſſit; Sed QUÆNAM RES ſervo alieno legari poſſit. Proinde annotationis huius vim nullo modo illi perſpexerunt. Quorum etiam ſententia ſi vera foret, ſtolidam adnotationem Paulus dixiſſet; quandoquidem qui ex Juliani definitione id colligeret,*ergò ſervo alieno legari non poteſt*,is oſtenderet, quàm vacui eſſet capitis: at *calumnioſam* dixit, inſidioſam,cavillatoriam (ut in *l.1.ff.de regula Caton.*) inſtantiam, σόφισμα,συκοφάντισμα, qua notator evertere volebat eam Regulam. Denique adnotator ille calumnioſa ſua adnotatione definitionem Juliani non ad abſurdum deducere voluit,ſed falſitatis,& quod fallax eſſet,arguere. Quare rectè Ioannes vetus Interpres hic captionem & fallaciam admitti dixit ſecundùm quid & qualiter.

Tertiò ex ſuperioribus apparet,ſecundam inſtantiam ſuperiorem,non eſſe eiuſdem auctoris,cuius prima,& ſic non Marcelli,ſed imò Pauli, qui inſtantiæ prioris abſurditatē ſimilis inſtātiæ alterius abſurditate oſtendere voluit:&,quomodo Paulus de Caſtro ait, Paulus IC.quod dixerat probat per aliā calumnio-

lumnio-

Digitized by Google

lumnioſam argumentationem.

Tandem apparet, quânam ratione immota maneat Iuliani definitio, *id demum ſervo alieno legari poſſe, quod ipſe liber factus capere poſſet*: Nempe quia inſtantia Marcelli de alio genere eſt: non minus quàm ſecunda, quam eodem modo quis opponere potuiſſet.

Et ita de huius l. ſenſu conſtat, quem Novi Scriptores nullo modo ceperunt.

CAPVT XX.

PAPINIANI *Lex Mævius 66.§.fundo legato. pen.ff. de legatis. 2.* ex libro 17. Quæſtionum.

QVÆSTIO eſt: Fundo legato à teſtatore, cuius nuda proprietas ad *Legatarium* pertinet, uſusfructus verò aut poſſeſſio ad Tertium aliquem, Vtrum legatum hoc valeat, ſic quidem, ut heres teſtatoris vſumfructum & poſſeſſionem præſtare legatario teneatur? Quam quidem quæſtionē aperte Papinianum, *d.l.66.§.pen.in fi.* decidere aio: puta legatum hoc nō valere: *Sin autem*, inquit, *res mea legetur mihi, legatum propter iſtas cauſas non valebit.* Et tamen anxiè hactenùs quæritur, quidnam ſibi velint iſta, PROPTER ISTAS CAVSAS, quæ utique ad ſuperiora relationem habent. Quare, ut genuinum horum ſenſum aſſequamur, ad ſuperiora nobis aſſurgendum eſt. Igitur in ſuperioribus huius §. Papinianum egiſſe palàm eſt de fundo ipſius *Teſtatoris*, cuius nuda proprietas ad teſtatorem pertinet, vſusfructus verò ad alium; vel etiam qui pignori datus eſt; vel tertiò cuius poſſeſſio aliena eſt, utrū videl. heres has tres CAVSAS legatario præſtare teneatur, putà uſūfructum præſtare, pignus luere, & poſſeſſionem tradere? Papinianus id omne in ſuperioribus affirmavit: Primùm ſcilicet, fundo legato, cuius uſusfructus teſtatoris non ſit, eum ab herede nihilominus petendum & præſtandum eſſe definit: Et

Digitized by Google

rationem dubitandi profligat: Nempe dici poterat, *Quod uſusfructus in iure non in parte conſiſteret*, i. quod uſusfructus in ſeruitute & iure quod homo habet in fundo alièno conſiſtat, quam utique ſervitutem heres legatatio præſtare non tenetur: *verſ. non idem*, non verò partem rei & dominij faciat: Quare dicendum videbatur, uſumfructum ab herede non eſſe legatario præſtandum. Verum reſpondet Papinianus, utcunque uſusfructus in iure non in parte conſiſtat, attamen ius hoc non eſſe nudæ ſervitutis & qualitatis ſpeciem, ut cæteræ ſervitutes reales ſunt; verùm ius hoc emolumentum rei continere, & cùm emolumentum rei contineat, ſane fundo legato etiam uſumfructum contineri, quia fundus nec traditus videtur, niſi emolumentum eius tradatur; Atqui (quod idem Papinianus ſcribit in eodem argumento verſans) fructus emolumentũ portionis inſtar obtinet, *l. 76. §. dominus. hoc ti. de legat.* 2: partis fundi inſtar obtinet, *l. qui uſumfructum. ff. de V. O.* ſeu, ut rurſum idem Papinianus ſcribit, effectum partis in caſibus pleriſque, *l. ſi Titio 32. §. 1. ff. de vſufr.*

Et hæc de prima CAVSA, i. uſufructu, quem heres legatario præſtare hoc caſu tenetur: De duabus ſequentibus cauſis, ſeu præſtationibus, id ipſum intrepidè adhuc magis reſpondet Papinianus, quod indicat voce *Enimverò*, circa quam alioquin Paulo de Caſtro aqua hæſit *hic, num. 3.* (*Enimverò*, eſt certò, certiſſimè, citra dubium) Nempe ſi fundus teſtatoris pignori nexus ſit (de quo dictum *cap.* 18.) vel ſi aliena poſſeſſio ſit, i. ſi emphyteutico, vectigali, ſuperficiario ἐμβατευτικῷ iure, aliena ſit poſſeſſio, *l. 71. §. pen. l. 86. § ult. ff. de legat. 1.* legatariũ eo nomine agere poſſe: Et rationem indicat his verbis, *quod hæ præſtationes* (*ſive cauſæ*) *legatum ſequantur*, neceſſariò ſcilicet: quia & ſine poſſeſſione in genere, & ſine certa poſſeſſione, res non eſſe videtur: ubi videlicet res vel poſſeſſio eius pignoris quóve alio iure avocari poteſt. Verba legis hæc ſunt; *Fundo* [teſtatoris] *legato* [à teſtatore] *ſi uſusfructus alienus ſit, nihilominus petendus eſt ab herede: uſusfructus enim etſi in iure non in parte conſiſtit, emolumentum rei continet:* ENIMVERO, *fundo* [teſtatoris] *relicto* [à teſtatore] *ob reliquas præſtationes, quæ legatum ſequuntur, agetur: verbi gratia ſi fundus pignori datus, vel aliena poſ-*

ſeſſio

Digitized by Google

ſeſſio ſit. Non idem placuit de cæteris ſervitutibus. In ſummam igitur vult *Papinianus*, fundo proprio à Teſtatore legato, tres has CAVSAS præſtare heredem legatario oportere; uſumfructum, poſſeſſionem vacuam, & fundum liberum: CAVSAS, inquam, i. præſtationum genera: *Cauſa* eſt qualitas rei, quæ rem circumſiſtit: hinc *tit. de uſuris, fructibus, & cauſis, & omnibus acceſſionibus*; v. & *l. 20. ff. de rei vind. l. 31. ff. de reb. cred.* &c. Et hæc quidem de priore parte huius §. ſeu de Fundo teſtatoris, cuius uſusfr. alienus eſt, aut poſſeſsio, quive pignori nexus eſt.

Sequitur nunc continuo filo poſterior pars, de fundo legatarij ipſius, cuius tamen uſusfructus ad alium pertinet, vel qui alij pignori nexus eſt, denique cuius poſſeſſio aliena eſt. *Sin autem*, inquit, *res* MEA *mihi legetur, legatum* PROPTER ISTAS CAVSAS *non valebit.* Altera ſcilicet pars hæc eſt huius §. *de fundo ipſius legatarij*: Superior fuit de fundo teſtatoris alicui legato: hæc poſterior de fundo Legatarij ipſius ei legato. Sed in hoc verſiculo explicando quis non laboravit? Verùm nihil mihi unquam facilius viſum eſt: Nempe ſuprà dictum eſt de fundo teſtatoris à teſtatore legato, cuius uſusfructus alienus eſt, vel qui pignori datus eſt, vel quem alius iure poſſidet, heredem has tres CAVSAS legatario præſtare. 1. uſumfructum, inquam. 2. pignoris ſeu hypothecæ luitionem. 3. poſſeſſionem. Hic iam quæritur, cùm de iure res mea mihi legari non poſſit, ſeu inutile ſit legatum rei meæ, utrum non ſaltem fundi mei legatum mihi relictum ſubſiſtat *propter iſtas cauſas*: i. ſi fortè fundus meus mihi legatus fuerit, cuius tamen uſusfructus ad alium pertineat, aut qui pignori alteri nexus eſſet, aut cuius poſſeſſionem alius haberet? Et videbatur dicendum, ſi aliqua iſtarum cauſarum rem meam ſequeretur, poſſe *propter iſtas cauſas* fundum meum mihi legari, & ſic legatum rei meæ utile eſſe; quaſi hactenus utile futurum, quod teſtator videatur voluiſſe fundi uſumfructum ab herede mihi præſtari; vel pignus lui ſeu repignerari; vel poſſeſsionem eius tribui. Et tamen definit Papinianus, *non valere legatum rei meæ propter iſtas cauſas.* Ergo differentiam facere hic voluit Papinianus, inter fundum teſtatoris, & fundum legatarij ipſius: Nempe quòd illo legato heres teneatur uſumfructum præſtare, fun-

dum pignore liberare ſeu reluere, & legatarium poſſeſſorem facere; hoc verò non item, & ſic inutile eſſe legatum. Ratio autem differentiæ iſthæc eſt, quòd priore caſu, principali legato ſubſiſtente, reliquæ præſtationes legatum neceſſariò ſequantur, & ſic validitas principalis rei, reliquas præſtationes ſecum trahat: Poſteriore caſu, principali legato non ſubſiſtente, neque acceſſorias præſtationes dari & ſtare poſſe.

His quid facilius dici potuit? Quare iam præceps eorum emendatio ruit, qui hîc legebant, Noricis adſtipulantibus (etiam ante CL. Cujacium) *præter*: contrario ſenſu, nempe hoc, *propter has cauſas rei meæ legatum valere, quod aliàs præter iſtas cauſas non valeret*: Nam ſi fundi mei, inquiunt, uſusfructus alienus ſit, vel ſi fundus meus pignori ſit nexus, eiúſve poſſeſſio aliena ſit, utile eſſe legatum fundi mei, quia videatur teſtator mihi hoc legare, ut heres fundum meum liberet uſufructu, ut liberet pignore, ſeu hypothecam abſolvat, & me poſſeſſorem faciat: Igitur propter iſtas cauſas valere legatum rei meæ mihi legatę; quod præter iſtas cauſas non valet. Quam quidem ſententiam refutat, tùm ipſa iuris ratio quam dixi, nempe propter iſtas cauſas non poſſe valere fundi mei legatum mihi relictum; Tùm adverſativa illa, SIN *autem*: Nempe ſuperiore parte oſtenderat Papinianus, heredem cogi præſtare legatario uſumfructum, liberationem, poſſeſſionem pignoris: Atenim non hâc parte, & ſic legatum inutile eſſe. Tertiò fundi mei legatum aliis caſibus valere hâc ſententiâ negaretur, quod tamen falſum eſt.

Dices, atqui ſi pignoris ius, aut ſuperficies, aut tale aliud ius in eâ re TESTATOR habuerit, propter iſtam cauſam rei meæ legatum valere, *arg. l. 1. ff. de liberat. legata. l. Senatus* 43. *§. ult. l. ſi domus* 71. *§ pen. & ult ff. de legat.* 1. Et ſic ſi teſtator ius in re habuerit: Itē ſi ius pro re, ut quia legatarius debet eā teſtatori ex venditione vel alia cauſa, *l. apud. § ſi Titius. ff. de legat.* 1. Ergò & per conſequens fundi mei legatum propter iſtas cauſas valere oportere. Vera quidem illa omnia, ſed nihil ad rem præſentem: Hic enim verſiculus, quo de nunc agitur, eſt de fundo legatarij eidem legato, cuius uſusfructus, pignus, poſſeſſio ad alium quàm ad teſtatorem pertinet (ut etiam ipſi fatentur) & ſic ad tertium. Quod exinde etiam probatur: quia ſi hic

Digitized by Google

ſi hic ageretur de uſufructu fundi ad legatarium pertinentis teſtatori competente, legatum propter iſtam cauſam non valeret: quia, ut rectè notavit Accurſius, ex Rogerio veteri interprete, legatarius etiam citra legatum teſtatore mortuo plenam proprietatem habiturus eſſet.

Rursùm dices: imò expreſſam eſſe Juliani *legem, ſi tibi homo 16. in prin. ff. de legatis* 1. in contrarium, ubi apertè definit *ſi tibi homo, quem pignori dederas, legatus ab alio fuerit, actionem ex teſtamento habebis adverſus hæredem, ut pignus luatur.* Sed placet Raphaëlis Cumani diſtinctio *ad eam l.* inter rem pignori datam ſeu traditam, & inter rem ſeu fundum tantum pignori obligatum nuda conventione: nempe hoc poſteriore caſu (qui ſanè caſus eſt huius §. noſtri) non videri ſenſiſſe teſtatorem de hypotheca abſolvenda eius rei quæ penes me erat: priore caſu videri, ſi videlicet res legatas legatarius penes ſe non habeat: qui caſus eſt Iulianeæ legis. Rationem differentiæ hanc reddo, quia rem mobilem pignori traditam facilè teſtator ſcire potuit (utpote cùm rerum olim traditionibus fermè teſtes intervenirent) & quia ſcire potuit, ideò legaſſe videtur, ut ea relueretur: Atenim, rem hypothecæ nexam non tam facilè ſcire poteſt, quæ & in conventionali pignori tacitè tranſigitur: & in legali, tacita omninò eſt.

Et ita quidem bona fide ſuperior ſententia iugulatur, quam alij prolixis cavillis eludunt, ex quibus nihil ſolidi efficias.

Superſunt nunc Novorum Scriptorum errores confutandi. Primus error eſt in interpretatione prioris partis huius §i cùm ajunt, duas rationes in ea reddi, cur eâ re, cuius nuda proprietas ad teſtatorem pertinet, uſusfructus ad tertium aliquem, legata, heres uſumfructum legatario præſtare cogatur, quarum ſecunda ſit, quod fundo relicto ob reliquas præſtationes quæ legatum ſequuntur agatur contra heredem. Qui gravis error eſt. Iſtud enim omne quod continetur *verſiculo Enimverò*, non prioris cauſæ vel caſus ratio eſt, verùm duas novas cauſas & caſus continet: Nempe primus caſus fuerat de vſufructu præſtando ab herede; hi duo ſunt de pignore luendo, & poſſeſſione tradēda, ut ita in uniuerſum tres ſint cauſæ diverſę in hac sūma quæſtione de re ad teſtatorē pertinēte, ſed in qua tertius aliquod ius habet. Quare tantū

abeſt hoc verſiculo ratio ſuperioris contineatur, ut cõtrà contineantur caſus diverſi: ſed tamen qui eodẽ iure diſcingantur.

Sequẽtes errores admittuntur in poſterioris partis interpretatione, quorum omnium fundus & cauſa unica fuit, quod putarẽt hic agi de fundo meo cuius uſusfructus teſtatoris ſit. Primus igitur hac parte error eſt, quod *cauſas* in illis verbis, *propter iſtas cauſas*, rationes interpretantur: Rationes, inquam, thematis præcedentis, & quidem duas illas, quod uſusfructus ſit emolumentum fundi, & quod ob præſtationes reliquas agatur adverſus heredem; Proinde quęri in hac poſteriore parte, num ob has cauſas ſeu rationes valeat legatum fundi mei. Verum id inane eſt: Iam enim oſtenſum eſt, *cauſarum* appellatione nõ hîc intelligi oportere rationes ſuperiorum deciſionũ: verùm præſtationũ genera, quæ vel emolumẽtum rei cõtinent, vel legatum ſequũtur, putà uſumfructũ, pignoris luitionẽ, poſſeſſionẽ.

Graviſſimus omnium error eſt in ipſa Papiniani deciſione detorquenda; dum aiunt, id velle Papinianum, legatum fundi mei non ob eas duas rationes & cauſas, quas & ipſas iam refutavi, non valere, verùm ob alias cauſas. Qui quidem error ex triplici errore cõſurgit: Primus eſt præſuppoſitionis falſæ: quia præſupponunt hîc agi de fundo meo cuius uſusfructus teſtatoris ſit, cùm revera agatur de fundo meo, cuius uſusfructus tertij eſt. Secundus eſt, dùm non vident alterã ſemper negativam ad ſentẽtiam ſuã deſiderari: Nam ita ſcriptum oportuiſſet. *Nõ propter iſtas cauſas non valebit.* Alioquin niſi ita reſcribas, tertius iam error in eo fuerit, quod verba illa, *propter iſtas cauſas* ita interpretantur, quaſi ſcriptum eſſet, propter defectum cauſarum ſeu rationum præcedentium: ac ſi dixiſſet ICus, non ideo hoc legatum fundi mei non valere, quod teſtator qui habet uſumfructum nõ poſſit eum præſtare, ſed quia quod meum eſt amplius fieri meum non poſſit. Quæ ratio & ipſa inanis eſt, quia in hoc caſu, quem ipſi præſupponunt, ubi ſcil. fundus ad legatarium pertinet, uſusfructus ad teſtatorem, hæc ratio reddi debuit, quia citra legatum uſusfructus ad legatarium recurrit, proprio conſolidationis iure. Quare tandem, quæ ſubiiciũt de rationibus præcedentibus contrario ſenſu adaptatis ſeu adplicatis, nimirum negativè, quæque deinceps adduntur, Lectorem an Apollinem deſiderent, viderit Lector.

INDEX

Digitized by Google

INDEX.

ACCVRSII *ſententia probatur.* pag.12.14. 47.49.50.58.75.80.95.

Actionis formula in perſonam rei concepta. 58.59

Additum, *i.Edicto comprehenſum.* 1.& 9

Aliâs *quid in* l.34. ff.de recept.qui arbitr. 14.15

Alter,*pro utroque.* 79

Ambitioſa *decreta quæ in* l.3. ff.de minorib. 19.20

Ἄπορα *Iuris.* 76.78

Auctor meus vindicatus. 30.33. 34.46.54.83.89

B*Aſilica.* 6.16.36.37.49. 58

CAlumnioſa *adnotatio.*89. 90

Cauſa, *pro qualitate rei.* 92. 93.96

Cellarienſes *ſpecies,* κελλαρικά. 36.37.38

Cenſendi *vox,in SCis tralatitia.* 41.42

Codex Theodoſianus. 38.39

Compeſcere *quid propriè.* 4

Conciliationes Legum aliquot. *cap.*3.*c.*10.*c.*16.*p.*79.80.& *c.*17

in Conditione politi *quo ſenſu dicantur.* 73

Conſulis & Prætoris Iuriſdictionis concurſus. 18

Conſules pro Proconſulibus & Duumviris. 18

*Conſules num Vlpiani ætate Curatores minoribus dederint.cap.*4

Conſulendi *vox in SCis ubi uſurpata.* 41.42

Contra ius *pactio ſeu conditio quæ dicatur.* 67

Controverſia & lis *quomodo differant.* 8

Creditor *per prolepſin.* 47

Curatores *à quibus dati.* *cap.*4

D*Iſtractio pignorũ duplex.*65

Diviſionis *vocabulo quid indicetur.* 77

ENimverò,*pro certiſſimè,citra dubium.* 92

ἐφόλια,*quæ in annum conduntur.* 38.39.40

Epholiæ *uvæ.* 39.40

Exceptio poſſeſſoris eſt. 52

Exempla rei notæ quando ICti dare non ſoleant. 27

FOlii,*propriè & abſolutè de Barbaricis,Arabicis,Indicis.* 34

Formula actionis & ſententiæ in perſonam rei concepta. 58.59

Edicti Perpetui, Quanti res eſt.*v.infrà*, Quanti.

*Senatuſconſultorũ formula.c.*9.

Formularum veterum inquiſitio Iure noſtro utilis. 40

Fructuum liquidorum & arido-

Digitized by Google

rum quadriga. 37.38
Frumentum & fruges *ut diffe-rant.* 38

HYperocha *pignoris.* 87.88
Ὑπατικὸς *nō Conſul ſed Con-ſulares.* 16

IGnis non habendi *conditio, &* innocentis ignis habendi, *ut differant.* 57.58.59
de Ignorantia heredis circa conditionis exiſtentiam. cap.17
Innocentem ignem habere *quid.* 56
Innocentis ignis habendi *conditio quid importet.* cap.12
Inſtātia de regula eſſe debet. 89.90
Interceſſionis mulicbris duæ ſpecies. 44
Item *vox.* 28
Iuriſconſultorum veterum mos.
Exempla rei notæ quando dare non ſoleant p.23
à Plurali ad ſingularem ICorum κατίζαμς. 52
Relationes Icorū ad ſuperiora 61
Reſponſio Icorū ad proxima. 65
Iuſiurandum in litem quâ formu lâ deſignetur. 8
In ſtrictis iudiciis non præſtatur. ibid.
ab arbitrio Iudicis, non ex Edicto perpetuo proficiſcitur. 9
Iureiurando in litē non ſemper cōtinetur quod in veritate eſt. 7
Iuſti dominij *exceptio quid* 49.50

Κελλαρικά *ſeu Cellarienſes ſpecies* 36.37.38

LEgum interpretationes, *præter eas quæ ſingularibus capitibus ex profeſſo explicantur:*
L.1.ff.ne quis eū qui in ius voc. 4
L.2.§.ult ff.qui ſatiſdare. 5.6.9
L.penult.ff.de pactis 64
L.34.ff.de recep.qui arbit. cap.3.
L.15.ff.de uſufructu. 23
L.27.ff.de reb.credit. 43
L.11.§.1.ff.locati. 57.58
Rub.de diſtract.pignor. 65
L.1.§ 1 ff.de confirm.tut. 16
L.39.§.12 ff.de admin.tutor. 17
L.16.in pr.ff.de legat.1. 95
L.21.ff.de cōdit.& demōſt. 81.83
L.1.§.1.ff de ſuperficieb. 29
L.165.ff.de R.Iur. 21.22
L.4.C.ad SC.Velleian. 46.47
L 3.C.de heredib.inſtit. 79.80
ad Legum noſtrarum intellectum duplex conceptus & ſenſus ſæpe adferendus. 42
Legitimæ conventiones & privatæ rectè aliquādo opponuntur. 10
Libello, petitionis ſumma continebatur. 9
Locator, *pro conductore colono fundi.* 57

MAnuſcriptorum *uſus.* 70
Marcelli notæ in Iulianū. 90
Marcus Imperator. 78.79
Mutui datio *nunquā pro mutui acceptione.* 43
Mutui latio. 44

NEque *dictio quid importet.* 55
Non oportet, *i. æquū non eſt.* 50

Digitized by

INDEX.

Οἰνοφορίαι *vuæ.* in Omiſſis.

Olea *de fructu & fœtu arboris.* 35

PAciſci *is potius dicitur, cuius commodo pactum cedit.* 66

Pandectæ Florentinæ. 83

Geminatæ voces & literæ ſemel tantū ibi expreſſæ. 11.38.41.45

Partis *appellatio de dimidia.* 77

φύλλα *Græcis pro floribus.* 36

Pignus non diſtrahi à debitore, creditoris intereſſe poteſt triplici ratione, etiam novo iure. 68.69

Pignoris Initio, re propria à teſtatore relicta, ad quem pertineat. cap 18.

à Plurali ad ſingularem ICorum κατάβασις. 52

Pœna *&* veritas, *ſeu* quod in veritate eſt, *modò opponuntur, modò pro eodem accipiuntur.* 5

Pœna *quoque dicitur, cum Iudicis arbitrio, quanti res eſt, æſtimatur.* ibid.

Pœnalis ſtipulatio unius, alterum nunquam obligat. 14

Pomi *appellatione venit & olea.* 36

Poſſidenti non datur actio. 31

Publicæ conventiones an ſint Iurisgentium. 10.11

Publiciana arguit, ea agentem rem poſſidere deſiiſſe. 52

Domino nunquam competit, ſed ſoli non domino. 51.54

Quando ea adverſus dominum agi poſſit. 49

QVam, *pro qualem.* 60

Quanti res eſt *æſtimatio variè fiebat; tùm ratione perſonæ æſtimantis, tùm ratione modi.* cap. 1

ἀμφίβολον *id, etiam ubi de Iudicis æſtimatione agitur.* 5

Formulæ variæ in Edicto perpetuo æſtimationis quanti res eſt 6.8

In iudicio Ne quis eum qui in ius vocabitur, vi eximat, *quanti res eſt quomodo & à quo æſtimetur.* cap. 1

Quantitas *veritati opponitur.* 9

Quomodocunque *vox quem ſenſum habeat.* 25.26.27

R*Elationes ICorum ad ſuperiora.* 61

Reſponſio ICorum ad proxima. 65

SEd *dictio, item* Sed &, *adverſativæ, modò perſonarum, modò caſuum.* 51.54.55

Semiſſaria diviſio æquas portiones indicat. 73

Senatuſconſultorum formulæ tralatitiæ tres.

1. Conſules verba fecerunt.

2. Quid de eâ re fieri oporteret.

3. De eâ re ita cenſuerunt.

41.42

Sententiæ formula in perſonam rei concepta. 58.59

Servitus realis quandoque quaſi perſonalis efficitur. 24

Servitutem cōſtituere poteſt nonniſi qui ius perpetuarium in fundo habet. 22.23

Servitutes duûm generum, quarum alia ſolam proprietatem

Digitized by Google

afficiunt. 23

Servo alieno quid legari poſſit. cap.19

Sin *adverſativa.* 94

Solventi mulieri quando ſuccurratur. 47

Solutionis à muliere factæ duo genera. *ibid.*

Stramentorum *appellatione quid contineatur.* 33

Subintellectus quidam abſurdi in Legibus 30.56

Subſtituti & inſtituti concurſus, eiuſque duo exempla, quorum alterum ex Vlpiani fragmentis. 77.78

Suorum *appellatio quos comprehendat.* 33

T*Heophilus.* 69.70.74.75.77

Traditio poſt interceſſionem beneficium Velleiani mulieri non adimit. 47

Non erat iuſtus modus alienãdi res nec mancipi, & res incorporales. 28.29

V*Enaliciarij duabus partibus funguntur, emptoris & venditoris.* 51

Venia ætatis ad Conſules non ſpectavit. 18.19

Veritas, *ſeu* quod in veritate eſt, *quid & quo ſenſu pœna opponatur.* 4.5.7

ex Veritatis & opinionis conflictu ἄπειρ. cap.16

Victus *quid.* 33

Videri placuit *formula quid importet.* 48.53

Vinum cum oleo ambulat. 37.38

Vlpiani fragmenta. 18.28.77.78. 79.80. ὑποφωνία. 31.40

Vſusfructus traditione non iure conſtituebatur. cap.6

Vtendi ius proprietarius non ſibi vindicat. 31

Vtique, *pro abſolutè, prorſus, omnino.* 87

Vvæ duum generum. πρώξιμοι & ἱφολίαι ſeu οἰνοφόριαι. 39.40

FINIS INDICIS.

COMMISSA, OMISSA.

p.8.l 18.poſt *dabatur*, adde, *l.25.§.2.l.26 ff. ad l. Aquiliam.* p.14.l penult. γρ. *i ſi non ſint ſocij.* p.16.l.26 adde. *Quare ratio differentiæ reddenda fuit.* p 23.l.14. γρ. *concludendum.* p.36.l.31.γρ. φύλλοις. p 40.l.1. γρ. vel κατηγηκότος. l.9.adde, poſt *videntur*: ſed & *paſſa* ita abſolute dicuntur. Sub finem capitis, adde Poſſis & hîc reſtituere *neque Enoforijs*: ut οἰνοφόριαι *uvæ* dicantur, quæ vini cauſa habentur. p.43.l.26.γρ. *civitatem.*

p.44 l.27.γρ *Etſi eodem.* p.45.cap.10.l.5.*invetur.* p 48.cap.11.l.15.*mandatum.*

p.51.l.8.γρ. *quà.* p.55 l.16.ſcribe, *in poſteriore hac parte.* l.28.expungenda vox *iuſti.*

p.54 l.17.γρ. *excludi dicatur.* p.55.l.17.poſt *venaliciarius* adde, i. dominus mandator ut ipſi voluat. p.58.l.antep. poſt *movetur*, ſupple *agebatur* p.62.cap.14 l.1.γρ. §. *ult.* p.63.l.28.poſt *venditori* inſere *emptor.* p.68 l.18.γρ. ἀντιτιμήματα. p 73.75.77.79.in inſcriptione γρ. *Lex ſi paterfamilias.* p.83.l 13 poſt *dubitabili*, adde, *foret.*

FINIS.

Digitized by Google

DE CENOTAPHIO:

Deq; diuerſis, ſuper eius Religione, *Vlpiani & Marciani ſententiis,*

DIATRIBA.

¶ Tit. DE RERVM DIVISIONE.

Lex 6. Marcianus lib. 3. Inſtit.

§. 4. ¶ Religioſum autem locum vnuſquiſque ſuâ voluntate facit, dùm mortuum infert in locum ſuum.

Et poſt,

§. *vlt.* ¶ Cenotaphium quoque MAGIS PLACET, locum eſſe religioſum: ſicut teſtis in eâ re eſt Virgilius.

Lex 7. Vlpianus lib. 25. ad Edictum.

Sed Diui Fratres contra reſcripſerunt.

¶ Tit. DE RELIGIOSIS.

L. 6. Vlpianus lib. 25. ad Edictum.

§. 1. Si adhuc monumentum purum eſt, poterit quis hoc vendere & donare. Si Cenotaphium ſit, poſſe hoc venire dicendum eſt: nec enim eſſe hoc religioſum, Diui Fratres reſcripſerunt.

M. DC. XXXIV.

GENEVÆ.

Digitized by Google

AMICO SVO,
optimæ & rariſſimæ fidei,
D. IVSTO HENRICO HEIDFELDIO,
IACOBVS GOTHOFREDVS IC.

SOLES *me, Vir Amantiſſime, priuatas inter fabulas, vt aſſiduè, ita peramanter, quod ingenium tuum eſt, vrgere, vt quę pridem in me recepi,* Caſuandi *videlicet* artem *&* Antinomicum, *ea tandem aliquando præſtem. Ego verò contrà moras necto pedemq́; ſtruo, qui id iis relictum omninò velim, quibus otij plus præſidiiúve eſſe poſſit: quo vtroque certe iuxta opus, ſi quid, hodie potiſſimùm, melioris venæ notæq́; promittitur procuditúrus. Et tamen, quod bonæ fidei debitores ſolent, vt partiariâ, ſæpeq́; modicâ, ſolutione creditoris interim animum teneant, idem & ego nunc præſto, vel breuiſſimâ hâc Diatribâ: Cuius hic finis vnicus, quò Iuris ſtudioſis oſtendam, quânam arte, quo ſic vt dicam caſtu, quóve apparatu, veterum Prudentum leges Pandectis inditæ, adgrediundæ ſint: Quod & ipſum nuper circa Imperatorum Conſtitutiones Codici inſertas, Hiſtorico Diſcurſu, palàm facere annîſus ſum. Eam verò tibi inſcribere viſum: non modò quia hæc quotidianæ efflagitationis tuæ ſtrictura eſt, verùm & quia, haud alium temere Indicem quàm temetipſum huic ſcriptioni æquiorem feram. Sed & ſingularis ille tuus in me affectus, diu eſt cùm hoſtimentum aliquod repoſcit. Quod quidem aptius nullum in præſens ſeſe mihi nunc dat, quàm hoc ipſum, amicitiæ deinceps noſtræ* Monumentum *futurum. Cui addo &* Vota, *pro proceſſibus olim tuis, quos hâc morum probitate, animiq́; candore, & iudicij dexteritate mereris, in dies mage-maioribus. Tu contrà amare me perge.*

* *
*

DE

Digitized by Google

DIATRIBA
DE CENOTAPHIO.

TEMPLORVM religioni proxima olim Iure Pontificio ſepulchrorum religio, ſeu ſanctitas, erat. Quare & hæc, pariter vt illa, humanis vſibus non parebant. Num eadem verò *Cenotaphiorum* quoque religio habenda eſſet, quæſitum iam olim. Quò pertinet illa etiam, apud Sopatrum, *commentario in Rhetoricam Hermogenis*, controuerſia, vtrum τυμβωρυχίας, ſeu ſepulchri violati reus, agi poſſit, *ὁ κενοτάφιον διορύξας*, qui cenotaphium diruit.

CENOTAPHIVM, vel ſolo Græci nominis indicio, eſt, *inanis tumulus*, quomodo à Virgilio vocatur, *tertia Aeneide:* tumulus ſine corpore, Ouidio, *metamorph:* κενὸν μνῆμα Pauſaniæ, *Atticis p.2.* Neque tamen (quod nonnulli poſt Gloſſam, hâc etiam literarum luce commiſcent) monumentum cadaueri deſtinatum, paratumque ad ſepeliendum, in quod cadauer nondum illatum eſt, ſeu purum adhuc: id enim à cenotaphio clarè diſtinguitur *l. 6. §.1. π. de religioſis.* Neque etiam ſepulchrum, quò cadauer olim illatum fuit, vnde verò cadauer hodie aliò tranſlatum eſt: Verùm, nudus *tumulus honorarius*, quomodo vocatur à Suetonio, *Claudio c.1.* monumentum memoriæ cauſa poſitum, Florentino, *l. monumentum 42. π. de religioſis:* κενοτάφιον Philoſtrato, *vlt. de vita Apollonij vlt. in fi.* quò ſcilicet neque cadauer aliquando illatum fuit: neque in id poſitum eſt, vt aliquando inferatur.

Cenotaphia porrò duum generum deprehendo: alia quippe ex officio Pietatis, ſeu pietatis gratiâ & neceſſitate quadam fiebant, alia verò ex mero Honore. Pietatis ſcili-

Digitized by Google

cet in defunctos pars hæc olim erat, vt quorum reliquiæ non apparerent, ſeu iuſtam ſepulturam non haberent, quia ſcilicet peregrè vel in acie deſiderati, vel naufragio amiſſi erant, inanes iis tumulos ponerent, tumulique ſolemnia ſoluerent: de quo eſt quoque Xenophontis locus, *lib. 6. ἀναβάσ.* Deque his accipiendi ſunt textus iuris, de quibus mox: vt & Virgilij loca: ſunt & Ouidij, 2. *Metam.* & Lucani *lib.* 9. & Achillis Tatij, *lib.* 5. Ideò nempe, quia animæ vmbræque inſepultorum, ſeu iuſto ſepulchro non conditæ, palare vagarique, neque prius apud inferos recipi, crederentur, quàm iuſta recepiſſent. Et hæc quidem Cenotaphia fuerunt, ex pietatis officio poſita. Sed & illuſtribus ac principibus quandoque viris, quorum reliquiæ alibi ſepulchris conditæ erant, atque adeò quamlibet ritè ſepultis, peculiari ſiue affectu, ſiue adulatione, Cenotaphia & ἡρῷα alibi, publicis aliquando decretis, excitari ſolita, quò eorum memoria amplius celebraretur. Quod quidem *gloriæ munus* vocat Cicero, *Philipp.* 14. Dio *lib.* 55. *τιμὴν κενοταφίου*, quod & *τιμαῖς εἰκόνων καὶ ἀψῖδος ibidem* iungit: de quo eſt elegans quoque Dionyſij Halicarnaſſei locus, *lib.* 1. Cuiuſmodi cenotaphiorum frequens mentio apud Suetonium, *Claudio* 1. Tacitum, *lib.* 2. Dionem *lib.* 55. *& lib.* 77. *in Xiphilinianis p.* 878. & *Conſtantinianis* (quas à V. Cl. D. Fabricio Peireſcio, Senatore Aquiſextięſi amico meo ſummo acceptas, Doctiſſimus Valeſius nuper edidit.) Lampridium, *in v. Alexandri Seueri*: Vopiſcum *in vita Floriani*: Hyginum, *in fabulis*, &c. Sic ergo *Cenotaphium* & *honorarius tumulus* idem fuêre, quæ tamen nonnulli perperam diſtinguunt: cùm diſtinguere tantùm debuerint, cenotaphia ex pietatis officio & ſolo honore facta.

Et hæc quidem duo propria Cenotaphiorum genera fuêre: Ad quorum inſtar tamen, ſeu tranſlatione quâdam, *κενοτάφια* quoque dicta ſunt inanes hominum mortuorum imagines, apud Græcos Interpretes, *primo Regum*, & apud *Suidam*. Item & ea monumenta, quæ Pythagoræi his qui à Philoſophia deficerent, tanquam mortuis excitabant, Cenotaphia dici potuerunt: teſte Clemente Alexandrino, *lib.* 5. *ſtromatum p.* 419. & Origene, *contra Celſum*.

De-

De iis Cenotaphiis, quæ ex *Pietatis* officio excitabantur, nunc ſermo eſt, de quibus inter ſe diſſensêre Vlpianus & Marcianus ICti. Vlpianus ſcilicet, libro 25. ad Edictum (quo quidem libro is Edictum de religioſis & de ſepulchro violato interpretatus fuerat, vti docent quatuordecim leges, exinde in *tit.π.de religioſis* coniectæ, vt & *lex 3.π.de ſepulchro violato*, indidem deſumpta) Cenotaphium venire poſſe ſcripſit: allegato in id Diuorum Fratrum (id eſt Marci & Veri) reſcripto: Quo in genere ij definiuerant, *Cenotaphium locum religioſum non eſſe.* Idque duobus Pandectarum locis ex eo Vlpiani libro relatum extat, puta *l.7.π.de rer.diuiſ.* & *l.6.§.1.π.de religioſis.* ita tamen, vt ſola Reſcripti ſententia memoretur in *d.l.7.* in alterâ verò lege, puta *d.l.6.§.1.* Vlpianei ſimul iudicij prærogatiua addatur: *Si Cenotaphium,* inquit, *ſit, poſſe hoc venire DICENDVM eſt: nec enim eſſe hoc religioſum Diui fratres reſcripſerunt.*

Et Marcianus tamen, *l.6.in fi.π.de religioſis* (cui proximè, ceu contraria lex *illa* 7. à Triboniano ſubiecta fuit) ſcribit: *Cenotaphium quoque* MAGIS PLACET, *locum eſſe religioſum:* adducto in id Virgilij teſtimonio: *Sicut,* inquit, *teſtis in ea re eſt Virgilius.* Idque à Marciano ſcriptum, libris Inſtitutionum: quibus alioquin quod in ipſis rerum obtinet argumentis, ſtudioſis fermè proponi ſolet: ac nominatim *libro tertio Inſtitutionum*, quo is de rerum diuiſione in genere, mox & de rebus religioſis ex profeſſo egerat: & diſtinctè quidem de monumentis in quæ corpora illata ſunt, & de Cenotaphiis: vt fidem facit, non tantum lex 2.4.6. & tota *lex illa 6. π. de rer.diuiſ.* verùm etiam *lex 39.π.de religioſis*, & *lex 7.π.de ſepulchro violato*, quæ ex eo libro tertio deſumptæ ſunt. Qui idem alioquin iiſdem Inſtitutionum libris, puta 14. definiuit, *non fieri locum religioſum, vbi theſaurus inuenitur, l.4.§.6.π.ad leg.Iul. peculatus.*

Hinc igitur ſolemne iam iſtud nonnullorum iudicio Iuris inter Marcianum & Vlpianum Enantiophanes habetur: cui conciliando nihil non fermè tentatum hactenus fuit ex iis, quæ ad alia ἐναντιοφανῆ adhiberi ſolent: non tantum ab his qui *Leges illas interpretati* ſunt, vel etiam qui *Conciliationes* Legum ex profeſſo ſcripſêre, verùm ab iis quoque qui

de *Iure Manium* ſcripſère, quique *funerum ritus* executi ſunt.

I. Magna certè eorum *ἀνισορησία* fuit, nonnullorum etiam qui ex profeſſo *Vitas Iuriſconſultorum* ſcripſère, qui Marcianum ante reſcriptum Diuorum Fratrum ſcripſiſſe, & quidem ſub Antonino Pio quoque, autumarunt. Cùm non tantum ex Lampridio diſcere liceat, Marcianum diu poſt Diuos Fratres, Alexandro Seuero Imp. coætaneum fuiſſe: verùm etiam ex Marciano ipſomet liqueat, eum poſt Diuos Fratres ſcripſiſſe, vt pote, quorum *Diuorum* reſcripta paſſim alleget, etiam eo ipſo libro tertio Inſtitutionum, puta *l.39.π.de religioſis: & l.1.π.de collegiis:* & quidem (quod ſummoperè notandum) ea *l.39*, Edictum Diuorum Fratrum de ſepulchro, iuſtáque ſepultura, & tranſlatione corporis. Imò Marcianus ipſe, poſt Papinianum (ad quem etiam Notas ſcripſit) & Diuum Seuerum ſcripſiſſe ſe infinitis locis teſtatur, &, vt ipſe colligo, ſtatim poſt mortem Seueri. Quod tamen ipſum admirationem augeat, quomodo inquam Marcianus ſcripſiſſe potuerit, *Cenotaphium magis placere religioſum eſſe:* cùm tamen Diui Fratres contrà, quod ignoraſſe eum veroſimile non eſt, iam reſcripſiſſent.

II. Neque probandi ſunt ij, qui hac *diſtinctione* rem componunt, quaſi cenotaphium quamdiu cenotaphium duret, religioſum ſit: eo verò diſſoluto, quod vtique diſſoluere ſeu diruere violaréque liceat, religioſum amplius non ſit. Nam, vt omittam, nullum omninò diſtinctionis iſtius veſtigium in Marciani Vlpianique legibus, nullum alibi apparere: ſanè hæc ſententia τὸ ἐν ἀρχῇ ſupponit, quòd cenotaphium violare diſſoluereque liceat, quod vtique prius definiri oportuit: idque ſi ſemel pro certo poſuiſſent Iuriſconſulti, de cenotaphio vlterius fruſtra quæſiuiſſent, vendíne id aut donari poſſet, quod tamen Vlpianus *d.l.6.§.1.π. de religioſis* tractat.

III. Deſperatum verò eorum remedium eſt, qui ad *Emendationem*, & geminam quidem, confugiunt; quaſi *lex 7. π. de rer. diuiſ.* non Vlpiano tribuenda ſit, verùm eidem Marciano, cuius eſt *d.l.6.eod.tit.* proximè præcedens: & eo quidem argumento, quòd Vlpiani verba longe aliter habeant *in d.l.6.§.1.π.de religioſis.* Tùm deinde, verbis illis, *magis placet,*

cet,

ret, mutatis,in *maioribus placet* (dixiſſent illi ſaltem, *maioribus placuit*) Verùm,vt priori emendationi occurram,inſcriptionem dictæ legis 7. ſollicitari non patitur hinc conſtans codicum omnium fides,& in his optima Florentini: inde, Legum ipſarum diuerſitas: nam ſi dicta *lex* 6. *&* 7. eundem auctorem, & eodem quidem libro, haberent, certè non in duas leges diuulſæ, verùm vno contextu, & ſub vna Lege propoſitæ, atque in vnam veluti lineam coniectæ eæ fuiſſent. Et quanquam non eadem vtrubíque, & in *d.l.*7. & in *d.l.*6. §. 1. verba occurrant, eo tamen inter ſe tantùm differunt,quòd ea conciſius à Triboniano relata fuerint in *d.l.*7. paulò plenius verò in *d.l.*6. §.1. eadem ſemper ſententia manente. Quod & in aliis pariter quamplurimis legibus ſub diuerſis titulis repetitis,à Triboniano factum paſſim videre eſt. Quod alteram quoque emendationem attinet, refutant eam pariter conſtanter omnes codices: quidquid etiam Græcus Interpres (cuius Græca non habemus) ſcripſerit: præterquam quod non alius ſenſus eſt vtriuſque formulæ, *magis placet*, & *magis placuit*, quibus olim Iuriſconſulti promiſcàm eodem fermè ſemper ſenſu vſi ſunt.

IV. Receptior ea fermè hodie conciliatio, ſeu diſtinctio eſt, ex quo primus eam ni fallor Alciatus commentus eſt, de alio atque alio Cenotaphij genere vtrubíque agi: Virgilium quippe, quem Marcianus laudat, de eo Cenotaphio agere, ad quod *Aræ* poſitæ conſecratæque erant, quodque adeò ſepulchrum magis erat, quàm inanis tumulus: Diuorum verò Fratrum reſcriptum, atque adeò Vlpianum, de vulgari tantum tumulo, ad memoriam peregrè mortui facto, exaudiendum. Et ita quidem hæc conciliatio iam placuit, vt aliter tamen atque aliter res componatur: Sunt enim,qui Marcianum ipſum incuſent,quaſi is indefinitè nimis ſcripſerit, *Cenotaphium religioſum eſſe*, Virgilio in id teſte citato:cùm tamen Virgilij locus ſit nominatim de ſacro ſeu religioſo tantùm, vt ipſi vocant, Cenotaphio, ad quod aræ poſitæ eſſent. Alij contra,criminis tranſlatione, culpam, à Marciano in Tribonianum transferunt, qui Marciani Virgilijq; ſententiam, de ſacro tantum Cenotaphio agentium, generaliter nimis ceperit, atque adeò Vlpianum cum

Marciano commiſerit. Sed neque hæc conciliatio placere poteſt: nam, vt omittam vtriuſque, & Marciani & Triboniani, qui περιττῶς nimis hîc accuſantur, defenſionem: ſuauis ſanè admodùm hæc diſtinctio eſt, quæ Cenotaphium ex pietate factum, aliud nobis ſacrum ſeu religioſum facit, profanum aliud: cuius diſtinctionis neque vola, neque veſtigium vſpiam comparet. Et quod de *Aris* ad Cenotaphia nonnulla tantum poſitis obſeruant, atque inde Cenotaphium religioſum cenſent, erroneum eſt, vti mox oſtendetur.

V. Neque quinta ſextáve quorundam ſententia probabilior eſt, qui *Marcianum* eo nomine *incuſant*, quaſi falsò Virgilium teſtem induxerit, tanquam is de Aris reuerà poſitis conſecratíſque ad Andromache ſenſiſſet, vnde ipſe mox Cenotaphium religioſum eſſe colligat, cùm tamen Virgilius de aris tantum ab Andromache voto deſtinatis cogitauerit, at non & ſacratis, vt pote cùm nemo priuatus ſacrum per ſe efficere quidquam poſſit. Nam imo expreſſa Virgilij verba ſunt, *ſacrauerat aras:* quomodo & 5. Æneide, *mæſtaſq́ ſacrauimus aras:* vbi etiam Seruius, *aras Dijs Manibus conſecratas* interpretatur. Aræ ſcilicet huiuſmodi, ad ſepulchra ſeu Cenotaphia poſitæ à priuatis *ſacrata* omninò rectè dici potuerunt; eodem videlicet iam ſenſu, quo religioſa quoque loca *ſacra* dicebantur: quia ſcilicet, aræ Diis Manibus ſacræ erant. Vnde & idem Virgilius *lib.3. ſtant Manibus aræ.* Sanè ita quoque *ſacra monumenta* & *ſepulchra* dicuntur in lege Tiberij, *de ſepulchris:* ſic *monumentum conſecrare*, in Nouella Valentiniani: ſic & in Græcis monumentis *ἱερὸς οὗτος ὁ χῶρος*: ſic & in Latinis, *Dijs Maribus ſacrum:* & aggeres conſecrati, in Iuliani Imp. *l.5. C.Th.de ſepulch.viol.* imo & ſepulcra *ſacra*, teſte Ælio Gallo *apud Feſtum.* Neque quicquam frequentius in veteribus monumentis, quàm *loci ſacri, conſecrandiq́* vocibus.

His igitur ſententiis miſſis omnibus, Virgilium ante omnia audire iuuat, quem hac in re teſtem laudat Marcianus. Qua tamen etiam parte controuerſia eſt, de quonam Virgilij loco, & num de pluribus Virgilij locis Marcianus ſenſerit. In eo certè iam omnes conſentiunt, hunc Virgilij

locum

Digitized by Google

locum hùc ſpectare qui occurrit *tertiâ Aeneide* : vbi de Cenotaphio Hectoris agit.

Solemnes tùm forte dapes, & triſtia dona
Ante vrbem, in luco falſi Simoentis ad vndam,
Libabat cineri Andromache, Maneſq; vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem ceſpite inanem
Et geminas, cauſam lachrymis, ſacrauerat aras.

Ad quem locum Seruius ſcribit, *Manes Hectoreos ſacrificiis, inani ſepultura conciliatos* : mox, & inanem tumulum *Cenotaphium* interpretatur. Et hunc quidem locum Marcianum in mente habuiſſe, ceu vberiorem, Græci Interpretis quoque præiudicio, qui eum memorat cenſeo. Eius, inquam, qui κατὰ πόδα dicitur, ſeu τὸ πλάτος τῶν νόμων, libro *Baſilicôn* 46. *tit.3. de rer. diuiſ. p.*58. Vnde coniicere certo licet, Virgilij verſus in Pandectis intercidiſſe : pariter vt Homeri verſus in eiuſdem Marciani *l.* 1. *ϖ. de mortis cauſa donationibus*, intercidiſſe colligo *ex* §. 1. *Inſtit. de donationibus*. Vt ſcabiem proinde ſuam à vellicandis Budæi, vel etiam parentis mei, notis, qui hunc tantum Virgilij locum ad Marcianum notarunt, frigidos cenſores nonnullos abſtinere deinceps moneam. Et eódem tamen pertinent alia inſuper, non duo tantum, verùm tria Virgilij loca, de Cenotaphiis: Et duo quidem *lib.6. Aeneidos*, quorum prius eſt de Palinuro (quem, vt ipſe paulò ante indicauerat, *fluctus habebant, verſabantq; in littore venti)* ad quem Sibylla ita canit:

--tua----------oſſa piabunt
Et ſtatuent tumulum, & tumulo ſolemnia mittent

vbi Seruius rurſùm, *tumulum* rectè *Cenotaphium* interpretatur. Poſterior verò locus eo *libro* 6. de Cenotaphio Deiphobi ab Ænea excitato, hic eſt.

---tumulum Rhatæo in littore inanem
Conſtituit, magna & Manes voce citauit:

cui Deiphobus

Omnia Deiphobo ſoluiſti, & funeris vmbris.

vbi Seruius rationem reddit, cur *omnia Deiphobo ſoluta* dixerit; *quia ſcilicet conſtituto tumulo Manes vocauit* : vt & mox, cur *funeris vmbris* dixerit, i. ſepulturæ vmbris, *quia ſcilicet funus illic eſſe non potuit, vbi nec cadauer quidem fuerat.* Imò & Quar-

b

Digitized by Google

tus inſuper mihi locus,neque minus inſignis,occurrit *lib.9.* vbi Nyſus ad Euryalum de Cenotaphio ſibi in omnem euentum & ſubſidium erigendo:

Sit qui me raptum pugna,pretióve redemptum
Mandet humo ſolita: aut ſi qua id fortuna vetabit,
Abſenti ferat inferias, decoretq́; ſepulchro:

vbi Seruius, *hoc eſt Cenotaphium faciat, & impleat honorem ſepulchri*: Qui idem Seruius 6. Æneid. ibi

Sedibus hunc refer ante ſuis

Cenotaphij quoq; meminit,quod Dido marito domi fecit.

Atque hæc quidem quatuor apud Virgilium loca mihi occurrunt de Cenotaphiis; quorum nullo tamen Virgilius Cenotaphium apertè *religioſum eſſe* definiuit. Cur igitur Virgilium hac in re teſtem laudaſſe potuit Marcianus? Id vero ſciemus, vbi reſciuerimus, quonam & aliàs ſine Poëtis teſtimonium denunciare ICti in more habuerint: & in his quidem Virgilio & Homero, etiam Marcianus ipſe, his ipſis Inſtitutionum libris *l.* 65. §. 4. *π. de legat.* 3. & exinde §. 1. *Inſt. de l. Aquilia*: & *l.* 1. *π. de mortis cauſa donat.* Scilicet denunciare tantum ſoliti 1. vbi de *Vocis* forte alicuius ſignificatu ageretur, vt *d. l.* 65. §. 4. *π. de legat.* 3. *l. non facile*, §. 4. *π. de gradib. l. venenum, π. de verbor. ſignif.* 2. vbi de *Formula*, ſeu formalibus quibuſdam & τυπικοῖς vocabulis res eſſet: vt *dict. l.* 1. *π. de mortis cauſa donat.* 3. vbi *Prouerbialis* aliqua locutio vſurparetur, vt *l. ſi vxor. π. de adulteriis*: & Iuſtin. *in præfat. de ratione docendi diſcendiq́; iuris.* 4. tandem, vbi de *More* aliquo veteri quæſtio eſſet, vt *l.* 1. *π. de contrah. empt.* & ex eo *Inſtit. eod. tit.* & *l.* 9. *π. de ſupellectile legata. l. aut facta, π. de pœnis.* Hactenus, inquam, Poëtis, Virgilio atque Homero, teſtimonium olim denunciatum à Iuriſconſultis reperio: Ne iam operosè amplius quærant Pragmatici, quíque *de probationibus* ſcripſêre, an & quando authoritates Poëtarum in cauſis ſint allegandæ, allegatæque probationem faciant. Quibus & ipſis Poëtis ideo denunciatum, & quidem à Marciano, his Inſtitutionum libris, non tantum propter ſummam horum Poëtarum in commune auctoritatem, verùm quia olim, vt per Poëticam, ita per Virgilium & Homerum nominatim, tanquam initiatores literaturæ, ingenuitatis ſtudia producebant-

Digitized by Google

bantur : quod etiam Tertullianus noſter dixit, *libro ad Nationes c.*10. à quorum lectione calens adhuc adoleſcentum animus ad Iuris ſtudia tranſmittebatur.

Ergo & Marcianus,eo Inſtitutionum loco,qui relatus eſt *in d.l.6.in fin.π.de rer.diuiſ.*, Virgilium teſtem hac in re laudauit, non tanquam Iuris Ciuilis Interpretem, aut alicuius Iuris deciſionis teſtem, verùm tanquam Moris veteris religioſique indigitatorem : vnde tamen mox per conſequens illud ipſum efficeretur,ceu à Virgilio re ipſa dictum indicatumve, *Cenotaphium* MAGIS PLACERE, *religioſum eſſe*. Quinam verò *Mos* iſte vetus & religioſus? Scilicet,id Virgilius, non priore tantum loco (quod nonnulli cenſent) verùm ſuperioribus omnibus ex æquo oſtendere voluit,ſeu indicauit (quod Seruius ad eum diſertè notauit, *lib.6. Aeneidos*, ibi, *inops inhumataq́ turba) Tantum valere inanem ſeu imaginariam ſepulturam, id eſt Cenotaphium, quantum plenam ſepulturam:* Imaginariam,inquam,ſepulturam, quomodo & *imaginarium funus* aliquando ductum dictumque fuit : Quandoquidem ad Cenotaphia,pariter vt ad ſepulchra,Manes cierentur,cineri libaretur, oſſa piarentur, inferiæ vmbris ſoluerentur, &c, vt idem Seruius ait, *ſacrificijs Manes conciliarentur : honoſq́ ſepulchri Cenotaphio impleretur*, hiſque peractis vmbræ à Charonte tranſueherentur, quaſi ſedibus ſuis oſſa iam quieſcerent : Denique,quod ritè ſepultus intelligeretur, qui vel ita conditus eſſet,etſi non humatus: Quomodo & *terræ iniectio* ſecundum Pontificalem ritum olim fiebat etiam circa abſentium corpora, quibuſdam ſolemnibus ſacris, teſte eodem Seruio, ad illa *6. Aeneid. aut tu mihi terram Iniice*. Item,quomodo ſepultura non rite perfecta,ſeu mortuo fortuita terra obruto,funus, ſeu ſepultura iiſdem ritibus inſtaurabatur, eodem Virgilio teſte *lib.3. Aen.vbi de* Polydoro : ſeu legitima ſepultura reddebatur, vt Seruius ait.

Sic,tanquam moris Iuriſque Pontificij teſtem Virgilium hac in re laudauit Marcianus:cuius vtique Virgilius ſcientiſſimus erat. Quod vt alij plures,ita Iulius Hyginus olim, libris, quos *de Virgilio* fecerat, expreſsè quoque obſeruauerat,teſte Gellio,*lib.16.c.7.* & poſtea quoque Macrobius,integro *libro tertio Saturnalium*, per duodecim capita, compro-

Digitized by Google

bauit. Et in re quidem, quæ moris iuriſque Pontificij maximè eſſet: nam, vt idem Macrobius ſcribit, *d.lib.5.c.3.* inter decreta Pontificia hoc quæſitum maximè, quid *ſacrum*, quid *ſanctum*, quid *Religioſum* eſſet: idemque docet, Virgilium his vſum ſecundum ſuas definitiones, ſingulisque vocibus proprietatem ſuo more ſeruaſſe.

Ex iis igitur, quæ Virgilius de Cenotaphiis ſcripſerat, collegit Marcianus, *cur* MAGIS PLACERET, *Cenotaphium quoque religioſum eſſe*: quia ſcilicet teſtis eſſet hac in re Virgilius, ex Iuris Pontificij diſciplina, eoſdem ritus eademque ſolemnia adhibita ad Cenotaphia, quæ ad legitimam ſepulturam: eundemque Cenotaphij, quem iuſti ſepulchri *fructum* credi. Non igitur propterea ſolum, quod *in memoriam humanæ conditionis* factum id eſſet, quod quidam cenſent: non item propter ſacrandi vocem, ibi, *ſacrauerat aras*: rurſum, non propter *Aras* ſimpliciter ibi poſitas: verùm quia ſolemnibus ad Cenotaphia factis, non minus anima defuncti condi crederetur, quàm ſepulchro: atque exinde ab inferis recipi. Nam & ita ſepulchrum, non propter aras ibi poſitas (quarum alioquin idem quoque Virgilius meminit, *lib.3.&5.* multaque mentio earum in *veteribus monumentis* occurrit) religioſum erat, verùm propter mortui illationem. Denique non *Aræ* ipſæ, per ſe, locum qui aliàs profanus futurus erat, religioſum fecère, verùm actus rituſque religioſi, cum eodem, vti credebatur, *effectu*. Quare & minus pensè hic illud, ab iis, qui propter aras ibi poſitas, Cenotaphia, & quidem nonnulla tantum, religioſa habita putant, aptatur, *Quæ religioſis adhærent, religioſa quoque eſſe*: quod alioquin Paulus IC. ſcripſit, *l.48.π.de rei vind.* lib..27. ad Edictum, quo is Edictum de religioſis interpretatus fuerat: Ac maximè, cùm ſententia illa ab hac ſpecie planè diuerſa ſit, imò contraria: eſt enim ea, non de ſacris rebus, veluti aris, ad res profanas adiectis, verùm contrà, eſt ea de profanis rebus, quæ religioſis accedunt: & quidem ita, vt iniuncta inædificatáque ſint, quæ ſanè & ipſa religioſa efficiuntur: vt eſt tignum alienum iunctum alieno ſepulchro, quod exemplum ibi diſertè apponitur, quod & idem de ſtatuis dicitur *l.2 π.de ſepulchro violato*: non verò de iis quæ monumen-

numentis adiacent, quæ ſanè ipſa non omnia religioſa fuerunt, tantum abeſt vt per ea id quod religioſum non erat, religioſum fieret: *l. ade, π. de contrah. empt. l. 2. & 37. π. de religioſis: l. loca C. eod. tit.*

Ex Pontificij igitur moris Iuriſque diſciplina, quo de Virgilius teſtimonium perhibebat, nonnullis magis placebat, Marciano teſte, *Cenotaphium quoque religioſum eſſe*, vt maximè reuerà corpus in id illatum non eſſet, ſeu vt maximè iuris ciuilis ratio obniteretur. Necquicquam etiam obſtante (quod hîc alioquin opponi ſolet) illa iuris regula, qua negatur, vnicam ſepulturam plura ſepulchra efficere poſſe: *l. cùm in diuerſis π. de religioſis.* quia, neque in hac ſpecie plura ſepulchra efficiuntur, verùm vnum tantum ponitur, & quidem imaginarium ſubſidiariumque, quod ei ſcilicet ponitur, cuius corpus non compareт, quique adeo legitimo ſepulchro caret. Necquicquam rurſùm obſtante *Reſcripto* Diuorum Fratrum: neque enim ea Reſcriptorum olim vis & authoritas erat, vt non poſtea Iuriſconſulti adhuc quærerent. De Reſcriptis loquor, non verò de Edictis & Conſtitutionibus generalibus: ob cauſas iam notiſſimas: quibus hoc ipſo Marciani tempore motus *Macrinus* Imp. Iuris religioſiſſimus & amantiſſimus ſtatuerat, *omnia Reſcripta veterum Principum tollere, vt Iure non Reſcriptis ageretur.* Denique iam vulgaris obſeruatio eſt, reſcripta vim ſuam non habuiſſe ſemper, ſæpeque ea memorari, at non & ilicò probari. Quanquam in hac *de Cenotaphio* quæſtione, Vlpianus inter Iuriſconſultos reſcripto Diuorum Fratrum ſubſcripſit. Enimuerò meram Iuris Ciuilis rationem Diui Fratres ſecuti fuerunt, quæ ex ſola & reali mortui illatione ab eo qui ius haberet, locum religioſum æſtimare ſolet: *l. 2. §. 5. π. de religioſis: & §. religioſum Inſtit. de rer. diuiſ.* & Ælius Gallus *apud Feſtum.* Et quis ſcit etiam, an non & ita Diui Fratres Antonini tùm reſcripſerint, inter cæteras ſepeliendi ſepulchrorúmque leges, quas memorat Capitolinus, *in Marco* (è quarum numero eſt quoque Edictum Diuorum Fratrum, quod memoratur à Marciano noſtro ipſo, eodem libro *l. Diui Fratres 39. π. de religioſis*: vt & reſcriptum quod memorat Calliſtratus *l. 3. π. de in ius voc.* iuncta *l. 36. π. de iudiciis*) quibus Di-

ui Fratres, magna tùm peſtilentia graſſante, modum ſepeliendi definiuerunt: atque adeò inter cætera, ob eam quoque cauſam, Cenotaphia, quæ ingenti numero erant, vendendi donandíque, vt in his ſcilicet cadauera ſepelirentur, poteſtatem fecerint? Vt vt poſtremum iſtud ſit, quod coniecturam tantum ſapit, alij certè contra ex more Iuréque Pontificio, etiam ex imaginaria mortui illatione, quæ ſcilicet fiebat Manibus vocatis, oſſibúſque piatis, & ſic ſepulchro quaſi conditis, religioſum locum æſtimauêre. Propterea igitur Marcianus ſcripſit, MAGIS PLACVISSE, *Cenotaphium quoque religioſum eſſe, vt in hac re teſtis ſit Virgilius*. Et forte, *Magis quoque Theologis*: quæ & ipſa coniectura tantum eſt, quorum vt olim, ita & hoc Marciani æuo peculiaris quædam religio ſeu Theologia fuit, à Zoroaſtre & Oſtane deriuata: Quare videas Magos, ceu ſingularis in Theologia ſententiæ laudari. Ita ſanè Nigidius, *lib.* 4. *de Dijs*, apud Seruium *in Eclog.* 4. teſtatur, Magos peculiares Deorum ætates & regna diſtinxiſſe: Ac nominatim hac in re: quia Magicæ pars fuit, Manium citatio ſeu euocatio. De qua ſiue νεκυομαντία, ſiue σκιομαντία, & ψυχαγωγία, infinita ſunt teſtimonia, etiam apud Tertullianum, hoc ipſo tempore, maximè *libro de anima*. Et verò Antoninus Caracalla ipſe (ſub quo Marcianus & Vlpianus egêre) non in commune tantum Magis delectatus dicitur, eaque de cauſa ἡρῷον Apollonio excitaſſe, verùm & de eo nominatim Dio ſcribit, *lib.* 77. (& apud *Xiphilinum* & in *Peireſcianis*) quod cùm is ægra mente eſſet, ἐψυχαγώγησε ἄλλας τε τινὰς καὶ τὴν τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ τε Κομμόδου ψυχὴν, ſed & Herodianus *lib.* 4. *n.* 23. de eodem Caracalla ſcribit, eum Romæ magos omnes vndique conquiri iuſſiſſe, vt euocatis Manibus, de fine vitæ ſuæ, déque iis qui Imperio ipſius inſidiarentur, conſulerent, νεκυίᾳ τε χρησάμενον. Cæterùm, vt hæc Manium euocatio ad ſepulchra fiebat, vnde paſſim Poëtæ dixêre, *Manes excire*, vel *euocare ſepulchris*, ita & Manes pariter citati vocatíque ad Cenotaphia, quod vel ex ſuperioribus Virgilij locis liquet:

Ergo, videri cui poſſit Marcianus, verbis illis, MAGIS PLACET, non magis probabilem ex Iuris Pontificij diſciplinâ ſententiam, ſibique adeò (quem gentilitiæ ſuperſtitionis

tionis

Digitized by Google

tionis & ſepulturæ quidem religioſiſſimum fuiſſe deprehendo) probatam,indicaſſe, quàm peculiare *Magorum* quoque placitum : Cuius alioquin Magicæ Theologiæ ſcientiſſimus quoque fuit Virgilius : vt qui de Deorum euocationibus quoque agat , déque ſacris quæ Diis inferis fiebant, multáque ex Etruſca quoque diſciplina deſumpſerit, quod Macrobius quoque obſeruat,*lib.3.Saturnal.c.1.in fin.*& *c.7.&9.*

Verum,ſemota hâc in præſens de *Magis* coniectura,dicamus tandem, aliam Marciano placuiſſe ſententiam, aliam verò Vlpiano:qui Marcianus & alias ab Vlpiano Paulóque diſſentire deprehenditur : Tribonianum verò , Marciani ſententiam,primò quidem,*d.l.6.§.vlt.π.de rer.diuiſ.*retuliſſe, verùm ilicò, ſubiectâ *l.7.eod.tit.* & *l.6.π.de religioſis*, prælata Vlpiani ſententia, repudiaſſe. Et ſic,quod nonnullis rectè placuit, ne Enantiophanes quidem iſtud iuris rectè dici.

Digitized by Google

Digitized by Google